BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXIX
F
36
NAPOLI

XXXIX F 27-36

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS

OPERUM

TOMUS TERTIUS.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
OPERA,

CUM INTEGRIS & EMENDATIORIBUS COMMENTARIIS

SERVII, PHILARGYRII, PIERII.

Accedunt

FULVII URSINI, GEORGII FABRICII, FRANCISCI NANSII, JOH. MUSONII, TANAQUILLI FABRI,
Et Aliorum, ac praecipue

NICOLAI HEINSII

NOTAE NUNC PRIMUM EDITAE:

Quibus & ſuas in omne opus Animadverſiones, & Variantes in SERVIUM *Lectiones addidit*

PETRUS BURMANNUS.

Poſt cujus obitum interruptam Editionis curam ſuſcepit & adornavit

PETRUS BURMANNUS JUNIOR.

Cum indicibus abſolutiſſimis & figuris elegantiſſimis.

TOMUS III.

AMSTELAEDAMI,
Sumptibus JACOBI WETSTENII.
M. D. CCXLVI.

Digitized by Google



P. VIRGILII MARONIS *Aeneidos*.

LIBER SEXTUS.

Sic fatur lacrimans, claſſique inmittit habenas,

Et

SERVII.

1. Totus quidem Virgilius ſcientia plenus eſt, in qua hic liber poſſidet principatum, cujus ex Homero pars major [ſumpta eſt.] Et dicuntur aliqua ſimpliciter, multa de hiſtoria, multa per altam

VARIORUM.

1. Sic fatur. Priores hos duos verſus ad finem libri quinti adjici voluit Probus. ſed Servius hoc initium agnoſcit, cum quo conveniunt antiqui codices. FABRIC.

2. Cu-

1. Deſunt Lipſ. mox, ſimpli R.

Et tandem Euboïcis Cumarum adlabitur oris.
Obvertunt pelago proras: tum dente tenaci
Ancora fundabat navis, & litora curvae

Prae-

SERVII.

ſcientiam Philoſophorum, [2] Theologicorum Aegyptiorum; adeo ut plerique de his [3] ſingulis hujus libri integras ſcripſerint πραγματείας. Sane ſciendum, licet primos duos verſus Probus & alii in quinti reliquerint fine, prudenter ad initium ſexti eſſe translatos: nam & conjunctio poëmatis melior eſt, & Homerus etiam, [4] [quem imitatur,] ſic inchoavit Ὣς φάτο δακρυχέων.

1. CLASSIQUE IMMITTIT HABENAS. [5] [Navibus ſuis,] [6] aut ſuae navi, quae *claſſis* dicitur, vel quod fiat de fuſtibus: [7] *Calas* enim dicebant majores noſtri fuſtes, quos portabant ſervi, ſequentes dominos ad praelium: unde etiam *calones* dicebantur: nam conſuetudo erat militis Romani, ut ipſe ſibi arma portaret & [8] vallum: *vallum* autem dicebant *calam*: [9] ſic Lucilius: [10] *Scinde puer calam, ut caleas*: id eſt, o puer, frange fuſtes, & fac focum. Inde ergo *claſſem* dictam dicunt. Alii *claſſem* hinc [11] magis dictam volunt, [12] quod apud majores noſtros ſtipendium praelio terreſtri miles pedeſter dabat; equites vero dabant in navali certamine: nam adhuc pauper fuerat populus. Exinde jam, quod ab equitibus dabatur ſtipendium, tractum eſt, ut diceretur *claſſis*: proprie enim *claſſes* equitum dicimus. *Claſſi* ergo,] aut ſuae navi, [13] quae, ut in primo 39. diximus, dicta eſt ἀπὸ τῶν κάλων, id eſt, a lignis: unde Horatius III. Od. XI. 41. *Me vel extremos Numidarum in agros Claſſe releget*; [14] [cum de una loqueretur navi:] aut omnium, quae ejus curſum [15] ſequuntur: Palinuri enim [16] implevit officium, de quo ſupra ait v. 834. *Ad hunc alii curſum contendere juſſi.* IMMITTIT HABENAS. Aut funes per metaphoram dixit: aut Homerum ſecutus eſt, qui ait Odyſ. Δ. 782. [17] Ἐν τροπὸ δ' ἐρετμὰ τροποῖς ἐν δερματίνοισιν. Et Odyſ. B. 426. Ἕλκον δ' ἱστία λευκὰ ἐϋστρέπτοισι βοεῦσι, id eſt, loris tortis: his enim utebantur antiqui.

2. ET TANDEM. Ad Aeneae deſiderium retulit, olim ad Italiam venire cupientis. Caeterum mora non congruit, de Capreis Cumas uſque, [18] in tanta vicinitate, tam longam fuiſſe navigationem; praeſertim accedente favore Neptuni. [An *tandem* ad conſuetudinem navigantium, quibus nulla non longa navigatio videtur? an *tandem*, ad idem tempus refertur, ex quo Troja navigatum eſt?] EUBOICIS ORIS. [19] A Colonia Cumas appellavit: nam *Euboea*, inſula eſt, in qua [20] Chalcis civitas eſt, de qua venerunt [21] [qui condiderunt] civitatem in Campania, [22] quam *Cumas* vocarunt: vel ἀπὸ τῶν κυμάτων: vel a gravidae mulieris augurio, quae Graece [23] ἔγκυος dicitur. ALLABITUR. Venit celeriter, ut XI. 588. *Labere nympha polo.*

3. PELAGO. In pelagus, [24] [ſic dictum eſt,] ut: *It clamor coelo.* Bene autem OBVERTUNT, [25] [non OBVERTIT,] ut non Aeneae, ſed ſociis vilia [26] [& nautica] dentur officia; gubernandi [27] vero ars ſoli concedatur Aeneae. DENTE TENACI. Unde in primo I. 169. *Unco non alligat ancora morſu. Anchora*, ut ſupra diximus, in Graeco aſpirationem non habet: [28] nam ἄγκυρα dicitur: unde

2 Theologiorum R. Voſ. R. deeſt Baſil. & credo eſſe gloſſam: nam & ad ℣. 127. *Philoſophorum altam ſcientiam* habet. vid. & ad ℣. 266. 3 ſinguli V. R. ſingulis hujus libri integram ſ. pragmaticam Dan. 4 deſunt V. R. Steph. Dan. al. ſed Fabr. habet, & addit, in Odyſſea Homerus Lipſ. etiam, quem Homerus ſequitur in Odyſſea. occurrit vero hoc Iliad. A. 357. & Odyſſ. Ω. 437. ſed neſcio an liber novus apud Homerum ita incipiat. Homerus vero & alii, Latini etiam centies, poſt ſermonem habitum, ſubjungunt, ὣς φάτο, Romani, *ſic fatur*. vid. ad Lucan. IX. 1000. & paſſim. BURM. 5 deſunt R. V. Lipſ. 6 ſive navi, quae Steph. Dan. quae claſſis, ut in primo diximus, dicta eſt R. Baſil. *ſuis*, quae claſſi: reliqua ad *claſſi* ergo, erant a m. ſec. in Lipſ. 7 forte, *cala* legendum, vide Feſtum & ibi Scaligerum. eadem his, paucis variatis dat Schol. Stat. ad I. Achil. 449. BURM. 8 vallum, quod dicebant *calam* Fabr. Baſil. *calas* Voſ. Steph. 9 ſicut Voſ. Fabr. Baſil. 10 *ſcinde calam*, id eſt, *ut caleas*, id eſt *o puer* Steph. Dan. *ſcinde calam vel calas*, id eſt. Voſ. 11 deeſt Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 12 deeſt Voſ. Steph. Dan. al. 13 quae claſſis ut Voſſ. Steph. Dan. Fabr. al. quae claſ. 14 deſunt R. V. Steph. Dan. al. 15 ſequentur Steph. Dan. 16 impiet Voſ. Lipſ. Steph. Dan. Fab. al. 17 a tuele regie YETDHN TECI BOECIN. R. V. Voſ. reliqua deſunt. ait, & alibi Lipſ. 18 ad vicinitatem accedentem favore Neptuni R. V. Lipſ. reliqua deſunt ad *Euboicis*. ut & Steph. & al. ad tantam vicinitatem tam &c. Voſ. cui etiam reliqua deſunt. 19 ad colonia R. 20 Calcis R. V. Calchis Steph. *eſt* deeſt R. V. 21 deſunt R. 22 quas R. V. 23 Enixios R. Enexios V. 24 deſunt R. V. Voſ. Lipſ. Steph. Fabr. al. 25 deſunt iisdem. 26 deſunt iisdem. 27 vero deeſt, & deinde, conceditur iidem. ſed *Aeneae* deeſt R. & Voſ. tribuitur Dan. 28 unde *anchira* R. V. Voſſ.

Praetexunt puppes. Juvenum manus emicat ardens
Litus in Heſperium: quaerit pars ſemina flammae
Abſtruſa in venis ſilicis: pars denſa ferarum
Tecta rapit, ſilvas: inventaque flumina monſtrat.

At

SERVII.

de & apud majores ſine aſpiratione [29] proferebatur. Contra *thus* & *orchus* veteres dicebant & [30] *lurcho*, id eſt, vorax: quibus ſequens aetas detraxit aſpirationem.

5. JUVENUM MANUS. Poſt conditam in Sicilia civitatem, ſenum aut nulla aut rara fit mentio. ARDENS. Feſtinans, ut I. 423. *Inſtant ardentes Tyrii.*

6. LITTUS IN HESPERIUM. Hinc oſtenditur, *Heſperiam* [31] *minorem* eſſe omnem Italiam dictam, ut ſupra III. 163. diximus, vel a rege, vel a ſtella. SEMINA FLAMMAE. Σπέρματα πυρὸς Homerus Odyſſ. E. 490. dicit: [32] [id eſt, ſemen ignis.]

7. ABSTRUSA IN VENIS SILICIS. Sic in Georg. I. 135. [33] *Et ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem.* [34] [*Abſtrudere* enim, eſt [35] de induſtria celare.] FERARUM TECTA. Epexegeſis ſylvae.

8. FLUMINA MONSTRAT. Quaecumque fluenta. Et ſciendum, monſtrari Aeneae, ad expiandum ſe: nam funeſtatus fuerat morte Palinuri: non quod eum viderat, ſed quod funus agnoverat, [36] id eſt, doluerat. In eo enim eſt pollutio, quod ait v. 809. *Caſuque animum concuſſus amici:* [37] nam ipſa impiant quae agnoſcimus: unde in Livio II. 8. habemus, [38] Horatium Pulvillum, cum Capitolium dedicare vellet, [39] audiſſe ab inimico mortuum filium: & ne pollutus dedicare non poſſet, [40] reſpondiſſe, *Cadaver ſit.* Hanc autem purgationem Aeneae [41] polluto dat ubique Virgilius, ut paulo poſt 635. *Corpuſque recenti Spargit aqua.*

VARIORUM.

2. CUMARUM. *Cymarum* paſſim vetuſtiſſima exemplaria apud Noſtrum non ſolummodo, ſed Naſonem quoque, Silium Italicum, Valerium Flaccum, alios. atque ita veteres ſcripſiſſe Romanos nomen civitatis ejus, quae Graecis Κύμη eſt, ex Cariſio pag. 41. ſatis apparet, qui Latinae originis vocabulum eſſe contendit, idque ſignificare, quod Graecis κρυπτὸς ἔρημος deſignet. ita Graeca Cariſii caſtigarunt homines eruditi. ſed & κῦμα Graecum eſt, de quo ad Solinum Salmaſius pag. 52. Virgilium tamen ſecutum veterem ſcribendi modum opinor, quomodo *Aeguptos* pro *Aegypto*, *Surus* pro *Syro*, *Corulus*, *Serpullum* aliaque. HEINS. *Adlabimur* codex apud Serv. ad XI. 239.

3. OBVERTUNT. *Obtendunt* alter Menagii. *cum dente* alter Hamburgicus.

4. FUNDABAT. *Fundebat* Venetus, Leidenſis & Zulichemius.

5. PRAETEXUNT. *Protexunt* Zulichemius & Excerpta noſtra. *eminet* primus Moreti.

6. SEMINA FLAMMAE. Vide Brodae. Miſc. V. 36. NANSIUS. Pindar. VII. Olym. 87. Σπέρμα φλογός. ubi vid. Schol. & III. Pyth. 67. & Lucret. VI. 159. BURM.

7. ABSTRUSA. *Obſtruſa* alter Menagianus, Zulichemius & duo Moretani. Excerpta vero noſtra a m. ſec. *Abſtruſa venis ſilicum.* BURM.

8. TECTA RAPIT, SILVAS: INVENTAQUE FLUMINA MONSTRAT. Diſtingue cum Gudiano, primo Rottendorphio, altero Menteliano aliiſque nonnullis, *pars denſa ferarum Tecta rapit, ſilvas.* ut infra hoc ipſo libro 179. *Itur in antiquam ſilvam, ſtabula alta ferarum.* Concinnius etiam Gudianus a manu ſecunda, *inventaque flumina monſtrant. pars monſtrant.* HEINS. Ita diſtinguit etiam Wittianus. neſcio an hunc locum memoria male fida depravatum obtulerit Lutatio ad Stat. I. Theb. 377. ubi citat, *Pars denſa ferarum Excutiens ſtabula.* nam nihil ſimile alibi reperio. inf. 179. habet, *ſtabula alta ferarum.* ſed Virgilium aemulatus Lucan. lib. IV. 100. *tecta ferarum* vocat ſilvas, & *luſtra*, ut alii appellant. Ruaeus explicat, colligit ligna arborum, quae ſunt do-

29 conferebatur R. V. Voſ. 30 *luco* R. *lucho* vel *lurcho* V. 31 eſſe minorem, & omnem Italiam Heſperiam dictam Dan. 32 deſunt R. V. Lipſ. Fabr. al. id eſt ſeminis Steph. 33 *at ſilicis* R. Fabr. al. *veneris* R. 34 deſunt R. V. Baſil. 35 deeſt praepoſitio Fabr. 36 & doluerat Fabr. al. 37 nam ipſa inquinant q. cognoſcimus Fabr. ipſa inpiant R. cognoſcimus etiam Baſil. 38 Precium Pavivillium V. Prycio Pavivillum R. 39 audiſſet V. R. 40 reſpondiſſet V. R. 41 deeſt Dan.

At pius Aeneas arces, quibus altus Apollo
Praeſidet, horrendaeque procul ſecreta Sibyllae,
Antrum inmane, petit: magnam cui mentem animumque
Delius inſpirat vates, aperitque futura.
Jam ſubeunt Triviae lucos, atque aurea tecta.
Daedalus (ut fama eſt) fugiens Minoïa regna,

Prae-

SERVII.

9. AT PIUS AENEAS. [42] [Oportune hoc loco,] quippe ad templa feſtinans. ARCES QUIBUS ALTUS APOLLO. Cum ubique arx Jovi detur, apud Cumas in arce [43] Apollinis templum eſt. *Altus* autem, vel magnus, ut, x. 737. *Jacet altus* [44] *Orontes.* Et de ipſo Apolline x. 875. *Sic pater ille deum faciat, ſic altus Apollo:* vel ad ſimulacri magnitudinem retulit, quod [45] fuiſſe conſtat altiſſimum. [46] [Caelius enim de Cumano Apolline ait: *Eſt in fano ſignum Apollinis ligneum, altum non minus pedes* XV. Cujus meminiſſe putatur Virgilius.]

10. QUIBUS PRAESIDET. Quibus praeeſt, quas defendit. HORRENDAE. Venerandae, ut VII. 172. [47] *Horrendum ſylvis & relligione parentum.* PROCUL. Haud longe: *procul* enim, eſt & quod prae oculis eſt; & quod porro ab oculis: unde [48] & duplicem habet ſignificationem, [49] [& juxta, & longe.]

11. ANTRUM IMMANE PETIT. Epexegeſis domus Sibyllae. MENTEM ANIMUMQUE. [50] Periſſologia eſt: Nam ſecundum Lucretium unum eſt *mens*, & *animus:* [quamvis pro *ſapientia mens* accipiatur & intellectu; *animus* vero pro *voluntate*, ut Terentius Andr. I. I. *Mala mens, malus animus.*]

12. DELIUS INSPIRAT VATES. Apollo fatidicus: & ſic ait *Delius*, ut IV. 377. *Nunc Lyciae ſortes*, id eſt, Apollineae. Bene autem, Sibylla quid ſit, expreſſit: *Magnam cui mentem animumque Delius inſpirat vates:* nam, ut III. 445. diximus, *Sibylla* dicta eſt, quaſi [51] σιῶ βυλὴν, id eſt, dei ſententia. Aeolici enim [52] σιὼς deos dicunt.

13. TRIVIAE LUCOS. Congrue Apollini [53] & Dianae juncta ſunt templa, ut & paulo poſt: *Phoebi, Triviaeque ſacerdos.* Et bene fit lucorum Dianae commemoratio: quia petiturus eſt Inferos. AUREA TECTA. Apollinis ſcilicet.

14. DAEDALUS, UT FAMA EST, FUGIENS MINOIA REGNA. [54] [Ubique de incertis dubitat, ut III. 578. *Fama eſt Enceladi.* Sane fabula de hoc talis eſt:] Indicato a Sole adulterio Martis & Veneris, [55] Vulcanus minutiſſimis catenis lectulum cinxit, quibus Mars & Venus ignorantes implicati ſunt, & cum ingenti turpitudine reſoluti ſub teſtimonio cunctorum deorum. Quod factum Venus vehementer dolens, ſtirpem omnem Solis perſequi infandis amoribus coepit. Igitur Paſiphaë, Solis filia, Minois regis Cretae uxor, Tauri amore flagravit: & arte Daedali intra vaccam ligneam, [56] ſeptam corio juvencae pulcherrimae, cum tauro concubuit: unde natus eſt Minotaurus, qui, intra Labyrinthum incluſus, humanis carnibus veſcebatur. Sed Minos de Paſiphaë habuit liberos plures, Androgeum, [57] Ariadnem, Phaedram. Sed Androgeus, cum eſſet athleta fortiſſimus, & ſuperaret in agonibus cunctos apud Athenas, ab Athenienſibus & vicinis [58] Megarenſibus conjuratis occiſus eſt. Quod Minos dolens, collectis navibus bella commovit: & victis Athenienſibus poenam hanc [59] ſtatuit, ut ſingulis [60] quibuſque annis ſeptem [61] de filiis, & ſeptem de filiabus ſuis, edendos

Mi-

42 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. 43 Apollonis V. R. 44 *Odores* V. R. *Orodes* Voſ. Steph. Dan. 45 eſſe R. Steph. Dan. Fabr. al. 46 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 47 *& horrendum eſt ſilvis* V. R. 48 deeſt Voſ. Dan. 49 deſunt Voſ. V. R. Lipſ. Steph. Dan. 50 periſſologia eſt: nam ſec. Luc. u. e. m. & *animus* Voſ. R. V. Lipſ. Steph. Dan. cetera deſunt ad ÿ. 12. quamvis tamen &c. Baſil. ſed Maſv. periſſologia eſt, *mens* & *animus.* quamvis &c. omiſſis mediis. 51 os boule V. os boulae R. os bulese Voſ. 52 *ſius* R. Voſ. 53 deeſt *&* V. R. Voſ. 54 deſunt V. Lipſ. R. Voſ. haec fabula iisdem fere verbis narratur a Scholiaſte Statii ad I. Achil. ÿ. 192. qui conferendus, & quae Barthius ibi emendat, videnda. BURM. 55 Vulganus R. 56 ſeptem R. 57 Ariennem V. Arienne R. 58 Maijerenſibus V. & Magerenſibus R. Megerenſibus Voſ. 59 conſtituit V. *poenam ſtatuero* & Tacitus dixit XIV. 49. & alibi. 60 quibus V. 61 de filiis ſuis edendos. Dan. Fabr. de filiis & filiabus V.

Praepetibus pennis auſus ſe credere coelo,
Inſuetum per iter gelidas enavit ad Arctos,

Chal-

SERVII.

Minotauro mitterent. [62] [Alii dicunt, a Minoë in [63] vindicta filii occiſi, ſicut dictum eſt, Phoebum rogatum: qui cum Athenienſibus peſtilentiam [64] immiſiſſet, praeceptum oraculo eſt de ſeptenis filiis annuis ad Minotauri paſtum dirigendis.] Sed [65] tertio anno Aegei filius Theſeus miſſus eſt: potens tam virtute, quam forma: qui [66] cum ab Ariadne regis filia amatus fuiſſet, [67] ex Daedali conſilio [68] Labyrinthi iter filo [69] rexit: [70] & necato Minotauro cum rapta Ariadne victor aufugit. Quae cum omnia factione Daedali Minos [71] deprehendiſſet effecta, [72] eum cum Icaro filio ſervandum in Labyrinthum truſit. Sed Daedalus, corruptis cuſtodibus, [73] [vel, ut quidam tradunt, ab amicis,] ſub faciendi muneris ſpecie, quo ſimulabat [74] ſe regem placare poſſe, ceram [75] [& linum] accepit, & pennas: [76] unde tam ſibi quam [77] filio alis impoſitis [78] [per ſummam *aedis* partem, quae apud veteres ſine tecto erat, [79] cum filio evolavit; ipſe juxta terram volans;] Icarus altiora petens, [80] [dum cupit coeli portionem cognoſcere,] pennis Solis calore reſolutis, mari, in quod cecidit, nomen [81] Icarium inpoſuit. Daedalus vero primo Sardiniam, ut dicit Salluſtius lib. II. Hiſt. poſt delatus eſt Cumas: & templo Apollini condito [82] [ſacratiſque ei alis,] in foribus haec univerſa depinxit. Dicendo autem Vigilius, *ut fama eſt*, oſtendit requirendam eſſe veritatem: nam Taurus, notarius, [83] [vel, ut alii dicunt, magiſter militum] Minois fuit, quem Paſiphaë amavit, cum quo in domo Daedali concubuit: & quia geminos peperit, unum de Minoë, [84] ~~& alterum de Tauro,~~ enixa eſſe Minotaurum dicitur: *Mixtumque genus.* Sed incluſum Daedalum corruptis relaxavit regina cuſtodibus: qui, amiſſo in mari filio, navi delatus eſt Cumas: quod [85] & ipſum tangit dicens I. 301. [86] *Remigium alarum. Alae* enim & volucrum ſunt, & navium, ut III. 520. *Velorum pandimus alas.* [87] [Phinodicus Deliacon: Daedalum, propter ſupradictas cauſas fugientem navem conſcendiſſe, & cum imminerent, qui eum ſequebantur, intendiſſe pallium ad adjuvandum ventos, & ſic evaſiſſe. Illos vero, qui inſequebantur, reverſos nuntiaſſe, pinnis illum evaſiſſe. Menecrates Daedalum, occiſo patruele fratre, Cretam petiſſe dicit; Icarum filium ejus ab Atticis pulſum, dum patrem petit, naufragio periſſe: unde mari nomen. Quidam hunc Daedalum, Eupalami filium, arte fabrili nobilem, occiſo Perdice, ſororis ſuae filio, quem ſolum habere metuebat aemulum artis ſuae, (nam ab illo & uſum ſerrae de oſſe interiore piſcis, & circinum, propter [88] nomen ſuum, nam aliquibus *Circinus* putatus eſt appellatus, vel, ut quidam, Organum inventum tradunt) fugientem invidiam, ad Minoëm delatum Cretam, Paſiphaës uxoris ejus nefandi ſtupri dolum fabricaſſe.] MINOIA REGNA. Cretam [89] [ſcilicet, id eſt, [90] Minois ſaevitiam.]

15. PRAEPETIBUS PENNIS. [91] [Vel velocibus, vel] felicibus. [92] [*Praepetes* autem dictae, vel quod priora petant; vel ſummi volatus; vel [93] quae praepetit volatum; vel quae ſecundum auſpicium facit: & quidam *praepetes* tradunt, non tantum aves dici, quae proſperius praevolant, ſed etiam locos, quos capiunt, quod idonei feliceſque ſunt: unde bene Daedali *pinnas praepetes*, quia de locis, in quibus periculum metuebat, in loca tutiora pervenit:] *praepetes* enim ſunt aves boni augurii, quod huic dat, quia [94] pervenit [quo cupiebat.] AUSUS SE CREDERE CAELO. Quaſi alienis [95] ſedibus. Horatius I. Od. 3. *Expertus vacuum Daedalus aëra Pennis non homini datis.* INSUETUM. Hominibus ſcilicet.

16. ENAVIT AD ARCTOS. Bene miſcet utrumque: *nare* enim & de navibus dicimus, ut IV. 398.

Na-

62 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 63 vindictum Fabr. 64 miſiſſet Dan. 65 forte tertia, tertio V. 66 qui cum Arianne R. adamatus V. 67 deeſt V. R. Voſ. 68 deeſt V. Voſ. Lipſ. 69 regente V. filio iter rexit R. Voſ. 70 & innecato R. forte, & inde necato. 71 comperiſſet Fabr. repperiſſet Dan. 72 eum Icaro R. 73 deſunt V. R. Voſ. 74 regem poſſe placari R. Voſ. Lipſ. 75 deſunt V. R. Voſ. accepit pinnas R. a & pinnas Voſ. 76 & inde V. Voſ. & undè R. 77 filius alios impoſitos R. alis impoſitis evolavit Voſ. 78 deſunt V. R. Voſ. p. ſ. aeris partem Dan. Fabr. impoſitis evolavit, mediis omiſſis Lipſ. 79 cum filo * volavit Dan. 80 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. 81 deeſt V. R. Lipſ. Voſ. Steph. al. nomen ſc. dedit Dan. Fabr. 82 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 83 deſunt iisdem. 84 alium Dan. Fabr. & alium V. Voſ. alterum Baſil. 85 deeſt V. R. Voſ. 86 *remigio* V. R. Baſil. 87 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. Panoticos Deliacon * Dan. Panaetius Deliacon * Fabr. 88 nomen ſuum * nam Dan. 89 deſunt Lipſ. V. R. Voſ. Steph. al. 90 a Minois ſaevitia * Dan. 91 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 92 deſunt iisdem. 93 qui Dan. qui praepetunt Fabr. 94 pervenit * Dan. reliqua addit Fabr. deſunt autem V. R. Voſ. Lipſ. 95 rebus Dan.

Chalcidicaque levis tandem ſuper adſtitit arce.
Redditus his primum terris, tibi, Phoebe, ſacravit
Remigium alarum, poſuitque inmania templa.

20 In-

SERVII.

Natat uncta carina. Item IV. 613. [96] *Et terris adnare neceſſe eſt.* Et de volatu, ut IV. Georg. 59. *Nare per aeſtatem liquidam ſuſpexeris agmen.* AD ARCTOS autem, ſi ad fabulam, contra Septentrionem, [97] [ut quidam volunt, propter fervorem Solis & ceratas pinnas:] ſi ad veritatem, [98] ad Septentrionis obſervationem, [99] [cujus ductu nautae naves regunt.]

17. CHALCIDICAQUE. Quam civitatem Chalcidenſes condiderunt: & ſupra [1] de inſula *Cumas* nominavit; [nunc a civitate dedit epitheton.]

18. REDDITUS HIS PRIMUM TERRIS. Quaſi de alieno elemento [2] [in ſuum.] Horatius I. Od. 3. *Finibus Atticis Reddas incolumem precor.*

19. REMIGIUM ALARUM. Artem volandi. [3] [Et iterum miſcet dicendo *remigium*, [4] [quod eſt navis.] POSUIT. Exaedificavit.

VARIORUM.

domus ferarum. Trappeus, occupat rapide ſilvas. BURM.

11. PETIT. *Subit* Parrhaſ. perperam. deinde enim demum ſubibit, nunc iter ad illud tendit. *magnas in praelia mentes* dixit Stat. V. Theb. 6. mox *ſubeunt*, quia non tantum Aeneas & Achates, ſed ceteri etiam Trojani comites. nam inf. ỳ. 34. praemiſſo Achate, ideoque eo abſente, tamen dixit, *perlegerent*. alii adſunt ỳ. 41. vid. infr. 477. BURM.

14. REGNA. *Tecta* Venetus ex verſu praecedente: & ſolebant Librarii has voces commutare, ut ſaepe apud Ovidium. vid. XI. Met. 284. Lucan. IX. 458. & alibi. BURM.

15. PENNIS. *Pinnis* Mediceus.

16. PER ITER. *Pariter* Francianus. *erravit* Wittian. hic frontem Harduini mirari ſatis non poſſum, qui ubi hanc Metaphoram *nare*, pro volare damnavit ſoloeciſmi, addit Quinctilianum, ut hoc vitium exaltet, etiam Virgilium, de apibus dixiſſe *nare*. quod mentiri eum adfirmat, & nuſquam ita locutum Virgilium ait. ſed an in Georgicis, quae verum Maronis opus agnoſcit, non dixit, IV. Georg. 58. de apibus, *nare per aeſtatem liquidam*. ubi ſi qua durities videtur, eam mollit addito *liquidam*, quaſi aquoſus eſſet aër & humidus. & Lucret. III. 590. dicit, animam *enare in aëris auras*. BURM.

17. CHALCIDICAQUE LEVIS T. S. ARCE. *Chalcidicam arcem* Mediceus. *Chalcidicas arces* Marius Plotius libello de metris. ſed apud A Gellium lib. X. cap. 16. vulgata obtinet ſcriptura: ego tamen alteram praetulerim. ſic Feſtus Avienus deſcriptione Terrae ỳ. 674. *Cretam ſuper adſtitit Ida.* Quamquam Henricus Altiſſiodorenſis praefatione lib. V. de vita S. Germani, hunc Maronis locum reſpiciens,

Arctos ad gelidos pater impiger
Evolat, tutus frigore laevo,
Tandem Chalcidicis ſuper adſtitit arcibus.

HEINS. *Calchidica*, *Calcidia*, *Calcidica*, *Chalchidica* codices varie exhibent. vid. ad Ecl. X. 50.

18. HIS. *Hic* Zulichemius. recte: ut puto, qui ſe coelo crediderat, hic redditur terrae, hominibus propriae. ut bene Servius. ſic de Piratis, qui teſte Floro III. 6. *in aquas* SUAS *reſiluerant*, Pompejus *terrae* SUOS *homines reddidit*. vid. ad Ovid. II. Amor. IX. 30. & hinc *terreni homines* Lucan. VI. 401. ubi plura. vid. inf. ỳ. 152. & hac occaſione forte emendandus eſt locus Manilii V. 379.

Paſcere aves Veneris gaudent, & reddere caecas,
Ac certis revocare notis.

ubi de caecis columbis nugae ſunt. Bentlejus, ut audax eſt, legit, *& credere campo*, nulla ſimilitudine vocum *caecas* & *campo*. leviori mutatione malim legere, *& reddere coelo*. clauſas turribus, elemento ſuo reddere. videant eruditi. BURM.

19. IN-

96 *& nare terris* R. 97 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 98 deeſt iiſdem. ſed Steph. ſept. obſervatione. contra ſeptentrionis Baſil. 99 deſunt Voſ. Lipſ. R. V. Steph. Dan. 1 ab inſula Cumas nominavit Steph. de inſula civitatem nominavit V. inſula Cuma civitate nom. R. de inſula, nunc a civitate dedit epitheton Dan. ab inſula n. a. v. d. epitheton Fabr. al. *ut ſupra*, etiam major pars. & omittunt, nunc a c. d. e. ut & Lipſ. 2 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 3 deſunt Voſ. Lipſ. Steph. ad *poſuit*. 4 deſunt Baſil.

In foribus letum Androgei: tum pendere poenas
Cecropidae juſſi (miſerum!) ſeptena quot annis
Corpora natorum; ſtat ductis ſortibus urna:

Con-

SERVII.

20. LETHUM ANDROGEO. Secundum Atticam linguam genitivus ſingularis Graecus eſt, [5] [cum ipſe alibi II. 392. *Androgei galeam*. Quidam tamen hic ſubaudiunt *poſuit*, id eſt, pinxit, ut Horatius IV. od. 8. *Qualis Parrhaſius prodidit, aut Scopas, Solers nunc hominem ponere, nunc deum: Hic ſaxo; liquidis ille coloribus*. Sane nonnulli hunc *Androgeum*, non ita, quemadmodum ſupradictum eſt, inſidiis occiſum; ſed a Marathonio tauro, qui flammas vomere dicebatur, conflagratum tradunt.]

21. CECROPIDAE JUSSI. Athenienſes, a rege Cecrope, [6] [ut *Romulidae*, id eſt, Romani, a Romulo.] PENDERE autem, ſolvere: quod, ut ſupra t. 136. diximus, tractum eſt a pecuniaria damnatione. MISERUM. Dolentis interjectio: ac ſi diceret *nefas*, [7] [ut VIII. 688. *Sequiturque (nefas) Aegyptia conjux*. Et quid eſt *miſerum?* ſubjunxit, dicens] SEPTENA QUOTANNIS CORPORA NATORUM. *Septena quotannis*, quidam ſeptem pueros & ſeptem puellas accipi volunt, [8] quod & Plato dicit in Phaedone, & Saffo in Lyricis, & Bacchylides in Dithyrambis, & Euripides in Hercule: [8] [quos liberavit ſecum Theſeus, quorum haec nomina ferunt: Hippoſorbas [9] & libi, id eſt, * Arcadis, Antimachus Euandri, Mneſteus Sumiani, Fidocus [10] Ramnutis, Demolion Cydani, Purieſion Celei: Puellae hae, Phereboea Alcatini * Medippe Pyrii, Ieſione Celei, Andromache Eurymedontis, [11] Eurymeduſa Polyxeni, Europe Laodicis, Milita Triaconi. *]

22. CORPORA NATORUM. Bene corpora, quae adempta vita conſumebantur; [12] [ut ſuper [13] orbitatem parentibus ne ſepelire quidem liberos licuiſſet: magna ergo periphraſi dictum eſt.] STAT. Aut horret, ut inf. 300. [14] *Stant lumina flamma:* [15] [aut plena eſt, ut XII. 407. *Pulvere coelum Stare vident:*] Aut re vera *ſtat*, poſt [16] ductas ſortes; aut certe ad picturam reſpexit: nam volvi in pictura non poterat [17] urna: & licet [18] [non potuerit urna: &] non ſit urnae [19] ſtare; de pictura tamen bene dictum eſt. Sed ſi *ſtat*, horret acceperimus, DUCTIS SORTIBUS, intelligimus, de qua ducebantur, ut I. 121. *Et qua vectus Abas*. Nam a paſſivo, ut ſaepe [20] jam diximus, [21] inveniri non poteſt participium praeſens. [22] [Proprie autem *ductis ſortibus*. Salluſtius fragm. incert. *Sortibus ductos fuſti necat*.]

VARIORUM.

19. INMANIA TEMPLA. Sic *coeli immania templa* dixit Lucret. V. 522.

20. ANDROGEO. *Androgei* codices noſtri fere omnes, praeter tres quatuorve recentiores. ſecundum nempe Rottendorphium, quartum Moretanum & Schefferianum. niſi quod in Menteliano priore, *Androge*. Voſſius etiam lib. II. de Anal. 7. *Androgei* ſuos codices habere teſtatur: & ita Pierius. verum *Androgeo* Cariſius, Probus, Servius & Priſcianus agnoſcunt & tuentur: ut ſit ſecundus caſus Atticus: ſed cur non tertius poſſet eſſe? Cariſius, *Itaque ſi fuerit nominativus* Androgeos, *genitivus* erit Androgeo: *ut apud Virgilium*, in foribus letum Androgeo. *ſed apud eumdem invenimus*, Androgei galeam. *ſed non de eodem nominativo*. Probus Art. Gram. p. 1397. *o litera genitivus terminatus Graecus eſt, eumque produci neceſſe eſt*. ut, in foribus lethum Androgeo. eſt enim *proprie Graecus genitivus, licet aliqui hic legant*, in foribus lethum Androgei, *Graecae declinationis ignari*. ut dicam tamen quod ſentio, opinor magis argutari hic Grammaticos, quam Maronianam manum eſſe aſſecutos. de altero Maronis lib. III. 292. loco ſubjungit

Pro-

5 deſunt V. Lipſ. R. Voſ. Steph. ad ℣. 21. ſed Baſil. addit ὁ Ἀνδρόγεως, τοῦ Ἀνδρόγεω. 6 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. 7 deſunt Voſ. R. V. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 22. Danieli ad, *& quid*, & quid ſit Fabr. 8 deſunt Fabr. ad ℣. 22. ſunt vero nomina propria hic corruptiſſima in quibus omnibus recenſendis taedium mihi & lectoribus oburiretur. 9 & Lybis, Heinſius. 10 Raunutis Dan. mox G. Voſſ. legebat Puellae hae, Periboea, &c. 11 ſeu * Pymeduſa Dan. 12 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. Fabr. al. 13 orbitatem * Dan. 14 *ſtat* V. R. Baſil. 15 deſunt V. Lipſ. R. Voſ. Steph. al. 16 ducitis V. 17 deeſt Voſ. V. R. Steph. al. 18 deſunt iidem & Lipſ. 19 deeſt Baſil. 20 deeſt Dan. Fabr. al. 21 invenire non poterit R. invenire non poterat Lipſ. non poterat eſſe V. 22 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. in Salluſt. vero legitur, *forte ductos*.

Contra elata mari reſpondet Gnoſia tellus:
Hîc crudelis amor tauri, ſuppoſtaque furto
Paſiphaë, mixtumque genus, proleſque biformis
Minotaurus ineſt, Veneris monumenta nefandae:
Hîc labor ille domus, & inextricabilis error.
Magnum reginae ſed enim miſeratus amorem
Daedalus, ipſe dolos tecti ambageſque reſolvit,

Cae-

SERVII.

23. ELATA MARI. Perite [23] [dixit; eminens eſt enim: & bene] ſitum expreſſit: ut enim Salluſtius fragm. incert. dicit: *Creta altior eſt, qua parte ſpectat orientem.* RESPONDET. Aſpicitur: nam contra Athenas eſt poſita.

24. [24] [SUPPOSTAQUE FURTO. Hoc eſt, furtim incluſa in vaccam ligneam, quae erat operta ejus vaccae corio, quam maxime taurus adpetebat: aut] *furto*, adulterio, ut IV. Georg. 346. *Vulcani, Martiſque dolos, & dulcia furta.* Poteſt autem, [25] [ſicut dictum eſt,] & ad [26] vaccam referri, [27] [cujus ſpecie tauro furata ſit coitum.].

25. MIXTUMQUE GENUS. Secundum veritatem: [27 *] [quia duos peperit, unum ex Tauro, alterum ex Minoë.] PROLESQUE BIFORMIS. Secundum fabulam: [28] [quia viro mixtus eſſet Taurus.]

26. VENERIS MONUMENTA NEFANDAE. Aut [29] memoria turpiſſimi coitus: aut ultio Veneris, [30] [a Sole] proditae. [31] Significat autem Minotaurum.

27. INEXTRICABILIS ERROR. Inſolubilis, [32] indeprehenſibilis. Horatius III. Od. 5. *Si pugnat extricata denſis Cerva plagis.* Si extricata, eſt ſoluta, inextricata, [33] inſoluta ſine dubio.

28. REGINAE. Regis filiae, Ariadnes.

VARIORUM.

Probus, & in quo contendit legendum eſſe, *Portuſque ſubimus Chaonio*, cum *portuque* nunc circumferatur. ſed de illo jam diximus. HEINS. *Androgeo* Francianus, Regius & Wittian.

21. MISERUM. Heinſius in ora codicis, pro *miſerorum* natorum corpora capiebat. ſed eſt interjectio, ut recte Servius. vid. ad IV. Georg. 130. pro *miſere* Serv. ad I. Aen. 251. *ſeptena* hic pro bis ſeptem poni vult Guellius. BURM.

23. RESPONDET. Tentaveram olim *reſplendet*, ut lumen picturae indicetur. & quia haec verba in Mſſ. videram commutari. vid. ad Sil. Ital. II. 663. & quia apud Horat. I. Od. 14. *nitentes* Cyclades, vetus Commentator exponit, *longe apparentes*, & lib. III. Od. 28. idem Poëta *fulgentes* vocet, ubi Scholiaſtes explicat fortunatas, quae interpretatio Cretae convenire poſſet, quae μακαρόνησος, & μακάρων νῆσος dicitur, ut docet Meurſius in Creta lib. I. cap. 2 & 3. ſed quia hic conſtans lectio eſt *reſpondet*, ἐπέχει. & ita etiam laudat Anonymus Interpres Ciceronis ad II. Catil. II. ubi *comparatur* explicat. Servius hic *adſpicitur* & ad I. Aen. 585. *reſpicit* exponit. ut ita loca dicuntur centies adſpicere & reſpicere loca oppoſita, & vicina. vid. ad Phaedr. II. fab. 5. & ita eleganter *reſpondere* quoque poſſunt dici oppoſita & contra ſita. Manil. IV. 811.

Sic terrae terris reſpondent, urbibus urbes,
Litora litoribus, regnis contraria regna.

Lucret. IV. 213.

Coelo ſtellante, ſerena
Sidera reſpondent in aqua radiantia mundi.

Vid. & ỳ. 168. apud Ovid. I. Art. 224. in codice Commeliniano:

Cui coma reſpondet caerula, Tigris erit.

ut Euphratis arundini opponatur. ubi Heinſius etiam *reſplendet* malebat. BURM.

25. PASIPHAE. *Phaſiphe* Witt. *Paſiphe* Wall. Edd. Venet. & Mediol. vid. Ecl. VI. 46. *mixtum genus* Wittian.

26. INEST. Abſolute hoc poſitum verbum notat

23 deſunt iiſdem. 24 deſunt iiſdem. 25 deſunt iiſdem. 26 baccam V. R. 27 deſunt voſ. R. Lipſ. Steph. 27 * deſunt iiſdem & Dan. 28 deſunt iiſdem. ſed Dan. habet. 29 memoriam V. R. Voſ. 30 deſunt V. R. Voſ. Steph. 31 ſignificatur a Minotaurus Baſil. 32 inreprehenſibilis R. in Horatii loco, *ſic pugnat* Lipſ. 33 deeſt R.

Digitized by Google

Caeca regens filo veſtigia. Tu quoque magnam
Partem opere in tanto, ſineret dolor, Icare, haberes.
Bis conatus erat caſus effingere in auro:
Bis patriae cecidere manus. Quin protenus omnia
Perlegerent oculis; ni jam praemiſſus Achates
Adforet, atque una Phoebi Triviaeque ſacerdos,

Dei-

SERVII.

31. OPERE IN TANTO. In foribus adfabre factis.

33. BIS PATRIAE CECIDERE MANUS. [34] Ideo, quia patriae, [35] [ex affectu & paterna pietate.] QUIN PROTINUS OMNEM. Oſtendit plura fuiſſe, quam dixit, depicta

34. PERLEGERENT. [36] [Perſpectarent; ſcilicet,] picturam. Nec incongrue [37] dictum, *legerent:* cum Graece γράψαι. & *pingere* dicatur & ſcribere. Hoc eſt, quod ait Horatius in Arte poëtica. 52. [38] *Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, ſi Graeco fonte cadant parce detorta,* PRAEMISSUS ACHATES. κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus. [39]

VARIORUM.

tat Barth. ad Claud. I. in Rufin. I. ſed *hic ineſt* debet conjungi, id eſt, in hac inſula Creta picta videtur.

30. REGENS. *Legens* in Sprotiano. ut legere veſtigia filo dixerit. quomodo filum legere dixit lib. X. 814. *Extremaque Lauſo Parcae fila legunt.* de filo relecto copioſe ad Naſonis Epiſtolam X. 104. ſed nihil hic mutandum. Porphyrius in Panegyrico:

—— *Hinc jugi ſtamine fata*
Vobis fila regunt.

HEINS. *Legens* erat etiam in Vratiſlav. & eadem varietas in his verbis apud Ovid. Epiſt. XV. 216. & Claudian. Conſ. Manil. 147. ſed omnia, quae Heinſius adducit, de alia re agunt, nec hic de Theſeo, qui fila legit, agitur, ſed de Daedalo, qui monſtravit Ariadnae, quomodo per filum poſſet e Labyrintho Theſeus evadere, & ita ille quaſi dux & monſtrator, rexit iter. & hinc Servius ad ỹ. 14. dicit Ariadnen ex conſilio Daedali filo rexiſſe iter. apud Propert. II. XI. 7.

Nec ſic incolumem Minois Theſea vidit,
Daedaleum lino quum duce rexit iter.

ubi ambiguum, an *rexit* ad Theſea, an ad Minoida referri debeat, & hoc praeferrem. ibi Heinſius etiam *filo* pro *lino* malebat. *Caeca veſtigia* Cortius ad Saſſ. Jug. CVII. capit pro averſis, quae retro legenda eſſent. ſed non puto Theſea averſum receſſiſſe, id eſt tergo ad exitum directo. ſed *caeca* ſunt, obſcura, inextricabilia, ambigua, ut centies apud Noſtrum & alios *caeca* dicuntur. vid. Non. Marc. in *caecum* & Serv. ad I. Georg. 89. & I. Aen. 19. & V. 589. BURM.

31. DOLOR. *Labor* Venetus pro varia lectione. & Ed. Venet. *opere tanto* alter Hamburgicus. Stat. VIII. Theb. 560. *Inque vicem, ſineret fortuna, placebant.* ubi Heinſius malebat, *ſineres.* BURM.

32. BIS. Firmaret hic locus, quod obſervavit Scholiaſtes Barth. ad Statii XI. Theb. 449. numerum hunc eſſe rei non perfectae, ut ternarius perfectae. quod tamen non perpetuum eſſe dicit Barthius. BURM.

Ibid. CASUS. Quia mox *cecidere* ſequitur, hoc culpat Faber ad Longin. cap. III. vellem oſtendiſſet in his eſſe τὸ μειρακιῶδες, quod ibi culpat Rhetorices magiſter. ego non reperio *cadere manus* dicitur, ubi quis in medio opere languet, aut perturbatione animi illa, quae incepit, e manu amittit, & ita perficere nequit. Ovid. VII. Met. 347.

Cecidere illis animuſque manuſque.

id eſt trepidaverunt animo & corpore, ut apud Grat. Cyneg. 450. *cecidere animi & trepidantia membra.* de ipſis, quae manibus tenemus, & excidunt, Ovid. III. Faſt. 225. *Tela viris animuſque cadunt.* & ita paſſim. in tam obvia ergo & naturali locutione, nihil eſt quod reprehendas, nec *ceci-*

34 deeſt quia R. ideo deeſt Voſ. 35 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 36 deſunt R. V. Voſ. Lipſ. 37 *legi* picturam dixit, cum Gr. γράψαι pingere d. & ſcribere V. R. Voſ. Baſil Steph. & Fabr. niſi quod & pingere. nam Graece Fabr. 38 deſunt Maſvicio, quum omnes habeant: *cadent* Horatius *parce*, vel *parte* V. 39 id eſt, taciturnitatem Steph. *ſecundum*, id eſt ſecundum taciturnitatem Dan. Fabr. id eſt ſec. taciturnitatem Voſ.

Deiphobe Glauci, fatur quae talia regi:
Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit.
Nunc grege de intacto ſeptem mactare juvencos
Praeſtiterit, totidem lectas de more bidentis.
Talibus adfata Aenean (nec ſacra morantur
Juſſa viri) Teucros vocat alta in templa ſacerdos.

Ex-

SERVII.

36. DEIPHOBE GLAUCI. Subaudis filia, & eſt proprium nomen Sibyllae. Multae autem [40] fuerunt, ut ſupra diximus [41] III. 445. quas omnes Varro commemorat [42] [in libris Rerum divinarum:] & requirit, a qua ſint fata Romana conſcripta; & multi ſequentes Virgilium, [43] ab hac *Cumana* dicunt: [44] at quae licet longaeva legatur, non tamen valde congruit eam uſque ad [45] Tarquinii tempora duraſſe, cui Sibyllinos libros conſtat oblatos. [46] Ducitur tamen Varro, ut [47] Erythraeam credat ſcripſiſſe, quia poſt incenſum Apollinis templum, in quo fuerant, apud Erythram inſulam, in Aſia, ipſa inventa ſunt carmina.

37. NON HOC ISTA SIBI TEMPUS SPECTACULA POSCIT. [48] Et ſupra IV. 143. diximus, Apollinem ſex menſibus apud Lycios, & ſex apud Delum dediſſe reſponſa: item lectum eſt, deos aliquotiens [49] tantum kalendis; aliquotiens tantum idibus vaticinari; nonnunquam diei vel prima, [50] [vel media,] vel poſtrema parte: unde eſt in Jure *fiſſus dies*, id eſt, non totus religioſus, [51] quem nunc oſtendit, dicens non oportere Aeneam, religioſam diei partem perdere, id-eſt, oraculis congruam. Sane ſciendum POSCIT lectionem eſſe meliorem: tempus enim poſcit ſpectacula, non a ſpectaculis poſcitur.

38. NUNC GREGE DE INTACTO. *Gregem* pro armento poſuit: nam de juvencis dicturus eſt, [52] ſed haec per poëticam licentiam ſaepe confundit. Illo loco proprie poſuit VII. 538. *Quinque greges illi balantum quina redibant Armenta.* INTACTO autem, indomito, ut IV. Georg. 540. *Intacta totidem cervice juvencas.*

39. LECTAS DE MORE BIDENTES. De more, antiquo ſcilicet, quem praetermiſit. quaſi tunc omnibus notum: is eſt, ne habeant caudam aculeatam; [53] ne linguam nigram; ne aurem fiſſam: [54] per quod docet aliud eſſe *intactum*, aliud *lectum*. BIDENTES autem, ut [55] [diximus ſupra IV. 57.] oves ſunt circa bimatum, habentes [56] duos dentes eminentiores: quae erant aptae ſacrificiis.

VARIORUM.

cidere hic captatum eſt, quia praecedebat *caſus*, neque ideo etiam vitare cogebatur. BURM.

33. QUIN PROTINUS OMNIA PERLEGERENT. *Omnia* ἀορίστως, non *omnem*. Terentius Scaurus item *pellegerent* legit, pro *perlegerent*. FABRICIUS. *Omnia* agnoſcitur a Nonio in *legere*, & a Mario Victorino de metris agente in Gramm. & a Macrobio lib. V. Saturn. cap. 14. ubi notaverat eſſe verſum ὑπερκαταληκτικόν. ſic quoque ex ſcriptis nonnullis Giphanius Ind. Lucret. pag. 452. & 39. nec aliter exhibent Mediceus, Gudianus, Leidenſis & Moretanus ſecundus ex noſtris. etiam Mentelianus prior, primus Rottendorphius & Sprotianus a manu prima, & tertius Rottendorphius pro diverſa lectione. in caeteris *omnem* vel *omne*; perperam. ſic in Georg. II. 60. *arbutus horrida*. & III. 449 *vivaque ſulphura*. Auſonius Epiſtola IX. 28.

Quae Narbo ad Veneris nutrit, cultuque carentia
Helleſpontiaci quae protegit aequor Abydi.

Pellegerent etiam ſcribendum eſſe hoc loco Terentianus Scaurus de Orthographia monet, & Giphanius ad Lucretium. quod & probat Voſſius Art.

Gram-

40 fuerant Dan. 41 in tertio Fabr. al. 42 deſunt Voſ. V. R. Lipſ. Steph. Dan. al. 43 ab bacca cumina R. ob hoc cumanam Dan. 44 ut Dan. Fabr. deeſt V. R. Voſ. Steph. al. 45 Tranquilli tempore R. 46 dicitur V. Voſ. dicit J. V. E. Baſil. creditam Fabr. al. credam Baſil. *Aeriticam* hic & mox Lipſ. 47 delet inſulam Salmaſ. Exerc. Plin. p. 54. vid. & inf. ℣. 321. & *in Aſia* deſunt Lipſ. 48 ut Dan. 49 deeſt hic & mox iterum V. R. Lipſ. priore loco deeſt Baſil. ſecundo Voſ. & Steph. 50 deſunt V. R. Lipſ. Baſil. 51 quod V. deeſt R. 52 quae per V. R. Steph. al. hic iterum Voſſianus deerat uſque ad ℣. 107. 53 linguam fiſſam, ne aurem nigram Dan. ling. nigram, ne auram fiſſam V. R. nec l. n. nec a. fiſſam Baſil. 54 deeſt praepoſitio *per* R. 55 deſunt V. ſupra deeſt R. Steph. Dan. Fab. al. 56 duo. V.

Exciſum Euboicae latus ingens rupis in antrum:
Quo lati ducunt aditus centum, oſtia centum:
Unde ruunt totidem voces, reſponſa Sibyllae.
Ventum erat ad limen, quum virgo, Poſcere fata
Tempus, ait. Deus, ecce, Deus. Cui talia fanti
Ante fores, ſubito non voltus, non color unus,

SERVII.

42. EUBOICAE RUPIS LATUS. [57] [Deeſt *eſt*:] hoc eſt, montis Cumani, quem Euboici habitaverunt. Eſt autem Acyrologia: coloniae enim epitheton [58] rei dedit immobili. IN ANTRUM. In antri ſimilitudinem, ut III. 533. *Portus ab* [59] *euroo fluctu curvatus in arcum.*

43. QUO LATI DUCUNT ADITUS CENTUM. Non ſine cauſſa & *aditus* [60] dixit & *oſtia:* nam [61] Vitruvius, [62] qui de Architectonica ſcripſit, [63] *oſtium* dicit, per quod ab aliquo arcemur ingreſſu, ab *obſtando* dictum; *aditum* ab *adeundo*, per quem ingredimur. OSTIA CENTUM. Finitus numerus pro infinito: licet poſſit & rationabiliter dictum eſſe. Reſponſa enim Sibyllae in hoc loco plus minus centum [64] ſermonum ſunt. Inveniuntur tamen Apollinis [65] elogia, [66] & viginti quinque & trium ſermonum: unde & melius eſt finitum pro infinito accipi.

44. TOTIDEM VOCES. Ac ſi diceret, [67] & tot ſermones.

46. DEUS ECCE DEUS. Vicinitate templi jam adflata eſt numine: nam [68] furentis verba ſunt, deum velle oſtendere, qui ipſi tantum videtur. Sane cauti [69] ſatis eſſe debemus, quando plena ſit numine, & quando deum deponat: [70] de Miſeno enim poſt vaticinationem dictura eſt.

47. NON COLOR UNUS. [71] Idem Lucanus V. 214. *Stat nunquam facies.*

VARIORUM.

Gramm. lib. I. cap. 43. ut in *intelligere.* HEINS. *Omnē* Francianus. *omnes*, ſed *s* eraſa erat Dorvill. *omnem* Ed. Med. *omne* Reg. & Parrh. & Ed. Venet. ſed *omnia* Wittian. eodem ſenſu poſtea ỳ. 751. *unde omnes longo ordine poſſet Adverſos legere. Oculis perluſtrare* dixit Liv. XXIII. 46. & XXV. 9. & alii.

36. DEIPHOBE. *Deiphoebe* duo Rottend. Gudianus, Venetus & Ed. Venet. *Deiphebe* plurimi. *quae fatur* Menag. pr.

Ibid. REGI. *Rogat* Harduinus, *jamne rex Aeneas?* immo vero; profugos enim Trojanos ſuis auſpiciis regebat. & Ilioneus lib. I. 544. ait, *Rex erat Aeneas nobis*, ubi nihil erat, quod offenderet Jeſuitam, nam & ſine nota tranſmiſit. ne dicam *Reges*, & *Reginas* dici centies ex regio genere natos, ut Argonautas Reges ſaepe vocat Valer. Flac. vid. ad lib. I. 174. nec hoc Poëtis ſolum conceſſum, ſed & Hiſtoricis docebunt Exempla a Cl. Dukero ad Flor. IV. 9. adducta. BURM.

37. POSCIT. *Poſcunt* Mediceus noſter cum principe Pierii Vaticano. in altero Menteliano eraſa erat vetus ſcriptura. Poſſis etiam, *poſci.* HEINS. *Poſſit* Francian. *haec iſta* Parrhaſ. imitatur Claudian. II. in Eutr. 365. *non haec ſpectacula tempus poſcere.* aliter mox, *poſcere fata tempus*, ſcilicet eſt tempus poſcere fata. ut V. 638. *jam tempus agi res.* & paſſim. BURM.

38. GREGE DE INTACTO. *Grege de niveo* apud Macrobium legas lib. IV. Saturn. cap. 2. ſed librariorum, ut opinor, culpa; Diis enim inferis, non niſi hoſtiae immolabantur pullae, quod neſci-

57 deſunt V. R. Steph. al. 58 deeſt R. epitheton reddidit V. addunt vero, id eſt rupis pro civitate Fabr. al. 59 *Eoo* V. Steph. Dan. Fabr. al. 60 deeſt Dan. 61 Vetruvius V. Vetrubius R. Victruvius Baſ. 62 qui de Architectonia V. R. qui Architectonica Dan. Fabr. qui de arte arch. Lipſ. 63 cum ab aliquo arcemur ingreſſu, id oſtium dici ab oſtando, cum ingr. aditum ab adeundo R. & ita Steph. Baſil. niſi quod haec habeat, *ait*, cum ab &c. ab *obſtando.* Fabr. dedit, ab *oſtando*, id eſt *obſtando.* in V. erat ab *oſtando.* ab *obſtando* cum ingr. aditum ab adeundo Lipſ. 64 ſermonibus. Inveniuntur V. 65 logia V. quod non diſplicet. vid. ſupra IV. 146. praeterea centum viginti quinque, vel viginti trium ſermonum, vel centum logia, viginti quinque vel t. s. vir doctus in Obſerv. Miſcel. vol. I. p. 176. BURM. 66 & in XXV. R. & trium ſermonum. R. 67 deeſt V. Lipſ. Steph. Dan. Fabr. al. 68 futurantis R. an *fatuantis?* 69 deeſt V. R. Steph. al. 70 non enim poſt vaticinatio dictura eſt R. non enim poſt vaticinationem dictum eſt Baſil. 71 item Lipſ. Baſil. *ſtant* R.

Non comtae manſere comae; ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument: majorque videri,
Nec mortale ſonans, adflata eſt numine quando
Jam propiore Dei. Ceſſas in vota preceſque,
Tros, ait, Aenea? ceſſas? neque enim ante dehiſcent
Attonitae magna ora domus. Et talia fata
Conticuit. Gelidus Teucris per dura cucurrit

Oſſa

SERVII.

48. COMTAE COMAE. Antehac ſcilicet: nam propter ſacra [72] reſolutae ſunt, ut III. 370. *Vittaſque reſolvit* [73] *Sacrati capitis.*

49. MAJORQUE VIDERI. Videbatur; ſicut ſolebat [74] in vaticinantibus [75] apparere, per numinis praeſentiam: quod humanis inludebat aſpectibus: unde ait: *Majorque videri.* Non enim erat re vera.

50. NEC MORTALE SONANS. Alia enim vox [76] numinum eſt, ut I. 328. *Nec vox hominem ſonat.* Item V. 649. *Vociſve ſonus,* [77] [*vel greſſus euntis.*] ADFLATA EST NUMINE. Nondum deo plena; ſed adflata vicinitate numinis. QUANDO. Siquidem: nam conjunctio eſt, [78] non adverbium.

51. CESSAS IN VOTA. Tardus es ad vota facienda: [79] [nam ſi [80] dixerit *Ceſſas in votis:* hoc ſignificat, tardus es dum vota facis. Aliud eſt, *ceſſas in illam rem;* [81] aliud *ceſſas in illa re:* tardus es ad faciendam rem; & tardus es in facienda re. Figurate autem dixit, *ceſſas* circa [82] promittenda vota numinibus.]

52. TROS. Principale pro derivativo, [83] pro, *Troius.* ANTE DEHISCENT. [84] Trahit hoc de Matris deum templo: quod non manu, ſed precibus aperiebatur.

53. ATTONITAE. Stupendae; non ſtupentis. Ergo ATTONITAE, facientis attonitos, ut: *Mors pallida: Triſtis* [85] *ſenectus.* ORA DOMUS. Quia ſupra ait: *Unde ruunt totidem voces reſponſa Sibyllae.*

54. PER DURA CUCURRIT OSSA TREMOR. [86] Religionis eſt & divinae reverentiae. Alibi III. 372. *Ipſe* [87] *manu multo ſuſpenſum numine ducit.*

VARIORUM.

viſſe Macrobius non potuit, & ſane vetuſtae Macrobii editiones, *grege intacto* exhibent. HEINS. *Hunc grege* Francianus. mox, *ex more* Venetus.

41. ALTA. *In templa alta* prior Hamburgicus. mox, *exciſſum* primus Rottendorfius.

43. QUO. *Qua* ſecundus Moreti. vid. ad Ecl. IX. 1. & alibi.

45. CUM. *Tum* quidam apud Serv. III. Aen. 370.

46. DEUS, ECCE DEUS. Hoc Chriſtianiſmum ſapere putat Harduinus. ſed & hic de uno Deo, qui templo praeſidebat, agitur. & aliis in locis ſaepe *Deum* ſingulari numero poni, vidimus ad Grat. Cyneg. 350. & ad Ovid. III. Art. 103. & alibi ſaepe. reliqua, quae carpit in 51. & 52. refutatione indigna puto. nec *ceſſare* eſt differre vota, ſed languide, tarde agere. vid ad Phaedr. I. Fab. 9. BURM.

Ibid. TALIA FANTI. *Plurima fanti* Scholiaſtes Statii Theb. X. 164. HEINS.

48. NON COMTAE MANSERE COMAE. Contra in falſo Tireſia Stat. II. Theb. 97.

Manſere comae, propexaque mento
Canicies, pallorque ſuus.

BURM.

49. TUMENT. *Domat* Lutatius ad Statii VIII. Theb. 202. ex ℣. 80. idem Statius XI. 264. de

Creon-

72 reſoluta ſunt R. 73 *ſacri* Steph. 74 in vaticinatione Steph. Dan. in vaticinationibus Baſil. 75 apparere numinis praeſentiam V. app. n. praeſentia Baſil. ſolebat vaticinantibus apparere, non enim erat revera R. aliis omiſſis. 76 numinis Dan. Fabr. 77 deſunt Baſil. 78 nec dubium adverbium Dan. 79 deſunt R. ad ℣. 52. 80 dixeris V. Baſil. 81 & aliud V. Steph. Baſil. 82 mittenda Steph. 83 id eſt *Troius* V. id eſt pro *Troius* Baſil. 84 tractum eſt de Dan. Baſil. Maſv. 85 *ſenecta* V. R. 86 tremor religionis eſt, & d. rever. V. non divinae & rev. Dan. 87 *manum* omnes, ſed legendum *manu. m.* geminatum ex ſequenti voce. recte citat mox ad ℣. 151.

Digitized by Google

Oſſa tremor, funditque preces rex pectore ab imo:
Phoebe, gravis Trojae ſemper miſerate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela manuſque
Corpus in Aeacidae; magnas obeuntia terras
Tot maria intravi, duce te, penituſque repoſtas
Maſſylûm gentis, praetentaque Syrtibus arva.

Jam

SERVII.

55. PECTORE AB IMO. [88] A mentis intimo; nec immerito: nam illa re [89] divinitas flectitur, quae eſt nobis cum divinitate communis, id eſt, [90] ſenſu.

56. PHOEBE, GRAVES TROJAE SEMPER MISERATE LABORES. Secundum Homerum, qui eum dicit ſemper Trojae propugnatorem fuiſſe. Et bene [91] ait, *miſerate*, quia Troja defendi non potuit: ideo non dixit, qui defendiſti; ſed miſeratus [92] es.

57. DARDANA QUI PARIDIS. Achilles, a matre tinctus [93] in Stygiam paludem, toto corpore invulnerabilis fuit, excepta parte, qua tentus eſt [94] [manu matris: unde Statius I. Ach. 269. *Si te Stygis amne ſevero Armavi, totumque utinam*:] qui, cum amatam [95] Polyxenam, ut in templo acciperet, ſtatuiſſet, inſidiis Paridis, poſt ſimulachrum latentis, occiſus eſt: unde fingitur, quod, [96] tenente arcum Apolline, Paris [97] direxerit tale. Et bene [98] ait DIREXTI, quaſi ad ſolum vulnerabilem locum. [99] *Dardana* autem ideo, ut non adultero, ſed genti praeſtitiſſe videatur. TELA MANUSQUE. Vel quia aliud ſine alio eſſe non poteſt; vel hoc dicit: Et artem per [1] tela, ut noſſet quid feriret; & virtutem per manus dediſti, [2] ut Achillis fata compleret.

58. MAGNAS OBEUNTIA TERRAS TOT MARIA INTRAVI. Terras cingentia. Oceanus quippe ambit omnes terras: & licet iſte per ea maria navigaverit, quae terris cinguntur; tamen non dixit [3] improprie; cum de Oceano iſta naſcantur.

59. TOT MARIA. Dicendo *maria*, [4] partem eum maris navigaſſe ſignificat, non [5] totum mare. *Mare* enim elementum eſt totum; *Maria* vero, [6] partes maris; [7] ſicut & *terrae*, partes ſunt; *terra* vero, totum elementum eſt. [8] PENITUSQUE REPOSTAS. Longe remotas, avias.

60. MASSYLUM GENTES. *Maſſyli*, ſunt Mauri: unde ſpeciem pro genere poſuit: nam Aeneas ad Africam venit: cujus partem conſtat eſſe *Maſſyliam*: [9] [Mediterranea enim eſt pars Mauritaniae: unde a parte totum accipere debemus:] [10] praeſertim cum media longa ſit: nam *Maſſylia*, media brevi, civitas eſt Galliae; Lucanus III. 360. *Maſſyliam delere vacat*.] PRAETENTAQUE SYRTIBUS ARVA. Circumfuſa: incerta enim illic ſunt maria & terrae: unde ait Lucanus IX. 312. *Aequora fracta vadis, abruptaque terra profundo.*

VARIORUM.

Creonte, *urit fera corda Menoeceus.*

50. NEC. *Non* Parrhaſ.

51. DEA. *Deo* pauci habent codices & plerique a manu prima, vel ſecunda. *ceſſes* prior Menagii. *& propiore* Dorvil.

52. AENEA. *Aeneas* Sprotianus.

Ibid. NEC ENIM. *Neque enim* ex ſcriptis. HEINS. *Dehiſcunt* Leidenſis unus. mox, *domos* tertius Rottendorphius. ut Auguſtum ſemper ſcripſiſſe dicit Sueton. cap. LXXXVII. deinde malebat Heinſius,

ut

88 deeſt praepoſitio V. Dan. Fabr. 89 divinitatis Dan. 90 in ſenſu R. 91 deeſt V. R. Steph. al. 92 obſtando eſt V. eſt Fabr. 93 in ſtyge palude Dan. haec iisdem fere verbis leguntur apud Scholiaſten Statii ad I. Achil. 134. & vide eumdem Schol. ad ỳ. 269. ubi vide Barth. Munck. ad Hygin. fab. CVII. BURM. 94 deſunt V. R. Dan. eſt manu matris. Qui cum Steph. in Lipſ. deerant, *qua tentus eſt.* 95 Polyxenam in templo accipere Baſil. 96 tenente Apollinem Paridi texerit V arcum deeſt R. Dan. Baſil. 97 duxerit tela Dan. Fabr. 98 deeſt V. R. Steph. al. 99 id eſt talum Dardana &c. Fabr. 1 tela noſſe, & ut noſſet Dan. Fabr. 2 ut ejus vota compleres Steph. Dan. Fabr. ut ejus fata compleret V. R. Lipſ. Baſil. quae addit, & fortiter invaderet. 3 proprie Steph. ſi de oceano Dan. naſcuntur R. Steph. 4 partes Dan. 5 tantum Genev. Ed. 6 partes ſunt Commelin. 7 ſicut terrae R. V. Steph. al. 8 deeſt R. V. Steph. al. 9 deſunt Fabr. al. 10 deſunt V. R. Lipſ. Steph. Dan.

Digitized by Google

Jam tandem Italiae fugientis prendimus oras.
Hac Trojana tenus fuerit Fortuna ſecuta.
Vos quoque Pergameae jam fas eſt parcere genti,
DIque Deaeque omnes, quibus obſtitit Ilium, & ingens
Gloria Dardaniae. Tuque, o ſanctiſſima vates,
Praeſcia venturi, da (non indebita poſco

Re-

SERVII.

61. Prendimus. Quippe [11] *fugientem Italiam.*

62. Hac Trojana tenus. Id eſt, hactenus, hucuſque: id eſt, hic ſit finis: nam *tenus*, proprie eſt extrema pars arcus, ut Plautus oſtendit [12] [in Bacchid. iv. vi. 23. *Ita intendi tenus.*] Unde tractum eſt, ut *hactenus*, hucuſque [13] ſignificet. Trojana autem fortuna, [14] a praejudicio, id eſt, mala, [15] adverſa: & dicit iniquum eſſe, ut Trojanam fortunam patiantur in Italia.

63. Fas est parcere genti. [16] Quae ſe victam fatetur.

64. Quibus obstitit Ilium. Ganymedes enim [17] Hebae obfuit; Paris Minervae, & Junoni. [18] Quod autem, cum dixerit, *Diique deaeque omnes*, dearum tantum [19] reperiamus exempla, non mirum eſt, cum ſupra ii. 632. [20] dixerimus ἀρσενοθήλεις eſſe omnes deos. Poſſumus ergo & per unam rem utrumque intelligere; licet dicatur etiam Neptuno obfuiſſe [21] Troja [22] ex denegatione mercedum. Novimus praeterea eſſe morem poëticum, ut duabus propoſitis rebus uni [23] reſpondeant, ut i. Georg. 137. *Navita cum ſtellis numeros, & nomina fecit: Pleiadas, Hyadas, clarumque Lycaonis Arcton:* nam ſuppreſſo numero dixit nomina.

66. Praescia venturi. Abſolutum eſt, rerum venturarum. [24] [Da. Dic, ut i. Ecl. 19. *Qui ſit, da Tityre nobis.* Unde eſt e contra ii. 65. *Accipe nunc Danaum*] *inſidias.* Non enim aliquid praeſtare poterat, ſed indicare futura. Non indebita posco Regna meis fatis. Deeſt *ſi.* Eſt autem [illegible]; id eſt, longiſſimum Hyperbaton, Phoebe, & Vos dii deaeque: tuque o vates, *da*, id eſt, [25] dic Latio Teucros conſidere, ſi non poſco regna meis fatis indebita. *Dic* autem *conſidere*, id eſt, utrum [26] poſſimus conſidere. Et verecunde [27] dictum eſt: *Non poſco indebita*; cum certum conſtet [28] eſſe, regna deberi.

VARIORUM.

ut talia f. e. gelidus &c. *magnae ora* Venetus.

55. Fuditque. *Funditque* ex ſcriptis. HEINS. Et ita Edd. Venet. & Mediol. vid. lib. v. 780. *fundenſque* primus Moreti a m. pr.

57. Direxti. *Direſti* Parrh. *direxit* Sprotianus a manu prima.

60. Massylum. *Maſſilium* Francianus, Parrhaſ. Dorvil. & Wallian.

61. Fugientis. *Fugientes* Sprotianus, uterque Hamburgicus, duo Moretani, & Leidenſis, Witt. & Parrh. mox, *fuerat* Montalbanius. *prendimus* prior Mentelian.

65. Dardaniae. *Dardanidum* Ed. Venet. *Ilion &* Dorvil.

66. Da (non indebita posco) Regna. Ego ſecutus meliores codices & editiones emendatiores, diſtinxi hoc modo, *Da (non indebita poſco Regna meis fatis) Latio conſidere Teucros.* nam fatis ſuis erant debita, ut unicuique Heroï ſua erant fata. vide inf. ix. 136. & de quibus ſaepe ad Lucanum egimus. *debita* etiam *fatis* proprie dici vidimus ad Val. Flac. v. 21. & alibi *Da* vero non

eſt

11 fugientes militiam R. forte, fugientis Italiae. credo reſpici ad v. 629. *Italiam ſequimur fugientem.* ubi Servius hunc locum adducit. BURM. 12 deſunt V. R. Lipſ. Steph. Dan. al. *Tenus* laqueum vel vinculum interpretatur Salmaſius ad Tertul. Pall. p. m. 210. 13 ſignificent V. 14 ideo a pr. Dan. 15 deeſt R. Lipſ. Steph. al. 16 quia V. R. Lipſ. Steph. al. 17 deeſt R. 18 cur Steph. Dan. Fabr. Quod autem dixerit Lipſ. 19 reperimus V. R. Lipſ. Steph. al. 20 dixerimus aſſe omnes R. 21 Trojae R. Trojam Baſil. 22 ex denegata mercede Dan. Fabr. in denegatione mercedum Baſil. 23 reſpondeat V. *Navita tunc* Lipſ. 24 deſunt R. 25 dic longiſſimum Latio V. in Lipſ. dic L. T. conſidere. Et verecunde, omiſſis mediis Lipſ. 26 poſſumus R. Baſil. 27 ait Dan. Fabr. verecunde autem dictum eſt Baſil. 28 deeſt Steph. Dan. Fab. certum eſſet, quia debebantur eis regna Baſil.

Regna meis fatis;) Latio conſidere Teucros,
Errantiſque Deos, agitataque numina Trojae.
Tum Phoebo & Triviae ſolido de marmore templum
Inſtituam, feſtoſque dies de nomine Phoebi.
Te quoque magna manent regnis penetralia noſtris.
Hîc ego namque tuas ſortis, arcanaque fata,

Di-

SERVII.

68. ERRANTESQUE DEOS. Ut VII. 229. *Diis ſedem exiguam* [29] *patriis*. AGITATAQUE NUMINA TROJAE. Aut mecum vexata: aut [30] certe ξόανα dicit, id eſt, ſimulacra brevia, quae portabantur in lecticis, & ab ipſis mota infundebant [31] vaticinationem: quod fuit apud Aegyptios & [32] Carthaginenſes.

69. TUM PHOEBO ET TRIVIAE. Ut ſolet, miſcet hiſtoriam: nam hoc templum in Palatio ab Auguſto factum eſt: ſed, quia Auguſtus cohaeret [33] Julio, [34] qui ab Aenea ducit originem, [35] vult Auguſtum parentum vota ſolviſſe, [36] [& ab Aenea vota per ſe reddere, quaſi & dignitatis haeredem, propter ſtirpem, unde deſcendit.]

70. FESTOSQUE DIES DE NOMINE PHOEBI. Ludos Apollinares [37] dicit, qui ſecundum quoſdam bello Punico ſecundo inſtituti ſunt: ſecundum alios tempore Syllano, ex reſponſo Marciorum fratrum, [38] [quibus Sibylla prophetaverat,] quorum extabant, [39] ut Sibyllina, reſponſa.

71. TE QUOQUE MAGNA MANENT NOSTRIS PENETRALIA REGNIS. Id eſt, coleris ut numen. *Manent* autem, exſpectant, [40] [in futurum.] PENETRALIA. Secreta templorum.

72. TUAS SORTES. Id eſt, Sibyllina reſponſa, [41] quae, ut ſupra ℣. 36. diximus, incertum eſt cujus Sibyllae fuerint: quanquam [42] Cumanae Virgilius dicat, Varro Erythraeae. [43] Sed conſtat, regnante Tarquinio, quandam mulierem, [44] nomine Amaltheam, obtuliſſe ei novem libros, in quibus [45] erant fata & remedia Romana: & pro his popoſciſſe [46] ter centum philippeos, qui aurei tunc pretioſi erant. Quae contempta, [47] alia die, tribus incenſis, [48] [cum ſex] reverſa eſt, & [49] tantundem popoſcit; ac denuo contempta eſt: item tertio, aliis tribus incenſis,] cum [50] [tribus tantum] reverſa eſt; & accepit [51] quantum poſtulaverat pro novem: hac ipſa re commoto rege, quod pretium non [52] mutabat: [53] [tunc mulierem ſubito non apparuiſſe.] Qui libri in templo Apollinis ſervabantur: nec ipſi tantum, ſed & Marciorum, & [54] Begoës Nymphae, quae Artem ſcripſerat Fulguritarum apud Tuſcos: [55] unde & addidit modo *Tuas ſortes, arcanaque fata:* & hoc inde trahit poëta. [56] Aeneam tamen inducit, quaſi de praeſenti dicentem oraculo.

VARIORUM.

eſt dic, ut Servius, ſed fac, effice, ut paſſim; vid. lib. XII. 97. 211. & ad Val. Flac. II. 324. ſic quoque Graecos & Hebraeos loqui doctiſſimus Vitringa

29 *patris* Steph. 30 aut ſigna Dan. *Exoana* V. *ex ana* R. 31 vaticinatione V. 32 Carthaginienſes R. 33 Iulo V. Steph. Fabr. al. 34 quia V. ducebat Dan. 35 vult ergo Dan. 36 deſunt V. R. Lipſ. Steph. Dan. ſolviſſe, ab Aenea &c. Baſil. patrum vota, & ab Aenea &c. Fabr. 37 deeſt V. R. Steph. Fabr. al. 38 deſunt V. R. Steph. Dan. al. turpe Monachorum emblema. an Marcii non vetuſtiores Sulla? 39 & Fabr. al. deeſt V. R. Steph. 40 deſunt V. R. Lipſ. Steph. Dan. 41 de quibus ſupr. Dan. 42 Cumanam Virgilius dicat, Varro Erythraeam eſſe Dan. 43 conſtat autem Dan. ſed conſtat Servilio Tullio, regnante Tarquinio R. 44 quae ſe Maltheam diceret Dan. nomine Amatheam R. Hamaltheam Steph. al. 45 diceret Dan. 46 trecentos Dan. Philippeos ſolidos Giſan. in Epiſtola a Gabbema edita p. 646. 47 alio Fabr. Baſil. 48 deſunt Lipſ. Baſil. ſed deſunt uſque ad, *cum tribus* V. R. Steph. Lipſienſi deerant, ac d. contemta eſt. 49 tantum Baſil. & trecentos popoſcit Dan. 50 deſunt R. cum tribus reverſa eſt Steph. 51 pro tribus tercentem, quantum Fabr. Baſil. popoſcerat Dan. pro novem deſunt Lipſ. 52 minuebat Dan. 53 deſunt V. R. Lipſ. Steph. mox, in templo Capitolino ſervabantur legebat G. Voſſius. vid. Salmaſ. Exer. Plin. p. 54. 54 Bygois Dan. Begones Baſil. Bygoës Salmaſ. d. l. p. 53. 55 inde addidit modo Dan. unde addita *tuas* R. V. Baſil. 56 Aenean V. Aeneam tantum R. & Maſv.

Dicta meae genti, ponam, lectoſque ſacrabo
Alma viros. Foliis tantum ne carmina manda;
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.
Ipſa canas oro. Finem dedit ore loquendi.
  At, Phoebi nondum patiens, inmanis in antro
Bacchatur vates, magnum ſi pectore poſſit

Ex-

SERVII.

73. LECTOSQUE SACRABO ALMA VIROS. Quia niſi patricii non fiebant [57] [librorum cuſtodes.] [58] Sciendum tamen, primum duos librorum fuiſſe cuſtodes: inde decem; inde quindecim, uſque ad tempora Syllana. Poſt crevit numerus: nam [59] & ſexaginta fuerunt; ſed remanſit in his Quindecimvirorum vocabulum.

74. FOLIIS TANTUM NE CARMINA MANDA. Ut Varro dicit: *In foliis palmae interdum notis, interdum* [60] *ſcribebat ſermonibus*: ut diximus ſupra III. 444.

76. IPSA. Pro Tu: & poſuit pronomen ejus perſonae, de qua [61] loquimur, pro illius, cum qua loquimur: eſt autem Graecum, nam dicunt [62] αὐτὴ εἶπε, id eſt, tu dic. FINEM DEDIT ORE LOQUENDI. Hoc eſt, [63] definivit ei, ut ore loqueretur, nec in foliis ſcriberet.

77. NONDUM PATIENS. [64] Aut quae nondum poſſet implere oraculorum ſermones: aut DUM vacat; & eſt impatiens [65] Phoebi.

78. BACCHATUR VATES. Bene BACCHATUR: idem enim eſt Apollo, qui Liber pater, qui Sol: unde ait Lucanus v. 73. *Cui numine mixto Delphica Thebanae referunt Trieterica Bacchae*: unde in eorum ſacris erat Phoebadum Baccharumque conventus.

VARIORUM.

tringa docuit in Obſerv. Sacr. Tom. I. Diſſ. III. cap. VI. I. neque minus huic verbo *dare* accuſativus, quam dativus ſubjungitur, aliter cenſente Oudendorpio ad Lucan. VI. 775. *Teucros* enim, non *Teucris* omnes hic codices habent. ut & lib. v. Aen. 687. in Mſſ. fuit. *Da flammam evadere claſſem*, pro *claſſi*. Claudian. I. in Rufin. 216. ex duobus codicibus, *Natura beatos Omnibus eſſe dedit*, pro *beatis*. BURM.

67. CONSIDERE. Vidi aliquot Veteres codices, qui pro *conſidere* habent, *conſiſtere*. URSIN. *Conſiſtere* Sprotianus & Leidenſis. & prior Hamburgicus. vid. III. 162. & alibi ſaepe.

69. TEMPLUM INSTITUAM. *Conſtituam* ſcriptum eſt in vetuſtis quibuſdam exemplaribus. URSIN. *Templum* Mediceus, Montalbanius, & a manu ſecunda Sprotianus. etiam pro diverſa lectione prior Hamburgenſis. ſed Vaticanus Pierii *templum conſtituam*. HEINS. *Templa* Wittian. Wallian. Dorvil. Edd. Venet. Mediol. Junt. & alii. *templum conſtituam* laudat Servius ad lib. III. 274. ſed *inſtituere delubra* Valer. Flac. I. 15. eadem varietas in his verbis ſaepe. v. ad Ovid. VI. Met. 569. an ullum fuerit Romae Templum Apollini & Dianae commune, & quomodo hic Virgilii locus accipi poſſit, vide eruditiſſime diſputantem Ez. Spanhemium Diſſertat. x. de uſu & praeſt. num. p. 129. Editionis ultimae cujus ſcrinia egregie compilavit Catrocus. BURM.

70. DIES. *Diis* Wittian.

71. REGNIS PEN. NOSTRIS. *Noſtris penetr. regnis* apud Diomedem libr. I. & ſic prior Hamburgicus. HEINS. Et Parrhaſ.

72. TUAS. *Tuis* alter Hamburgicus. *Achaica fata* idem.

73. PONAM. *Imponam* Parrh. *ponam genti* Mentel. alter.

74. FOLIIS TANTUM. *Tantum foliis*. Parrhaſ. *nec carmina* Menag. pr. Wall. & Dorvil. a m. ſec. *ne nomina* Ald. Junt. & Nonius in *ludibria*. vide

Gra-

57 deſunt V. R. Lipſ. Steph. Dan. 58 ſane primo V. Steph. Fabr. al. ſane primum Lipſ. tamen primo R. mox, legendum puto inde decem uſque ad tempora Sullana, inde quindecim. 59 deeſt R. Steph. nam quadraginta Baſil. 60 *ſcribebant* Steph. Dan. Fabr. al. 61 loquitur Steph. Dan. 62 ἢ αὐτὴ εἶπε Steph. al. Plaut. Amph. II. 2. *Tace tu, tu dic.* 63 definit R. Steph. definiit V. Fabr. al. 64 deeſt V. R. Steph. 65 deeſt iiſdem & al. ad ſequentis notae contextum poſuit Dan.

Excuſſiſſe deum. Tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo.
Oſtia jamque domus patuere ingentia centum
Sponte ſua, vatiſque ferunt reſponſa per auras.
O tandem magnis pelagi defuncte periclis:

Sed

SERVII.

79. EXCUSSISSE DEUM. *Excuti* proprie [66] de equis dicimus: quod [67] inde traxit, quia Phoebus, id eſt, Sol, equis utitur. Et nunc Sibyllam, quaſi equum; Apollinem, quaſi equitem, inducit: & in ea [68] permanens tranſlatione, *excuſſiſſe ait*, ut XI. 615. *Excuſſus Aconteus.* Item: *Fera corda domans:* quod eſt [69] equorum proprium, & frenos pati, & ſtimulos, ut inf. 100. *Ea frena furenti Concutit, & ſtimulos ſub pectore vertit Apollo.* Quod autem dicit: MAGNUM DEUM, non re vera ait; [70] ſed retulit ad affectum colentis, ut XI. 785. *Summe deûm, ſancti cuſtos Soractis Apollo.* Unicuique enim deus [71] ipſe, quem colit, magnus videtur. *Excuſſiſſe* vero *deum*, pro excutere: tempus eſt pro tempore. Eſt autem Attica figura, qua nos uti non convenit: [72] [ut ἀόριστος ponatur ἀντὶ ἐνεστῶτος, ut γράψαι pro γράφειν] Hac licenter utuntur poëtae.

80. FINGITQUE PREMENDO. Componit, ut VIII. 634. *Et corpora fingere lingua.* Componit autem ad moderationem [73] certam dicendi: ut enim ſupra diximus, omnia quidem vident; ſed non omnia indicant ſacerdotes: [74] [ut ſupra (III. 374. & 379.) de Heleno: & Lucanus V. 176. *Nec tantum prodere vati, Quantum ſcire licet.*]

81. OSTIA JAMQUE DOMUS PATUERE. Precibus ſcilicet: & quae [75] ante oſtia erant, patefacta, aditus eſſe coeperunt.

82. FERANT RESPONSA. Quia, ait ſupra 53. *Ora domus.* [76]

83. PELAGI DEFUNCTE PERICLIS. [77] [Non liberate pelago, ſed marinis periculis: nam adhuc navigaturus eſt; ſed ſine ullo diſcrimine.] *Defuncte* autem, liberate: nam dicimus *defunctos officio*, qui officia debita complerunt: [78] unde eſt & *honoribus functi:* hinc & *defunctos*, mortuos dicimus, qui compleverunt vitae officia: unde eſt XI. 51. *Et nil jam coeleſtibus ullis Debentem.*

VARIORUM.

Grotium ad Mar. Capel. pag. 2. BURM.

76. FINEM DEDIT ORE LOQUENDI. Ab alio haec adſuta eſſe credit Tollius ad Longin. cap. VI. ſed vide Cerdam. Ruaeus deſiderat hic Poëtae diligentiam. ſed obvia locutio apud Noſtrum *ore loqui.* vide lib. I. 614. IX. 5. & 319. *ore effari.* II. 524. III. 463. ſic *ore canere*, *referre*, &c. & aliis multis verbis adjungitur illud *ore.* ut ita *voce vocare* & ſimilia, *voce precari.* inf. ỷ. 186. praeterea Servius notat *ore loqui* hic opponi, in *foliis ſcribere.* BURM.

78. POSSIT. *Poſſet* alter Hamburgicus.

79. EXCUSSISSE. Barth. ad Papinii lib. IV. Theb. 490. in ſuo ſe codice, *excuſſura* inveniſſe teſtatur. ſimili fere ſenſu lib. V. 679. *excuſſaque pectore Juno eſt*, quae rabiem injecerat Trojanis mulieribus. *excuſiſſe* Dorvill. licentiae adſcribit Servius, *excuſſiſſe* pro *excutere.* ſed haec Poëtis non adimenda. Lucret. V. 791. *Nam neque de coelo cecidiſſe animalia poſſunt*, pro potuerunt cadere; duo praeterita jungit Propert. I. I. 15. *Ergo velocem potuit domuiſſe puellam*, pro *domare.* BURM.

80. RABIDUM. *Rapidum* tres Moretani, uterque Hamburgicus, Montalbanus, Sprotii & quinque alii.

81. JAMQUE. *Namque* alter Hamburgicus, qui & mox, *vatiſque ruunt.*

82. PER AURAS. *Sub auras* Sprotianus. HEINS. Repetitum ex lib. II. 157.

84. SED

66 deeſt V. 67 ideo V. 68 permanet V. L. R. Lipſ. hic iterum Leidenſis codex incipiebat. 69 proprie equorum eſt, & frenos V. Fabr. Baſil. equorum primum frenos R. Voſ. 70 ſed furentis ad effectum, id eſt colentis, ut Dan. 71 deeſt V. Voſ. R. Steph. Dan. 72 deſunt V. R. L. Lipſ. Steph. Dan. ſed habet, convenit, quia hac lic. ſed R. qui hac. 73 certa V. L. forte bene, quia *certa* proprie de oraculis. 74 deſunt V. R. L. Lipſ. Steph. Dan. in Baſil. deerant tantum, ut ſupra de Heleno. 75 antea Dan. Fabr. Maſv. 76 *patuere* addiderunt Steph. Dan. & Fabr. ſed abjiciendum eſt. 77 deſunt V. 78 unde & *in honoribus functus* L. R. *& hon. functus* V. unde *& h. functi* Baſil.

Sed terra graviora manent. In regna Lavini
Dardanidae venient; mitte hanc de pectore curam:
Sed non & veniſſe volent. Bella, horrida bella,
Et Thybrim multo ſpumantem ſanguine cerno.
Non Simoïs tibi, nec Xanthus, nec Dorica caſtra
Deſuerint. Alius Latio jam partus Achilles,
Natus & ipſe Dea. Nec Teucris addita Juno

Uſ-

SERVII.

84. SED [79] TERRA. Legitur & *terrae*; unum tamen eſt. IN REGNA LAVINI. Alii LATINI legunt, cujus tunc erant; ſed quia divina loquitur, futura praeoccupat: poſtea enim [80] *Lavinium* dicet; licet poſſit ad [81] *Lavinum*, Latini fratrem, referri, qui illic ante regnavit.

86. HORRIDA BELLA. Quae contra hoſpitem cognatumque ſuſcepta ſunt, ut Latinus dicturus eſt XII. 31. *Arma impia ſumpſi, Promiſſam* [82] *eripui.*

87. SPUMANTEM SANGUINE CERNO. Quaſi [83] non praedicit, ſed videt, quod facturus eſt Turnus, ut XII. 35. *Recalent Tyberina fluenta Sanguine adhuc.*

88. NON SIMOIS TIBI, NEC XANTHUS. Tyberinus & Numicus, in quem cecidit. NEC DORICA CASTRA. Graeca: & re vera: nam Turnus Graecus fuit, ut VII. 371. *Et Turno ſi prima* [84] *domus repetatur origo, Inachus Acriſiuſque patres, mediaeque Mycenae.*

89. PARTUS ACHILLES. Turnum ſignificat: & ſic hoc dictum eſt, ut in Bucolicis IV. Ecl. 35. *Alter erit tum Tiphys, & altera quae vehat Argo* [85] *Delectos Heroas.* Et hoc eſt quod dicit: *Obſcuris vera involvens:* nam licet vera ſint, latent: unde Apollo λοξίας dicitur, id eſt, *obliquus.*

90. NATUS ET IPSE DEA. De Venilia, ſorore Amatae, ut X. 76. *Cui diva Venilia* [86] *mater.* Nec debet mirum eſſe, Amatam fuiſſe mortalem, cum etiam Turnus, Juturnae frater, mortalis fuerit: nam haec [87] fuerant divina beneficia. ADDITA JUNO. Inimica. Eſt autem verbum Lucilii, & antiquorum, ut Plautus Aul. III. VI. 19. [88] *Argus quem quondam Ioni Juno cuſtodem addidit.*

VARIORUM.

84. SED TERRA. Alii *terrae*, ut caſu reſpondeat ſuperiori. FABRIC. *Terrae* Mediceus, Sprotianus, Menagianus prior, ſecundus Rottendorphii, & Schefferianus. Gudianus quoque & Venetus, ſed a manu prima. recte. ſic & *humi* potuiſſet dicere. utrique vocabulo ſubintelligitur in ſolo, in ſolo terrae vel humi. v. Voſſ. de Conſtr. cap. 23. & curas ſecundas ad Ovid. II. Metam. 347. HEINS. *Majora manent* Sprotianus. *Terris* Parrhaſ. *Terrae* habent omnes apud Serv. ad VII. 117. *terra* Witt. & a m. ſec. Wall.

Ibid. REGNA LAVINI. Vide annotata lib. Aeneid. II. 781. HEINS. *Latini* Catroeus. & quod Heinſius ad II. 781. probaſſe videtur.

85. MITTE HANC. *Pone hanc* Vratiſlavienſis. *dimitte hanc pectore* Leidenſis & primus Moreti. etiam non male. vide ad Ovid. I. Metam. 209. BURM.

86. SED NON ET. *Sed non eveniſſe* Bigotianus. Dorvil. a m. ſec. & ſecundus Moreti, Wallian. Hamburgicus alter, & Francianus, & Edd. Venet. & Mediol. *adveniſſe* Sprotianus, Venetus, & pro varia lectione prior Hamburgicus. *volunt* Mentelii primus. *ſed non veniſſe* Parrhaſ. BURM.

87. CERNO. *Cernam* Moretanus ſecundus. vid. ad Petron. 121. *nec Simois* Dorvill.

89. DEFUERINT. *Defuerunt* alter Hamburgicus. cum gloſſa *in labore.*

90. NEC TEUCRIS ADDITA JUNO USQUAM ABERIT. Heumannus hoc verbum *addita* multum cruciaſſe interpretes nobis perſuadere vult. ſed quos, quaeſo? ego nullos hic haerere vidi. Pierius in breviſſima nota tantum, multos codices *abdita* ha-

79 *Terrae*, l. & *Terra* Dan. legitur & *Terram* Baſil. 80 *Lavinum* dicitur R. dicitur V. L. Steph. Dan. 81 *Lavinium* V. Fabr. al. 82 *eripui genero* Fabr. 83 non ſolum praeſciat, ſed praevideat, quae Dan. quae Fabr. al. 84 *domo* V. 85 *dilectos* V. deeſt Fabr. Baſil. 86 deeſt L. R. 87 fuerunt Dan. 88 *additus Jovi Argus* L. R. Steph. al. *additus Io Argus* V. *add. Ioni Argus* Lipſ.

Uſquam aberit: Quum tu ſupplex in rebus egenis
Quas gentis Italûm, aut quas non oraveris urbis!
Cauſſa mali tanti conjux, iterum hoſpita Teucris;
Externique iterum thalami.
Tu ne cede malis: ſed contra audentior ito,
Quam tua te Fortuna ſinet. Via prima ſalutis,

Quod

SERVII.

91. In rebus egenis. Per tranſitum oſtendit famem futuram.

93. Conjux iterum hospita. Nam & [89] Paris ab Helena fuerat ſuſceptus hoſpitio. *Hoſpita* autem more ſuo dixit. Et bene, ne aliquid imputetur Aeneae, quaſi fatorum hoc eſſe [90] praedicit.

95. Tu ne cede. Ne cedas; ſed eſto audentior quam tua te fortuna [91] permittat. Et bene [92] adverſa fortunae docet virtute, aut vitari, aut inminui, aut patienter ſuſtineri. Via. Ratio, opportunitas.

VARIORUM.

habere, dicit. & ita paſſim variare codices, in his norunt Critici, ut in *adduco*, *abduco*, *adjicio*, *abjicio*, *abſum*, *adſum* & ſimilibus. ſic lib. I. Aen. 60. *abdidit* & *addidit* eſt in MſI. ut & apud Tibull. I. II. 22. Sil. Ital. VI. 394. & alibi variatur. reliqui interpretes ſequuntur Servii interpretationem, & recte. conſtruenda vero verba puto, nec Juno aberit Teucris, addita, ſcilicet alius hoſtibus, Turno & reliquis; & ita vim hujus verbi explicat Lambinus ad Horat. III. Od. 4. ex Macrob. VI. Sat. 4. cujus aetate certe ita legebatur hic locus. adde Abram. ad Cicer. pro Caelio cap. XXXI. quibus ſi addas ſummum Gronovium ad Senec. Herc. Fur. 1237. nihil deſiderabis. Tantis jam nominibus ſi opponatur, nova & inaudita ſaepe jactans, Heumannus, & legatur ex ejus ſententia,

Nec Teucris (*addit*) *Iūno*
Uſquam aberit,

id eſt, Sibylla, ſic pergens loqui, addit haec verba, *nec Teucris* &c. vide quam elegantem fingat Maronem: certe ſi in fine ſermonis Sibyllae, haec addidiſſe diceret Poëta, ut lib. VI. 855. aut poſt factum, verbis haec inſuper addidiſſet, ut lib. XI. 107. poſſet aliqua ſpecies praetendi. ſed in medio ſermone quaſi jam omnia ad rem pertinentia dixiſſet, quum praecipua dicenda reſtent, interjicere *addit*, incongruum, & ſine exemplo eſſe puto. denique probet vir doctus, umquam Poëtas *Iuno* tribus ſyllabis extuliſſe, ut *Iūlus*, & quaedam alia. BURM.

91. Usquam. *Uſque* Venetus. *nuſquam ab. tum tu*. Parrhaſ. *tunc tu* prior Hamburgicus pro varia lectione. *ut rebus* Leidenſis unus. *res egenas* illuſtrât Barth. ad Stat. XI. Theb. 550. BURM.

92. Oraveris. *Erraveris* Wallian.

93. Teucris. *Teucri* primus Moreti. *Extremique* ſecundus ejuſdem.

96. Quam. Paulus Manutius legit, *qua tua te fortuna*. FABRIC. *Quam* Mediceus & Menteliani ceterique noſtri, quod & malebat Pierius. *quam* pro quantum hoc loco opinor poni. neque aliter agnoſcit Seneca Epiſt. LXXXIV. uti & Comelinus in editione ſua ex veterrimo codice Palatino expreſſit. in poſterioribus tamen editionibus Senecae, id fruſtra mutatum invenias. Conſulantur annotata noſtra Georgicôn Libro III. 309. praeterea, *audacior ito*, in altero Hamburgico. *& contra audentior ito*, Mediceus a manu prima. HEINS. *Ardentior* Leidenſis, & Hugenianus a manu prima. *audatior* Wallian. vid. ad Ovid. I. Art. 608. *ſinat* Oudartii. Anonymus in Miſcell. Obſerv. Critic. Vol. IV. T. III. p. 378. *quam* capit, pro *quam viam ire ſinit* &c. ubi ſimul hoc reſutatum videbis. ego facio cum illis, qui *quam* pro *quantum* capiunt. ut ad virtutem exhibendam in his, quae praedicit, hortetur, ſed deterreat ſimul a temeritate, quia non ultra, quam fortuna permittet, audere

89 deeſt R. 90 praedixit Fabr. al. 91 permittit L. R. V. Dan. al. 92 adverſam fortunam edocet Steph. Fabr. al. & Dan. ſed ille, docet.

Digitized by Google

Quod minime reris, Graja pandetur ab urbe.
Talibus ex adyto dictis Cumaea Sibylla
Horrendas canit ambages, antroque remugit,
Obſcuris vera involvens. Ea frena furenti
Concutit, & ſtimulos ſub pectore vertit Apollo.
Ut primum ceſſit furor, & rabida ora quierunt;
Incipit Aeneas heros: Non ulla laborum,
O virgo, nova mi facies inopinave ſurgit.

105. O-

SERVII.

97. GRAJA PANDETUR AB URBE. Propter Euandrum, qui eum in Tuſciam [93] miſſurus ad Tarchontem eſt.

98. EX ADYTO. Locum vaticinationis oſtendit. CUMAEA SIBYLLA. [94] *Cumaea* bene addidit propter diſcretionem [95] Erythraeae.

99. ANTROQUE REMUGIT. Quia in antro [96] eſt, ut v. 150. *Pulſati colles clamore reſultant.*

100. OBSCURIS VERA INVOLVENS. Vera & obſcura confundens: eſt autem Hypallage, veris obſcura inſerens.

102. CESSIT FUROR. Non penitus receſſit; [97] [ſed paulatim coepit imminui: nam eſt paulo poſt de Miſeni morte dictura; quod non procedit, ſi [98] nunc numen receſſit.]

103. [99] [NON ULLA LABORUM. Pro nulla, ut I. Georg. 506. *Nullus aratro Ceſſit honos.*]

104. O VIRGO. O, licet ſit naturaliter brevis in Latinis ſermonibus, apud Virgilium tamen pro longa habetur, ut hoc loco: *O virgo.* Item alibi VI. 842. *Quis te magne Cato tacitum.* Exceptis, *ego*, ut I. 46. *Aſt ego quae divum*: *duo*, ut VIII. 43. *Si duo praeterea*: *ſcio*, ut XI. 265. *Nunc ſcio quid ſit amor*: & *neſcio*, ut III. Ecl. 103. *Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.* Apud alios *o*, niſi in Graecis nominibus, non producitur: quod & [1] nunc ſequi debemus. Dicunt tamen quidam quod *o* [2] tunc producitur in nominativo, quando & in genitivo producta fuerit: quod falſum eſt: nam & Virgilius produxit *virgo*, cum *virginis* faciat, & Lucanus *Cato* corripuit, ut IX. 227. *Nos, Cato da veniam*; cum *Catonis* faciat. Item *Juno*, cum producat Virgilius, Statius [3] tamen I. 250. corripuit. Sane ſciendum, adlocutionem hanc eſſe [4] ſuaſoriam cum partibus ſuis: nam honeſtum eſt, quod dicit, ſe patrem requirere; utile, ut ab eo patriae originem diſcat; neceſſarium, quia juſſerat pater, ut v. 732. *Ditis tamen ante Infernas accede domos*; poſſibile, quia ait: *Quando hic inferni janua* [5] *regis Dicitur.* Item: *Potes namque omnia:* ſi omnia, [6] & hoc. NOVA MI FACIES. Id eſt, ſpecies. [7] Et ſciendum, *mihi* pronomen nunquam in Synaereſim venire, ne incipiat eſſe blandientis adverbium: & licet quidam hujus loci nitantur exemplo, non procedit: vel quia unum eſt [8] exemplum, vel quia poteſt eſſe etiam blandientis adverbium; [9] *nil* vero, pro metri neceſſitate, cogitur: nam ſi pars ſequens orationis a vocali inchoet, *nihil* dicimus, ut II. 402. *Heu nihil invitis fas quemquam fidere divis:* ſi autem a [10] conſonante inchoet, *nil* ponimus, ut Juvenalis IV. 22. *Nil tale expectes: emit ſibi. multa Videmus.* INOPINAVE SURGIT. Nomen eſt, non participium: nam [11] *inopinata* diceret, quod non [12] procedit. *Opinatus* enim venit ab eo, quod eſt *opinor*; ſed [13] quia *inopinor* non dicimus, [14] [ideo nec *inopinatus* facit: ſicut & *nocens* participium eſt, quia invenimus *noceo* verbum; *innocens* [15] vero nomen, quia *innoceo* non dicimus, [16] [eſ-

ſe

93 promiſſurus R. an, praemiſſurus. 94 deeſt L. R. V. Steph. Dan. 95 deeſt eiſdem. Herycie Lipſ. vid. upr. ad v. 36. 96 deeſt V. L. R. 97 deſunt V. 98 nec Dan. 99 deſunt L. R. V. Lipſ. Steph. legendum vero, *non ullus aratro dignus honos.* 1 deeſt Fabr. 2 deeſt L. non producitur R. o tunc produci Lipſ. 3 deeſt Dan. corripit Fabr. al. 4 deeſt lacuna velutu L. 5 *Ditis dicitur* R. Lipſ. Fabr. al. *dicitis dicitur* L. 6 etiam Dan. 7 ſciendum tamen Dan. 8 deeſt L. R. V. Lipſ. 9 nihil L. R. V. Steph. Dan. *pro* omiſerunt Genevenſes. 10 conſonanti Dan. 11 *inopinatam* Dan. *non inopinata* V. 12 provenit V. R. Lipſ. 13 deeſt L. 14 deſunt L. in Lipſ. erat invenimus *noceo*, *innocens* &c. 15 deeſt V. R. Baſil. 16 deſunt V. R. Steph. Fabr. Baſil.

Digitized by Google

Omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi.
Unum oro: quando hîc inferni janua regis
Dicitur, & tenebroſa palus Acheronte refuſo:

Ire

SERVII.

ſe participium non poteſt.] Nullum enim participium eſt, quod & a verbo non [17] trahatur: licet a ſui verbi forma non veniat, ut *placita*, licet *placeor* non dicamus, tamen *placeo* invenimus: [18] [ſicut & *pranſus*, & *conatus*, & *titubatus*:] Item *regnata*, *triumphata*: unde *galeatus*, & *tunicatus*, [19] [& *togatus*] nomina comprobantur: nullum enim verbum horum originis reperitur.

105. OMNIA PRAECEPI, ATQUE ANIMO MECUM ANTE PEREGI. [20] *Praecepi*, ante cognovi ab Heleno, vel a patre, qui ait v. 730. *Gens dura atque aſpera cultu Debellanda tibi Latio eſt.* Dicit autem ſe futura partim audiſſe, partim mente praecepiſſe. Sed occurrit: [20 *] Si novit omnia, quid conſulit numen? [21] Sed noſſe ſe dicit omnia quantum ad labores pertinet: & concedit totam petitionem, ut ad illud veniat, [22] quo poſſit patrem videre: nam quod dicit *unum oro*, non ſolum [23] dicit, ſed praecipuum, ut I. 15. *Unam poſthabita coluiſſe Samo.*

106. QUANDO. Siquidem: & eſt conjunctio.

107. ET TENEBROSA PALUS ACHERONTE REFUSO. Paludem pro lacu poſuit: nam [24] *Avernum* ſignificat, quem vult naſci de Acherontis aeſtuariis. *Palus* autem, bene iſte produxit *lus*: quia II. 69. [25] *palus*, *paludis* facit, quod ſupra [26] plenius diximus. Horatius Art. Poët. 65. corripuit, ut *Sterilisque diu palus aptaque remis.* *Tenebroſa* autem, nigra, per quod altam ſignificat, ut v. 516. *Nigra figit ſub nube columbam*: id eſt, alta. ACHERONTE REFUSO. [27] *Acheron*, fluvius dicitur Inferorum, quaſi ſine gaudio, [28] [ἄνευ χαρᾶς] Sed conſtat, [29] locum eſſe haud longe a Bajis, undique montibus ſeptum; adeo ut nec orientem, nec occidentem Solem poſſit aſpicere; ſed tantum [30] medium. [31] [Quod & Homerus ipſe ſcribit Odyſ. Λ. 14. Ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε, πόλις τε, Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι· οὐδέποτ' αὐτοὺς Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν, Οὔθ' ὁπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα, Οὔθ' ὅταν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται. Ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι.] Quod autem dicitur ignibus plenus, haec ratio eſt: [32] omnia vicina illic loca calidis & ſulphuratis aquis ſcatent. *Sine gaudio* autem [33] ideo ille dicitur locus, quod Necyomantia, [34] [vel Sciomantia,] ut dicunt, non niſi ibi [35] poterant fieri: quae ſine hominis occiſione non fiebant: nam & Aeneas illic occiſo Miſeno ſacra iſta complevit, & Ulixes occiſo Elpenore, [36] [ſicuti ſequentes Homeri verſus teſtantur: licet cecidiſſe illum fingat Homerus Od. Κ. 552. & inde mortuum eſſe: Ἐλπήνωρ δέ τις ἔσκε νεώτατος, οὔτε τι λίην Ἄλκιμος ἐν πολέμῳ, οὔτε φρεσὶν ᾗσιν ἀρηρώς. Ὅς μοι ἄνευθ' ἑτάρων ἱεροῖς ἐν δώμασι Κίρκης Ψυχέων ἱμείρων κατελέξατο οἰνοβαρείων. Κινυμένων δ' ἑτάρων ὅμαδον καὶ δοῦπον ἀκούσας, Ἐξαπίνης ἀνόρουσε καὶ ἐκλάθετο φρεσὶν ᾗσιν, Ἄψορρον καταβῆναι ἰὼν ἐς κλίμακα μακρήν.] Quanquam fingatur in extrema Oceani parte Ulixes fuiſſe: quod & ipſe Homerus falſum eſſe oſtendit ex qualitate locorum, quae commemorat [37] ex tempore navigationis: dicit enim eum circa una nocte navigaſſe: & ad locum veniſſe, [38] in quo ſacra perfecit: quod de Oceano, non procedit; de Campania, [39] manifeſtiſſimum eſt, [40] [ut hiſce verſibus teſtatur idem Homerus Od. Λ. 19. Ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι, Νῆα μὲν ἔνθ' ἐλθόντες ἐκέλσαμεν, ἐκ δὲ τὰ μῆλα Ἑλόμεθ'· αὐτοὶ δ' αὖτε παρὰ ῥόον Ὠκεανοῖο Ἤομεν, ὄφρ' ἐς χῶρον ἀφικόμεθ', ὃν φράσε Κίρκη.] Praeterea a *Bajo* ſocio ejus illic mortuo; *Bajas* conſtat eſſe nominatas. Dicitur etiam vidiſſe Herculem: ideo, quia illic ſunt [41] *Bauliae*, locus Herculis, dictus quaſi *Boaulia*: quod illic habuit animalia, quae Geryoni detracta ex Hiſpania [42] adduxerat.

VARIORUM.

dere debeat, nec audacia ſua eam provocare & la-

17 trahitur Dan. 18 deſunt V. L. R. Lipſ. Steph. Baſil. forte ſicut & *pranſus*, & *coenatus*, vel *comatus*. vid. ad III. 332. *& tunicatus* deeſt Lipſ. 19 deſunt V. L. R. Steph. Baſil. 20 *percepi* Steph. Dan. al. & ita in ſeqq. 20 * qui novit Lipſ. 21 deeſt V. L. R. Steph. al. 22 quod V. 23 id dicit Fabr. al. *unus poſthabita* Lipſ. 24 aut unum R. 25 deeſt V. L. paludis, quod R. 26 planius V. L. R. 27 Acheruns L. V. Acheronta R. 28 deſunt L. R. V. Lipſ. 29 longum eſſe aut longe R. 30 medium diem Dan. 31 deſunt L. R. V. Lipſ. Steph. Dan. 32 quia omnia Dan. 33 deeſt Io. 34 deſunt L. Lipſ. vid. ad ♈. 149. eromantia vel Sciomantia Lipſ. 35 poterat Steph. Dan. & fiebat. 36 deſunt V. L. R. Steph. Dan. 37 & Brouckh. ad Tibul. IV. I. 64. mox, Circeium nocte Fabr. Baſil. circa unam noctem L. Voſ. Dan. hic iterum incipiebat V. ſſianus codex. 38 ubi ſacra V. 39 manifeſtum Baſil. 40 deſunt V. L. R. Lipſ. Steph. Dan. 41 *Baulio* L. R. Voſ. *Baulos* V. *Bauli* Brouckh. d. l. 42 adduxerit Baſil.

Ire ad cònſpectum cari genitoris & ora
Contingat: doceas iter, & ſacra oſtia pandas.
Illum ego per flammas, & mille ſequentia tela
Eripui his humeris, medioque ex hoſte recepi:
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,
Atque omnis pelagique minas coelique ferebat
Invalidus, vires ultra ſortemque ſenectae.

Quin,

SERVII.

108. IRE CONTINGAT. *Ut* minus eſt, *Ut ire* [43] *contingat:* ut iter doceas.

109. SACRA OSTIA PANDAS. Aut venerabilia, aut exſecranda, ſicut de Tartaro dicturus eſt inf. 573. *Sacrae panduntur portae.*

110. ILLUM EGO PER FLAMMAS. Meritum approbat patris, ut juſtum videatur eſſe deſiderium. SEQUENTIA TELA. Ut II. 734. *Ardentes clypeos, atque aera micantia cerno.*

111. EX HOSTE RECEPI. Liberavi, ut I. 178. *Frugeſque receptas.* [44] [*Ex hoſte* autem, plus eſt, quam ſi ex hoſtibus diceret, ut diximus ſupra I. 378.] *Ex hoſte* enim generaliter dicitur; *ex hoſtibus*, partem oſtendit: ſicut dicendo *Terram*, ſignificamus elementum; *terras* vero ſingulas partes, ut Africae, Italiae.

112. MEUM COMITATUS ITER. Non ſpe ſalutis, ſed mei cauſſa, ut II. 704. *Cedo equidem, nec, nate, tibi comes ire recuſo:* [45] [unde addidit *tibi*, id eſt, tui cauſſa, non mei.]

113. CAELIQUE FEREBAT. Ut ante morte praeventus ſit, quam ferre deſierit. Et mire imperfecto uſus eſt tempore, ac ſi diceret: adhuc, ſi viveret, ferret.

114. [46] VIRES ULTRA, SORTEMQUE SENECTAE. [47] Quia ſenectae ſors quies eſt & otium; ſicut pueritiae, ludus; amor, adoleſcentiae; ambitus, [48] juvenilis aetatis. Ergo aliud ferebat pater, quam ſors exigebat ſenectae.

VARIORUM.

laceſſere, fiducia hujus oraculi, quod ipſi ſpondet regna Lavini, ſed ſimul horrida bella, alium Achillem, & ante omnia infeſtam Junonem denuntiat. ita *quam* pro *quantum* illuſtravimus ad Lucan. IX. 766. ubi etiam *qua* in aliis codicibus legitur. in loco vero I. Aen. 676. pro *quam*, nunc probo *qua*. BURM.

97. PANDETUR. Si vera eſt *ratio* hujus verbi Varronis apud Nonium in *pandere*, hic & inf. 109. proprie admodum Virgilius uſus, de Aenea ope indigente, & ad Evandri auxilium confugiente: ſed Servius inf. ad ỳ. 283. ab *aperire* deducere videtur. & *aperire viam* Maro proprio ſignificatu dixit lib. XI. 885. & ut hic metaphorice lib. X. 864. & ita alii. ſic & *pandere viam* Val. Flac. II. 613. & alii, quas ipſa Lexica ſuppeditare poſſunt. BURM.

98. CUMAEA. *Cumana* Dorvil. vid. Vlitium ad Gratii Cyneg. ỳ. 35.

101. CONCUTIT. *Incutit* prior Hamburgicus, pro varia lectione.

102. PRIMUM. *Tandem* Parrhaſ.

Ibid. RABIDA. *Rapida* Vratiſlav. Montalban. Hamburg. uterque Bigotianus & Zulichemius. male. vid. ſupr. ỳ. 80.

104. NOVA MI FACIES. *Nova non facies* Excerpta noſtra. *ſurget* Zulich. a m. ſec. *mi* iterum pro *mihi* occurrit inf. ỳ. 123. ita ut non ſit unum exemplum, ut Servius vult. vide Malaſpin. ad Cicer. XIII. ad Attic. Epiſt. 25. BURM.

105. OMNIA PERCEPI. *Percepi* Servius. omnino autem Latinius & rectius, *omnia praecepi.* tam nota verbi elegantia, ut exemplo non egeat: nec aliter Nonius Marcellus. FABRIC. *Ipſe peregi* agnoſcitur a Seneca Epiſt. LXXVI. & ab Eugraphio in Phormionem II. I. Terentii, qui & *percepi.* ſed perperam: quod tamen & compluribus in exemplaribus ſcriptis reperitur. vide lib. X. Aeneid. 278. HEINS. *Percepi* Wittian. Dorvil. & Edd. Venet. & Mediol.

106. RE-

43 contingat iter Fabr. al. omiſſis reliquis. 44 deſunt L. 45 deſunt V. L. R. Lipſ. Steph. Dan. 46 INVALIDUS. valde validus Fabr. 47 deeſt V. 48 juvenalis V. R. Voſ.

Quin, ut te ſupplex peterem, & tua limina adirem,
Idem orans mandata dabat. Gnatique patriſque,
Alma, precor, miſerere. Potes namque omnia: nec te
Nequidquam lucis Hecate praefecit Avernis.
Si potuit manis arceſſere conjugis Orpheus,
Threïcia fretus cithara fidibuſque canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,

It-

SERVII.

116. ORANS MANDATA DABAT. [49] Sicut dictum eſt, ut I. 666. *Et ſupplex tua numina poſco.* [50] Major enim ad impetrandum vis eſt,] eum rogare, [51] cui poſſis jubere. MANDATA DABAT. Ut v. 735. *Huc caſta Sibylla Nigrarum multo pecudum te ſanguine ducet.*

118. LUCIS HECATE PRAEFECIT AVERNIS. *Hecate* trium poteſtatum [52] numen eſt: ipſa eſt enim *Luna*, *Diana*, *Proſerpina*; ſed ſolam Proſerpinam dicere non potuit, propter lucos, qui Dianae ſunt. Item Dianam, quia *Avernis* ait: [53] unde elegit nomen, in quo utrumque conſtabat: unde Lucanus de Proſerpina ait VI. 700. [54] *Hecate pars ultima noſtrae.*

119. SI POTUIT MANES. Nititur exemplis, quae inferiora ſunt per comparationem: ut ipſe videatur juſtius velle deſcendere: nam Orpheus revocare eſt conatus uxorem; hic vult tantum patrem videre. Orpheus autem voluit quibuſdam carminibus reducere animam conjugis: quod quia implere non potuit, a poëtis fingitur receptam jam conjugem perdidiſſe, dura lege Plutonis: quod etiam Virgilius oſtendit, dicendo ARCESSERE: quod evocantis eſt [55] proprie.

120. FIDIBUSQUE CANORIS. Bene ſonantibus chordis *Fidibus* autem, eſt a nominativo *haec fidis*, ut ſit pyrrhichius: nam *fides*, iambus eſt.

121. SI FRATREM POLLUX ALTERNA MORTE REDEMIT. Ut diximus ſupra II. 601. Helena & Pollux de Jove [56] nati immortales fuerunt: nam Caſtor Tyndarei filius fuit: cujus mortem ſuo interitu fraterna pietas redemit. Quod ideo fingitur; quia horum ſtellae ita ſe habent, ut occidente una oriatur altera. Et [57] iterum exemplum per comparationem: quod quia pium eſt, ſe ad frequentiam contulit dicendo, ITQUE REDITQUE VIAM TOTIENS: [58] [propter ſtellas inter ſe orientes & occidentes Caſtoris & Pollucis. Quod Homeri verſus teſtantur in Odyſſea Λ. 301. Οἳ καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν πρὸς Ζηνὸς ἔχοντες Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε τεθνᾶσι, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσιν.]

VARIORUM.

106. REGIS. *Ditis* Leidenſis unus, & Margo Franciani.

111. RECEPI. Vel *revelli* Bigotianus. vid. I. 583.

113. PELAGIQUE MINAS COELIQUE. *Coelique minas pelagique* Mediceus. HEINS. Ita Wallian. ſed aliter Donatus ad Terent. Andr. I. I. II.

114. ULTRA. Vid. inf. ℣. 870.

115. ET TUA. Τὸ & non comparet in Gudiano, duobus Mentelianis, ac Voſſianis, tribus Moretanis, primo tertioque Rottendorphiis, Sprotiano, altero Hamburgico, ac Menagiano, Leidenſi & Schefferiano. Abeſt & a Pierianis pleriſque, & recte, ſi quid video. vide ad lib. IV. 284. ſic infra 358.

Paullatim adnabam terrae, jam tuta tenebam. HEINS. *Et* nec habet Parrhaſ. nec Dorvill. *tua lumi-*

49 ſic dictum eſt eum rogare cui poſſit, ut *ſupplex* &c. Voſ. R. & Steph. ſed ille, poſſit jubere, ut *& ſupplex:* eum rogare, imperare qui poſſit L. reliqua ignorant. 50 in re omni ad imperandum patri jus erat, Major ad imp. &c. Fabr. al. major e. a imp. jus eſt, jubere V. 51 qui Dan. 52 nomen L. V R. Voſ. Steph. Dan. 53 bene elegit Baſil. bene ergo elegit Fabr. eligit V. conſtat Lipſ. 54 *noſtraeque Hecates pars ultima* Baſil. *matremque peroſa Perſephone, noſtraeque Hecates pars ultima* Fabr. & ita hodie legitur in Lucano, ad quem pluribus de eo loco agimus. BURM. 55 proprium Fabr. al. 56 deeſt Voſ. apud Schol. Statii ad I. Achil. 180. fere iisdem verbis haec leguntur. 57 iterat L. ita Voſ. item R. 58 deſunt L. V. R. Voſ. Lipſ. Steph.

Itque reditque viam toties. Quid Theſea, magnum
Quid memorem Alciden? & mi genus ab Jove ſummo.
Talibus orabat dictis, araſque tenebat.
Quum ſic orſa loqui vates: Sate ſanguine Divom,
Tros Anchiſiade, facilis deſcenſus Averno.
Noctes atque dies patet atri janua Ditis:

Sed

SERVII.

122. QUID THESEA. Durum exemplum: unde nec immoratus eſt in eo. Dicit autem inferos debere patere pietati, qui patuerunt infanda cupienti: nam hic ad [59] rapiendam Proſerpinam ierat cum Pirithoo: & illic retentus luit poenas, ut inf. 617. *Sedet aeternumque ſedebit Infelix Theſeus.*

123. MAGNUM QUID MEMOREM ALCIDEN? Melius ſic diſtinguitur; licet quidam legant: *Quid Theſea magnum:* ut epitheton ei dent, qui per ſe non eſt magnus: nam Herculem etiam ſine epitheto magnum intelligimus; ſed melius eſt *magnum* dare Herculi, quam ſacrilego. ET MI GENUS AB JOVE SUMMO. Occurrit tacitae quaeſtioni, [60] [tanquam Sibylla dixerit: Sed] ii enim, qui [61] deſcenderant, a diis ducebant originem.

124. ARASQUE TENEBAT. Rogabant enim deos ararum anſas tenentes.

125. SATE SANGUINE DIVUM. Unde Aeneas deſiit, inde haec ſumpſit exordium.

126. FACILIS DESCENSUS AVERNI. Legitur & AVERNO, id eſt, ad Avernum; ſed ſi *Averni*, Inferorum ſignificat: & lacum pro Inferis ponit.

127. NOCTES ATQUE DIES PATET ATRI JANUA DITIS. Id eſt, omni tempore homines in fata concedunt: & hoc poëtice: nam Lucretius ex [62] majore parte, & alii integre docent, Inferorum regna nec eſſe quidem poſſe: nam locum ipſorum quem poſſumus dicere, cum ſub terris eſſe dicantur Antipodes? In media vero Terra eos eſſe, nec ſoliditas patitur, nec centrum Terrae: quae ſi in medio mundi eſt, tanta ejus eſſe profunditas non poteſt, ut [63] medio ſui habeat Inferos, in quibus [64] eſſe dicitur Tartarus, de quo [65] legitur inf. 578. *Bis patet in praeceps tantum tenditque ſub umbras, Quantus ad aetherium coeli ſuſpectus olympum.* Ergo hanc Terram, in qua nos vivimus, Inferos eſſe voluerunt, quia eſt omnium circulorum infima: planetarum ſcilicet ſeptem, Saturni, Jovis, Martis, Solis, Veneris, Mercurii, Lunae: & duorum magnorum, [66] [Horizontis & Zodiaci, de quibus ſuperius II. 255. plenius.] Hinc eſt, quod habemus inf. 439. *Et novies Styx interfuſa coërcet:* nam novem circulis cingitur Terra. Ergo omnia, quae de Inferis finguntur, ſuis locis, [67] hic eſſe comprobabimus. Quod autem dicit: PATET ATRI JANUA DITIS, &c. aut poëtice dictum eſt, aut ſecundum philoſophorum altam ſcientiam: qui deprehenderunt, bene viventium animas ad ſuperiores circulos, id eſt, ad originem ſuam redire, quod dat Lucanus Pompejo IX. 14. *Ut vidit quanta ſub nocte jaceret Noſtra dies;* male viventium vero diutius in his permorari corporibus, permutatione diverſa, & eſſe [68] apud Inferos ſemper.

VARIORUM.

lumina Montalbanius & ſecundus Rottendorphius; Bigotianus. *numina* prior Hamburgicus. qui & *itio orans. dememorans* tertius Rottendorphius. *ipſe orans* Hugenianus.

119. ARCESSERE. *Accerſere* apud Cariſium & Diomedem Grammaticos, & in codicibus quibuſdam manu exaratis, quos inter Mediceus. HEINS. Sed jam conſenſu eruditorum *arceſſere* ubique ſcribendum eſſe conſtat.

121. SI FRATREM. *Sic fratrem* Scholiaſt. Statii IV. Theb. 120. & VIII. 50.

122. QUID THESEA, MAGNUM QUID. Ita recte diſtinguit Mentelianus. HEINS. Vide H. Steph.

59 ad capiendum Fabr. al. ad capiendam Steph. Dan. Maſvic. ſed nos ex L. R. Voſ. Lipſ. reſtituimus, rapiendam, de quo nullum dubium. 60 deſunt R. *ſed* deeſt L. Fabr. Baſil. 61 deſcenderunt Fabr. al. 62 majori L. 63 in medio L. Fabr. al. 64 eſt Tartarus Fabr. al. 65 loquitur Fabr. 66 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. in Lipſ. deerant etiam, & duorum magnorum. 67 hoc eſſe L. V. comprobavimus V. 68 ante apud Voſ.

Digitized by Google

Sed revocare gradum, ſuperaſque evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt. Pauci, quos aequus amavit
Juppiter, aut ardens evexit ad aethera virtus,
Dîs geniti potuere. Tenent media omnia ſilvae,
Cocytuſque ſinu labens circumvenit atro.

Quod

SERVII.

129. PAUCI QUOS AEQUUS AMAVIT JUPPITER. [69] [Tria genera hominum dicit ad ſuperos poſſe remeare: quos diligit Juppiter,] id eſt hos, quos in ortu benignus ſyderum aſpectus irradiat. Juvenalis VII. 194. *Diſtat enim, quae Sydera te excipiant, modo primos incipientem Edere vagitus:* Quos [70] prudentia ſublevat: nam hoc eſt, QUOS ARDENS EVEXIT AD AETHERA VIRTUS: item religioſos, quos a diis genitos [71] dixit: conſequens enim eſt, ut deorum ſoboles religionibus vacet. DIIS autem GENITI, quia corporibus ſe infundebant poteſtates ſupernae: unde Heroes procreabantur.

131. TENENT MEDIA OMNIA SILVAE. Cauſam reddit, cur non facilis ſit animarum regreſſus: quia omnia polluta & inquinata ſunt: nam per *ſylvas*, *tenebras* & *luſtra* ſignificat, in quibus feritas & libido [72] dominantur.

132. COCYTUSQUE SINU LABENS CIRCUMFLUIT ATRO. Fluvius Inferorum, dictus ἀπὸ τοῦ κωκύειν, [73] id eſt, *lugere*: nam Homerus ſic poſuit. Eſt autem locus vicinus Acheronti, de quo diximus ſupra. Qui ideo luctuoſi eſſe finguntur, quia, ut [74] expoſuimus in primis partibus libri, haec ſacra, morte hominis fiebant.

VARIORUM.

Steph. diſſ. de Critic. p. 204. & ita Wittian. & alii.

123. ET MI. *Alcidemque*, *mihi genus* alter Hamburgicus & prior Rottendorphius & Gudianus a manu ſecunda. contrahi *mihi* non poſſe docuit Servius ad ỿ. 104. *ſummo eſt*, ſecundus Moretanus. *a Jove* Dorvil. & Wittian.

124. TENEBAT. *Tenebant* primus Moretanus. HEINS.

125. TUM. *Cum ſic* orſa Mediceus & caeteri omnes, exceptis duobus Moretanis, & tertio Rottendorphio. HEINS. *Tunc* Ald. *cum* Wittian.

126. ANCHISIADE. *Anchiſiada* Mediceus a manu prima. & tertius Moretanus. eleganter. vide, quae ad Naſonem annotamus, III. Ep. 87. & VIII. 9. Gudianus & alter Mentelius quoque non multum abludentes, *Anchiſiadae*. HEINS. *Anchiſiades* Rottend. pr. & Leidenſ.

Ibid. AVERNI EST. *Averno eſt*, ſcriptum vidi in optimo libro illo Colotiano. URSIN. Mediceus, *facilis deſcenſus Averno eſt*. Servius tamen *Averno* etiam in nonnullis exemplaribus ſua aetate lectum fuiſſe teſtatur. apud Scholiaſten Statii Theb. II. 14. vulgata lectio exhibetur. HEINS. *Diſcenſus* Mentelii prior & duo alii. *Averni eſt*, Gudianus a manu ſecunda. *Averni* Parrhaſ. & Wittian. Wallian. Regius & Ald.

128. GRADUM. *Gradus* ſecundus Moreti. ſed *gradum* agnoſcit Schol. Statii I. Theb. 96. & II. 14. & Interpres Horatii Crucquianus, lib. I. Od. 28. & mollior pronuntiatio quam *gradus*, ſequente *ſuperaſque*. BURM.

129. QUOS AEQUUS AMAVIT JUPPITER. Ex Pindaro videntur deſumta, qui I. Od. Pyth. 25.

Ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε
Ζεὺς, &c.

ubi Benedictus per enallagen temporis πεφίληκε pro φιλεῖ poſitum contendit. & ita Scholiaſtes reddit. non tamen & hic pro *amat*, *amavit* dixiſſe potuit, ſed *potuere* ſequens expoſcit praeteritum, ut exempla ab Aenea adducta reſpiciat. BURM.

130. AD AETHERA. *In aethera* primus Moretanus, & Menagii prior. HEINS. *Avexit* Leidenſis unus. *in aethera* etiam duo Leidenſes. *audens* alter Hamburgicus.

132. CIRCUMFLUIT. *Circumvenit* Mediceus, & caeteri praeſtantiores uno conſenſu, ſi primum excipias Moretanum, quod & de ſuis teſtatur Pierius. nec aliter Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib.

69 deſunt L. 70 prudens Dan. prudentia ſubiebat V. 71 dicit V. 72 dominatur Dan. Fabr. dominant Voſ. R. 73 a fletu, id eſt lugere Voſ. 74 diximus ſupra Fabr. al.

Quod ſi tantus amor menti, ſi tanta cupido eſt,
Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara; & inſano juvat indulgere labori;

Ad-

SERVII.

134. BIS STYGIOS INNARE LACUS. Modo, & poſt mortem. Quod autem [75] dicit Ovidius XIV. Met. 600. Aenean inter deos relatum, non mirum eſt: nam, ut diximus, neceſſe eſt etiam relatorum inter deos apud Inferos eſſe ſimulacra: ut Herculis, Liberi patris, Caſtoris & Pollucis, [76] [ut apud Homerum Iliad. Γ. 237. *Κάςορα δ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα, Τοὺς ἄμφω ζωοὺς κατέχει φυσίζοος αἶα.*] Multi hoc non videntes, ad Sibyllam referunt, ut dicat: Vis me bis inferos cernere; modo inf. 564. *Et me cum lucis Hecate praefecit Avernis:* quod eſt paulo poſt dictura: quod ſi eſt, non bis haec, ſed tertio Inferos cernet: nam quandoque etiam ipſa morietur. Item hi, ſupradictam non videntes rationem, dicunt de ſe Sibyllam dicere: nam ſi de Aenea dicat, non eum praevidet deum futurum: quod ſi eſt, caruit numine, &c, quemadmodum [77] eſt de Miſeno vaticinatura? unde referre nos debemus ad id, ut dicamus, etiam poſt apotheoſin apud Inferos remanere [78] ſimulacra. STYGIOS LACUS. Styx, palus quaedam apud Inferos dicitur, de qua legimus inf. 324. *Dii cujus jurare timent, & fallere numen.* Quod ſecundum fabulas ideo eſt, quia dicitur Victoria, Stygis filia, bello Gigantum Jovi faviſſe: pro cujus [79] rei remuneratione Juppiter tribuit, ut dii jurantes per ejus matrem, non audeant fallere. Ratio autem haec eſt, *Styx* moerorem ſignificat: [80] unde *ἀπὸ τοῦ στυγεῖν*, id eſt, a triſtitia *Styx* dicta eſt. Dii autem laeti ſunt ſemper: unde etiam immortales: [81] [quia *ἄφθαρτοι καὶ μακάριοι*, id eſt, *ſine morte beati.*] [82] Hi ergo, quia moerorem non ſentiunt, jurant per rem ſuae naturae contrariam, id eſt, triſtitiam, quae eſt aeternitati contraria: ideo jusjurandum [83] per exſecrationem habent.

135. TARTARA. Locus Inferorum profundus: de quo Lucanus ad Inferos dicit VI. 748. *Cujus vos eſtis ſuperi.* INSANO. Magno.

VARIORUM.

lib. I. Od. 14. in Mediceo praeterea *Cocytos*, enuntiatione Graeca. ut apud Naſonem alioſque primi ordinis Poëtas frequenter occurrit. *circumvenire* pari modo apud Ammianum occurrit lib. XXII. 8. *conſurgit in brevia dorſuoſa, limum globoſque aggerente multitudine circumvenientium fluviorum.* in Catalectis veterum Poëtarum Epigramma de menſibus,

At quem caeruleus nodo conſtringit amictus,
Quique paludicolam predere gaudet avem,
Daedala quem jactu pluvio circumvenit Iris.

appoſite omnino Tacitus Annal. II. 6. *Nam Rhenus uno alveo continuus, aut modicas inſulas circumveniens.* Valerius Flac. lib. I. 399.

Vacua nam lapſus ab arbore parvum
Ter quater ardenti tergo circumvenit anguis.

Noſter lib. II. 118. ex antiquis membranis,

Chlamys imbelli circumvenit aſtro Torta manum.

non *circumdedit*. Horatius Art. Poët. 169.

Multa ſenem circumveniunt incommoda.

Caeſar libr. I. Bell. Civ. 81. *conatur tamen eos vallo foſſaque circumvenire.* male multi ibi codices *circummunire.* Paullo poſt, cap. 84. *nunc vero poene ut feras circumventos prohiberi aqua.* ita vetuſta editio Romana, non *circummunitos.* ut & lib. II. Bell. Civ. 16. eadem editio, *Eodemque exemplo ſentiunt totam urbem, qua ſit aditus, ab terra, muro, turribuſque circumveniri poſſe.* non *circuire*, quod eſt in vulgatis. lib. III. 974. *Qua re impetrata montem opere circumvenire inſtituit.* non *circummunire*, quod eſt in aliis. Petronius de bello Civili,

Hoſtile ac male nobile lignum
Turba ſepulta mero circumvenit.

hoc eſt menſam cingebat. idem CXIV. *utrumque Zona circumvenienti praecinxit.* Columella lib. V. cap. 9. ex optimis membranis Pariſienſibus, quibus uſus ſum, *optimum eſt etiam conſtitutas plantas circum-*

75 mihi dicit V. 76 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 77 de m. vaticinatur Steph. Dan. Fab. al. 78 ſimulacrum V. 79 deeſt V. R. L. Voſ. Lipſ. ſed legitur & in Scholiaſte Statii ad I. Achil. 480. ubi iiſdem fere verbis haec Serviana leguntur. vide Schol. Homer. Iliad. T. 127. BURM. 80 deeſt R. V. Voſ. nam L. 81 deſunt Steph. Baſil. ſed non habent, id eſt ſ. m. b. L. R. ſine morte & beati Fabr. 82 deeſt Steph. Fabr. Baſil. 83 eſt per exſecrationem Fabr. al.

Adcipe, quae peragenda prius. Latet arbore opaca
Aureus & foliis & lento vimine ramus,

Ju-

SERVII.

136. ADCIPE QUAE PERAGENDA PRIUS. Si vis, inquit, reverti, audi obſervationis praecepta. Et ſub imagine fabularum docet rectiſſimam vitam, per quam [84] animabus ad ſuperos datur regreſſus. LATET ARBORE OPACA AUREUS. Licet [85] de hoc ramo, hi qui de Sacris Proſerpinae ſcripſiſſe dicuntur, quiddam eſſe myſticum affirment; publica tamen [86] opinio hoc habet: Oreſtes, poſt occiſum regem Thoantem in regione Taurica, cum ſorore Iphigenia, ut ſupra diximus II. 116. fugit: & Dianae ſimulacrum, inde ſublatum, haud longe ad Aricia collocavit. In hujus templo poſt mutatum ritum ſacrificiorum, fuit arbor quaedam, de qua infringi ramum non licebat. Dabatur autem fugitivis poteſtas, ut ſi quis exinde ramum potuiſſet auferre, monomachia cum fugitivo [87] templi ſacerdote dimicaret: nam fugitivus illic erat ſacerdos, ad [88] priſtinae imaginem fugae. Dimicandi autem dabatur facultas, quaſi ad [89] priſtini ſacrificii reparationem. Nunc ergo iſtum inde ſumpſit colorem: Ramus enim neceſſe erat ut [90] & unius [91] cauſa eſſet interitus: unde & ſtatim mortem ſubjungit Miſeni: & ad ſacra Proſerpinae [92] accedere, niſi ſublato ramo, non poterat. Inferos autem ſubire, [93] hoc dicit ſacra celebrare Proſerpinae. De reditu autem animae hoc eſt: Novimus Pythagoram Samium vitam humanam diviſiſſe in modum Y literae; ſcilicet quod prima aetas incerta ſit: quippe quae adhuc ſe nec vitiis, nec virtutibus dedit: bivium autem Y literae a [94] juventute incipere: quo tempore homines aut vitia, id eſt, partem ſiniſtram, aut [95] virtutes, id eſt, dextram partem ſequuntur: unde [96] ait Perſius V. Sat. 35. [97] *Traducit trepidas ramoſa in compita mentes.* Ergo per *ramum* virtutes [98] dicit eſſe ſectandas, qui eſt Y literae imitatio. Quem ideo in ſylvis dicit latere: quia re vera in hujus vitae confuſione, [99] majori parte vitiorum, [1] virtutis integritas latet. Alii dicunt ideo ramo aureo Inferos peti, quod [2] divitiis facile mortales intereunt. Tiberianus: *Aurum, quo pretio reſerantur limina Ditis.*

137. LENTO VIMINE. [3] Flexili, ut III. Ecl. 38. *Lenta quibus torno* [4] *facili ſuperaddita vitis.* Alias, [5] gravi.

VARIORUM.

cumvenire caveis, deinde conſtitutum jam & maturum olivetum in duas partes dividere. vulgati codices & illic *circummunire* agnoſcunt. praeterea videtur corrigendum, *conſitas plantas*, ne *conſtitutum* in pauculis verbis bis illic occurrat: paullo ante dixerat, *quos comprehenſos manus poſſit circumvenire.* cap. V. *ulmus vitibus circumventa veſtitur.* occurrit apud eumdem Columellam libro IV. cap. 29. *propter quod molliora vincula magis probamus, quae cum circumvenere truncum, adactis arundineis cuneolis artantur.* lib. IX. cap. 14. *nec rurſus longius ab igne poſſunt recedere, cum lateribus aeneis circumveniantur.* lib. VIII. 5. *ſi pituita circumvenit oculos.* de gallinis. Macrobius lib. I. cap. 6. *vicinus advocatis cuſtodibus omnia circumvenit nequid efferri poſſit.* apud Salluſtium, *vallo foſſaque moenia circumvenire. circumagere*, pro circumvenire vel circumdare, dixit Lactantius lib. I. de Falſa Relig. *Titan fratrem ſuum Saturnum atque Opem comprehendit, eoſque muro circumegit, & cuſtodem his apponit*, qui locus ab interpretibus ſollicitari non debuit. ſic *peſſumactus*, pro *peſſumdatus*, eidem. Claudianus lib. II. in Stilich. 135.

Blanda quidem vultus, ſed qua non taetrior ulla
Ultrices fucata genas, & amicta doloſis
Illecebris, torvos auro circumvenit hydros.

ſic codices nonnulli: vulgatum tamen *circumlinit* non damno. Alcimus Avitus lib. V. de mari rubro:

Nec ſatis amplector, ſi eum circumvenit alte
Quod pelagus, modo celans diſcrimina fundo.

Plinius Panegyr. *Omne ſtagnum, omnem lacum, omnem etiam ſaltum immenſa poſſeſſione circumvenis. ſubtervenire* apud Claudianum in Apono 61.

Et

84 animis V. 85 in hoc Fabr. 86 opinione Dan. 87 ejus templi V. Fabr. 88 priſca V. L. Voſ. R. 89 priſtinam L. 90 deeſt V. 91 cauſae R. 92 aliter accedere V. 93 deeſt Fabr. 94 juventute Voſ. 95 virtutem Fabr. 96 dicit V. 97 *deducit* apud Perſium, & damnat Servium Caſaubonus. 98 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. 99 majore V. 1 virtus & integritas latent V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. Fabr. 2 deeſt R. 3 flexibili Fabr. al. fexili V 4 *faciles* R. *facilis* V. 5 gravis Fabr. Baſ.

Digitized by Google

Junoni infernae dictus ſacer. Hunc tegit omnis
Lucus, & obſcuris claudunt convallibus umbrae.
Sed non ante datur telluris operta ſubire,
Auricomos quam quis decerpſerit arbore foetus.
Hoc ſibi pulchra ſuum ferri Proſerpina munus
Inſtituit. Primo avolſo non deficit alter
Aureus; & ſimili frondeſcit virga metallo.

Ergo

SERVII.

138. JUNONI INFERNAE. Proſerpinae, ut IV. 638. *Sacra Jovi Stygio.* DICTUS. Dicatus.

139. ET OBSCURIS CLAUDUNT CONVALLIBUS UMBRAE. Re vera [6] enim nemus Aricinum denſum eſt.

140. SED NON ANTE DATUR. Sive juſtis ſive injuſtis: [7] & ſic intelligentes [8] removebimus quaeſtionem. Hinc enim dicit inf. 409. *Longo poſt tempore viſum.* Ex eo enim, quod dicit deſcendiſſe aliquos, ramum quoque depoſitum eſſe ſignificat. TELLURIS OPERTA. Secundum eos, qui dicunt Inferos in medio eſſe terrarum: quos Juvenalis dicit putari eſſe ſub terris, ut II. Sat. 149. *Eſſe aliquos manes & ſubterranea regna.*

142. PULCHRA. Quae rapi meruit [9] [a Plutone:] SUUM. Sibi charum, [10] [aut ſibi deſtinatum:]

143. NON DEFICIT ALTER. Ne [11] diceretur, ab iis, qui primo deſcenderunt, eſſe ſublatum.

144. FRONDESCIT. In naturam redit: & honeſte locutus eſt, dicens: *Habet frondes ſui metalli.*

VARIORUM.

Et junctos rapido pontes ſubtervenit aeſtu,
Afflatoſque vago temperat igne tholos.

ita enim videtur caſtigandum, cum in ſcriptis, quos magno numero conſului, invenerim, *ſubtervebit*, niſi quod in uno Mediceo exſtabat, *praetervebit*. vulgatum *ſubtermeat*: tamen vix auderem loco movere, niſi id in duobus tantum membraneis codicibus offendiſſem. *ſupervenire* apud Gratium:

Sic canis illa ſuos taciturna ſupervenit hoſtes.

Stat. Achil. I.

Neſcio quid magnum (nec me patria omina fallunt),
Vis feſtina parat, teneroſque ſupervenit annos.

Theb. IX. 463.

Tollitur & clypeum nigrante ſupervenit aeſtu.

intervenire apud Lactantium Phoenice 133. *pennas inſigne intervenit*, qui locus vulgo eſt mendoſiſſimus. Claudian. Conſul. Mall. 59.

Tum celer aſſiduos explevit curſus honores,
Una poteſtatum ſpatiis intervenit aeſtas.

ſic optimus codex Vaticanus pro diverſa lectione, nec tamen male vulgati *interfluit*. Statius Surrentina Pollii Silv. II. II. 15.

Dat natura locum, montique intervenit imum
Litus.

ſic ſcribo, non *locum*, nam mox ſequitur,

Gratia prima loco.

Silius XIV. 21.

Latratus fama eſt, ſic aeſtu intervenit undae.

Noſter VII. Aen. 717.

Quoſque ſecans infauſtum intervenit Allia nomen.

ita enim agnoſcit Aſcon: Ped. in Divinat. cap. XV. HEINS. *Circumvenit* Dorvill. Wittian. Wallian. & Francian. ſed in marg. manu recentiore *circumfluit*. Dorvill. etiam conjecerat *circumluit*. ſed *circumvenit* eſſe terrori ſignificando adcommodatius credebat, ut & in ſuo codice eſſe teſtatur. vide Ariſtoph. Ranas ỹ. 475. BURM.

133. AMOR MENTI. *Amor, menti ſi* Montalbanius & Wallian. *mentis* alter Hamburgicus. *eſt* deeſt Menagiano priori. Heinſius in ora legebat *Quin ſi.* ſed lib II. 10. *ſed ſi tantus amor.* mox, *hic nigra* Venetus. BURM.

135. INDULGERE LABORI. Vid. ad lib. II. 776.

136. O-

6 deeſt Steph. Dan. 7 deeſt V. D. R. Voſ. Steph. Dan. 8 removemus Fabr. al. 9 deſunt R. V. L. V. Lipſ. Steph. Dan. 10 deſunt iisdem. *ſuum ſibi* dictum ut apud Petrum. 11 diceret ab his L. R. Fabr. al.

Digitized by Google

Ergo alte veſtiga oculis, & rite repertum
Carpe manu. Namque ipſe volens faciliſque ſequetur,
Si te fata vocant: aliter, non viribus ullis
Vincere, nec duro poteris convellere ferro.
Praeterea jacet exanimum tibi corpus amici,
(Heu neſcis) totamque inceſtat funere claſſem;
Dum conſulta petis, noſtroque in limine pendes.

SERVII.

145. ALTE VESTIGA OCULIS. Require omni intentione. RITE REPERTUM [12] CARPE. *Rite carpe*, [13] [id eſt, cum obſervatione:] non, *rite repertum*.

147. SI TE FATA VOCANT. [14] Hoc eſt, ſi quem fata vocant, facile ſequetur.

148. POTERIS. Poterit quis. Tertiae enim perſonae ſignificationem ad ſecundam tranſtulit, & generaliter loquitur: nam ut de Aenea dicat, non procedit. Si enim dubitat, caret deo: nec poteſt de Miſeno vaticinari. DURO FERRO. Et genus eſſe poteſt, & ſpecies.

149. PRAETEREA. Ac ſi diceret: Eſt & alia opportunitas deſcendendi ad Inferos, id eſt, Proſerpinae ſacra peragendi. [15] Duo enim horum ſacrorum genera fuiſſe dicuntur; unum Necyomantiae, quod Lucanus exſequitur; & aliud Sciomantiae, [16] [id eſt, divinationis per umbras: σκιὰ enim *umbra* eſt, & μαντεία, *vaticinium*,] quod in Homero, quem Virgilius ſequitur, lectum eſt. Sed ſecundum Lucanum, [17] in Necyomantia [18] ad elevandum cadaver ſanguis eſt neceſſarius, ut VI. 667. *Pectora tunc primum ferventi ſanguine* [19] *ſupplet*. In Sciomantia vero, quia umbrae tantum eſt [20] evocatio, ſufficit ſolus interitus: unde Miſenus in fluctibus occiſus [21] eſſe inducitur. TIBI. Ideo addidit *tibi*, ne amici poſſet etiam ad Sibyllam referri.

150. INCAESTAT. Polluit: & [22] *incaeſtus*, eſt quaecumque pollutio.

151. PENDES. Sollicitus es, ut III. 372. *Ipſe manu multo ſuſpenſum numine ducit.* Et proprie *pendere*, eſt deſiderare aliquid audire, ut IV. 79. *Pendetque iterum narrantis ab ore.* [23] [Et Ovidius I. Ep. 30: *Narrantis conjux pendebat ab ore.*].

VARIORUM.

136. OPACA. *Opaco* Mediceus a manu prima.

137. AUREUS RAMUS. In hoc explicando varie laborant Philoſophi & Chemici: videndus Wedelius Centur. I. Decad. X. Exerc. 3. Exercitationum Medico-Philologicarum.

140. OPERTA. *Opaca* Dorvil. a m. pr.

141. QUAM QUIS. Codex A. Colotii habet *qui* pro *quis*. URSIN. *Quam qui* Mediceus, & alter Mentelianus a manu prima. HEINS.

Ibid. DECERPSERIT. Ita Mentelius prior & praeſtantiores. alii, *diſcerpſerit*. ſed *decerpſeris* magis convenit ſequentibus, *rite carpe* &c. & ita Ovid. V. Met. 536.

Puniceum curva decerpſerat arbore pomum.

& III. ex Pont. V. 19.

Et magis adducto pomum decerpere ramo.

ubi etiam, *diſcerpere* codices. *diſcerpere* eſt lacerare, ut lib. IX. 313. BURM.

142. SIBI. Jungenda, *munus ſuum ſibi*. ſic lib. VIII. 119. *totidem ſuo ſibi nomine Pallas*. Plaut. Amphitr. I. I. 13. *telo ſuo ſibi*, ubi Pius jam hanc elegantiam notavit. Columel. XII. 7. *ſuo ſibi jure*

ablut-

12 CARPE viator iter V. R. in animo habuit librarius, quae de Balliſta in vita Virgilii a Phoca ſcripta leguntur, *nocte die totum carpe viator iter.* BURM. 13 deſunt V. R. L. Voſ. Steph. al. 14 Hunc enim quem f. v. f. ſequitur Steph. al. hic enim q. f. v. f. ſequitur Fabr. ſequitur L. R. 15 duo autem V. L. Voſ. R. Steph. 16 deſunt V. L. Voſ. R. ſed Lipſ. deſunt a *σκιὰ*. 17 Necyomanthiae V. Fabr. al. 18 ad levandum Voſ. L. R. Lipſ. Steph. Dan. 19 *ſupplens* V. R. Voſ L. Steph. Dan. Maſv. ſed in Lucano eſt *ſupplet*, ut hic Fabr. 20 vocatio Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 21 deeſt V. 22 *inceſtum* Voſ. L. R. Baſil. *inceſti* V. 23 deſunt V. Voſ. L. R. Lipſ. Steph. Dan. in Ovidio legitur, *pendet ab ore viri*.

Sedibus hunc refer ante ſuis, & conde ſepulcro.
Duc nigras pecudes: ea prima piacula ſunto.
Sic demum lucos Stygios, regna invia vivis,
Aſpicies. Dixit, preſſoque obmutuit ore.
Aeneas maeſto defixus lumina voltu

In-

SERVII.

152. SEDIBUS HUNC REFER ANTE SUIS. Apud majores, ut ſupra [24] diximus v. 64. [25] omnes in ſuis domibus ſepeliebantur: unde [26] [ortum eſt, ut lares colerentur in domibus: unde] etiam umbras, larvas vocamus: nam Dii penates alii ſunt. Inde eſt, quod etiam Dido cenotaphium domi fecit marito. [27] Ergo aut ſecundum iſtum locutus eſt morem, quamvis adhuc Trojani domos non [28] habuerint: aut dicit: Refer hunc naturalibus ſedibus, id eſt, terrae: nam in aqua perierat. [29] Verum tamen illud eſt, ut intelligamus eam dicere: *Sepeli eum*: nam ſepulchrum, *ſedes* vocatur: Horatius II. Od. 18. *Nulla certior tamen rapacis Orci ſede deſtinata* [30] *Aula divitem manet herum.* [31] Virgilius VII. 3. *Et nunc ſervat honos ſedem tuus, oſſaque nomen.* Perſuadet autem ſepulturam, ut poſſit recentis cadaveris uti anima, ut ait Lucanus VI. 712. *Non in tartareo latitantem poſcimus antro, Aſſuetamque diu tenebris: modo luce* [32] *fugata Deſcendentem animam primo* [33] *pallentis hiatu Haeret adhuc Orci.*

153. PRIMA PIACULA SUNTO. Ad expiationem pollutionis, quae fuerat nata morte Miſeni.

154. SIC DEMUM. Ad poſtremum: hoc eſt noviſſime. Et haec particula tam apud Virgilium, quam apud [34] omnes idoneos auctores hoc ſignificat, licet in aliis diverſa [35] ſignificet. LUCOS [36] STYGIOS, REGNA INVIA VIVIS ASPICIES. Seneca ſcripſit de [37] Ritu & de Sacris Aegyptiorum. Hic dicit, circa [38] Sienem, extremam Aegypti partem, eſſe locum, quem [39] Philas, hoc eſt amicas vocant: ideo, quod illic eſt placata ab Aegyptiis Iſis: quibus iraſcebatur, quod membra mariti [40] Oſiridis non inveniebat, quem frater Typhon occiderat. Quae inventa poſtea cum ſepelire vellet, elegit vicinae paludis tutiſſimum locum, quem [41] tranſitu conſtat eſſe difficilem: limoſa enim [42] eſt, & papyris referta, [43] [& alta.] Ultra hanc eſt brevis inſula, inacceſſa hominibus: unde [44] ἄβατος appellata eſt. Lucanus X. 323. *Hinc Abatos, quam noſtra vocat veneranda vetuſtas.* Haec palus, *Styx* vocatur, quod triſtitiam tranſeuntibus gignit. Sane ad illam inſulam ab his, qui ſacris imbuti ſunt, certis [45] tranſitur diebus. Lectum eſt etiam, quod vicini populi cadavera ſuorum ad alteram regionem transferunt; ſed [46] ſi quis forte in fluvio pereat, nec ejus inveniatur cadaver, poſt centum ei annos [47] ultima perſolvuntur. Hinc eſt tractum inf. 329. *Centum errant annos, volitantque haec littora circum.* ET REGNA INVIA. Quae contra naturam [48] fiunt, non afferunt praejudicium generalitati: unde ait: *Invia* [49] *regna*; licet [50] Hercules, aliique tranſierint: & ſit tranſiturus Aeneas. Sic [51] dictum eſt & illud inf. 624. *Evaditque celer ripam irremeabilis undae.*

156. [52] [MOESTO VULTU. Propter mortem amici, & rami inquiſitionem.] DEFIXUS LUMINA. Defixa lumina habens: per quod triſtitia mentis oſtenditur.

VARIORUM.

ablui poſſunt, plura. vid. ad Petron. cap. LXVI. BURM.

143. DEFICIT. *Defuit* Oudartii.

144. ET

24 dicitur V. 25 omnes homines Fabr. ſepeliebant V. 26 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 27 ergo autem Steph. 28 haberent Fabr. al. 29 veruntamen iidem & Dan. 30 deeſt V. L. R. Lipſ. Voſ. Steph. *manebat* Voſ. Steph. Dan. *ſine deſtinatum divitem* Lipſ. 31 item Virgilius Fabr. al. 32 *fugatam* L. Voſ. R. 33 *pallantis* L. 34 deeſt Fabr. al. 35 deeſt Fabr. 36 STYGIS ET V. 37 de ſitu L. Voſ. R. Steph. apud Senecam lib. IV. Nat. Quaeſt. cap. I. & ſeq. de Nilo multis agit. ſed hic videtur alius liber Senecae indicari. 38 civitatem Syenem Fabr. al. 39 filias L. Voſ. R. 40 Uſiridis R. 41 ad tranſitum Steph. Fabr. al. 42 eſt palus Fabr. 43 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Fabr. al. 44 *abbatos* V. *abbathos* Voſ. 45 tranſitus R. 46 ſi qui V. L. Voſ. R. 47 parentatur vel ult. ei perſolvuntur V. ult. p. officia Steph. Dan. & Baſil. ſed huic ultima deeſt. 48 ſunt Fabr. al. 49 deeſt eiſdem. 50 & Hercules aliique V. 51 ſi Fabr. 52 deſunt V.

Ingreditur, linquens antrum; caecoſque volutat
Eventus animo ſecum. Cui fidus Achates
It comes, & paribus curis veſtigia figit.
Multa inter ſeſe vario ſermone ſerebant:
Quem ſocium exanimem vates, quod corpus humandum
Di-

SERVII.

157. INGREDITUR. Pro graditur: vacat praepoſitio, ut IV. 177. *Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.*

159. PARIBUS CURIS VESTIGIA FIGIT. Aut ſimili ſollicitudine detentus incedit: aut *figit veſtigia*, id eſt, ſtat [53] ſubito; quod cogitantes facere conſuerunt.

160. MULTA INTER SESE VARIO SERMONE SEREBANT. [54] Hinc proprie dictus eſt *ſermo*, qui inter [55] duos ſeritur, [56] [& inter utrumque agitur.]

VARIORUM.

144. ET SIMILI. *Similis* Mediceus. HEINS. *Vena metallo* Menagius prior.

145. VESTIGA. *Inveſtiga* Dorvil. a m. ſec.

146. SEQUETUR. *Sequatur* Bigotianus.

148. DURŌ. *Poteris dura* prior Hamburgicus.

150. TOTAMQUE. *Totuſque i. f. claſſe* primus Rottendorphius. hic deficiebat Wallianus.

151. PENDES. *Pendens* Oudartii. ita Serv. ad II. Aen. 114. *pendis* Wittian.

152. SEDIBUS. *Sedibus ante ſuis refer, & conde* Dorvil. multa de his *ſedibus* commentati ſunt viri docti, plerique de ſepulchro capiunt. v. Guther. de Jur. Man. lib. II. 20. Steph. Diatr. III. ad Horat. pag 64. ſed tunc bis idem diceret Virgilius. quare ego Servii alteram explicationem probarem, qui de terra capit. illa enim propria ſedes hominum. in illa enim primum crematus fuit, deinde in ſepulchro oſſa ejus condita. Terra mater credita hominum, aeque ut arborum & plantarum. ut notiſſimum ex Lucretio & aliis. vid. ad Ovid. II. Amor. XI. 30. hinc poſtea ỷ. 508. *patria decedens ponere terra.* vid. & ſupr. ỷ. 28. BURM.

153. EA. *Haec* Parrhaſ. *ſumpto* a m. pr. & *ſumto* a ſec. Dorvill.

154. STYGIOS, REGNA. *Lucos Stygis & regna* Mediceus, primus Moreti, Menagianus & alii nonnulli. in quibuſdam, *lucos Stygios & regna.* ego vulgatae ſcripturae controverſiam non eſſe movendam cenſeo, uti jam dictum lib. I. 2. nam & Valerius Probus in Gramm. receptam lectionem liquido agnoſcit. Stat. ſimili appoſitione uſus Theb. I. 289.

Horrendos etenim latices, Stygia aequora fratrum
Obteſtor.

ſuperiori libro Maro pari appoſitione ex ſcriptis melioribus v. 734.

Non me impia namque
Tartara habent, triſtes umbrae.

HEINS. *Stygis & regna vivus* Ed. Veneta, Parrhaſ. *Stygios &* Dorvil.

155. ORE. *Orbe* Mediceus a prima manu. *immutuit* Dorvil.

156. DEFIXUS. *Maeſtoque affixus* Gudianus a manu prima.

157. INGREDITUR. *Progreditur* Mediceus pro diverſa lectione. HEINS. *Egreditur* Dorvil. Wittian. Sprotianus, ſecundus Menagii & Excerpta noſtra, & a manu ſecunda Bigotianus & Zulichemius. *volutans* Gudianus a manu prima. *voluptat* Dorvil. ut ita & lib. IV. 533. alia in re, ut de libidine & coitu, haec verba commutata fuiſſe vidimus ad Quinctil. III. 13. & Petron. cap. LXXIX. & alibi. BURM.

159. FIGIT. *Fixit* Mediceus a manu prima. *figit veſtigia curis* Parrhaſ. *firmat* Dorvil.

160. FEREBANT. *Serebant* ex caſtigatioribus membranis cum Pierio reponendum: nam a *ferendo* deducunt *ſermonem* filii Grammaticorum. hinc & *differere* & *conſerere ſermones*, aliaque ejusmodi plura. ſic Statius Achill. II. 35.

Sic ſegnes Heroës eunt, campumque patentem
Alterno ſermone ſerunt.

multa nos de eo verbo frequenter corrupto ad Silium egimus lib. VIII. 266. Caecilius apud Gell. II. 23. *Hunc, credo, inter ſuos aequales & cognatos ſermonem ſerit.* Plautus apud Nonium: *Hinc ex occulto ſermones ſatos ſublegens.* ut recte poſteriores editores caſtigarunt. Iſidorus lib. VII. Origi-
num

53 ex improviſo Fabr. al. 54 hic Voſ. Steph. Dan. hic hinc R. 55 utrumque V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 56 deſunt iisdem.

Diceret. Atque illi Miſenum in litore ſicco,
Ut venere, vident indigna morte peremtum;
Miſenum Aeoliden: quo non praeſtantior alter
Aere ciere viros, Martemque adcendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circum
Et lituo pugnas inſignis obibat & haſta.
Poſtquam illum vita victor ſpoliavit Achilles,
Dardanio Aeneae ſeſe fortiſſimus heros
Addiderat ſocium, non inferiora ſecutus.
Sed tum, forte cava dum perſonat aequora concha,
Demens, & cantu vocat in certamina Divos,

Ae-

SERVII.

163. INDIGNA MORTE. Miſerabili, non congrua ejus meritis: vel propter animae etiam extinctionem, elementi contrarietate.

165. MARTEMQUE ACCENDERE CANTU. Hemiſtichium [57] hoc dicitur addidiſſe dum [58] [Auguſto hunc ſextum librum recitaret: nam ante hemiſtichium fecerat, dicendo: *Aere ciere viros*; poſtea in praeſentia Auguſti, ex abundantia intellectus addidit ſubito: *Martemque accendere cantu*: quod eſt item hemiſtichium.]

168. VITA SPOLIAVIT. Ad bellum retulit, in quo victis tolluntur exuviae.

170. NON INFERIORA SECUTUS. Ubique Aenean Hectori comparat, ut XI. 291. *Ambo animis: ambo inſignes praeſtantibus armis.*

171. CAVA DUM PERSONAT AEQUORA CONCHA. Aut perſonare facit: aut Hyſterologia eſt, dum per cava aequora ſonat.

172. DEMENS. Improvidus, qui non conſideravit, etiam deos in aemulationem poſſe deſcendere.

VARIORUM.

num: *ſermo dictus, quia inter utrumque ſeritur, unde in Virgilio: multa inter ſeſe longo ſermone ſerebant.* at apud Noſtrum *vario ſermone* circumfertur. *ſerere pugnos in faciem.* Plautus Aul. I. *ſerere vulnera.* Lucret. lib. V. 1289. *vulnera vaſta ſerebant. pugnam inter ſe conſerere.* Livius XXXII. *prae portis praelia ſerebant.* Tacitus lib. V. Hiſt. II. HEINS. *Multaque inter ſe* ſecundus Moreti.

161. EXANIMUM. *Exanimem* Mediceus & Juntarum editio, quod malo, ne voces, pari terminatione deſinentes, conjungantur, nec aliter a manu prima prior Hamburgicus & Schefferianus. vide annotata lib. IV. 8. HEINS. *Exanimum* fere omnes libri. ſed *exanimem* Wittian. Parrhaſ. Ed. Junt. vid. ad lib. X. 841. BURM.

162. ATQUE. Idem hic notat, quod ſtatim, dum haec loquuntur. vid. ad I. Georg. 203.

167. LITUO. *Licuo* Dorvil.

168. VITA VICTOR. *Victor vita* Parrhaſ. Editio P. Danielis R. Steph. Commel. & aliae *victor vita ſ. & armis* Dorvil.

170. NON. *Haud inferiora* Parrhaſ. *interiora* alter Hamburgicus.

171. SED TUM. *Sed dum* primus Moretanus. etiam Mediceus & Gudianus a manu prima duo alii, *cum*. HEINS. *Sed dum* Parrhaſ. *ſed tunc* Wittian

Ibid. PERSONAT. Hunc locum ante oculos habuit Lucanus lib. IX. 349. *ventoſa perflantem marmorea concha.* ut legendum ibi docuimus. BURM.

172. CERTAMINA. *Certamine* Gudianus. mox, ſi *credere fas eſt*, duo Leidenſes. vid. III. Georg. 391.

173. AE-

57 id eſt dimidium hunc verſum Fabr. al. 58 dum recitat, & reliqua deinde deerant V. L. Voſ. R. Dan. & etiam Lipſ. & Steph. qui tamen habent, dum recitat Auguſto.

Aemulus exceptum Triton (ſi credere dignum eſt)
Inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerat unda.
Ergo omnes magno circum clamore fremebant;
Praecipue pius Aeneas. Tum juſſa Sibyllae
(Haud mora) feſtinant flentes, aramque ſepulcri
Congerere arboribus, coeloque educere certant.
Itur in antiquam ſilvam, ſtabula alta ferarum:
Procumbunt piceae: ſonat icta ſecuribus ilex:

Fra-

SERVII.

173. AEMULUS. Modo, ejuſdem rei ſtudioſus: alias, inimicus invenitur. EXCEPTUM. Oppreſſum inſidiis: quo ſermone oſtendit, eum tantae fuiſſe virtutis, ut ne a numine quidem niſi inſidiis opprimeretur. TRITON. Penultima accentum habet. Nam *Tritonis* facit: ſi enim ultima [59] habet, *Tritontis* facit. Quod non procedit, ut, [60] *Demophoon, Demophoontis.*

175. ERGO. [61] Quia talis perierat: aut quia ſic fuerat interemptus.

176. PRAECIPUE PIUS AENEAS. [62] Aenean ſupra caeteros inducit mortem cujuſlibet dolere, ut I. 222. *Nunc Amyci caſum gemit.* Item v. 869. *Caſuque animum concuſſus amici.* [63] [Hoc praecipit Horatius in Arte poetica 126. *Servetur ad imum, Qualis ab incepto proceſſerit; & ſibi conſtet:* ut ſemper *pius* deſcribatur Aeneas.] Hinc ei dat circa ſepulturam etiam ſordida officia, quae [64] in aliis denegat locis. Qui enim de Pietatis generibus ſcripſerunt, primum locum in [65] ſepultura eſſe voluerunt: unde, cum Pontificibus nefas eſſet cadaver videre, tamen magis nefas fuerat, ſi viſum inſepultum relinquerent. Genus autem fuerat ſepulturae injectio pulveris: unde eſt inf. 366. *Aut tu mihi terram Injice* [66] [*namque potes.*] Horatius I. Od. 28. *Non eſt mora longa; licebit Injecto ter pulvere curras.*

177. ARAMQUE SEPULCRI. Pyram dicit, quae in modum arae conſtrui lignis ſolebat: nam & ſequitur: *Congerere arboribus, coeloque educere certant.* Et aram, quae ante ſepulchrum fieri conſuevit, intelligere non poſſumus, [67] [ut III. 63. *Stant manibus*] *arae:* cum nondum facta ſit funeratio, quae praecedit ſepulchrum. Probus tamen [68] & Donatus [69] de hoc loco requirendum adhuc eſſe dixerunt.

178. COELOQUE EDUCERE CERTANT. Ut hoc faciant, [70] mente pertractant: nam adhuc ituri ad [71] ſylvam ſunt.

179. ITUR. *Eo, e* brevis eſt; *itur; i* longa invenitur. Ergo quia hoc verbum breve eſt in origine, & in declinatione ſit longum, ideo certa ejus natura, nec in temporibus, nec in participiis invenitur: nam cum *itur* longa ſit, *iturus* brevis invenitur, in inf. 680. *Superumque in lumen ituras.* [72] Multi tamen tentant dicentes *itur* propter *eo*, quae prima verbi origo eſt, per diphthongum ſcribi debere: quod non procedit, quia [73] diphthongus ſemper longa eſt; *i* autem & produci poteſt & corripi. Hinc eſt, quod *fortuitus* [74] *i* & producit, & corripit. Juvenalis XIII. 225. *Non quaſi* [75] *fortuitus nec ventorum* [76] *rabie; ſed Iratus cadat in terras, &* [77] *vindicet ignis.* Contra Horatius II. Od. 15. *Nec fortuitum ſpernere ceſpitem Leges ſinebant.* Hic enim niſi [78] *i* litera longa ſit, non ſtat verſus. Et hoc protulimus exemplum unius ſermonis, [79] ne quis dicat *iturus*, & *itur*, ideo variam habere naturam, propter temporum varietatem: unde melius eſt, ut diximus, originis conſiderare rationem. Sane *fortuitus* ab *eundo* eſt, & a *fortuna* compoſitum.

180. PROCUMBUNT PICEAE. *Picea*, ſecundum Pli-

59 habeat R. V. L. Voſ. 60 deeſt R. V. 61 aut quia R. Voſ. L. Baſl. 62 ubique Aeneam L. Voſ. R. V. Lipſ. Fabr. al. 63 deſunt V. R. L. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 64 deeſt V. 65 ſepulturam V. 66 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 67 deſunt R. 68 & ceteri commentatores Dan. 69 deeſt R. Dan. 70 mentem V. 71 ſilvas V. R. Voſ. L. Steph. Fabr. al. 72 multa Voſ. vid. Guell. infr. ad ℣. 758. 73 diphthongos V. 74 L. & V. L. Voſ. R. 75 *fortuito* Fabr. al. *fortuitu* Dan. 76 *rapies* R. *rabies* Voſ. Steph. 77 *judicet* V. L. Voſ. R. 78 I longa ſit Fabr. al. 79 nec quis Voſ.

Fraxineaeque trabes, cuneis & fiſſile robur
Scinditur: advolvunt ingentis montibus ornos.
Necnon Aeneas opera inter talia primus
Hortatur ſocios, paribuſque adcingitur armis.
Atque haec ipſe ſuo triſti cum corde volutat,
Adſpectans ſilvam inmenſam, & ſic voce precatur:
Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus
Oſtendat nemore in tanto: quando omnia vere
Heu nimium de te vates, Miſene, locuta eſt.

Vix

SERVII.

Plinium in Naturali hiſtoria, quinta ſpecies cedri eſt: nam *Cedria* dicta eſt, quaſi [illegible]. id eſt, *arboris humor ardentis.*

183. NEC NON AENEAS. Bona oeconomia venitur ad ramum.

184. ACCINGITUR ARMIS. Inſtruitur officiis.

186. FORTE PRECATUR. Vacat *forte:* & eſt verſus de his, qui tibicines vocantur: quibus [80] additur aliquid ad ſolam metri ſuſtentationem, ut v. 457. *Nunc dextra, nunc ille ſiniſtra:* nec enim poſſumus intelligere cum [81] fortuitu rogaſſe.

187. SI. Adverbium [82] [rogantis &] optantis eſt, per ſe plenum: ſicut & *o*, [83] [ut in v. 195. *Quanquam o, ſed ſuperent:* [84] licet Neoterici haec jungant, & pro [85] uno ponant. Perſius II. Sat. 10. *O ſi* [86] *ebullat patrui praeclarum* [87] *funus.*

188. QUANDO. Siquidem. NIMIUM VERE. Cum ingenti dixit [88] affectu; quaſi mors praedicta falſa eſſe debuerit.

VARIORUM.

173. AEMULUS. Serv. ad IV. Aen. X. citat, *Excipit meantem Triton.* confundit locum ex III. 332.

175. MAGNO. *Circum magno* Montalbanius.

177. SEPULCHRI. *Sepulchro* Gudianus a manu prima. & Francianus a ſecunda. *araſque* Ed. Venet. mox, *caeloque adducere* Vratiſlav. ſed vid. II. Aen. 186. & 461. & XII. 674. BURM.

179. STABULA ALTA. Male de antris effoſſis capiunt quidam Interpretes. ſed ſedes, quas ſub arboribus altis ponunt & habent ferae, Intelligendae. ſtabula enim & ferarum ſedes, & gregum & armentorum. ſic apud Ovid. VIII. 532. *vidi contermina ripae Cum gregibus ſtabula alta trahi.* ubi ſunt ovilia. ut Noſter lib. II. 498. *cum ſtabulis armenta trahit.* ſic ſaepe, *tecta ferarum.* ut VI. 7. *luſtra* & ſimilia. BURM.

180. ILEX. *Ilix* Wittian.

182. ADVOLVUNT. *Ac volvunt* Dorvil. Witt. & alii nonnulli codices & Edd. Venet. & Mediol. & Ald. *& volvunt* Zulichemius. *avellunt* alter Hamburgicus. *advolvunt* agnoſcit Rufinianus de Schem. Lex. p. 30.

183. OPERA. *Operi* Parrhaſ. *Aeneas nec non* Wittian.

184. PARIBUSQUE. *Paribus* Leidenſis ſecundus, Mentelius, & a manu prima tertius.

185. TUM CORDE. *Cum corde* ex ſcriptis reponatur. HEINS. Ita & Parrhaſ. *atque hoc* Montalbanius. *triſtis* Wittian.

186. ET SIC VOCE PRECATUR. Poſtrema verba non addidit Poëta, *& ſic ore precatur.* non enim orat, ſed optat: in eadem ſententia Servius. FABRIC. *Voce precatur*, quod in aliis codicibus eſt, praeſtare cenſeo; quia τὸ *forte* poſt ſubſequitur denuo. vid. lib. IX. 493. *voce* certe Mentelianus prior ex noſtris. etiam alter Mentel. pro di-

verſa

80 ditur L. V. R. Voſ. 81 fortuito V. Fabr. al. 82 deſunt V. 83 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. al. 84 quamquam V. L. Voſ. R. Lipſ. neuterici L. 85 una V. Fabr. al. 86 *ebulliat* V. L. R. *ebullit patruus* V. in Perſio legitur, *ebullit patrui.* Giſan. ind. Lucret. in Synecphoneſi p. 465. legit *ebullet.* in Codice Leid. Perſii erat, *ebullat patruus.* & in Lipſ. *ſic o ſi ebulliad patruus praeclarum funus, & o ſi.* dixerunt forte *bullire* & *bullare* olim, ut aliis verbis factum: Caſaubonus *ebullit* pro *ebullierit* capit. BURM. 87 *funus & o ſi* L. R. V. Fabr. al. 88 effatu Dan.

Vix ea fatus erat, geminae quum forte columbae
Ipſa ſub ora viri coelo venere volantes,
Et viridi ſedere ſolo. Tum maxumus heros
Maternas adgnoſcit avis, laetuſque precatur:
Eſte duces, o, ſi qua via eſt, curſumque per auras
Dirigite in lucos, ubi pinguem dives opacat
Ramus humum. Tuque, o, dubiis ne deſice rebus,
Diva parens. Sic effatus veſtigia preſſit;

Ob-

SERVII.

190. Cum forte columbae. Auguria aut oblativa ſunt, quae non poſcuntur: [89] aut impetrativa, quae optata veniunt. Hoc ergo quia oblativum eſt, ideo dixit *forte*. Bene autem a columbis Aeneae datur augurium, & Veneris [90] filio & regi: nam ad reges pertinet columbarum augurium: quia nunquam ſolae ſunt, ſicut nec reges quidem.

191. Ipsa sub ora. Perite; ne, ſi longius [91] volarent, non ad eum pertinere viderentur: nam moris erat, ut captantes auguria, certa ſibi ſpatia deſignarent, quibus volebant videnda ad ſe pertinere: [92] [quod ſpatium [93] *templum* appellatur: & extremae partes, *antica*, & *poſtica*, vocabantur.]

193. Maternas Veneri conſecratas, propter foetum frequentem & coitum.

194. Si qua via est. Si eſt ratio: & [94] jam ex hoc loco eſſe incipit impetrativum, quod fuerat oblativum. Cursumque per auras. *Curſum* vocavit impetum, & eundi officium: [95] nam & navium *curſum* dicimus.

196. Ne defice rebus. Ne deſere in rebus incertis. Et bene in ſylvis invocat matrem, quam [95] * ſcit ſibi viſam eſſe habitu venatricis, ut in primo ℣. 319. legimus.

197. Sic effatus. Proprie *effata* ſunt augurum preces: unde [96] ager poſt pomeria, ubi captabantur auguria, dicebatur *effatus*. Vestigia pressit. Quia ad captanda auguria, poſt preces, immobiles vel ſedere, vel ſtare conſuerant.

VARIORUM.

verſa lectione, & Montalbanius. prior Hamburgicus, *ore*. HEINS. *Forte* eſt in Regio Wittian. & Dorvil. ſed *voce* vel *ore* (de quo ſupr. ℣. 76.) praeferrem. & cavillatio eſt, quod non oret, ſed optet. nam certe precatur & ſimul optat, ut ſe ramus oſtendat, & *ſi* recte pro utinam ad exemplum Graecorum, qui ſic utuntur, poſitum. notavit Vigerus de Idiotiſm. cap. viii. Sect. vi. §. 2. vid. & Schol. Pindari i. Pyth. 87. & Serv. ad viii. 560. BURM.

187. Aureus. *Aureis arbore ramis* Montalbanius.

188. In tanto. *In alto* alter Hamb. *omnia vera* Venet. & Dorvill. *heu nimium vates de te* Montalban.

191. Coelo. *E coelo* Parrhaſ.

192 Sedere. *Inſedere* Montalbanius. *ſedere loco* Excerpta noſtra a manu prima. *cum maximus* Sprotianus.

193. Agnoscit. *Agnoſcat* Mediceus & Menagianus prior. HEINS. Et Zulichemius. & Serv. ad i. Aen. 393. *precantur* Gudianus a manu prima.

195. Dirigite. *Derigite* Gudianus. *curſum* pro volatu dixit etiam vi. Ecl. 80. vid. Heinſ. ad Ovid. ii. Amor. vi. ii. BURM.

197. Diva parens. Ita plurimi, inter quos Mentelianus & optimus quiſque. vulgo, *Alma. Tuque in dubiis* etiam Menagii prior.

198. Per-

89 ſed caſu eveniunt, aut Fabr. 90 filio, cui columbae ſunt conſecratae Fabr. mox, *nunquam ſolitae* Lipſ. 91 volarentur R. 92 deſunt V. R. Voſ. L. Lipſ. Steph. Dan. 93 templum totum Fabr. al. 94 deeſt Fabr. al. etiam Lipſ. 95 deeſt R. 95 * quam etiam ſcit Lipſ. 96 aggeres, &, dicebantur Voſ. R. V. Lipſ. augures L. vocabatur *effatus* Fabr. al.

Obſervans quae ſigna ferant, quo tendere pergant.
Paſcentes illae tantum prodire volando,
Quantum acie poſſent oculi ſervare ſequentum.
Inde, ubi venere ad fauces graveolentis Averni,
Tollunt ſe celeres; liquidumque per aëra labſae
Sedibus optatis geminae ſuper arbore ſidunt:

Diſ-

SERVII.

198. [97] [OBSERVANS QUAE SIGNA FERANT. *Obſervare* enim, & de coelo, & de avibus, verbo augurum dicitur.] QUO TENDERE PERGANT, PASCENTES. [98] Hinc jam optimum ſignificatur augurium, quod paſcebant: nam Romani moris fuit, [99] & in comitiis agendis, & in bellis gerendis, pullaria captare auguria: unde eſt in Livio: quod, cum quidam cupidus belli gerendi a tribuno plebis [1] arceretur, ne iret, pullos juſſit afferri: qui cum miſſas non ederent fruges, irridens conſul augurium, ait, *Vel bibant*: & eos in Tyberim [2] praecipitavit: inde navibus victor ex Africa revertens in mari cum omnibus, quos ducebat, extinctus eſt. [a] multi *paſcentes* diſtinguunt, & abſolutus eſt ſenſus. Alii dicunt *paſcentes volando*: & referunt ad naturam columbarum, quae exſilientes paſcere conſuerunt. Alii VOLANDO, ambulando dicunt: *vola* enim dicitur media pars pedis ſive manus.

199. PRODIRE. Prodibant: infinitivus pro indicativo.

201. GRAVEOLENTIS AVERNI. Male olentis: alibi bene olentis, ut IV. Georg. 31. *Et graviter ſpirantis copia tymbrae Floreat.*

202. LIQUIDUMQUE PER AERA LAPSAE. Non eſt aëris perpetuum epitheton; ſed purum ait, Averni comparatione. Dicit autem eas alte volaſſe ad vitandum Averni odorem.

203. SUPER ARBORE SIDUNT. Secundum antiquam licentiam [3] [*ſuper* jungit ablativo.]

VARIORUM.

198. PERGANT. *Pergunt paſcentes: illae* duo Leidenſes, Wittian. Zulichemius, & plures alii. & ita Juntina Editio. Voſſius conjecerat, *quo ſigna ferant.*

199. VOLANDO. Donatus explicat ambulando a *vola*. & ita Joh. Sarisb. Polyc. I. 12. f. & etiam Servius. inepte. ſed morem columbarum paſcentium notat, quae inter paſcendum non tantum ambulant, ſed ſaepe ſubvolando, loca proxima pererrant. v. Ruae. & ita etiam corvi, apud Curt. IV. VII. 15. BURM.

200. POSSENT. *Poſſunt* primus Rottendorphius & Venetus. *ſequendo* quartus Moreti. *ſpectare ſequentum* Vratiſlav. *acies* Mediceus.

203. GEMINA SUPER ARBORE. Legitur *geminae*, id eſt columbae, vel *gemina ſuper arbore*, id eſt ſuper eadem arbore: ultimum hoc habent Grammatici. FABRIC. *Geminae* in multis codicibus, & Ed. Venet. & certe, ſi *gemina* legas, vix explices, nam pro eadem, quum nihil praeceſſerit de hac arbore, niſi in verbis antea Aeneae, inſolitum puto. Praeterea ſemper illud *ſuper arbore* ſuſpectum mihi fuit, quia raro columbas videmus arbori inſidentes, ſed vel in tectis aedium, vel humo. & modo etiam ỷ. 192. dixit, *viridi ſediſſe ſolo*, ſecutus morem & naturam harum avium: ſediſſe etiam non ſuper, ſed ſub arbore veroſimile inde fit, quia aureus ille ramus latebat ſub opaca arbore, id eſt, in inferiore parte arboris, tectae omni luco, qui opacabat humum, in qua nunc ſedebant columbae uti ỷ. 195. firmata ſuſpicio eſt, ex Franciano codice in quo legitur *ſub arbore. ſub* etiam fuit in Zulichemiano a manu prima. ſed librarius deinde pro *b* poſuit *ſ* producta cauda literae, ut exſtaret *p*. quae fuit ante *b*,

eam-

97 deſunt L. Voſ. R. V. Lipſ. Baſil. 98 Hic Voſ. Steph. Dan. Hinc optimum Fabr. al. 99 ut in ſte. captarent Fabr. al. 1 prohiberetur Fabr. al. 2 projecit iidem. mox, revertens ad Africam tendens in mari cum omnibus quos deducebat ex eſt L. & Voſ. R. ſed hi, ducebat. ad Africam in mari &c. Steph. Dan. ad Africam cum exercitu periit V. ad Africam tendens Lipſ. Hoc vero ſpectat ad Claudium Pulchrum, & aliter narrari ſolet. vid. Suet. Tiber. II. & ibi commentatores. BURM. 3 deſunt V. R. Voſ. L. Lipſ. Steph. Dan. & recte. non enim eſt licentia, quod *ſuper* ablativo jungat, ſed quod *ſuper*, ponat, pro *ſupra*. vid. ad I. Aen. 295. BURM.

Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit.
Quale ſolet ſilvis brumali frigore viſcum
Fronde virere nova, quod non ſua ſeminat arbos,
Et croceo foetu teretis circumdare truncos.
Talis erat ſpecies auri frondentis opaca

Ili-

SERVII.

204. AURI AURA. Splendor auri, Horatius II. Od. 8. *Tua ne retardet Aura maritos*, id eſt, ſplendor. Hinc & *aurum* dicitur a ſplendore, qui eſt in eo metallo. Hinc & [4] *auraris* dicti, quorum favor ſplendidos reddit.

205. BRUMALI FRIGORE VISCUM. Bene *brumali* addidit: tunc enim [5] maturum eſt, & auri imitatur colorem: nam nova fronde viret: quod, ut ait Plinius in Naturali hiſtoria XVI. cap. ult. de fimo turdelarum, in certis arboribus naſcitur: unde Plautus: *Ipſa ſibi avis mortem* [6] *creat*.

207. TERETES TRUNCOS. *Teres*, eſt rotundum aliquid cum proceritate, ut VIII. Ecl. 16. *Incumbens tereti Damon ſic coepit olivae*. Horatius II. Od. 4. *Brachia & vultum tereteſque ſuras Integer laudo*.

VARIORUM.

eamque deinde decuſſavit, ut eſſet *p*. ut in multis vidi. nec dubito, quin ita fuerit in aliis ſcriptis. quare forte legendum,

lapſae
Sedibus optatis, geminaeque ſub arbore ſidunt.

vel, *geminae ſub & arbore ſidunt*. & illud tranſiit in *per*, ut contra factum vidimus ad Ovid. I. Art. Am. 96. ſi quis tamen vulgatam malit tueri, poteſt auctoritate Scholiaſt. Horat. ad lib. I. Od. 9. aut columbas capere pro palumbis, ut apud Horat. I. Od. 2. Interpretes quidam. BURM.

204. UNDE AURI. *Diſcolor unde auro* primus Rottendorphius. at Macrobius lib. VI. Saturn. 6. *quid eſt aura auri, aut quemadmodum aura refulſit? & tamen pulchre poſuit*. annotavit & hunc locum Nonius in *aura*. Priſcianus Periegeſi, *Atque aura viridi legitur, quae ſplendet Iaſpis. aura aëris* apud Macrob. lib. VII. Saturn. cap. ultimo, vide Barth. ad Stat. II. Theb. 267.

205. VISCUM. *De viſco* videndae Ephemerides Pariſinae An. 1730. menſe Majo p. 13.

206. FRONDE VIRERE NOVA, QUOD NON SUA SEMINAT ARBOS. Leviter explicatione hujus loci Servius defungitur, contendens viſcum hiberno tempore virere. quod an vere dicat, videndi Plinius, Theophraſtus & alii, nam quia ſubdit, *quod non ſua ſeminat arbos*, non de arbore, in qua viſcum naſcatur, intelligi oportere, fit manifeſtum. Ego ad aucupii id genus referebam, quo viſcum virgae frondenti illinitur. virga ipſa ſtructis arundinibus impoſita. opinor autem myrteam virgam praecipue huic rei fuiſſe adhibitam, quod myrtus vireat hiberno tempore, ut magis eſſet conſpicua inter arentes arborum ſilveſtrium ramos, eoque magis alliceret volucres. atque ita Valerii Flacci locum III. 523. *Et manicae virides, & ſtricta myrtus avena* capiebam & caſtigabam *avena* pro arundine Claudian. Torpedine verſ. ultimo. *amiſſa redit exanimatus avena*. ut lego. Ovid. Metam. XV.

Nec

[4] *aurati* Steph. Dan. ſed *aurarii* recte, ut patet ex notis inf. ad ℣. 817. Caſaub. ad Vopiſc. Aurel. cap. XLVIII. pro *orarii* vult dictum. ſed Salmaſius ibidem refutavit, & non ab *ore*, vel *ora*, unde *orarium*, ſed ab *aura* venire docuit. Dacierius ad Horat. III. Od. 2. diſtinguit inter *aurarios*, qui fautores dicuntur, & *Auratos* ut hic legit, quibus favetur. & legit, *aurati dicti, quos favor ſ. r.* ſed ab *aura* non poteſt *auratus* derivari, quare *aurarii* ſemper legendum, & ita fautores dicti, quia quaſi adſpirant illis, quibus favent. vid. Paſſerat. ad Propert. II. Ecl. 27. pag. 361. Papias AURA, *ſplendor, hinc aurum, quod ſplendeat dicitur, inde aurarii, id eſt fautores*. & in Catholico verſus Monachalis, *Aura ſplendorem, flatum notat, aura favorem*. hac aura nobilium & flatu quaſi reficiuntur & recreantur inferiores, & ita licet forte ſint humiles, favore potentium & aura, ſplendidiores fiunt. *auram* vero pro ſpiritu fumi patet ex Ovid. V. Faſt. 507. *flammas exſuſcitat aura*, id eſt ſpiritu. & Val. Flac. III. 207. *purpuream ſingultibus exſpuit auram*. ita *aura* eſt etiam odor, quem hauriunt quaſi illi, ad quos pervenit. & ita poſſunt facile conciliari, quae de *aura* illa Horatiana varie notant viri docti. vid. & quae diximus ad Valer. Flac V. 589. BURM. [5] marcidum eſt Voſ. de quo cogitandum. mutatur colorem R. [6] Eraſmus in adagio, *Turdus ipſe ſibi malum cacat*. & hinc hoc quoque loco *mortem cacat* lectum olim fuiſſe puto: ſed mutatum a quodam ſemidocto, & ineptum pudorem ſubſtante, in *creat*. eſt vero fragmentum Plauti, qui non verſus fuit, credo, *cacat* dicens. ... deerat V. BURM.

Ilice: ſic leni crepitabant bractea vento.
Corripit Aeneas extemplo, aviduſque refringit
Cunctantem, & vatis portat ſub tecta Sibyllae.
Nec minus interea Miſenum in litore Teucri

Fle-

SERVII.

210. EXTEMPLO. [7] Bene verbo uſus eſt augurum, ut diximus ſupra I. 92.

211. CUNCTANTEM. Aliud pendet ex alio: *Cunctantem*, quia avidus; ut oſtendat tantam fuiſſe avellendi cupiditatem, ut nulla ei celeritas ſatisfacere poſſet: nam *tardantem* dicere non poſſumus eum, qui fataliter ſequebatur. Alii *cunctantem*, ad auri naturam referunt, id eſt, mollem: [8] quia paulatim frangitur, id eſt, lenteſcit. Alii *cunctantem*, [9] gravem dicunt, ut II. Georg. 236. *Glebas cunctantes, craſſaque terga Expecta.*

212. NEC MINUS. Nihil [9*] minus ille deflebatur. INTEREA. Dum itur ad ſylvam.

VARIORUM.

Nec volucrem viſcata fallite virga;

Propert. lib. IV. El. 2.

Sed arundine ſumpta
Faunus plumoſo ſum Deus aucupii.

de capiendis viſcata virga accipitribus vide Varronem de R. R. III. cap. 7. de viſco Plinius libr. XVI. cap. 44. *ſimile quiddam & in viſco, namque cum ſuam ſedem non habeant, in illis vivunt.* vide & Theophraſt. de Cauſſis lib. II. 23. & Plinium in ſequentibus, ubi recte viride deſcribitur: de hoc aucupio plura ad Silium ſcripſiſſe puto. de quo & Paullinus ad Geſtidium.

Sume igitur paſtas dumoſo in rure volucres,
Quas latitans filicis ſub tegmine callidus auceps,
Dum ſimili mentitur aves fallitque ſuſurro,
Agmina viſcatis ſuſpendit credula virgis.
Tum referens tenuem non parvo munere praedam,
Digerit aucupium tabulis, & primus opimis
Ordo nitet, ſenſim tenuatus ad ima tabellae.
Ut minus offendat macies praelata ſaginae,
Gratia praeventos pingui juvet amite viſus.

aucupatoria arundo Plinio XV. 36. adde Propert. III. XII. 43. & Petronium cap. XL. Ovid.

Aut lino aut calamis praemia parva ſequi.

HEINS. *Non ſua arbor*, id eſt non ex illa arbore ſtillat, ſed ab aucupe illinitur. ſic Ecl. I. 38.

Cur pendere ſua patereris in arbore poma.

Plinius XV. 25. *Junonis gratus ſapor, ſed poene tantum ſub arbore ſua.* BURM.

207. TERETIS. *Veteres* prior Rottendorphius a manu ſecunda. *ramos* praefert Catroeus.

209. CREPITABAT BRACTEA. Scripti codices, excepto Mediceo, Sprotiano altero, Hamburgico altero, Voſſiano, quarto Moreti, *crepitabant*, pro bracteae crepitabant. nam τὸ *crepitabant* plures fuiſſe bracteas innuit. vide quae de hoc loquendi modo collegi ad Naſonis Remed. Amor. 164. & Silium Ital. XIV. 210. invenit id ipſum in compluribus ſuis Pierius, non intellectum. quamquam Scholiaſtes Statii vulgatam exhibet ſcripturam ad illud Theb. VI. 62. *ſumma crepant auro.* praeterea *brattea* in Mediceo, aliiſque vetuſtioribus. *crepitabant bractea*, quemadmodum libr. III. Georg. 424. vetuſtiſſimus Mediceus, *Cum medii nexus extremaeque agmina caudae Solvuntur, tardoſque trahunt ſinus ultimus orbes.* & lib. III. 89. idem Mediceus, *Non eadem arboribus pendent vindemia noſtris.* & lib. III. Aen. 142. Gudianus optimus, *Arebant herbae, & victum ſeges aegra negabant.* Idem Gudianus paullo poſt hoc libro 240. *Talis ſeſe halitus atris Faucibus effundens ſupra ad convexa ferebant.* & infr. h. l. 362. *Nunc me fluctus habent.* Apud Lucanum libr. IV. 12. codex Oiſelianus a me percurſus, *Non tamen aut tectis ſonuerunt curſibus amnes, Aut micuere novi percuſſo pumice fontes, Aut impulſa levi turbantur glarea vena.* & lib. V. 52. idem codex, cum tribus aliis a me inſpectis, uno Thuaneo, altero Rottendorphio & tertio meo: *Famae veteres laudantur Athenae, Maſſiliaeque ſuae donantur libera Phocis.* Apud Naſonem II. Metam. 789. *Baculumque capit,*

7 deeſt V. bene ergo verbo Lipſ. 8 qui p. f. & lenteſcit V. L. R. 9 gravem ex auro Gloſſa R. 9 * nihilo minus L. V. R. Lipſ. Steph. mox, itur ad Silvas Lipſ.

Flebant, & cineri ingrato ſuprema ferebant.
Principio pinguem taedis & robore ſecto
Ingentem ſtruxere pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupreſſos

Con-

SERVII.

213. INGRATO. Triſti; ut *gratum*, laetum aliquid dicimus. Alii *ingrato*, dicunt gratiam non ſentienti.

214. PINGUEM. Aut de Graeco tranſtulit λιπαρὰν, magnam: aut Hypallage eſt, [10] de pinguibus taedis.

215. FRONDIBUS ATRIS. Aptis ad funera.

216. ANTE CUPRESSOS CONSTITUUNT. *Cupreſſus* adhibetur ad funera; vel quod caeſa non repullulat; vel quod per eam funeſtata oſtenditur domus, ſicut laetam frondes indicant feſtae. Varro tamen dicit pyras ideo cupreſſo circumdari, propter gravem uſtrinae odorem; [11] ne offendatur populi circumſtantis corona, quae tamdiu ſtabat reſpondens fletibus praeficae, id eſt, [12] principis planctuum, quamdiu conſumpto cadavere, & collectis cineribus, [13] diceretur noviſſimum verbum, ILICET, quod ire licet ſignificat: unde eſt inf. 251. *Dixitque noviſſima verba.*

VARIORUM.

pit, quod ſpinea totum Ungula cingebant. ita illic eſſe caſtigandum curis ſecundis monemus, cum perperam *vincula* nunc ibi circumfeѕatur. denuo apud eumdem Naſonem lib. XII. Met. 158. pervetuſti codices complures, *Longaque multifori delectant tibia.* ſic ſcripti. vide annotata Met. V. 298. ubi ex ſcriptis, *ales erant.* Valer. Flacc. lib. IV. 513. ex optimis itidem membranis, *vocant magni Strophadas nunc incola ponti.* Atque ita apud Petronium carmine de bello civili ỳ. 25. videtur quoque debere ſcribi: *Scorta placent, fractique enervi corpore greſſus, Et pexi crines, & tot nova nomina veſtis: Virque virum quaerunt.* hoc eſt quod Naſo dixit in Arte Amat. I. 524. *Et ſi quis male vir quaerit habere virum.* Cinoedos innuit. vulgo apud Petronium, *Quaeque virum quaerunt.* Notat Nonius Marcellus e Plauto & Afranio *abſente nobis* & *praeſente* nobis. Idem ex Pomponio *praeſente teſtibus, praeſente his* ex Accio & ex Nonio, *praeſente omnibus*, aliaque, quae non ſunt hujus loci. huc refer illud ex Eunucho Terentii IV. III. 7. *Neſcio quid abſente nobis turbatum eſt domi.* ubi Donatus & Pomponii exemplum qui dixerit, *ne ergo iſtuc praeſente amicis inter caenam*, ſubjungit & Varronis ad Marcellum, apud quem legas, *Id praeſente legatis omnibus, exercitu, pronuntiat.* ſimile illud Tibulli lib. III. Eleg. ult. *perfida nec merito nobis inimica merenti.* plura Barthius ad Rutilii Itinerarium lib. I. 33. & Voſſius de Analogia lib. II. cap. 23. qui & nonnulla libro de Conſtructione cap. III. ſubjungit, appoſite quidem, ſed leviore opera; quam voluiſſem factum. Solinus cap. II. de fruticibus Liguſtici maris, *deinde ubi in ſupera attolluntur, genuinis ſaxis derogati, lapis fiunt.* ita vetuſtus codex, quod mihi elegantius videtur, quam *lapides fiunt.* Ovidius IV. 750. de Coraliis,

Quaeque
Vimen in aequore erant, fiunt ſuper aequora ſaxum.

Aggenus Urbicus in Frontinum de limitibus agrorum: *ſunt ſilvae, de quibus lignorum copia in lavatra publica miniſtranda caeduntur.* HEINS. *Levi* ſecundus Moreti. *bratea* Leidenſis. *brathea* Excerpta noſtra cum Gloſſa, id eſt *folia. crepitabant* etiam Francianus, Dorvill. & Regius & Gloſſator apud Barth. lib. XXXVII. Adv. 5. *crepitabant blatea vento. Ilice ſub levi crepitabant* Parrhaſ. *ſub leni* Venetus & Wittian. in quo & *crepitabant* fuiſſe videtur, ſed eraſa litera *n* factum *crepitabat. crepitabant* etiam Venet. Edit. quod corruptum pronuntiat Maittaire, egregius harum elegantiarum arbiter. BURM.

210. EXTEMPLO AENEAS. *Aeneas extemplo* noſtri omnes. HEINS. Praeter Parrhaſ.

211. CUNCTANTEM. *Sectantem* Waddel. Anim. Critic. p. 22.

Ibid. VATIS. *Votis* Montalbanius.

213. INGRATO. Triſti interpretatur Servius. & hoc

[10] hoc eſt, de V. R. Voſ. R. Lipſ. Steph. Fabr. al. [11] ne eo V. Fabr. al. [12] principi V. L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. [13] dicebat Fabr. al.

Conſtituunt, decorantque ſuper fulgentibus armis.
Pars calidos latices & aëna undantia flammis
Expediunt, corpuſque lavant frigentis & unguunt.
Fit gemitus. Tum membra toro defleta reponunt,
Purpureaſque ſuper veſtis, velamina nota,
Conjiciunt. Pars ingenti ſubiere feretro,
Triſte miniſterium, & ſubjectam more parentum

Averſi

SERVII.

218. Pars calidos latices. Plinius in Naturali hiſtoria dicit, hanc eſſe cauſam, ut mortui & [14] calida abluantur, & per intervalla conclamentur; quod ſolet plerumque vitalis ſpiritus excluſus putari, & homines fallere. Denique refert: Quendam [15] ſuperpoſitum pyrae, adhibitis ignibus erectum eſſe, nec potuiſſe liberari: unde & ſervabantur cadavera [16] ſeptem diebus, & calida abluebantur: & poſt ultimam conclamationem comburebantur: unde traxit Terentius Eun. II. III. 56. *Deſine, jam conclamatum eſt.* Ahena undantia flammis. Hoc eſt, per flammas. Alibi VII. 466. *Nec ſe jam capit unda: volat vapor ater ad auras.*

219. Lavant frigentis et unguunt. Verſus Ennii, qui ait: [17] *Tarquinii corpus bona foemina lavit & unxit.*

220. Defleta. Participium [18] [ab eo,] quod eſt *flear*, ſi tamen inveniatur; alias ſine verbi origine eſſe dicemus.

221. Purpureas. Ad imitationem ſanguinis, in quo eſt anima, ut diximus ſupra V. 79. ut IX. 349. *Purpuream vomit ille animam.* Velamina nota. Vel ipſi chara, vel animae. Ex notitia enim gignitur charitas, ut I. Ecl. 52. *Hic inter flumina nota.*

222. Feretro. Graece dixit: nam *capulus* dicitur, a *capiendo*: unde ait Plautus Mil. IV. I. 33. *Capularis ſenex*, id eſt, capulo vicinus. Et subiere feretro, [19] ut VII. 161. *Subeunt muro.*

223. More parentum. Propinquioribus enim virilis ſexus hoc dabatur officium.

VARIORUM.

hoc epitheto in re funerea ſaepe utuntur Poëtae. Ovid. II. Met. 826.

Ut tamen ingratos in pectora fudit odores.

Sidonius Apollinaris lib. IV. Epiſtola II. explicat ingrato, *gratiam non relaturo.* Taubm. ingratum Trojanis officium & triſte fuiſſe explicat. *ſuppremа* Zulichemius. BURM.

214. Secto. *Sicco* prior Hamburgenſis ex gloſſa.

216. Latera. Vide Barth. ad Stat. IV. Theb. 460.

Ibid. Cupressos. *Cupreſſus* Scholiaſtes Horatii Crucquianus Epod. V. illo loco *jubet cupreſſus funebres.* nec aliter is ipſe lib. II. Ode 14. ubi tamen perperam exhibentur, *fatales cupreſſus.* Nonius in *conſtituere* vulgatum exhibet, cui membranae noſtrae accedunt. HEINS.

220. Tum. *Cum* alter Hamburgenſis.

221. Super. *Purpureas veſteſque ſuper* alter Hamburgicus.

222. Ingenti. *Ingentes* Gudianus a manu prima, an *lugentes*: nam haec confundi videbis ad Claudianum IV. Conſ. Honor. 53. vid. ad Lucan. I. 186. & ita *lucentem* & *ingentem* infr. ꝟ. 725. in Mſſ. *periere phereto* alter Hamburgicus. BURM.

223. Et subjectam. Τὸ *&* abeſt ab altero Menteliano, ut ſit

Triſte miniſterium ſubjectam more parentum
Averſi tenuere facem.

HEINS. Deeſt & Zulichemiano. *ſubjecti m. p. averſam* Parrhaſ.

224. Con-

14 calida aqua, & hic & mox Fabr. al. quaſi non *calida & frigida* abſolute diceretur. vid. ad Suëton. Oth. cap. XI. mox & per intervalla condantur Lipſ. BURM. 15 ſuppoſitum Steph. Dan. Fabr. al. 16 octo Voſ. Steph. Dan. Fabr. 17 *Tarquinii* Fabr. al. *Exin Tarquinium bona* citat Donatus ad Terent. Hecyr. 3. 2. ubi obiter nota errorem Donati, qui adducit hunc locum, ut probet uxores dictas, quia lotos maritos ipſae unguerent. G. VOSSIUS. 18 deſunt V. 19 ſic dixit, ut Fabr.

Digitized by Google

Averſi tenuere facem. Congeſta cremantur
Turea dona, dapes, fuſo crateres olivo.
Poſtquam conlabſi cineres, & flamma quievit;
Reliquias vino & bibulam lavere favillam:
Oſſaque lecta cado texit Corynaeus aëno.
Idem ter ſocios pura circumtulit unda,
Spargens rore levi & ramo felicis olivae:

Lu-

SERVII.

224. FACEM. De fune, ut Varro dicit: [20] [unde & funus dictum eſt. Per noctem autem urebantur:] unde & permanſit [21] ut mortuos faces antecedant.

225. FUSO CRATERES OLIVO. Diis ſupernis tantum libabant: Inferis vero ſacrificantes etiam vaſa in ignem mittebant: unde ait *crateres*, quod etiam Statius [22] in Archemori ſepultura commemorat. OLIVUM autem eſt ab *oliva* dictum: nam *oleum* ab *olea* dicitur, [23] [vel ἀπὸ τῆς ἐλαίας, [24] ἢ ἐλάας.]

226 FLAMMA QUIEVIT. [25] Pyrae ingentis: quia, ut in quarto 685. diximus, pro qualitate perſonae pyrae fiebant: ſepulchra etiam vel [26] minora vel magna faciebant.

228. OSSAQUE LECTA. [27] Aut collecta, aut lecta; ideo, quia, [28] [ut ſupra diximus,] nobiles nunquam ſoli comburebantur; [29] [unde Homerus Il. Ψ. 241. Τοί δ' ἄλλοι ἄνευθεν Ἐσχαλιῇ καίοντ' ἐπιμὶξ ἵπποι τε καὶ ἄνδρες.] Sed cum dilectis equis, vel canibus, vel famulo.

229. TER SOCIOS. Aut ſaepius, aut re vera *ter:* licet enim a funere contraxerint pollutionem, tamen omnis purgatio ad ſuperos pertinet: unde & ait imparem numerum: aut quia hoc ratio exigit luſtrationis. CIRCUMTULIT. Purgavit. Antiquum verbum eſt. Plautus in fragm. [30] *Pro larvato te circumferam*, id eſt, purgabo: nam luſtratio a circumlatione dicta eſt, vel taedae, [31] [vel victimae in quibuſdam,] vel ſulphuris. Juvenalis II. 157. [32] [*Cuperent luſtrari*,] *ſi qua darentur Sulphura cum taedis*, [33] [*aut ſi foret humida laurus*.]

230. SPARGENS. Quia res aguntur infernae. In ſecundo vero Aeneas deos portaturus ait ỷ. 719. *Donec me flumine vivo Abluero*. Hic enim mos erat, ut diximus ſupra. FELICIS OLIVAE. Arboris feſtae; ſed moris fuerat, ut de lauro fieret. [34] Sane, ut dicit Donatus, hoc propter Auguſtum mutavit: nam nata erat laurus in palatio eo die, quo natus eſt Auguſtus: unde triumphantes coronari conſuerant: propter quam rem noluit laurum dicere ad officium lugubre pertinere.

VARIORUM.

224. CONGESTA. *Conjecta* Bigotianus.

225. TUREA. *Aurea* alter Menagii. *dapes* Witt. *crateris* Ald. & Junt.

228. LECTA. *Leta* Francianus, & ita ſupraſcr. *lapſa* Zulichemius. deinde, *Corineus*, *Chorineus*, *Corneus*, *Coryneus*. ſcripti varie exhibent. *lecta cavo* ſecundus Moreti.

229. CIRCUMTULIT. In nonnullis Macrobii Codi-

20 deſunt Fabr. 21 ut & Fabr. al. 22 in Arcemoris L. R. Archemoris Lipſ. Voſ. non video autem crateras in ignem miſſos apud Statium, ſed ex pateris & Cymbiis merum, ater ſanguis & lac funditur in pyram, lib. VI. 211. nam *verguntur* dicit Statius, quod recte Barthius aliud notare, quam in ignem mittere animadvertit. mox, *olivum* autem ab *oliva* dixit, Lipſ. BURM. 23 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 24 καὶ ἐλάας dicitur Baſil. 25 quaſi Pyrae Fabr. al. 26 majora vel minora fiebant Fabr. al. 27 Neſtor in voce *aeul* pag. 4. videtur inveniſſe in ſuo codice *lecta*, id eſt electa. & debuiſſe *collecta* Servium ſcribere, quia non eligebantur oſſa, ſed colligebantur. ſed ſi jam ita explicuiſſet, nihil peccaſſet: nam quum equi, canes, & famulus ſimul cremarentur, certe debebant oſſa domini eligi, nec confundi cum oſſibus & reliquiis aliarum rerum ſimul crematarum. BURM. 28 deſunt V. 29 deſunt V. R. Voſ. L. Lipſ. Steph. Dan. 30 *pro lavatore* V. 31 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. vel ſulphuris vel victimae L. 32 deſunt V. R. L. Voſ. Steph. Dan. 33 deſunt iisdem. 34 quod propter Auguſtum mutavit, ut dicit Donatus Fabr. al. ſane dicit Donatus, quod hoc p. Aug. mutavit Lipſ. Liviae, poſt nuptias cum Auguſto accidiſſe ſimile augurium, narrat Sueton. in Galb. cap. 1. ubi Caſaubonus videndus. mox, eo die, quo Auguſtus: Lipſ. BURM.

Luſtravitque viros, dixitque noviſſima verba.
At pius Aeneas ingenti mole ſepulcrum
Inponit, ſuaque arma viro, remumque, tubamque,
Monte ſub aërio: qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur, aeternumque tenet per ſecula nomen.
His actis propere exſequitur praecepta Sibyllae.

Spe-

SERVII.

231. NOVISSIMA VERBA. Id eſt, ILICET: nam VALE dicebatur poſt tumuli quoque peracta ſolennia.

233. SUAQUE ARMA VIRO. Ipſi chara ſculpſit in ſaxo: nam ſupra ea jam legimus concremata. REMUMQUE TUBAMQUE. Quia & bellator & remex fuerat: licet poſſimus etiam ſolam tubam accipere: *remus* enim dicitur [35] *lorum*, quod continet tubam. [36] [Hoc ex Homero imitatus eſt Virgilius, in Elpenoris ſepultura Odyſſ. M. 13. Αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρός τ' ἐκάη, ϗ τεύχεα νεκρῦ, Τύμβον χεύαντες, ϗ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες, Πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν.]

234. MONTE SUB AERIO. [37] In aërio: nam ſupra eſt poſitus. *Aërium* autem alii altum dicunt; alii nomen montis antiquum volunt: unde eſt ſupr. 153. *Qui nunc Miſenus ab illo Dicitur.*

236. PRACAEPTA SIBYLLAE. Ut ſupr. 153. *Duc nigras pecudes, ea prima piacula ſunto.*

VARIORUM.

Codicibus lib. II. cap. I. *circumluit.* HEINS. In ora codicis notaverat forte, *puram aquam*, ut eſſet, tulit puram aquam circum ſocios. & ita clare exhibet Zulichemius: *circumluit* jam Maſerius ad Valer. Flacc. III. 433. conjecerat, ſed Nonius in *circumferre* agnoſcit vulgatum. unde *circumferre* pro luſtrare poni docuit Fabret. ad Colum. Trajan. p. 143. vid. & Caſaub. ad Theoph. Caract. p. 293. & Tan. Fabr. ad Ariſtoph. Eccleſ. ỷ. 126. vid. ex Nonio Lucil. lib. II. & ibi Douz. pag. 113. *Idem inter ſocios* Vratiſlavienſis. in Parrhaſiano verſus 229. *Idem* ſequebatur poſt 231. BURM.

230. RAMO. Θάλλῳ e vid. Scalig. ad C. irin 376.

231. LUSTRAVITQUE VIROS. Eleganter Menagianus prior, *luſtravitque choros:* nam *viro* paullo poſt repetitur: in Montalbanio quoque vetus ſcriptura erat eraſa, ejuſque loco τὸ *viros* repoſitum, ante *domos* legebatur, quod Pierius ex vetertimo Vaticano proferebat, & nos in priore Voſſiano & Hamburgico utroque invenimus. *choros* pro agmine aut ordine apud Naſonem XIV. Met. 482. *vellemque chori pars una fuiſſem.* id eſt agminis; ita in vetuſto exemplari me inveniſſe ſuo loco jam monui. ſic apud Noſtrum lib. V. 825. *ſenior Glauci chorus.* apud Horatium II. Ep. II. 77. *ſcriptorum chorus omnis amat nemus.* Martialis lib. V. Epig. 52.

Hic qui libellis praegravem gerit laevam,
Notariorum quem premit chorus levis.

Caſtiſque choris alimenta negantur, de Veſtalibus Prudent. lib. II. in Symmach. Ciceron. pro Murena XXIV. *Catilina ſtipatus choro juventutis.* & de Finib. I. 8. *Epicurum de choro Philoſophorum plene ſuſtuliſti.* ſic & Graeci: χορὸς ϗ θίασος τῶν πιστευόντων de agmine & turba Chriſtianorum apud Theodoritum Hiſtor. Eccleſiaſticae lib. III. *Chorus aſtrorum* pro ordine aut agmine aſtrorum, paſſim apud Graecos & Latinos occurrit Poëtas. de quo ad Claudianum Conſulatu Manlii 102. & ad Val. Flacc. V. 46. actum. Nam & aliquando ad res inanimatas id vocabulum transferebatur. Herodes Atticus in monumento Regillae de ordine vitium, ϗ χορὸς ἡμιθέων ϗ ἐλασιππότες ἥρωες. Vitruvius lib. II. cap. 3. de Lateritiis aedificiis: *Ergo ex utraque parte cum ſtruantur ad lineam, alternis choris parietes alligantur.* & illic, & aliis in Vitruvii locis compluribus codices vetuſtos exhibere *horis* & eruditi jam obſervarunt. *virtutum chorus* apud Ciceronem

III.

35 refutat hoc Brodaeus ad Anthol. III. cap. IV. Ep. I. 36 deſunt V. R. Voſ. L. Lipſ. Steph. Dan. 37 vid. ad Ovid. I. Metam. 689.

Spelunca alta fuit, vaſtoque inmanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris:
Quam ſuper haud ullae poterant inpune volantes
Tendere iter pennis: talis ſeſe halitus atris
Faucibus effundens ſupera ad convexa ferebat:
[Unde locum Graji dixerunt nomine Aornon.]

Qua-

SERVII.

237. SPELUNCA ALTA FUIT. Qua ad Inferos deſcendebatur; non ubi fuerat Sibylla vaticinata.

238. SCRUPEA. Lapilloſa: nam *ſcrupus*, proprie eſt lapillus brevis, qui preſſus ſollicitudinem creat: unde etiam *ſcrupulus* dictus eſt: [38] [unde Terentius Phorm. v. VII. 61. *Injeci ſcrupulum.*] LACU NIGRO. Aut alto: aut vere nigro, Inferorum vicinitate. TUTA autem, quia hinc lacu, hinc cingitur ſylvis. Dicit autem locum, quem nunc *Doliola* vocant, [39] [apud Cumas.]

239. VOLANTES. Volucres: participium pro nomine poſuit, ut III. Georg. 147. *Plurimus Alburnum volitans cui nomen Aſylo eſt:* licet illic ſit etiam altera figura. Sane ſciendum, Lucretium & [40] alios Phyſicos dicere aërem corporeum eſſe: unde aves ſuſtinet; ſed hunc cedere vapori ſulphureo: unde aves, in illis locis deſertae aëre, [41] quo portari ſolent, concidunt, non odore, ſed pondere: quod poteſt eſſe veriſimile: quia altius in eodem loco poſſunt volare, ut ſup. 202. *Tollunt ſe celeres: liquidumque per aëra lapſae.*

241. AD CONVEXA. Coeli curvitatem.

VARIORUM.

III. Officior. Claudianus VI. Conſ. Honor. 420.

Hic proles atavum deducens Aelia Nervam,
Trânquillique Pii, bellatoreſque Severi,
Hunc civis dignare chorum.

ita caſtigandum ex ſcriptis. vide illic adnotata noſtra. HEINS.

233. INPONIT. *Impoſuit* Donatus in Terent. And. 14. 101. etiam Florentina Juntarum editio. pro vulgata ſtat ſcriptura Macrobius v. Saturn. 7. & ſcripti codices noſtri. HEINS.

234. MISENUS. Haec finxiſſe Virgilium, quia mons tubae figuram referre, ait Maranta Lucullian. Quaeſt. lib. II. Ampl. Addiſon. Itiner. p. 194. dicit promontorium Miſenum vertice ſuo referre formam ſepulchri, & *aëris montem* antea dictum ex auctore de Campania Felice refert. BURM.

236. PRAECEPTA. *Mandata* Leidenſis unus.

238. SCRUPEA, TUTA LACU. Tres voces, quae literam *u* habent, indicandae obſcuritati ſpeluncae adhibitas putat Columna ad Ennium p. 244. cur non quartam *Hiatu* addidit? ſed *ſcropea* Hugenianus & primus Rottendorphius. & *magna lacu* Leidenſis. vulgatum eſt apud Donat. ad Terent. Andr. v. IV. 37. & Commentatorem Horatii lib. I. Sat. XI. 20. & Serv. ad v. Aen. 123. BURM.

239. VOLANTES. *Volucres* Dorvill. ex gloſſa. Harduin. barbarum dicit *volantes* ipſe barbarus, quare eum genio irato relinquimus.

241. FEREBAT. *Ferebant* Gudianus a manu prima. ut paullo ante ad ℣. 209. monebamus. HEINS. *Connexa* Nonius in *Avernus*.

242. UNDE LOCUM. *Ante locum* alter Hamb. *Avernum* Dorvill. Witt. Parrhaſ.

Ibid. AORNON. Ἄορνον; ante ſcilicet, quam locus a Julio Caeſare, arboribus reciſis & purgata ripa ſalubrior factus eſt. Nunc alia vallis vicina inter Puteolos & Neapolim, quam *ſulfurariam* nominant, ejuſmodi lethalem ſpiritum emittit, ad quam etiam nulla avis propius accedit. FABRIC. In Regio codice margini adſcriptus erat hic verſus a Mediceo & Menteliano priore, priore etiam Menagiano, Voſſiano altero, primo & ſecundo Rottendorphiis, primo Moretano, in Sprotiano, priore Hamburgico, & tertio Rottendorphio manu recenti adſcriptus occurrit. in caeteris *Avernum*, pro *Aornon* legitur, uti de ſuis monuit Pierius. niſi quod Gudianus & Mentelianus

38 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 39 deſunt iiſdem. & certe in urbe locum fuiſſe teſtatur Feſtus in *Doliola*. quem tamen hic intelligere nequit Servius. 40 aliquos alios Fabr. al. melius eſſet, aliquot alios. vid. ad Lucret. VI. 740. & ſeq. 41 & quo V.

Quatuor hîc primum nigrantis terga juvencos
Conſtituit, frontique invergit vina ſacerdos;
Et, ſummas carpens media inter cornua ſaetas,
Ignibus inponit ſacris, libamina prima,
Voce vocans Hecaten, coeloque Ereboque potentem.
Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem
Suſcipiunt pateris. Ipſe atri velleris agnam

250 Ae-

SERVII.

244. [42] [INVERGIT VINA SACERDOS. In quarto 61. ait: *Media inter cornua fundit.* Et *fundere*, eſt ſupina manu libare: quod fit in ſacris ſupernis; *vergere* autem, eſt [43] converſa in ſiniſtram partem manu ita fundere, ut patera convertatur; quod in infernis [44] ſacris fit. Haec autem pertinent ad victimarum explorationem; ut, ſi non ſtupuerint, [45] aptae probentur.]

247. VOCE VOCANS. Non [46] verbis; ſed quibusdam myſticis ſonis: [47] nam, varie numina evocabantur: quod aperte Lucanus expreſſit, ut VI. 688. *Latratus habet* [48] *illa canum, gemituſque luporum: Quod ſtridunt ululantque ferae, quod ſibilat anguis Exprimit: & planctus fractaeque tonitrua* [49] *nubes: Tot rerum vox una fuit.* COELOQUE EREBOQUE POTENTEM. Hoc eſt, quod ait Hecaten, ut plenum [50] numen oſtenderet.

24. SUPPONUNT CULTROS. Id eſt, victimas caedunt. [51] Fuit autem verbum ſacrorum, in quibus mali [52] ominis verba vitabant. Hinc eſt, quod & [53] *macte* dicebatur, quod magis augere ſignificat. [54] [Statius VII. Th. 280. *Macte animo juvenis.*] Dicimus autem *hic culter, cultri*: nam *cultellus*, diminutivum eſt; [55] *cultellum*, penitus Latinum non eſt.

249. SUCCIPIUNT. [56] Antique: nam modo *ſuſcipiunt* dicimus, [57] [ut ſupra I. 175. *Suſcepitque ignem foliis.*]

VARIORUM.

nus alter, *Aornum*, more Maroniano, quem vocabulis Graecis terminationes Latinas dare, jam alibi monuimus. certe Nonius, ubi docet Avernum lacum inde dictum, quod odor ejus avibus ſit infeſtiſſimus, prolatis tribus verſibus proxime praecedentibus, & illis quos ſupra habuimus, *famae grave olentis Averni*, tum & Lucretii loco notiſſimo, quo nomen Averno a re impoſitum contendit, quod ſit illis avibus contrarium, hunc tamen Maronis non agnoſcit, quem ſi pro genuino habuiſſet, non videbatur omiſſurus fuiſſe, quum ad rem faciat in primis. Dionyſii Periegetae ſunt de Colide ỳ. 1149.

Ἡ δ' ἤτοι προὔχουσιν ἐπ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην
Ἠλίβατος, ταχινοῖσι δυσέμβατος οἰωνοῖσι,
Τοὔνεκα μὲν καὶ φῶτες ἐπικλείουσιν Ἄορνον.

Quae Priſcianus in Periegeſi ſic vertit,

Oceani tangens pelagus ſub collibus altis,
Quos volucres metuunt celeri contingere penna,
Unde locis Graji poſuerunt nomen Aornum.

in priore Voſſiano, *dixerunt nomine* Averna. etiam *lacum*, non *locum* duo veteres. HEINS.

243. PRIMUM. *Primus* in Mediceo. HEINS. Sed Sch. Stat. ad lib. IV. 445. *primum* dat.

244. INVERGIT. *Immergit* Ed. Venet.

245. CARPENS. Defectos pilos victimis docet Barth. ad Stat. IV. Theb. 461.

247. COELOQUE. Hinc forte apud Silium lib. I. 92. legendum,

Stant arae coeloque Diis, Ereboque potenti.

ubi vulgo *coelique Diis*, coelo pro coeleſtibus. ut deos ſuperos, & Plutonem vel Proſerpinam intelligat. BURM.

248. SUP-

42 deſunt V. 43 converſi R. 44 deeſt Fabr. al. 45 apte L. R. Steph. Dan. Fabr. al. 46 verbo Fabr. al. 47 nam in Lucano legimus, varie numina invocabantur Voſ. *nam ut in* &c. Steph. Dan. 48 *ille* Fabr. al. 49 *nubis* V. Fabr. al. 50 nomen V. R. 51 eſt Fabr. al. 52 homines R. vitabantur Steph. Dan. vitantur Fabr. al. 53 *mactare* R. Voſ. L. Steph. *macta* V. *mactare* dicitur Fabr. al. 54 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 55 hoc *cultellum* Fabr. al. 56 antiquum eſt modo Fabr. al. 57 deſunt in L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan.

Aeneas matri Eumenidum magnaeque ſorori
Enſe ferit, ſterilemque tibi, Proſerpina, vaccam.
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras,
Et ſolida inponit taurorum viſcera flammis,
Pingue ſuperque oleum infundens ardentibus extis.
Ecce autem, primi ſub lumina ſolis & ortus,
Sub pedibus mugire ſolum, & juga coepta moveri

Sil-

SERVII.

250. MATRI EUMENIDUM. Id eſt, Nocti, ut VII. 331. *Hunc mihi da proprium virgo ſata Nocte laborem* Et *Eumenides* dicuntur per Antiphraſim, cum ſint immites, [58] [ἀπὸ τῦ ἐυμενῦς.] MAGNAEQUE SORORI. Id eſt, Terrae: nam, ut ſupra II. 251. diximus, nihil eſt aliud nox, niſi umbra terrarum.

251. ENSE FERIT. Ut eum contra umbras haberet conſecratum: hinc eſt, quod ei dicit Sibylla: [*Tuque invade viam, vaginaque eripe ferrum.* Item 291. *Strictamque aciem venientibus offert.* Hoc autem etiam Homerus Od. Λ. 49. dicit: [59] [Αὐτὰρ ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηρῦ Ἥμην.] STERILEMQUE TIBI PROSERPINA VACCAM. Deae congruam, nunquam enitenti.

252. NOCTURNAS ARAS. Quae tota nocte arderent. INCHOAT autem, perficit. Et eſt verbum ſacrorum.

253. SOLIDA IMPONIT TAURORUM VISCERA FLAMMIS. Non exta dicit; ſed carnes: nam viſcera ſunt, quicquid inter oſſa & cutem eſt: unde etiam *viſceratio*, dicitur [60] [convivium de carnibus factum,] ut diximus ſupra I. 211. Ergo [61] ſolida *viſcera*, holocauſtum ſignificat, quod detractis extis arae [62] ſuperimponebatur: quae [63] nonnunquam abluta, elixa etiam ipſa reddebantur: unde infert: FUNDENS ARDENTIBUS EXTIS. Quanquam alii pro parte totum velint intelligi; ut per *exta* totum animal intelligatur.

255. PRIMI SUB LUMINA SOLIS ET ORTUS. Atqui haec ſacra per noctem fiebant, [64] [ut dicunt:] ſed locutus eſt ſecundum Romanum ritum, quo dies creditur a medio noctis incipere. Illo autem loco, [65] quo dicit inf. 539. *Nox ruit Aenea:* non venit, ſed finitur ſignificat. Quanquam alii [66] dicunt ſacra haec a [67] media die incipere: & [68] perduci uſque ad mediam noctem: quod ſi eſt, *nox ruit*, poteſt *venit* ſignificare.

VARIORUM.

248. SUPPONUNT. Ad hunc modum Scaliger emendabat Ovidium XV. Metam. 735.

Totaque ſubjectos incalfacit hoſtia cultros.

ubi vulgo *conjectos.* ſed ego omnino *contectos* legendum arbitror, id eſt vulneribus abditos. G. VOSSIUS.

Ibid. TEPIDUM. *Trepidum* prior Hamburgicus. vid. lib. I. Georg. 296. *ſuccipiunt* Gudianus, de qua forma ſcribendi vid. ad Lucret. III. 406. & inf. ỷ. 723. BURM.

251. STERILEMQUE TIBI. *Sterilemque ferit* Zulichemius a manu prima.

252. ARAS. Qua ratione Plutoni hic *aras* det Maro, excutit Barthius ad Statii IV. Theb. 458. ita Hecatae Valer. Flac. VI. 440. BURM.

253. SOLIDA. Heinſius malebat, *ſolita.*

254. OLEUM FUNDENS. *Oleum infundens* Mediceus. *Pingue ſuper oleum fundens*, ut in Pierianis nonnullis, Schefferianus e noſtris, & placet. in Montalbanio, *pingueque ſuper oleum. ſuper infundere*, ut *ſuper imminere, ſuper incumbere, ſuper incidere, ſuper ingerere, ſuper injicere, ſuper intonare* ſimiliaque. Noſter lib. IV. 120.

—— *Commixta grandine nimbum*
Deſuper infundam.

apud Naſonem VII. Met. 247.

Tum ſuper invergens tepidi carcheſia lactis.

HEINS. *Fundens* Dorvil. Wittian. Reg. Ald. *ſuperque* omnes fere ſcripti & editi.

255. PRIMI SUB LUMINA SOLIS. *Sub limina* Mediceus, ut Horizontem innuat. nec aliter primus

58 deſunt iiſdem praeter Lipſ. 59 deſunt iiſdem & Lipſ. 60 deſunt iiſdem praeter Lipſ. 61 per ſolida V 62 ſuper imponebantur Steph. Dan. 63 nunquam Voſ. 64 deſunt Steph. Dan. 65 quod V. 66 dicant V. L. Voſ. R. 67 medio V. L. R. 68 produci Fabr. al.

Silvarum, viſaeque canes ululare per umbram,
Adventante Dea. Procul o, procul eſte, profani,
Conclamat vates, totoque abſiſtite luco:
Tuque invade viam, vaginaque eripe ferrum:
Nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo.
Tantum effata, furens antro ſe immiſit aperto.
Ille ducem haud timidis vadentem paſſibus aequat.
DI, quibus imperium eſt animarum, umbraeque ſilentes,
Et

SERVII.

257. VISAEQUE CANES ULULARE. Ita numinis [69] oſtendebatur adventus. CANES autem, Furias dicit Lucanus VI. 733. *Stygiaſque canes in luce ſuperna Deſtituam.* [70] Sicut etiam diximus ſupra III. 209. ULULARE autem & canum, & Furiarum eſt.

258. ADVENTANTE DEA. Ipſa ſcilicet Proſerpina. PROFANI. Qui non eſtis initiati. [71] [De Callimacho: Ἑκὰς ἑκὰς ἐστὲ βέβηλοι.]

259. TOTOQUE ABSISTITE LUCO. Hoc eſt, non tantum [72] a ſpelunca; ſed ab omni luci vicinitate diſcedite: [73] [& Aeneae comites inclamat.]

260. INVADE VIAM. Ingredere.

262. FURENS. Deo plena: aut certe ſimilis furenti.

264. DII QUIBUS IMPERIUM EST ANIMARUM. Plenus locus alta ſapientia: de qua varie [73*] diſſerunt Philoſophi: nam dicunt per alios animas ad Inferos duci, ut IV. 242. *Hac animas ille* [74] *evocat orco Pallentes: alias ſub Tartara triſtia mittit.* Item per alios transferri, ut inf. 315. *Navita ſed triſtis.* Per alios purgari, ut inf. 740. *Aliae panduntur inanes Suſpenſae ad ventos.* Per alios vero ad ſumma revocari, ut inf. 749. [75] *Lethaeum ad fluvium deus evocat agmine magno.* Sciens ergo de deorum imperio varias eſſe opiniones, prudentiſſime tenuit [76] generalitatem. Ex majore autem parte [77] Syronem, id eſt, magiſtrum ſuum, Epicureum, ſequitur. Hujus autem [78] ſectae homines novimus ſuperficiem rerum tractare, nunquam altiora diſquirere. UMBRAEQUE SILENTES. Secreta Inferorum, ſemper ſilentia: nam hominum umbrae loquuntur. Hinc eſt: [79] *Quae ſacra ſilentia norunt.* Invocat autem ſummum bonum, quod in ſilentio conſtare manifeſtum eſt.

VARIORUM.

mus & ſecundus tertiuſque Rottendorphius & Hamburgicus alter: quomodo apud Claudianum lib. III. in Stilic. 287. ubi codices vetuſti,

Quos decus omne, Deae primi ſub limina coeli
Roſcida fecundis concepit Luna cavernis.

& III. Conſ. Honorii 164.

Ingrediturque globum lunae, limenque relinquit
Arcados.

ita illic caſtigatiores membranae. Silius Statius lib. IV. 105.

Accipiter medio veniens a limine ſolis.

ita illic vetuſtus codex, non *limite*. Lactantius Elegia de Phoenice,

Namque ubi Sol pepulit fulgentis limina portae.

lib. VII. Aeneid. 130. *primus cum limine ſolis.* ex vetuſto codice. apud Statium IV. Theb. 756. *rabidi ſub limine Cancri.* Noſter Eclog. v. 56.

Candidus inſueti miratur limen Olympi.

hoc tamen Maronis loco *ſub lumina* in Cariſio lib. II.

69 oſtendebat V. Voſ. R. 70 ſicut enim diximus ſupra, *ululare* canum & F. eſt Fabr. al. 71 deſunt l. (ſed locus vacuus relictus,) Lipſ. Steph. Dan. al. Ἀμύητοι βέβηλοι Voſ. ἀμύητοι βέβηλοι V. R. in Callimachi Hymn. in Apol. ỳ. 2. legitur, ἑκάς, ἑκάς, ὅστις ἀλιτρός ubi Ill. Spanhemius, hoc Servio ab inſcito aliquo Grammatico adjectum eſſe docet. adde Torrent. Horat. III. Od. 1. BURM. 72 a luco Fabr. al. 73 deſunt V. R. L. Voſ. Steph. Dan. & ad Ae. c. inclamant Baſil. 73 * dixerunt Lipſ. & mox, per alios vero. 74 *vocat* Voſ. R. *vocat quo pallentes* R. 75 *Lethaeum* Voſ. 76 generalitate V. 77 Sironem R. L. Fabr. 78 deeſt R. 79 *quem* V. *aliquemque ſecreta ſilentia* L. cujus ſunt haec reperire nondum potui, ſed & *ſacrum ſilentium* dixit Horat. II. Od. 13.

Digitized by Google

Et Chaos, & Phlegethon, loca nocte tacentia late;
Sit mihi fas audita loqui: ſit numine veſtro
Pandere res alta terra & caligine merſas.
Ibant obſcuri ſola ſub nocte per umbram,
Perque domos Ditis vacuas, & inania regna.
Quale per incertam Lunam ſub luce maligna
Eſt iter in ſilvis: ubi coelum condidit umbrâ

Jup-

SERVII.

265. ET CHAOS, ET PHLEGETON. Elementorum confuſio. Invocat [80] autem rerum primordia, quae in elementorum [81] fuerunt confuſione. Per *Phlegethonta*, Inferorum fluvium, ignem ſignificat: nam [82] φλὸξ Graece, Latine *ignis* eſt: unde ſecundum [83] Heraclitum cuncta procreantur: & re vera ſine calore nihil naſcitur: adeo ut de Septentrione dicat [Lucanus IV. 108.] *Sterili non quicquam frigore gignit*. LOCA NOCTE SILENTIA LATE. Aut hoc eſt, quod ſupra ait: *Umbraeque ſilentes*: aut vult oſtendere, eſſe partem mundi, in qua perpetuae ſint tenebrae: cum enim probatum ſit, quod legimus [Juvenal. II. Sat. 161] *Et minima contentos nocte Britannos*, ſphaerae exigit ratio, ut e contrario ſit regio noctibus vacans.

266. SIT MIHI FAS AUDITA LOQUI. De alta dicturus prudentia miſcet poëticam licentiam. SIT NUMINE VESTRO. Concedatur a veſtro numine.

267. ALTA TERRA, ET CALIGINE MERSAS. Bene junxit: ex terris enim caligo procreatur, id eſt, [84] umbra.

268. OBSCURI SOLA SUB NOCTE. Aut Hypallage eſt: *Sub obſcura nocte ſoli ibant*: aut *ſub ſola nocte*, id eſt, ubi nihil aliud eſt praeter noctem. DOMOS VACUAS Noſtri mundi comparatione. Simulachra enim illic [85] ſunt, quae inania eſſe non dubium eſt. [*Sola nox* eſt, cui nulla lux ſuccedit.]

269. INANIA REGNA. Inanium: per quod [86] oſtenduntur vacua.

270. INCEPTAM. Alii INCERTAM legunt: illuc tamen recurrit: nam [87] *incertum*, incipientem, id eſt, minorem ſignificat. LUCE MALIGNA. Obſcura: nam *malignum*, eſt proprie anguſtum, ut XI. 525. *Aditusque maligni*, id eſt, minores, [88] obſcuri. Sane ſciendum, Lunae, licet minoris, commemoratione, oſtendere [89] eum, fuiſſe illic aliquid lucis: nam aliter omnia, quae dicturus eſt, videre non [90] poterat.

271. UBI. Quando: nam non eſt loci; ſed temporis.

VARIORUM.

II. Inſt. Gramm. circumfertur. HEINS. Et recte. *limen* enim ſolis bene dicitur, quum agitur de loco aut regione, unde ſol oritur, vel de plaga coeli. de tempore vero ortus rectius *Lumen*. vid. ad Ovid. II. Amor. VI. I. BURM.

256. COEPTA. *Celſa* eſt invenire apud Senecam lib. VI. Natur. Quaeſt. 13. HEINS.

257. VISAEQUE CANES. *Viſique* alii, teſte Voſſio de Analog. I. 15. ſed male, illo monente. *per umbras* primus Moreti & Leidenſis. HEINS. *Viſi* Sprotianus, primus Rottendorphius, alter Hamburgicus & ſecundus Moreti. *viſae* agnoſcit Interpres Horatii Epod. II. *adveniente* Oudartii. vulgata eſt apud Donatum ad Terent. Eunuch. III. II. I. & Hecyr. III. I. 38. de canibus ſtygiis. vid. ad Valer. Flac. III. 228. & de maſculino genere ad Lucan. I. 548. BURM.

259. CONCLAMAT. *Conclamant* Sprotianus.

262. TANTUM. *Tandem* Leidenſis.

263. TIMIDIS. *Tumidis* Dorvill. *vadentem* recte; quia

80 enim Fabr. 81 fuerant V. Steph. Dan. 82 *flox* V. *flox* L. Voſ. R. 83 Heracletum Steph. Dan. mox. in loco Lucani, *in frigore* Lipſ. & in fine notae, ut ei contraria ſit. 84 umbra obſcurior Fabr. al. 85 noſtri deeſt Lipſ. mox, quae ſunt, inania Fabr. al. inanima V. reliqua *ſola nox* &c. deerant Lipſ. R. L. V. Voſ. Steph. Fabr. Dan. 86 oſtenditur vacuum V. R. Baſil. oſtenditur vacua L. 87 *incertam* Fabr. 88 & obſcuri Fabr. al. 89 eum voluiſſe, fuiſſe Fabr. al. 90 poterant Voſ. Lipſ. Steph. Dan.

Juppiter, & rebus nox abſtulit atra colorem.
Veſtibulum ante ipſum primiſque in faucibus Orci
Luctus & ultrices poſuere cubilia Curae:
Pallenteſque habitant Morbi, triſtiſque Senectus,

Et

SERVII.

272. NOX ABSTULIT ATRA COLOREM. Hoc & videmus; & tractatur ab Epicureis, rebus tollere noctem colorum varietatem: unde etiam apud Inferos omnia nigra eſſe [91] dicuntur. Contra hos Academici [92] una re pugnant: [93] nam ſquamas piſcium dicunt lucere per noctem.

273. VESTIBULUM. Ut Varro dicit, [94] etymologiae non habet proprietatem; ſed fit pro captu ingenii: nam *veſtibulum*, [95] ut ſupra II. 469. diximus, dictum ab eo, quod *januam veſtiat.* [96] [Alii dicunt a *Veſta* dictum per [97] imminutionem: nam *Veſtae* limen eſt conſecratum.] Alii dicunt ab eo, quod nullus illic ſtet: in limine enim ſolus eſt tranſitus: [98] quomodo *veſanus*, dicitur *non ſanus*: ſic *veſtibulum*, quaſi *non ſtabulum*. FAUCIBUS ORCI. Deum poſuit pro loco: ut Jovem dicimus, & [99] aërem ſignificamus. Horatius I. Od. I. *Manet ſub Jove frigido venator. Orcum* autem Plutonem dicit. Nec enim per Charonta poſſumus intelligere Inferos [1] dictos: quia minor poteſtas pro imperio nunquam ponitur; ſed illa, quae tenet imperium. Ergo alter eſt Charon: nam *Orcus* [2] idem eſt [3] Pluton, ut in Verrinis IV. 50. [4] indicat Cicero, dicens: *Ut alter Orcus veniſſe* [5] *Ennam: & non Proſerpinam, ſed ipſam Cererem rapuiſſe videatur* Alibi ait: *Quia Ditem patrem emerſiſſe ab inferis putant.* Dicimus autem & *hic Dis*, & *hic Ditis.*

274. LUCTUS ET ULTRICES POSUERE CUBILIA CURAE. Ea dicit eſſe in aditu Inferorum, quae vicina ſunt morti: aut quae poſt mortem creantur: [6] aut quae in morte ſunt, ut pallorem. *Luctus* enim poſt mortem eſt. CURAE. Conſcientiae: quae puniunt ſemper nocentes, [7] [ut dixit Juvenalis XIII. 193. *Quos diri conſcia facti Mens habet attonitos, & ſurdo verbere caedit Occulto quatiente animum tortore flagello.*]

275. TRISTIS. [8] Severa, quae gignit ſeveritatem. Cicero Act. in Verr. 10. *Judex triſtis & integer.*

VARIORUM.

quia furebat. & de impetu & praecipitato ita hoc verbum *vadere* poni obſervavimus ad Valer. Flac. VI. 229. & alibi. BURM.

264. IMPERIUM EST. *Eſt* deeſt Veneto, ſecundo Moreti, & Parrhaſ. *imperium animarum eſt* Wittian. *umbraeque ſilentum* Bigotianus.

265. SILENTIA LATE. Quum *umbrae ſilentes* praeceſſerint, praeferendum utique, quod in Mediceo, Gudiano & Voſſiano priori ſcriptum eſt, *loca nocte tacentia late.* HEINS. *Silentia longe* Hugenianus a m. ſec. *loca muta ſilentia* Ed. Venet. quod eſt a Gloſſatore.

266. NUMINE VESTRO. Vid. ad II. Aen. 396.

267. ALTA. *Altas* Medic. & Edit. Venet. *terra caligine* Wittian.

268. IBANT. Obſervavit Bart. Stat. II. Theb. 230. Virgilium hoc verbo initio verſus ſpondaici poſito

91 dicunt V. 92 in una re pugnant Voſ. R. & aliis. ſed ita connexae voces, ut *repugnant* eſſe videatur. & editores quoſdam ita cepiſſe patet ex Dan. & Baſil. quae *and repugnant.* in Fabr. eſt in *une repugnetur.* Favonius Eclog. in Cicer. Som. Scip. p. 442. Ed. Graev. dicit colorem non naturis corporum, ſed lucis jactibus impreſſionibuſque deberi. 93 nam ſquammae p. per noctem lucent Fabr. al. nam ſquamma p. p noctem lucere comprobatur Dan. & Voſſ. niſi quod habet, *quod probatur* R. ſquammas piſcium dicunt lucere p. n. quod probatur. V. 94 Etymologia V. L. Lipſ. etimmolia Voſ. Etimologi non R. 95 deeſt L. Voſ. V. R. 96 deſunt V. 97 imitationem Fabr. al. 98 ſed quomodo V. Fabr. al. 99 Aetherem Lipſ. Fabr. al. 1 deus Fabr. al. 2 deeſt V. Fabr. al. id eſt R. 3 Pluto V. Fabr. al. 4 deeſt V. Fabr. 5 *aeternam* L. R. Voſ. *veniſſet Ethnam* Lipſ. *Aetnam* V. Dan. Baſil. in Cicerone legitur, *& non Proſerpinam aſportaſſe, ſ. l. abripuiſſe C. videtur.* alter locus neſcio an exſtet, & an non formatus ſit ex cap. 48. ubi legitur, *propter eſt ſpelunca quaedam &c. qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exſtitiſſe.* vid. Broukh. ad Tibul. III. III. 38. qui ex memoria citaſſe Servium putat. BURM. 6 dicit & quae in Fabr. al. 7 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. *flagellum* legitur in Juvenali. 8 defendit hanc Servii expoſitionem Sabinus lib. II. Subceſ. cap. 12. contra Beroaldum, qui querulam explicabat. NANSIUS. vid. inf. ad ℣. 315.

Digitized by Google

Et Metus, & male ſuada Fames, ac turpis Egeſtas;
Terribiles viſu formae; Letumque, Laboſque:
Tum conſanguineus Leti Sopor, & mala mentis
Gaudia, mortiferumque adverſo in limine Bellum,

280 Fer-

SERVII.

276. Turpis Egestas. Quae turpes facit: & quaſi harum rerum imagines facit, quas dicit eſſe apud Inferos, ideo, quia in quem iſta [9] concurrunt, ſit mortalis [10] neceſſe eſt: unde deos immortales dicunt: quia iſta non ſentiunt, quibus mors creatur.

277. [11] [Terribiles visu formae. Omnes ſcilicet, quas ſupra dixit.]

278. Consanguineus Lethi Sopor. Secundum Homerum, [12] [qui ait Iliad. Ξ. 231. Ἔνθ' ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο. Et *conſanguineus*, ſimilis, juxta illud infr. 522. *Dulcis & alta quies placidaeque ſimillima morti.* Mala mentis Gaudia.] Generaliter omnium ſcelerum dicit: ac ſi diceret *malae mentis gaudia:* [13] [ut cûm male fecerunt gaudeant.

279. Mortiferumque adverso in limine Bellum. Mire, cum omnia in veſtibulo, Bellum vero in limine ipſo poſuit, quoniam nulla major eſt mortis cauſa, quam Bellum: & eſt familiare epitheton.]

VARIORUM.

poſito gravitatem inceſſus expreſſiſſe, quod a nemine animadverſum. & exemplis Virgilianis adde unum Valerii Flac. lib. vi. 160. licet non ſit ſpondaicum. BURM.

Ibid. Per umbras. Mediceus *per umbram.* quamvis *per umbras* Priſcianus lib. xiv. & Scholiaſtes Horatii lib. i. Od. 28. *ibant obſcura ſoli* Gudianus a manu prima. idem ab eadem manu, *per umbram*, quomodo & Voſſianus prior, Leidenſis & duo treſve alii. vide infra ℣. 425. quae annotamus. HEINS. Grotius ad Germanici Phaenomena pag. 28. *obſcuri ſola* eſſe hypallagen dicit. Schol. Stat. i. Theb. 125. *obſcuri ſola ſub nocte. per umbram* agnoſcit & Edit. Venet.

270. Per incertam Lunam. *Per obſcuram noctem* apud Priſcianum libr. xiv. ſed aliter Nonius in *malignus. per incoeptam lunam* primus & ſecundus Moretani & Menagianus alter. nec aliter a manu prima tertius Rottendorphius, & a manu ſecunda Mentelianus, quod & Servius agnoſcit. nec ille debuiſſet dubitare, quam ſequeretur ſcripturam, dum monet *incertam* legi in nonnullis exemplaribus. certe *incertos ſoles* pari locutione jam habuimus lib. iii. 203.

Tris adeo incertos caeca caligine ſoles
Erramus pelago.

quid ſit *incerta luna* ipſe omnium optime infra hoc ipſo loco Virgilii interpretatur 454.

Qualem primo qui ſurgere menſe,
Aut videt, aut vidiſſe putat per nubila lunam.

ſimilis error commiſſus infra ℣. 493. HEINS. *Incertam* agnoſcit etiam Nonius, & *incerta* eſt, quae aliis *dubia* dicitur. vide ad Rutil. i. 217. & Sammon. lvii. ita de nocturno proelio Livius v. 28. *Proelium ante lucem, ſed luna pernox erat, commiſſum eſt, & haud incertius diurno proelio fuit.* incerta luna, oppoſita purae & ſerenae, quum nubilus aër eſt: ut contra *certa lux* Liv. xxvii. 2. & *certa dies* Val. Flacc. iv. 730. & *incerti vultus Olympi* lib. ii. 66. *& incertus ſi nubila duxerit aether* lib. i. 307. ad quae loca vide notas, & ad lib. i. 17. unde nihil mutandum patet. *inceptam* tamen & Zulichemius & Leidenſis unus. BURM.

Ibid. Luce maligna. *Mala* dicit Stat. iv. Th. 424. & vi. 666. *incerta luna.*

273. Primisque. *Primis in faucibus* Gudianus; & ſic editio Comelini quoque ex veterrimo Palatino codice expreſſa. & ita in pleriſque Pierianis. HEINS. Sed *primiſque* Gell. xvi. 5. & Macrob. vi. 8.

276. Male. *Mala* ſecundus Moreti, & Oudartii, a manu prima. *turpis* Heumanno ad Cicer. iv. Catil. x. eſt deformis, ſordida. & *mala mentis gaudia* videri poſſunt apud Senec. Epiſt. lix. verſum 778. Wittianus ponebat ante 777. BURM.

Ibid. Et turpis. *Ac turpis* Nonio in *turpis.* nec

9 concurrent Steph. Dan. 10 nec eſt R. 11 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 12 deſunt iisdem. ſed Baſil. deſunt tantum *Et conſang.* &c. Danieli deſunt ad *juxta illud.* 13 deſunt V. R. Voſ. L. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 280.

Ferreique Eumenidum thalami, & Diſcordia demens,
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
In medio ramos annoſaque brachia pandit
Ulmus opaca, ingens: quam ſedem Somnia vulgo
Vana tenere ferunt, foliiſque ſub omnibus haerent.
Multaque praeterea variarum monſtra ferarum

Cen-

SERVII.

280. EUMENIDUM THALAMI. Furiae nunquam nupſerunt: unde *thalamos* accipiamus [14] [habitationum loca,] in quibus natae ſunt. Alii *thalamos* dicunt, qui facti ſunt auctoribus Furiis: ſed non procedit: quia ait, *Terribiles viſu formae*, [15] ut non videatur eſſe contrarium: quia Furias paulo poſt alibi dicit eſſe: nam poſſunt hic natae eſſe, & alibi manere, & alibi officium exercere poenarum.

281. [16] [CRINEM INNEXA. Ut IX. 478. *Sciſſa comam*: & I. 228. *Oculos ſuffuſa.*]

282. IN MEDIO. Aut veſtibulo: aut abſolutum eſt; & intelligimus hanc eſſe eburneam portam, per quam exiturus eſt: quae res haec omnia [17] indicat eſſe ſimulata, ſi & ingreſſus & exitus ſimulatus eſt & falſus.

283. ULMUS OPACA, INGENS. Diſtinguenda ſunt iſta propter duo epitheta. [18] [PANDIT autem, non aperit, ſed expandit, id eſt, extendit: & [19] dicunt quidam *pandit* ab eo, quod eſt aperit venire, nam quod apertum, eſt latius diffuſum: hinc eſt I. Ecl. I. *Patulae recubans ſub tegmine fagi.*] VULGO. Paſſim, catervatim: [20] [an *vulgo ferunt?*]

284. [21] [VANA TENERE. Utrum καθόλου, an quae ex his vana ſunt? Et duo ſomniorum genera putantur, unum de caelo, ut v. 722. *Viſa dehinc caelo facies delapſa parentis Anchiſae*, quod eſt verum; aliud ab inferis, quod eſt vanum.] FOLIISQUE SUB OMNIBUS. Qui de Somniis ſcripſerunt, dicunt, quo tempore folia de arboribus cadunt, vana eſſe ſomnia: quod per tranſitum tetigit. *Vana* autem ideo, quia ab inferis: nam [22] vera mittunt ſuperi. Homerus Iliad. A. 63. Καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν [23] [*Somnium de Jove.*]

VARIORUM.

nec aliter codices noſtri, pauciſſimis exceptis. HEINS. *Ac male* etiam Venetus.

277. LETHUM. Vid. Turneb. XXVII. I. ad 43. qui Hyginum in praefat. dixiſſe notat ex Nocte & Erebo natum fuiſſe Lethum & Somnum. vid. ibi Muncker.

Ibid. LABOR. *Laboſque* plurimi & Ed. Venet. ut & apud Senec. Ep. 104.

279. MORTIFERUMQUE. *Monſtriferumque* alter Hamburgicus. quam varietatem in tribus Mſſ. apud Lucanum quoque lib. v. 620. obſervavi. ſed neutro loco aliquid novandum, licet in bellis ſaepe, in primis civilibus, monſtra ſaepe fiant. Lucan. VII. 464.

Facturi, quae monſtra forent.

praefero tamen vulgatum. *adverſo limine* Hamb. prior. BURM.

280. ET DISCORDIA. Copula deeſt Mentelio priori & alteri Menagiano.

282. BRACHIA PANDIT. *Pandens* Scholiaſtes Statii. *tendens* Proba Faltonia. HEINS. *Tendit* Parrhaſ. vid. ad II. Georg. 296. *in medium* alter Menagianus. *in medios* Montalbanius. *annoſa* ſine copula Francianus. *pendent* eſt apud Schol. Stat. I. 368. in editione plena mendis Pithoei. in antiquis editionibus legitur ibi *pendens*.

283. OPACA. Recte Servius hic diſtinguendum docet. vid. ad I. Georg. 407. idem monet infr. h. l. ỳ. 552.

Ibid. VULGO. *Paſſim* Parrhaſ. ex interpretatione.

285. MULTAQUE. *Monſtraque praeterea variarum multa* Sprotianus.

286. STA-

14 deſunt iisdem. accipiamus loca in quibus Fabr. 15 & non L. Lipſ. & ut non R. Fabr. al. 16 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 17 indicant V. R. Lipſ. 18 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 19 deeſt Dan. & quidam, *pandit* volunt ab &c. Fabr. 20 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. VULGO, temere, paſſim, catervatim, ſequentibus omiſſis Lipſ. 21 deſunt iisdem. & Lipſ. 22 nam vana ſuperi non mittunt Fabr. al. 23 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al.

Digitized by Google

Centauri in foribus ſtabulant, Scyllaeque biformes,
Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernae
Horrendum ſtridens, flammiſque armata Chimaera:
Gorgones; Harpyiaeque, & forma tricorporis umbrae.

290 Con-

SERVII.

286. CENTAURI IN FORIBUS STABULANT. Bene in foribus: quia ea, quae contra naturam poſſunt creari, ſtatim pereunt. *Stabulant* autem, habitant: & uſurpative dixit, ut *populat*, *luctat*: nam *ſtabulor* dicimus. Et bene alluſit: quia ex parte equi ſunt. *Centauri* autem Ixionis & Nubis filii ſunt. Ixion enim amatam Junonem de ſtupro interpellavit. Illa confeſſa Jovi eſt: & ex [24] ejus voluntate Nubem ei in ſuam formam converſam obtulit, unde feruntur nati eſſe Centauri. SCYLLAEQUE BIFORMES. Bene plurali uſus eſt [25] numero: [26] nam Scylla, filia Niſi, ſecundum alios in avem converſa eſt; ſecundum alios in piſcem. Ergo etiam ipſa biformis fuit: ſicut haec in Siciliae freto. Dictum autem eſt per poëtae ſcientiam [27] [vel licentiam.] [28] [Quidam pluralem numerum pro ſingulari poſitum volunt: nam quae in avem converſa [29] eſt, nihil terroris habet. Harum ſane fabulae in Bucolicis Ecl. VI. 74. plenius narratae ſunt.]

287. CENTUMGEMINUS BRIAREUS. Centies [30] duplex: ſecundum fabulas [31] ipſe etiam dictus eſt Aegaeon: [32] [qui, ut nonnulli tradunt, pro diis adverſus Gigantes bella geſſit; ut vero alii adfirmant, contra deos pugnavit, eo maxime tempore, quo inter Jovem & Saturnum de caeleſti regno certamen fuit: unde eum a Jove fulmine ad Inferos tradunt eſſe truſum. Alii dicunt cum Juno & Minerva & Neptunus, caeterique dii Jovem ligare vellent, a Thetide Briareum adhibitum, Jovem vinculis exemiſſe.] AC BELLUA LERNAE. Hydram dicit, [33] [ſerpentem inmanis magnitudinis,] quae fuit in Lerna Argivorum palude; ſed Latine [34] *Excetra* dicitur, quod uno caeſo tria capita excreſcebant. [35] [Cum ſaepe amputata triplarentur, admoto ab Hercule incendio, conſumpta narratur, cujus felle Hercules ſagittas ſuas tinxiſſe dicitur.] Sed conſtat, *Hydram* locum fuiſſe [36] evomentem aquas, vaſtantes vicinam civitatem: in quo uno meatu clauſo multi erumpebant: quod Hercules videns, loca ipſa exuſſit: [37] & ſic aquae clauſit meatus: nam *Hydra*, ab aqua dicta eſt, [38] [id eſt, ἀπὸ τοῦ ὕδατος.] Potuiſſe autem hoc fieri ille indicat locus, ubi dicit I. Georg. 87. *Omne per ignem Excoquitur vitium, atque exſudat inutilis humor.* [39] [Et utrum hic diſtinctio plena ſit; an *horrendum ſtridens* inferioribus jungendum ſit? *ſtridere* enim bene Chimaerae datur, quae & ſerpentes habet & flammas]

288. [40] [HORRENDUM STRIDENS. Pro horrende: adverbium qualitatis derivatum in nomen.] FLAMMISQUE ARMATA CHIMAERA. [41] [Typhonis & Echidnae filia.] ore leo; poſtremis partibus, draco; media, [42] capra, ſecundum fabulas fuit: [43] [& maxime Homero dicente Iliad. Z. 181. Πρόσθε λέων, ὄπισθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.] Re vera autem mons eſt [44] Lyciae, cujus hodieque ardet cacumen, juxta quod ſunt leones: [45] media autem ſunt, paſcua, quae capreis abundant; ima vero montis ſerpentibus plena ſunt. Hunc [46] Bellephorontes [47] habitabilem fecit, unde Chimaeram dicitur occidiſſe.

289. GORGONES. [48] Hae Gorgones Forci filiae tres

24 & ajus vol. Baſil. & Maſv. 25 numerum V. 26 nam & illa Niſi L. Voſ. R. nam illa Niſi V. 27 deſunt V. L. R. Lipſ. Baſil. 28 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 29 aſt * nihil Dan. aſt, & nihil Fabr. nam quod in avem c. e. nihil G. Voſſius. 30 ſimilis duplex V. 31 ipſa eſt Aegeon V. R. Voſ. L. Steph. al. 32 deſunt iisdem & Lipſ. 33 deſunt iisdem. 34 axtra V. axoetra Voſ. 35 deſunt L. Voſ. V. R. Lipſ. Steph. al. mox ſummoto Fabr. ammoto Dan. mox. malim, *Hydram lacum fuiſſe*, licet omnes *locum* ſervent. BURM. 36 vomentem V. 37 quibus ſiccis aquae Fabr. Dan. quibus ſiccis clauſit meatus Dan. 38 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. 39 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 40 deſunt iisdem. 41 deſunt iisdem. Titonis & Cheldriae filia Dan. vid. Hygin. f. CLI. 42 caprea V. L. Voſ. R. 43 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 44 Siciliae R. Dan. Ciliciae V. L. Voſ. ita potuit ſcripſiſſe, quia Ciliciae imperium veteres longiſſime extendebant. vid. ad Georg. I. 56. & ad v. Aen. 514. ubi & Lydiam & Ciliciam confudiſſe vidimus. BURM. 45 media autem hujus pars paſcua habebat quae Dan. mox, ſerpentibus plena, abjecto τῷ *ſunt* L. V. R. Voſ. Steph. al. 46 Bellerophontis vel Bellerofontis V. R. Voſ. L. Bellerophon Steph. Fabr. 47 habitabilem ſui fecit L. forte *ſuis*. habitabiles in ſe fecit V. 48 tres fuerunt, in extrema V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. Photci Fabr.

Conripit hic ſubita trepidus formidine ferrum
Aeneas, ſtrictamque aciem venientibus obfert,
Et, ni docta comes tenuis ſine corpore vitas
Admoneat volitare cava ſub imagine formae,
Inruat, & fruſtra ferro diverberet umbras.

Hinc

SERVII.

tres fuiſſe dicuntur, in extrema Africa circa Atlantem montem, quae omnes unum oculum [49] habebant, quo invicem utebantur, [quarum nomina haec fuerunt] [50] Stheno, Euryale, Meduſa; [51] [ſed Meduſa, erecta favore Neptuni, auſa eſt crines ſuos Minervae capillis praeferre: qua re indignata dea, crines, quibus amatori maxime placuerat, in ſerpentes vertit, eamque excidi a Perſeo fecit luminibus orbatam, fecitque ut [52] quiſquis caput ejus vidiſſet verteretur in ſaxum; ſed Perſeus, Jovis & Danaës filius, cum ad eam occidendam volaret, prae ſe ſcutum ferens ſpeculi candore pellucidum, [53] ſicut Minerva monſtraverat, in umbra ejus vidit caput Gorgonae, & ita averſus accedens id amputavit: quod cum ad [54] Polydecten regem pertuliſſet, iſque negaret id ejus virtute confectum, conſpicuum id regi fecit, cujus conſpectu ille in ſaxum mutatus eſt, quod in Serifo inſula hodieque oſtenditur:] [55] Serenus tamen poëta dicit Gorgonas puellas fuiſſe unius pulchritudinis, quas, cum vidiſſent adoleſcentes, ſtupore torpebant: unde fingitur, quod, ſi quis eas vidiſſet, vertebatur in lapidem. [56] [Sane quidam dicunt, verſus alios hos a poëta hoc loco relictos, qui ab ejus emendatoribus ſublati ſint:

Gorgonis in medio portentum immane Meduſae,
Viperene circum ora comae, cui ſibila torquent:
Infameſque rigent oculi: mentoque ſub imo
Serpentum extremis nodantur vincula caudis.]

HARPYIAEQUE. Aut jam [57] mortuas intellige: aut, ſecundum Platonem & alios, ſimulachra, licet vivarum, illic fuiſſe: nam dicunt, eſſe omnium rerum ideas quaſdam, id eſt imagines; ad quarum ſimilitudinem procreantur univerſa. Hinc eſt, quod in Statio VIII. Theb. 91. [58] Amphiaraus Plutoni dicit: *Omnibus finitor rerum eſſe videris: mihi vero & ſator.* Harum autem ſimulachra bene apud Inferos ſunt: [59] quia eſſe dicuntur & Furiae. TRICORPORIS UMBRAE. [60] Heryli & Geryonis. [61] [Geryones tres reges ſimillimi fuerunt in Hiſpania, quibus abſtulit Hercules armenta. Moventes autem ob hoc in Herculem bellum interfecti ſunt ab eo, quorum ſimiles fuerunt umbrae.]

291. OFFERT. Non ad feriendum, ſed ad repellendas umbras: unde & *offert* dixit: ſacerdos autem [62] ferire prohibet.

VARIORUM.

286. STABULANT. *Pabulant* Excerpta noſtra a manu ſecunda. in Cod. Voſſ. Servii erat *ſtabant.* *Sireneſque biformes* alter Hamburgicus a manu ſecuda. mox, *belua* Parrhaſ. & Wittian.

288. FLAMMISQUE. *Flammis* Menagianus & Mentelius ſecundi.

290. TREPIDUS. *Trepida* Dorvill.

291. OFFERT. *Effert* Montalbanius. ſed Nonius *oſtendit* interpretatur, & hinc defendi poſſet *mortem offerre* ex Mſſ. apud Ciceron. IV. ad Fam. 12. ubi vide Graevii notas. BURM.

292. SINE CORPORE. Atqui poſtea ℣. 303. *corpora* vocat. vide Barth. ad Statii IV. Theb. 480. videbantur corpora, quorum imagines & umbras habebant, ita & *forma tricorporis umbrae.* BURM.

293. CAVA. *Cavae formae* prior Voſſianus & Rottendorphius primus. HEINS. *Cavae* etiam Lei-

49 habuiſſe V. mox, quarum n. h. f. deerant V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 50 Stenno V. L. Voſ. Sthenio Fabr. al. Sthennio Steph. Sthenno R. Edryale Dan. 51 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad *ſerenus.* 52 quiſque Dan. 53 ſic Dan. 54 Polydioten Dan. 55 Serenus tamen dicit puellas &c. V. L. Voſ. L. Steph. al. dicit Gorgonas fuiſſe unius Lipſ. 56 deſunt iisdem & Lipſ. 57 occiſas Steph. & ita Edd. antiquae quaedam. mox, dicit vivarum, legit Barth. ad Stat. VIII. Theb. 91. 58 Amphipraus Fabr. Amfioraus Dan. Dammas L. R. Lipſ. Damas Voſ. Theodamas V. Steph. Damnas Lipſ. 59 quae Voſ. L. Steph. Fabr. al. 60 Eryli V. L. Voſ. R. Erili Steph. Dan. al. legendum vero *Geryonae.* vid. ad VII. Aen. 662. 61 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Dan. al. & in ſola Maſviciana editione reperi. unde vero petita ſint neſcio: certe non ex Regio codice, quo uſum ſe jactat Maſvicius; ſed forte Gloſſator aliquis ex Juſtino adlevit, qui tres fratres fuiſſe, & ex illorum concordia fabulam eſſe ortam, dicit lib. XLIV. 4. BURM. 62 feri Lipſ.

Digitized by Google

Hinc via, Tartarei quae fert Acherontis ad undas:
Turbidus hîc coeno vaſtaque voragine gurges
Aeſtuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.
Portitor has horrendus aquas & flumina ſervat
Terribili ſqualore Charon: cui plurima mento
Canities inculta jacet: ſtant lumina flamma:

Sor-

SERVII.

295. TARTAREI QUAE FERT ACHERONTIS AD UNDAS. Sequitur illud Pythagoricum, dicens, tenuiſſe eos viam poſt errorem ſylvarum; quae vel ad vitia vel ad virtutes, ut diximus ſupr. 136. ducit. TARTAREI ACHERONTIS. Acheronta vult quaſi de imo naſci Tartaro; hujus aeſtuaria Stygem creare; de Styge autem naſci Cocyton. Et haec eſt [63] Mythologia: nam Phyſiologia hoc habet: Quia qui caret gaudio, ſine dubio triſtis eſt. Triſtitia autem vicina luctui eſt, qui procreatur ex morte: unde haec eſſe apud Inferos dicit.

297. COCYTO ERUCTAT ARENAM. In Cocytum: ſcilicet per Stygem.

298. HAS HORRENDUS AQUAS. Propter tria flumina. PORTITOR. Proprie qui portat: abuſive etiam qui portatur *portitor* dicitur, ſicut *vector*, [64] [qui ſignificat vehentem, & qui vehitur. Lucanus v. 580. *Venia eſt haec ſola timoris, Vectorem non eſſe tuum.* Sic & *alumnus*, & *hoſpes*, ſignificant.]

299. TERRIBILI SQUALLORE. Id eſt, terribilis ſqualloris. CHARON. [65]κατ' Antiphraſin, quaſi [66]ἀχαίρων.

300. CANICIES INCULTA JACET. Veteres enim non ſolum comam ornabant, ſed etiam barbam, ut nonnullas videmus ſtatuas. Ideò dixit *Inculta mento canicies*. STANT. Horrent. [67] Et eſt polyſemus ſermo, ut diximus I. 646.

VARIORUM.

Leidenſis unus. vid. ad II. Aen. 360.

294. DIVERBERAT. *Deverberat* Bigotianus & Francianus, male. vid. ad Nemeſ. Cyneg. 265. & neſcio, an ita voluerit Cortius ad Plin. II. Ep. 18. & editum male fuerit *diverberet*, quod ad illam diverſitatem temporum nihil facit. BURM.

295. AD UNDAS. *Ad undam* apud Nonium Marcellum invenias verbo *Ferre*. in Sprotiano *qua*, non *quae fert*. HEINS. *Ad umbras* Hugenianus. *hic via* Montalbanius.

297. COCYTO. *Cocyti* Voſſianus prior, priores Moretani, tres Rottendorphii, Leidenſis & Schefferius. HEINS. *Omnis Cocyti* ſecundus Moreti. *Cocyti* Ed. Venet. *Cochyto* Wittian.

298. PORTITOR. Vide de hac voce, & Servii explicatione Brouckhuſ. ad Propert. IV. XI. 7. & ad Lucan. IV. 57. quae notamus. in loco Lucani a Servio adducto legitur, *ſola tibi cauſſa eſt haec juſta timoris Vectorem non noſſe tuum.* & in Edit. Lucii Baſilienſi adducitur etiam ad lib. IV. Aen. 72. ubi pro *timoris*, etiam eſt *pavoris*. BURM.

299. TERRIBILI. *Terribilis* Montalban. vid. IX. 336. & alibi ſaepe. *Caron* Wittian. & ita infr. 326. multi codices.

300. FLAMMAE. *Flamma* ex noſtris Leidenſis, Moreti primus, & quartus, prior Menagianus & alter Hamburgicus. *flammae* Mediceus & caeteri vetuſtiores & Pieriani, qui tamen in nonnullis ſe inveniſſe *flammea* teſtatur, quod utcumque arridet.. ut lib. VII. 448. *Tum flammea torquens lumina.* ſed receptae lectioni ſubeſt multum eruditae antiquitatis. apud Claudianum lib. I. Laud. Stilic. 257. *Stant pulvere Syrtes Gaetulae.* Noſter ipſe lib. XII. 417. *Jam pulvere caelum Stare vides.* quem locum Scholiaſtes Horatii Cruequianus lib. I. Od. 9. adducit una cum hoc loco, etſi male apud illum legatur, *ſtant lumina flammae*, ubi interpretatur illa Horatiana, *vides ut alta ſtet nive can-*

63 Erymologia V. Steph. al. Ethimologia L. R. Lipſ. & Mitho'ogia. Voſſ. 64 deſunt V. L. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 65 per antiphraſin Steph. al. 66 Acheron. V. L. Voſ. Steph. Acharon. R. Dan. χαίρων, quaſi Acharon. Baſil. 67 Polyſemos V. Voſ. Polyſemus, id eſt multiplicatio ſermonum Steph. Dan. Fabr. qui etiam dedit Polyſemia. & eadem variatio in ſequenti nota.

Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipſe ratem conto ſubigit, veliſque miniſtrat,
Et ferruginea ſubvectat corpora cymba,
Jam ſenior; ſed cruda Deo viridiſque ſenectus.
Huc omnis turba ad ripas effuſa ruebat,
Matres atque viri, defunctaque corpora vita
Magnanimûm heroum, pueri innuptaeque puellae,
Impoſitique rogis juvenes ante ora parentum.
Quam multa in ſilvis autumni frigore primo

Lab-

SERVII.

302. Subigit. [68] Subagit, [ſurſum agit,] regit. Et eſt polyſemus ſermo: nam & acuit ſignificat, ut vii. 726. *Subiguntque in cote ſecures.* Et compellit, ut inf. 567. *Subigitque fateri.* Veliſque miniſtrat. Aut [69] per *vela*, & eſt ſeptimus: aut velis obſequitur, & eſt dativus.

303. Ferruginea. Nigra, triſti: nam lugubrem [70] [eſſe hunc colorem] oſtendit, dicens i. Georg. 466. *Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit.* Corpora cymba. Omne, quod poteſt videri, *corpus* dicitur: [71] unde paulo poſt diſcretionem fecit, dicens inf. 391. *Corpora viva nefas Stygia vectare carina.* [72]

304. Jam senior. Aut [73] comparativum pro poſitivo poſuit: aut, ut diximus v. 409. *ſenior*, eſt virens ſenex; ut *junior*, intra juvenem eſt: quam rem a Varrone tractatam confirmat etiam Plinius. Cruda deo, viridisque senectus. Τὸ ἄιδιον: [74] [ideo cruda & viridis,] quia in deo: [75] [& bene viridis*]

309. Autumni frigore primo. Extremitatem vult oſtendere: quod ait Juvenalis iv. 56. *Jam lethifero cedente pruinis Autumno:* nam ejus prima pars fervet, ut iii. Georg. 479. *Totoque Autumni incanduit aeſtu.* Sane ſciendum, ſecundum Plinium, folia Autumnali tempore ideo cadere, quia omnis tunc in arboribus humor aeſtatis calore invenitur exhauſtus. Ergo cadunt, non quia tunc ſiccari [76] incipiunt; ſed quia tunc eis jam deeſt humor.

VARIORUM.

candidum Soracte, pro cooperitur, & plenum niveſcit Soracte, addito Ennii exemplo *ſtant pulvere campi.* libro Octavo Gellii deperdito lemma eſt capitis quarti. Quid illud ſit quod Virgilius *caelum ſtare pulvere*, & quod Lucilius *pectus ſentibus* dixit. Titinius Veliterna apud Nonium, *fundi ſtabant ſentibus.* Caecilius Syracuſis apud eumdem, *ager autem ſtat ſentibus.* pro horret, ille tamen hoc Maronis exemplum omiſit. Siſenna in Hiſtoriis, *caligine caelum ſtat.* Statius Theb. vii. 124. *pulvereo ſtant aſtra globo.* Plautus Amphitr. i. i. 78. *Fremitu virûm & ſpiritu atque anhelitu nebula conſtat. ſtant lumina flamma* etiam legitur apud Donatum in hoc Maronis loco, ad Terent. And. Act. iv. 2. 16. addito Lucilii exemplo, *ſtat ſentibus fundus.* pro quo *pectus* apud Nonium legi jam vidimus. Boët. Conſol. Phil. lib. i. *Ut cum praecipiti glomerantur ſidera caelo, Nimboſiſque polus ſtetit imbribus.* HEINS. *Flammea* Zulichem. a m. ſec. *ſtant lumine flammae* Venetus & primus Rottendorphius a m. ſec. *ſtat* Francian. Parrh. & Ed. Venet. *Flamma* Servius ad i. Aen. 646. & vi. 22. BURM.

301. Sordidus. *Horridus* apud Scholiaſten Statii Theb. i. 110. HEINS. Commutari has voces vidimus ad Suet. Aug. lxv.

302. Ipse ratem conto subigit. *Ponto ſubiit* mendoſe legitur apud Scholiaſten Juvenalis Sat. ii. 150. qui in Juvenale videtur agnoviſſe, *Et contum ex Stygio nigras in gurgite ranas.* mihi tamen

68 ſicut & ſubigit, pro impellit, ſurſum agit, regit, nam & acuit &c. Baſil. illa, *ſurſum agit*, deſunt V. L. Voſ. R. 69 pro *vela* Steph. Dan. 70 deſunt Voſ. Steph. Dan. 71 nam paulo Fabr. al. 72 addunt Fab. al. ad diſcretionem mortuorum. 73 deeſt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 74 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Fabr. al. 75 deſunt iiſdem. 76 incipiant Fabr. al.

Labſa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto
Quam multae glomerantur aves, ubi frigidus amnis
Trans pontum fugat, & terris inmittit apricis.
Stabant orantes primi tranſmittere curſum,
Tendebantque manus ripae ulterioris amore.
Navita ſed triſtis nunc hos, nunc adcipit illos:
Aſt alios longe ſubmotos arcet arena.
Aeneas (miratus enim, motuſque tumultu)

Dic,

SERVII.

311. GLOMERANTUR AVES. Bene rebus volitantibus animas comparavit, [77] quae & ipſae volant.

312. IMMITTIT APRICIS. Quaſi [78] ἄνευ φρίκης, eſt, *ſine frigore*, ut diximus ſupra v. 128. unde nonnulli & Africam dictam volunt.

313. PRIMI TRANSMITTERE. Figura Graeca eſt: ut primi tranſirent.

315. TRISTIS. Aſper, [79] inmiſerabilis, [80] [ſeverus]

317. AENEAS. Ordo eſt: Aeneas ait, dic, o virgo: caetera per parentheſim [81] dicta ſunt.

VARIORUM.

men aliquando viſum ſcribi debere, *Et Porthmeum*, vel *Porthmeaque & Stygio. velis miniſtrat* ſcilicet ratem, quod liquet ex Valer. Flac. lib. III. 37.

Ipſe diem longe ſoliſque cubilia Tiphys
Conſulit, ipſe ratem ventis veliſque miniſtrat.

HEINS. Vide Brouckhuſ. ad Propert. III. XIV. 15. & Barth. ad Stat. XI. Theb. 571. *ſubiit* etiam Excerpta noſtra. ſed vide Gronov. ad Liv. XXVI. VII. 9. BURM.

303. SUBVECTAT. *Subvertit* Zulichemius a manu ſecunda. *ſubnectit* Venetus. *ſubvectit* Gudianus. ſed vulgata eſt apud Lutatium ad Statii Theb. II. 13. BURM.

304. DEO. *viro* ſecundus Moreti.

305. EFFUSA. *Emiſſa* Hugenianus pro varia lectione. *tenebat* Menagii prior.

306. MATRES. Vid. Georg. IV. 475. ubi hi tres verſus occurrunt.

309. FRIGORE. *In frigore* Montalbanius. *ipſa cadunt* idem, male. vid. ad Petron. cap. XVI. & ad Ovid. VII. Met. 401. & Broukh. ad Propert. III. XIII. 34. *& ipſa & lapſa* ſaepe confundi vidimus in hac ipſa locutione ad Ovid. II. Triſt. 86. *folia ad terram* Parrhaſ. male vero hic interpretes initium Autumni capiunt, quod ſatis calidum, ſed de vergente in hiemem autumno capiendum. ut II. Georg. 321. *Prima ſub Autumni frigora.* immo etiam, ut recte Servius, aeſtum dat autumno, non modo in initio, ſed toto, ubi peſtilentiam deſcribit, III. Georg. 479. ut & Horat. III. Od. 23. *grave tempus pomiferi anni*, id eſt autumni, vocat. BURM.

311. ANNUS. *Amnis* in ſecundo Moretano, ut Strymon deſignetur, uti additum gloſſema teſtatur. HEINS. *Amnis* Bigotianus, Hugenianus & Leidenſis, & alter Hamburgicus a manu ſecunda, & recte, mea ſententia. ut contra Nilus *tepidus* dicitur, ad quem a Strymone tranſeunt aves. vid. ad Valer. Flac. III. 361. de anno dixerat jam *autumni frigore primo. amnis* vero & *annus* paſſim commutari ſolent. vid. ad Valer. Flac. V. 424. corruptum pronuntiat locum Marklandus ad Stat. I. III. 8. ſed medicinam differt in aliud tempus. *Glomerentur* Mentelii prior. BURM.

312. PONTUM. *Portum* Leidenſis unus. *& campis* Leidenſis alius. Barthius in ſuis invenit, *atque oris*, ad Stat. V. Theb. 12. BURM.

314. RIPAE ULTERIORIS. Quinctilian. Declam. VI. 11. *& a ſuprema face, (ut vates ferunt) petitam ulterioris ripae ſtationem contingunt.*

316. A-

77 quia Fabr. al. 78 atefricis V. L. Voſ. R. ἄνα φρίκης Steph. Dan. ἀναφρίκτως Baſil. 79 & miſerabilis Steph. Dan. al. & inmiſerabilis Fabr. & ita Brouckh. ad Tibul. III. III. 35. ſed *triſtis* dicitur, ut omnia apud inferos *triſtia*. vid. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 566. BURM. 80 deeſt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. forte additum ex aliis locis, ut ſup. 275. & inf. 374. & X. 612. 81 id eſt per ſuppoſitionem V. Steph. Dan.

Dic, ait, o virgo, quid volt concurſus ad amnem?
Quidve petunt animae? vel quo diſcrimine ripas
Hae linquunt, illae remis vada livida verrunt?
Olli ſic breviter fata eſt longaeva ſacerdos:
Anchiſa generate, Deûm certiſſima proles,
Cocyti ſtagna alta vides, Stygiamque paludem,
Dî cujus jurare timent & fallere numen.

Haec

SERVII.

319. QUO DISCRIMINE. Qua differentia. RIPAS HAE LINQUUNT. Repulſae ſcilicet, non tranſeuntes.

320. VADA LIVIDA. Nigra. [81] Et *lividum* non niſi apud neotericos invenimus. Lucanus I. 288. *Livor edax tibi cuncta negat, gentesque ſubactas.* [82] [Licet Ovidius dixerit III. ex Pont. III. III. *Livor iners vitium mores non exit in altos.*]

321. LONGAEVA SACERDOS. [84] Sibyllam Apollo pio amore dilexit: & ei obtulit poſcendi quod vellet arbitrium. Illa hauſit arenam manibus: & tam longam vitam popoſcit. Cui Apollo reſpondit id poſſe fieri, ſi [85] Erythraeam inſulam, in qua habitabat, relinqueret, & eam nunquam videret. Profecta igitur Cumas tenuit: & illic defecta corporis viribus vitam [86] in ſola voce retinuit. Quod cum cives ejus cognoviſſent, ſive invidia, ſive miſeratione commoti, ei epiſtolam miſerunt creta antiquo more ſignatam: qua terra viſa, quia erat de ejus inſula, in mortem [87] ſoluta eſt: unde nonnulli hanc eſſe dicunt, quae Romana [88] fata conſcripſit, quod incenſo Apollinis templo, inde Romam allati ſint libri, unde haec fuerat.

322. DEUM CERTISSIMA PROLES. Ex eo, quod ſubire Inferos potuit. Ideo autem *certiſſima*, quia multi ad gloriam generis ſimulant ſe numinum filios: ut Romulus ex Marte, Alexander ex Jove Hammone. [89] Hoc ergo excludit. Sic alibi de Hercule VIII. 301. *Salve, vera Jovis proles.*

324. ET FALLERE NUMEN. Ut ſupra 134. diximus, ſive propter Victoriae favorem, Stygis filiae: nam [90] dicitur ſtatuiſſe Jupiter, ut ſi quis feſelliſſet ejus numen, uno anno & novem diebus ab [91] Ambroſia & Nectare prohiberetur. Ratio autem eſt quam [92] ſupra diximus: ideo per Stygem dii jurant, quia triſtitia contraria eſt aeternitati. [93]

VARIORUM.

316. ALIOS LONGE SUMMOTOS. *Illos l. ſemotos* prior Hamburgicus, *ſemotos* etiam Bigotianus, & Parrhaſ. *late* ſecundus Moreti. *ſubmovere* opponitur τῷ *recipere* apud Ovid. III. Faſt. 140. ubi vid. Heinſ. & II. Triſt. IV. 41. ubi ſimilis diverſitas, quae & IV. Triſt. IX. 17.
Ut Scythicis habitem longe ſubmotus in oris.
quare nihil mutandum. ut neque apud Lucan. V. 71. BURM.

318. CONCURSUS. *Converſus* Zulichemius a manu prima.

319. VEL QUO. *Quove* Parrhaſian. *quo vel* Venetus.

320. VERRUNT. *Vertunt* Parrhaſ. *linquunt* Rottendorfii tertius.

322. ANCHISA. *Anchiſe* Vratiſlavienſis.

323. STA-

81 nam Fabr. & *lividum invidum* Lipſ. ſed mira videbatur Cl. Dorvillio haec animadverſio. nam Catullus Carm. XVIII. *Lividiſſimam voraginem* dixit. & hac voce uſi Plautus & Lucretius. an hi inter neotericos referendi? & exempla quae adfert, non *lividum*, ſed *livorem* probant. haereo hic. vid. *de neotericis* ad Georg. IV. 122. *Livens plumbum* pro nigro dixit & Maro VII. Aen. 687. BURM. 83 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. & Lipſ. qui, *ſubactae*. 84 Sibylla. Hanc Apollo Fabr. al. 85 Erithram Voſ. Erithitheam. in qua habitabat inſul. & rel. R. vid. ſupr. ad ỳ. 30. 86 inſula V. 87 reſoluta Fabr. al. 88 facta R. Voſ. errorem Servii, & pro Apollinis templo, debuiſſe dicere Capitolio, oſtendit Salmaſ. Exerc. Plin pag. 54. 89 hoc ergo. deinde, ſic ergo de Herc. L. 90 ſtatuit Jupiter Fabr. al. 91 Ambroſio Commel. & Genev. Ambroſiae nectare L. R. ita ſolere librarios *&* elidere, & *ae* inde formare, vidimus ad Phaedr. IV. 4. Quinct. de Inſt. XI. III. p. 1011. & ſaepe ad Suetonium, & alios. BURM. 92 deeſt V. 93 hic Graecae quaedam voces corruptiſſimae TOCTTPNON TUNIAKAIA ΘANATΩ, aut ſimilia erant in V. L. Voſ. R. unde fieri poteſt, τὸ συγγενὲς τἀναντίον τῷ θανάτῳ.

Haec omnis, quam cernis, inops inhumataque turba eſt:
Portitor ille, Charon: hi, quos vehit unda, ſepulti.
Nec ripas datur horrendas & rauca fluenta
Tranſportare prius, quam ſedibus oſſa quierunt.
Centum errant annos, volitantque haec litora circum.
Tum demum admiſſi ſtagna exoptata reviſunt.
Conſtitit Anchiſa ſatus, & veſtigia preſſit;
Multa putans, ſortemque animo miſeratus iniquam.

Cer-

SERVII.

325. INOPS INHUMATAQUE TURBA EST. Duo dicit, id eſt, nec legitimam ſepulturam habet, neque imaginariam. *Inopem* enim dicit ſine pulveris [94] jactu, [nam *Ops* terra eſt;] id eſt, ſine humatione. Vult autem oſtendere tantum valere inanem, quantum plenam ſepulturam: nam & Deiphobi umbra tranſvecta eſt, cui Aeneas cenotaphium fecit, ut inf. 905. [95] *Tunc egomet tumulum Rhoeteo in littore inanem Conſtitui.* Bene autem *ſepultos*, [96] [id eſt, fletos] (nam ſine fletu ſepultura non eſt: unde legimus XI. 372. *Inhumata, infletaque turba*,) facit ſupradicta flumina tranſire, quibus luctus [97] nomen impoſuit. CENTUM autem *annos* ideo dicit: quia hi ſunt legitimi vitae humanae, quibus completis poteſt anima tranſire ripas, id eſt, ad locum purgationis venire, ut redeat rurſus in corpora. Sane ſciendum, quia, cum terram dicimus, *haec Ops* facit: ſi Nympham dicamus, *haec Opis:* ſi divitias, *hae opes* numero tantum plurali.

327. RAUCA FLUENTA.* Aut rheumata, [98] [id eſt, aeſtuaria] dicit: aut bene pluraliter: quia de tribus loquitur fluminibus.

328. SEDIBUS OSSA [99] QUIERUNT. Id eſt, prius quam corpus in naturam ſuam [1] redeat, id eſt, in terram.

330. STAGNA EXOPTATA REVISUNT. Lethaei ſcilicet fluminis.

331. VESTIGIA PRESSIT. Scilicet cogitatione tardatus, [2] [& intentionem conſtantis oſtendit.]

332. PUTANS. Reputans, cum animo [3] pertractans. SORTEMQUE ANIMO MISERATUS INIQUAM. Iniqua enim ſors eſt, puniri propter alterius negligentiam: nec enim quis culpa ſua caret ſepulchro. Bene autem ANIMO, quaſi [4] re praeſaga, ut alibi X. 84. *Praeſaga mali mens.* Ipſe enim Aeneas inſepultus jacebit, ut IV. 620. *Mediaque inhumatus arenâ:* [5] [periit enim in flumine Numico: unde & Juvenalis XI. 63. *Et ipſe mihi contingens ſanguine caelum, Alter aquis, alter flammis ad ſidera miſſus.*]

VARIORUM.

323. STAGNA. *Stanna* Zulichemius. & ita mox ℣. 330.

125. EST. Deeſt Regio & Gudiano a manu prima. *quam cernit* Parrhaſ. imitatur haec Auſonius in Moſell. 4.

Infletaeque jacent inopes ſuper arva catervae.

ubi *ſinopes*, ſine ope Barthius ridicule ex codice ſuo profert BURM.

326. CHARON. *Caron* Zulichemius. & multi alii.

327. NEC RAUCA. *Et rauca* in omnibus noſtris & Pierianis. nec cauſſam video, cur id exſulare jubeatur hactenus. ſic Georg. IV. 211. optimus codex,

Nec Populi Lydorum, & medus Hydaſpes
Obſervant.

Ae-

94 jactu id eſt ſine terra, ſine &c. L. Voſ. R. Steph. Dan. *inops* ſine terra Fabr. & al. ſive humatione V. omiſſis mediis. 95 *Nunc* Baſil. *Hunc* Steph. Dan. Fabr. Maſv. 96 deſunt V. qui codex illa, quae in parentheſi ſunt poſita, in finem rejicit, & legit: ſepultos facit ſupra dicta &c. impoſuit; nam ſine &c. 97 lumen R. 98 deſunt L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. deinde, *fluminibus* deeſt Lipſ. 99 QUIERINT V. 1 ſedeat V. 2 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 3 peractans V. 4 rei praeſago V. Fabr. al. & puto recte, & confirmari adducto altero loco, quem imitatur Val. Flac. I. 694. *Menſque mali praeſaga quatit*, & ita Lucanus & alii paſſim. BURM. 5 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan.

Cernit ibi maeſtos & mortis honore carentis,
Leucaſpim, & Lyciae ductorem claſſis Orontem:
Quos, ſimul a Troja ventoſa per aequora vectos,
Obruit auſter, aqua involvens navemque viroſque.
Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat:
Qui Libyco nuper curſu, dum ſidera ſervat,
Exciderat puppi, mediis effuſus in undis.
Hunc ubi vix multa maeſtum cognovit in umbra;
Sic prior adloquitur: Quis te, Palinure, Deorum

Eri-

SERVII.

333. MORTIS HONORE. Sepultura, ut x. 493. *Quiſquis honos tumuli.*

334. DUCTOREM CLASSIS. Apertum exemplum, *claſſem* [6] dici etiam unam navem: nam legimus I. 113. *Unam quae Lycios* [7] [*fidumque vehebat Orontem.*]

336. AUSTER. Hic diſtinguendum.

337. SESE AGEBAT. Seſe agere, eſt ſine negotio incedere.

338. QUI LIBYCO NUPER CURSU. Bene Libyco: navigatio enim non a [8] deverticulo; ſed ab intentione accepit nomen.

339. EFFUSUS IN UNDIS. Archaïſmos eſt: quanquam Donatus eſſe ordinem velit: *Dum ſervat ſydera in undis* [9] *mediis.*

340. MULTA MOESTUM COGNOVIT IN UMBRA. Prudentiores dicunt, animas, [10] recedentes a corporibus, ſordidiores eſſe, donec purgentur: quae purgatae incipiunt eſſe clariores: unde ait paulo poſt 745. *Donec longa dies perfecto temporis orbe Concretam exemit labem, purumque* [11] *reliquit Aetherium ſenſum: atque aurai ſimplicis ignem:* id eſt, non urentis, ut eſt Solis. Inde eſt, quod aliae animae [12] Lunarem circulum, aliae Solſtitialem retinere dicuntur, pro modo purgationis [13] animae. Bene ergo Palinurum obſcura umbra circumdatum [14] dicit, & vix agnitum; qui [15] ne ad loca quidem pervenerat purgationis, ſicut etiam [16] alibi de Didone dicturus eſt inf. 453. *Agnovitque per umbram Obſcuram.*

341. QUIS TE, PALINURE, DEORUM? Quis deus, debuit dicere; ſed Graece dixit, [Homer. A Iliad. 8. & paſſim] τίς θεῶν.

VARIORUM.

Aeneid. XI. 137.

Robora nec cuneis, & olentem ſcindere cedrum,
Nec plauſtris ceſſant vectare gementibus ornos.

HEINS. *Non ripas* Bigotianus. *tranſportare, ſuis quam* Leidenſis. *nec rauca* Ed. Mediol.

328. QUIERUNT. *Quierint* Mentelianus prior a manu prima. etiam tres alii. HEINS. Et lib. IV. 27.

329. VOLITANTQUE HAEC. *Volitant ac litora* Zulichemius.

331. ANCHISA. *Anchiſae* Mediceus.

332. ANIMO MISERATUS. *Animi miſeratur* Mediceus. ut libr. x. 485.

—— Ter maxima Juno
Continuit, juvenemque animi miſerata remiſit.

Silius lib. XI. 381.

Ni poenae juvenem indignae miſeratus ab alto,
Jupiter.

praeterea *miſeratur* Gudianus a manu prima. HEINS. Sed hic *animi* faceret dubiam ſententiam, an *animi ſortem* junxiſſet. vid. Cl. Drakenb.

ad

6 dicit V. 7 deſunt L. Voſ. R. 8 diverticulo Steph. Dan. Fabr. al. ſed aliter Mſſ. & recte, ut ſaepius notatum. Dan. etiam vitioſe, ab inventione. 9 deeſt V. 10 recentes V. in R. erat, *rec-entes*, ſpatio relicto. 11 *relinquit* V. Voſ. 12 panduntur ad lunarem V. L. 13 deeſt L. Voſ. V. Lipſ. Steph. Fabr. Dan. al. ſolus habet Regius. unde Ryckius aut Maſvicius ſumſit *circumdato*, ſed vitioſe Commel. & Emmen. Edd. 14 Heinſius malebat *inducit* 15 nec Steph. Dan. Fabr. al. 16 deeſt L. Voſ. R. *eſt* etiam deeſt R. L.

Eripuit nobis, medioque ſub aequore merſit?
Dic age. Namque mihi, fallax haud ante repertus,
Hoc uno reſponſo animum deluſit Apollo:
Qui fore te ponto incolumem, finiſque canebat
Venturum Auſonios. En haec promiſſa fides eſt?
Ille autem: Neque te Phoebi cortina fefellit,
Dux Anchiſiade, nec me Deus aequore merſit.
Namque gubernaclum multa vi forte revolſum,

Cui

SERVII.

342. ERIPUIT NOBIS? Bene *nobis:* gubernator enim communi [17] perit periculo. SUB AEQUORE MERSIT. Tmeſis eſt, Medio aequore ſummerſit.

343. DIC AGE. Hortantis adverbium eſt: unde eſt & [18] *age* fac, & *age* facite.

346. VENTURUM AUSONIOS. Κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus.

347. CORTINA. *Cortina* dicta eſt, aut quod cor teneat; aut quod [19] tripus ſeptus erat corio [20] Pythonis ſerpentis, ut [21] ſupra III. 92. diximus: aut certe ſecundum Graecam etymologiam ὅτι τὴν κόρην ταίνει, [22] [ἤτοι τείνουσι.] id eſt, quod extendat puellam, ut ſup. 49. *Majorque videri.* NEC ME. Hic diſtinguendum, ne ſit contrarium: nam eum Somnus dejecit. Quanquam alii fruſtra dicant, quod credebat Phorbantem: cum extinctis divinandi ſit conceſſa licentia: [23] & nunc jam ſciat Somnum fuiſſe.

349. NAMQUE GUBERNACLUM. Ut ſit veriſimile, quod poſt triduum [24] tetigerit litus Italiae.

VARIORUM.

ad d. l. Silii. & Muncker. ad Hygin. Fab. XCVIIII. BURM.

333. IBI. *Ubi* apud Probum in Grammatica. deinde, *Oronten* primus Rottendorphius & Hamburgicus prior. HEINS. *Leucapin*, *Leucaſin*, alii codices. *Leucapſim* Francianus & Parrhaſ. *Leucaſpin* Dorvill.

335. A TROJA. *Ab Troja* prior Mentelianus. HEINS. Vid. III. 149.

338. SERVAT. *Servans* alter Hamburgicus.

339. PUPPI. *Puppe* alter Hamburgenſis. mox, *maeſtum multa cognoſcit* prior.

341. TE. *Te o Palinure* Montalbanius. *excipiunt*, ſed recenti manu in margine, *eripuit*, Francianus.

344. DELUSIT. *Deriſit* Hamburgicus prior & alter Voſſianus. HEINS. *Diluſit* primus Rottendorphius. *hoc mihi* Excerpta noſtra.

346. AUSONIOS. *Auſonias* Hugenianus a manu prima, & Sprotianus a ſecunda.

Ibid. FIDES EST. *Fideſque eſt* Venetus. *fideſque* prior Hamburgenſis. *an haec* Sprotianus & Menagii alter. *promiſſa fideſque* Barth. ad Stat. V. Theb. 475. ut *promiſſa* ſit pluralis numeri nominativus, ut ſaepe Virgilius ea voce uti ſolet. Ovid. V. Art. 631. *trahunt promiſſa puellas.* ſed & *fides* pro-

17 deeſt V. 18 *age ite* & *age facite* Dan. *age fac & agite* V. ſed ſolum habent, *age fac* reliquis omiſſis Lipſ. & *age facite* L. & *age* R. *age fac*, & *agite* facite Fabr. adverbium eſt, ut *eu*, & *age facite* Baſil. haec omnia confuſa. ſed puto voluiſſe indicare Servium, *age* & cum verbis numero ſingulari, & etiam plurali jungi. unde Voſſiani codicis lectionem praeferrem, &, dici, & *age fac*, & *age facite.* vid. ad Valer. Flac. III. 311. & Brouck. ad Propert. I. I. 21. Edit. ſec. ſed & *agite ite* dixiſſe patet ex illis, quae dixi ad Val. Fl. VI. 29. ubi ex ipſo Virgilio exempla adduxi. & ita poſſet Fabr. lectio huc accommodari, ut vero editum a Maſvicio, eſt in Voſſ. & Steph. mox G. Voſ. *in* intelligimus. ſed hoc non eſt τὸ σιωπώμενον ſed quod de Palinuri fato nihil antea memoravit Virgilius, ut ſaepe ſimilia notat Servius. defectus vero praepoſitionis hac formula non ſolet notari, & frequens illa conſtructio verbi *venire*, & compoſitorum ſine praepoſitione. vid. ad I. Aen. 2. & alibi. BURM. 19 tripus. Voſ. Steph. 20 deeſt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. Fabr. al. 21 ut diximus Fab. al. ut dicitur L. Voſ. R. ut deus R. 22 deſunt Dan. Fabr. al. 23 ut nunc jam L. R. ut jam nunc Fabr. ceterum diſtinctionem Servii improbat Caſtalio decur. X. Obſerv. 2. & H. Steph. diſſert. de Criticis pag. 75. qui & non divinaſſe Palinurum oſtendit, & Donati explicationem praefert. 24 tetigit L. V. R. Steph. Dan. ut ſit veriſimile quod venerit ad Italiam Baſil. omiſſis aliis.

Cui datus haerebam cuſtos, curſuſque regebam,
Praecipitans traxi mecum. Maria aſpera juro,
Non ullum pro me tantum cepiſſe timorem,
Quam tua ne, ſpoliata armis, excuſſa magiſtro,
Deficeret tantis navis ſurgentibus undis.
Tris notus hibernas inmenſa per aequora noctis
Vexit me violentus aqua: vix lumine quarto
Proſpexi Italiam, ſumma ſublimis ab unda.
Paullatim adnabam terrae: jam tuta tenebam;
Ni gens crudelis madida cum veſte gravatum,

Pren-

SERVII.

351. PRAECIPITANS. Dum praecipitarer. MARIA ASPERA JURO. Aut execratio eſt, ut II. 431. *Iliaci cineres:* aut certe jurat, quaſi [25] nauta, per maria.

353. SPOLIATA ARMIS. [26] Propter amiſſionem gubernaculi. EXCUSSA MAGISTRO. *Nove* dixit, de qua fuerat magiſter excuſſus.

354. [27] SURGENTIBUS UNDIS. Non quia tempeſtas fuit, favente Neptuno; ſed tumens [28] pelagus fuiſſe ſignificat. Nec de Aeneae peritia deſperavit; ſed propter perditum gubernaculum.

355. HYBERNAS. Aſperas: & retulit ad affectum [29] natantis.

358. ADNABAM. Et hic diſtingui [30] poteſt: *Paulatim adnabam;* [31] [ut ſequentibus jungatur, *Terrae jam tuta tenebam.*]

359. GENS CRUDELIS. Lucanorum: & dicit eum a Velienſibus interemptum, ut: *Portuſque require Velinos.* Sane ſciendum *Veliam*, [32] tempore quo Aeneas ad Italiam venit, nondum fuiſſe. Ergo anticipatio eſt, quae, ut ſupra diximus, ſi ex poëtae perſona fiat, tolerabilis [33] eſt; ſi autem per alium, [34] vitioſiſſima eſt, ut nunc de [35] Palinuro ait: quanquam alii ad [36] divinandi peritiam referant, quaſi ab umbra, [cui praecognitum erat id nomen per poſteros illi imponendum.] [37] *Velia* autem dicta eſt a paludibus, quibus cingitur, quas Graeci ἕλη dicunt. Fuit ergo *Helia;* ſed accepit Digammon, [38] & [39] facta *Velia*. ut *Henetus*, *Venetus*.

VARIORUM.

promiſſa lib. IV. Aen. 552. BURM.

347. NEQUE TE PHOEBI CORTINA FEFELLIT, DUX ANCHISIADE, NEC ME. Hoc modo Servius diſtinguit & recte. ſi enim diceret, *Nec me Deus aequore merſit*, contraria diceret illi, *Ecce Deus ramum lethaeo rore madentem &c.* quod in fine quinti eſt poſitum. FABRIC. *Te* deeſt alteri Hamburgico. diſtinctio Servii eſt in Ed. Comm. & aliis, ſed vide notata ad Servium. ridicule Vondelius *Cortinam* vertit *Gordyn*, aulaeum vel velum; quae ſignificatio longo demum poſt tempore, apud Eccleſiaſticos inprimis ſcriptores, recepta eſt. vid. Cangii Gloſſarium in *Cortina*. BURM.

349. REVULSUM. *Repulſum* alter Hamburgicus. mox, *curſuſque gerebam* Gudianus a manu prima. *curſumque* Francian. & Dorvil.

351. ASPERA. *Omnia* ſecundus Moreti. & ita Donatus ad Terent. Hecyr. v. 115.

352. ULLUM. *Illum* Mediceus a manu prima. *nonnullum tantum pro me* Sprotianus.

353. SPOLIATA. *Exſpoliata* Leidenſis. *magiſtri* alius Leidenſis. *te ne ſpoliata* Editio Juntina, tunc vero *te* referendum ad *deficeret*.

354. SUR-

25 navita Voſ. Steph. Dan. al. 26 per Fabr. perdito gubernaculo Baſil. 27 fuerit Steph. Fabr. Dan. al. 28 deeſt Steph. Dan. 29 navigantis Fabr. al. 30 poteſt & *adnabam terrae* L. Voſ. R. V. Steph. & *annabant terrae* Lipſ. & deeſt Baſil. 31 deſunt iiſdem & Lipſ. 32 a tempore L. 33 deeſt Fabr. al. 34 vitioſa, eaedem. 35 divinantis ſcientiam, eaedem: & Lipſ. 36 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. 37 ergo portus Velinos, id eſt vocandos aliquando Velinos, Velia &c. Fabr. al. 38 u ſcilicet conſonans, ut *Henetus*, *Venetus* Fabr. al. 39 facta eſt V.

Prenſantemque uncis manibus capita aſpera montis
Ferro invaſiſſet, praedamque ignara putaſſet.
Nunc me fluctus habet, verſantque in litore venti.
Quod te per coeli jocundum lumen, & auras,
Per genitorem oro, per ſpes ſurgentis Iuli;
Eripe me his, invicte, malis: aut tu mihi terram
Injice, namque potes; portuſque require Velinos.
Aut tu, ſi qua via eſt, ſi quam tibi Diva creatrix
Oſtendit, (neque enim, credo, ſine numine Divom

Flu-

SERVII.

360. MONTIS. [40] Saxi, ut XII. 687. *Fertur in abruptum magno mons improbus actu:* pro ſaxo: alibi e contrario II. 308. *Saxi de vertice paſtor:* pro montis; nam ſunt iſta reciproca.

362. ME FLUCTUS HABET. Quia ſecundum Philoſophos corpus ſolum nobis eſt, [41] quod nobiſcum oritur, nobiſcum perit. Anima enim generalitatis eſt, & adeo non eſt noſtra, ut etiam in alia corpora plerumque tranſeat. Ergo *me*, corpus meum, quod eſt hominis proprium. Eſt autem Homeri: Iliad. A. 4. Αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν.

363. CAELI JUCUNDUM LUMEN. Bene JUCUNDUM addidit: eſt enim etiam apud Inferos; ſed non jucundum.

365. HIS INVICTE MALIS. Qui Inferos ſubire potuiſti. *His* autem, ac ſi diceret, quae cernis.

366. TERRAM INJICE. Bene [42] ante majus petiit, ut vel hoc impetraret. Terrae autem injectio ſecundum Pontificalem ritum poterat fieri & circa [43] cadaver, [44] [& circa] abſentium corpora, quibuſdam [45] ſolennibus ſacris. [46] [Eundem ſermonem habet apud Inferos cum Elpenore Ulyſſes Odyſſ. Λ. 75. Σῆμα τ' ἐμοὶ χεῦαι πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης.] NAMQUE POTES. Quia ubique cum rerum divinarum inducit peritum.

367. SI QUA VIA EST. Si eſt ulla ratio. DIVA CREATRIX. Rerum omnium, generaliter.

VARIORUM.

354. SURGENTIBUS. *Urgentibus* Mediceus. HEINS. *Navis tantis* Wittian. & alii ſcripti & editi.

357. AB UNDA. *In unda* Parrhaſ. ita ſaepe variant codices. ut apud Lucan. IX. 121. *Aſpexit patrios comites a litore Magnus.* ubi Cod. Voſ. *in litore*, & ita edidit Cortius, ubi plura diximus. vid. etiam ad Phaedr. I. 30. nil variant infr. ꝟ. 385. codices, nec ibi fas eſt aliquid mutare. vid. ad Lucan. V. 640. BURM.

358. TERRAE. *Terra* Mediceus, deinde τὸ *&*, quod in quibuſdam editionibus extat, abeſt a ſcriptis noſtris. vid. ſupra ꝟ. 115. HEINS. Vid. v. 871.

360. PRENSANTEMQUE. *Preſſantemque* Leidenſis.

361. PRAEDAMQUE. *Praedam* Editio Juntina. *petiſſet* Oudartii.

362. FLUCTUS HABET. *Fluctus habent* Mediceus denuo, de quo loquendi modo jam actum ad ꝟ. 109. deinde *verſantque in litora*, non *litore*, Leidenſis & alter Hamburgicus. quod omnino arridet: nam ſi fluctus Palinurum habebat, litus habere non potuit. ſed in litus potuit verſari & impelli, qui a fluctu habebatur. HEINS.

363. QUOD TE PER COELI JUCUNDUM LUMEN. *Quod te jocundum per coeli lumen* alter Voſſianus & Menagianus alter. & *limen* etiam alter Hamburgicus. HEINS. *At te* Parrhaſ. *lumen* ſervandum. Ovid. II. Met. 135.

Communemque prius, ceu lumina Solis, & auras.

364. PER

[40] Saxi, ut alibi e contrario, *Saxi de v. p.* item, *Fertur* &c. Fabr. al. [41] quod nobiſcum perit Voſ. nobiſcum oritur, nobiſcum moritur Fabr. al [42] autem Fabr. al. [43] cadavera L. [44] deſunt R.* [45] ſolemnitatibus R. [46] deſunt V. R. Voſ. L. Lipſ. Steph. Dan.

Flumina tanta paras Stygiamque innare paludem)
Da dextram miſero, & tecum me tolle per undas;
Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam.
Talia fatus erat, coepit quum talia vates:
Unde haec, o Palinure, tibi tam dira cupido?
Tu Stygias inhumatus aquas, amnemque ſeverum
Eumenidum adſpicies, ripamve injuſſus abibis?

Deſi-

SERVII.

369. INNARE. Navigare: more ſuo.

370. [47] DA DEXTRAM. Praeſta auxilium: umbra enim nunquam tenetur. ut II. 793. *Ter fruſtra*[48] *comprenſa manus effugit imago.*

371. SEDIBUS UT SALTEM. Ut ſaltem in [49] morte requieſcam ſedibus placidis. Et bene: quia nautae ſemper vagantur.

373. TAM DIRA CUPIDO. Cupiditas ex [50] deorum ira veniens, aut certe magna, ut [51] IX. 185. *An ſua cuique deus fit dira cupido?*

374. SEVERUM. Triſtem: & haec reciproca ſunt, ut contra, *judex triſtis*, & *integer*, id eſt, ſeverus.

375. EUMENIDUM autem, circa quem habitant Eumenides. [52] ['Εὐμενίδες dictae, nam εὐμενὴς *benevolus* eſt, quod minime ſint benevolae, ſed malevolae, & eſt κατ' ἀντίφρασιν figura, quoties rem malam bono appellamus exemplo, ut hic.] RIPAMVE INJUSSUS ABIBIS. Ut [53] [abeo in Tuſcos,] abeo intus eo, ſicut diximus ſupra IV. 106. quanquam alii ADIBIS legant.

VARIORUM.

364. PER SPEM. *Per ſpes* Macrob. lib. V. Saturn. cap. 7. & recte. Sic lib. X. 524.

Per patrios manes, per ſpes ſurgentis Iuli.

confirmant noſtri codices ad unum omnino omnes. adi annotata lib. X. 524. exempla vide apud Voſſium de Analogia lib. I. cap. 40. HEINS. *Spes* etiam Wittian. Regius, Dorvill. Parrhaſ. & Edd primae.

365. AUT TU. *At tu* Moret. ſec. HEINS. Ita & Zulich. ſed *aut* agnoſcit Scholiaſtes Horatii Crucquianus I. Od. 28. *terras* alter Hamb. a m. ſec.

366. VELINOS. De hoc loco, praeter adductos ab aliis Commentatoribus, vide Tarquitii Gallutii Virgilianas vindicationes pag. 121. & H. Steph. Differt. de Criticis p. 196. *portuſque relinque* Montalb. mox, *ſi qua tibi Diva* Rottend. ſec. & Gudian. a m. pr. *Creatrix* vero non cum Servio generaliter dicta Venus, ſed Aeneae mater. nam & *creare* pro parere ponitur. ut lib. X. 704. *Ciſſeis Regina Parin creat.* vid. ad Phaedr. I. Fab. 6. BURM.

369. PARAS. *Pares* Mentelianus alter. HEINS. Et duo Moretani. *intrare* Bigotianus.

370. DA DEXTRAM. Nauticum ſervat ſermonem. natantibus enim, & languentibus manus dari ſolebat. vid. ad Ovid. III. Triſt. I. 2. Petron. cap. CI. Senec. I. De Clem. 6. ſed Serv. hic & ad II. Aen. 793. dextram hic auxilium interpretatur, quia umbrae non poſſunt dextram dare. ſed tamen Poëtae figurata locutione uti poſſunt. & ut *corpora* dant umbris, (vid. ſupr. 292. & mox Serv. ad ℣. 391.) ita etiam poſſunt illis membra, ut hic *dextram*, dare, quia tantum videntur, non tanguntur. BURM.

Ibid. UNDAS. *Umbras* Bigotianus. *& me tecum* Wittian.

372. TALIA. *Vix ea fatus erat c. c. t. Virgo* Priſcian. pag. 1186. mox, *haec Palinure* Witt.

374. TU. *Tum* Francianus.

375. ADIBIS. *Abibis* agnoſcit Servius: confirmant

47 totam hanc notam omiſerat Maſvicius, quam tamen Regius & omnes habent. 48 *compreſſa* V. L. R. Voſ. Steph. Dan. *ter fugit imago* Fabr. al. 49 mortem V. 50 eorum V. 51 deeſt L. R. Fabr. al. 52 Eumenides κατὰ ἀντίφρασιν dictae L. Voſ. R. catantifraſin dictae Lipſ. per antiphraſin dictae Steph. Dan. reliqua his omnibus deſunt, per antiph. etiam deerat V. repetitae videntur ex h. l. ℣. 250. & aliunde. 53 deſunt Voſ. R. aliis, ut L. V. Steph. Fab. aliis deſunt *abeo intus eo.* in Voſſ. erat, abeo intus quos in R. abeo intus os. in Lipſ. in Tuſcos eo.

Deſine fata Deûm flecti ſperare precando.
Sed cape dicta memor, duri ſolatia caſus.
Nam tua finitimi, longe lateque per urbes,
Prodigiis acti coeleſtibus, oſſa piabunt;
Et ſtatuent tumulum, & tumulo ſollemnia mittent;
Aeternumque locus Palinuri nomen habebit.
His dictis curae emotae, pulſusque parumper

Cor-

SERVII.

376. DESINE FATA DEUM FLECTI SPERARE PRECANDO. Fata quae ſemel decreverunt: & [54] locutus eſt ſecundum Epicureos, qui dicunt, Lucret. I. 62. *Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.*

377. DURI CASUS. Impoſſibilis ad mutationem.

378. LONGE LATEQUE PER [55] URBES. De hiſtoria hoc traxit. Lucanis enim, peſtilentia laborantibus, reſpondit oraculum, manes Palinuri eſſe placandos: ob quam rem non longe [56] a Velia & lucum, & [57] cenotaphion ei dederunt.

379. PRODIGIIS ACTI COELESTIBUS. Compendioſe & peſtilentiam ortam, & petitum [58] ſignificavit oraculum. PIABUNT. Placabunt, expiabunt.

381. AETERNUM. In aeternum: & eſt adverbium. PALINURI. Plus eſt, quam ſi tuum diceres.

382. PARUMPER. Id eſt, paulatim laetari coepit: ſpem enim ſolam, [59] non praeſens acceperat beneficium: unde bene dictum eſt; quaſi ab eo magna moderatione dolor [60] receſſit. Alii *parumper*, valde parum volunt.

VARIORUM.

mant terni Rottendorphii, primus ac tertius Moretani, alter Mentelianus. HEINS. Ita Vratiſlav. Venetus & Montalbanius. *invíſus* ſecundus Moretanus & Oudartius a manu prima. Zulichemius a ſecunda. *ripa* malebat Cerda. *adibis* multi ſcripti & editi. in Wittian. margine erat, alii *abibis*. BURM.

376. DESINE. Sophocles in Antigone,

Μη νῦν προσεύχου μηδὲν· ὡς πεπρωμένης
Οὐκ ἔστι θνητοῖς συμφορᾶς ἀπαλλαγή.

FABER. Vid. ad libr. VIII. 399.

378. FINITIMI, LONGE LATEQUE PER URBES. Hunc locum inſigni abſurditate foetum pronuntiat Markland. ad Stat. V. Silv. III. 127. quia idem eſt ac ſi diceret, *finitimi longinqui*. ſed an non finitimi poſſunt longe & late ad utramque partem loci habitare? nam a Campania in Lucaniam peſtilentia proſerpit: *longe* vero *lateque* dicitur, quum res in latum & longum diffunduntur. v. Bentl. ad Horat. I. Serm. VI. 18. & ſupra ad III. Georg. 477. Vir doctus, qui in Anglia Ephemerides de praeſenti ſtatu reipub. literariae edidit, menſe Junio 1730. conſtruit, *finitimi acti prodigiis caeleſtibus longe lateque per urbes*. vid. Miſcel. Obſerv. Crit. Vol. II. pag. 64. *per urbem* Wittian. BURM.

380. ET STATUENT. *Inſtatuent* primus Moretanus, pro *inſtituent*.

Ibid. SOLLEMNIA. *Solatia* Bigotianus. male. lib. V. 605. repetita ex ℣. 377.

381. PALINURI. *Palinurum* tertius Mentelii a manu prima. quod miror Heinſium non arripuiſſe. Sic *Aſcanium nomen* Liv. I. 1. *Torquata nomina* Lucan. VII. 584. & ſimilia, jam ſaepe a viris doctis notata. ſed *Palinuri* retinendum hic, propter *aeternum*. in Regio, *Palinurum* fuiſſe credo, nam, eraſa ultima parte vocis, *Palinuri* reſtabat. BURM.

382. EMOTAE. *Amotae* Mentelianus prior & Sprotianus, tertius Moreti & Leidenſis. ut infra hoc libro, 1524.

Egregia interea conjux arma omnia tectis
Amovet.

ita illic Mediceus. *emotus cardo* lib. II. 493. quare hic

[54] locutus Jovis eſt, pro Jupiter Mſſ. Barthii, quem vide ad Stat. X. Theb. 586. [55] URBEM V. [56] ab Helia Steph. Fabr. al. [57] tumulum cenotaphion Dan. dederant Voſ. R. Steph. al. [58] ſignificat Steph. Fabr. al. [59] nondum Fabr. al. [60] receſſerit eaedem.

Digitized by Google

Corde dolor triſti: gaudet cognomine terra.
Ergo iter inceptum peragunt, fluvioque propinquant.
Navita quos jam inde ut Stygia proſpexit ab unda
Per tacitum nemus ire, pedemque advertere ripae,
Sic prior adgreditur dictis, atque increpat ultro:
Quiſquis es, armatus qui noſtra ad flumina tendis,
Fare age, quid venias: jam iſtinc & comprime greſſum.
Umbrarum hîc locus eſt, Somni Noctiſque ſoporae:

Cor-

SERVII.

383. GAUDET COGNOMINE [61] TERRA. Nominis ſui ſimilitudine. Facit autem *hic & haec cognominis:* nam in Plauto in fragm. lectum eſt, cum [62] unam de Bacchidibus diceret: *Illa* [63] *mei cognominis fuit.* Quod autem a communi genere in E miſit ablativum, metri neceſſitas [64] fecit.

385. NAVITA. [65] Epentheſis, ut: Mavors. INDE UT STYGIA PROSPEXIT AB UNDA. Ut VII. 289. *Siculo proſpexit ab uſque* [66] *Pachyno.* Et hinc oſtenditur, quod diximus ſupr. 299. juncta eſſe haec tria [67] flumina, Acheronta, Stygem, Cocytum. De his autem naſcuntur alia: unde eſt inf. 439. *Et novies Styx interfuſa coërcet.*

386. PER TACITUM NEMUS. Aut ſolum: aut [68] ipſos tacitos, [69] [id eſt, tacite.]

387. AGGREDITUR DICTIS. Hoc ſermone oſtendit iratum.

388. QUISQUIS ES ARMATUS. Bene a [70] praeſcriptione [71] coepit: ac ſi diceret: nihil pium [72] molitur armatus.

389. QUID VENIAS. Cur? nam adverbium eſt. JAM ISTINC. A loco in quo es: [73] [nam rem proximam ſignificat adeunti.]

VARIORUM.

hic nihil mutandum. Horatius lib. IV. Od. 15. de Auguſto:

Janum Quirinum clauſit, & ordinem
Rectum, & vaganti frena licentiae
Injecit, emovitque culpas.

ſic ſcriptum offendi in pervetuſto exemplari, non; *amovitque.* Prudentius Pſychom. ў. 629.

His dictis curae emotae, metus & labor, & vis. HEINS. Vide ad Sulpicii Satyr. ў. 26. & infr. ў. 524. & ad lib. II. 493. BURM.

383. DOLOR. *Pavor* primus Rottendorphius pro varia lectione. *Corde dolor: triſti gaudet c. t.* Cerda, & ita fuerat in Wittiano a pr. m. ſed mutata diſtinctio altera manu. BURM.

Ibid. TERRA. *Cognomine terrae* plurimi ex ſcriptis, ſoli Rottendorphius ſecundus, Moretani primus & quartus a manu prima hic ſapiebant, & pro diverſa lectione alter Hamburgicus. HEINS. *Terrae* Reg. *terra* Wittian. & Ed. Juntina.

384. ERGO. Pro deinde explicant. vid. Taubm. ad Plaut. Moſtel. II. I. 33.

385. PROSPEXIT. *Conſpexit* in Mediceo. HEINS. *Quos poſtquam Stygia* Bigotianus. *ut* deeſt Mediceo & Parrhaſ.

388. AD FLUMINA. *Ad limina* Sprotianus. *ad litora* prior Menagius, & prior Rottendorphius. HEINS. *Tendes* Gudianus a manu prima.

389. GRESSUM. *Greſſus* in priore Voſſiano. HEINS. *Iſtic* Montalbanius, primus Rottendorphius, ſecundus Moreti, duo Leidenſes & Regius. *iſtic jam comprime* Ed. Venet. *greſſus* Wittian. *quid venias* pro cur, Servius, recte. vid. ad I. Aen. 518. BURM.

390. HIC LOCUS EST SOMNI. *Hic locus & ſo-*

61 TERRAE V. L. Voſ. R. *terre* Lipſ. 62 una V. R. L. Voſ. Dan. 63 *mea* L. R. V. Fabr. al. 64 facit V. 65 Nauta. Epenth. ut *Mavors* pro Mars Fabr. pro Mara, etiam Baſil. 66 *Pachino* V. L. Voſ. R. *Pachynno* Steph. Dan. al. 67 deeſt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. al. 68 ipſis taciti Voſ. ipſos tacitus V. ipſi taciti Lipſ. Dan, Baſil. 69 deſunt L. R. Lipſ. Baſil. 70 perſcriptione Dan. 71 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 72 moratur R. 73 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan.

Corpora viva nefas Stygia vectare carina.
Nec vero Alciden me ſum laetatus euntem
Adcepiſſe lacu, nec Theſea Pirithoumque:
DIs quamquam geniti, atque invicti viribus eſſent.
Tartareum ille manu cuſtodem in vincla petivit;
Ipſius a ſolio regis traxitque trementem:
Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Quae

SERVII.

391. CORPORA VIVA. Quia, ut ſupra ꝟ. 303. diximus, ſunt corpora etiam mortuorum, quae tantum videntur, id eſt, umbrae.

392. ME SUM LAETATUS EUNTEM. Lectum [74] eſt & in Orpheo, quod, quando Hercules ad Inferos deſcendit, Charon territus eum ſtatim ſuſcepit. Ob quam rem anno integro in compedibus fuit. Ideo ergo *non laetatus*, ſcilicet propter ſupplicium ſuum. Sane Alciden volunt quidam dictum ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id eſt, *a virtute*, quod non procedit, quia a prima aetate hoc nomen habuit ab Alceo patre Amphitryonis. Et ſcimus [75] agnomina ab accidentibus dari.

394. QUANQUAM. Ac ſi diceret: hoc in te nondum probavi, ſcilicet per ſimulationem: [76] nam noverat.

395. IN VINCLA PETIVIT. Hercules a prudentioribus, mente magis, quam corpore fortis inducitur; adeo ut duodecim ejus labores referri poſſint [77] ad aliquid: nam cum plura fecerit, duodecim tantum ei aſſignantur, propter agnita duodecim ſigna. Quod autem dicitur traxiſſe ab Inferis Cerberum, haec ratio eſt: quia omnes cupiditates & cuncta vitia terrena contempſit, & domuit: nam Cerberus terra eſt, [78] quae eſt conſumptrix [79] omnium corporum: unde & Cerberus dictus eſt, quaſi κρεοβόρος, id eſt, *carnem vorans*: unde [80] legitur: VIII. 297. *Oſſa ſuper recubans*: nam oſſa citius terra conſumit.

396. IPSIUS A SOLIO REGIS. Atqui Cerberus ſtatim poſt flumina eſt, ut ꝟ. 417. *Cerberus haec ingens latratu regna trifauci Perſonat*: nam illic quaſi eſt aditus Inferorum. Solium autem Plutonis interius eſt. Ergo aut ad naturam canum referendum eſt, [81] qui territi ad dominos confugiunt: aut *ſolium* pro imperio accipiendum eſt; ut alibi *arces* pro imperio poſuit, ut II. Georg. 172. *Imbellem avertis Romanis arcibus Indum*: cum Indi uſque ad primos venerint fines, non uſque ad arces.

397. HI DOMINAM DITIS. Aut de Graeco [82] tractum eſt, qui uxorem δέσποιναν dicunt: aut *Ditis thalamo*, ut *dominam* Charon ad ſe retulerit.

VARIORUM.

ſomni prior Mentelianus. HEINS.

391. STYGIA CARINA. Caſtelvetrius in oper. Critic. p. 156. haec ex Poëtis poſt Homerum deſumpta docet, qui Charonta cum navi prius excogitarunt, ideoque non ſatis accurate Herculem & alios, qui ante Homerum vixerunt, Stygia nave vectos fingere. Sed an unum Homerum coacti fuere ſequi, & non alios Poëtas, qui ante Homeri tempora Charonta fuiſſe portitorem ſcripſerunt? quos potuere imitari poſterioris aevi Poëtae. Certe cymbam Charontis deſcribit egregie Aeſchylus in Septem contra Theb. 861. Euripides, Theocritus, & alii ejus meminerunt. Ex Orpheo Servius dicit Charonta ſuſcepiſſe cymba Herculem. *Alcidem* vero Virgilium vocare priore nomine, quum Hercules demum ſit dictus, in coelum inter deos receptus, docet Cerda ad VIII. Aen. 203. Donatus ad Terent. Adelph. III. III. 7. pro *Alcidem* habet, *Aeacidem. nec non Alcidem* Ed. Venet. BURM.

394. DIS QUAMQUAM GENITI. Pirithous, ex quo Deo genus deducere poſſet nondum inveni. quare

74 eſt in Orpheo Fab. al. 75 cognomina eadem. 76 deeſt V. 77 ad animum legebat Pontanus, ad Macrob. I. Saturn. 20. forte ad *aliud*, ut ſolent hae voces ſaepe commutari. vid. inf. ꝟ. 664. & alibi. BURM. 78 id eſt, conſummatrix L. R. id eſt, conſumptrix V. Voſ. 79 deeſt Fabr. al. 80 & lectum eſt eadem. 81 quia Baſil. 82 deeſt Fabr. al.

Quae contra breviter fata eſt Amphryſia vates:
Nullae hic inſidiae tales; abſiſte moveri:
Nec vim tela ferunt: licet ingens janitor antro
Aeternum latrans exſanguis terreat umbras:
Caſta licet patrui ſervet Proſerpina limen.
Troïus Aeneas, pietate inſignis & armis,
Ad genitorem imas Erebi deſcendit ad umbras.

405 Si

SERVII.

398. AMPHRYSIA VATES. Apollinea: & eſt longe [82] * petitum epitheton: nam *Amphryſus*, fluvius eſt Theſſaliae, circa quem Apollo ſpoliatus divinitate a Jove irato Admeti regis pavit armenta ideo, quia occiderat Cyclopas, fabricatores fulminum, [83] quibus Aeſculapius extinctus eſt, Apollinis filius: quia Hippolytum ab Inferis herbarum potentia revocaverat.

400. NEC VIM TELA FERUNT. Ac ſi diceret, tantum repellunt. LICET. Fas eſt: & eſt concedentis adverbium, ſicut *eſto*.

401. AETERNUM. Adverbium eſt, ut ſupra ꝟ. 381. [84] diximus: & ſubauditur bis, & *aeternum latrans*, & *aeternum terreat:* [85] [id eſt, ſemper latrans.]

402. PATRUI. Quia Jovis eſt filia ex Cerere. SERVET, [86] Obtineat, cuſtodiat, inhabitet, ut VII. 52. *Sola domum & tantas ſervabat filia ſedes.*

403. TROIUS AENEAS, [87] Id eſt, a diis originem ducens. PIETATE INSIGNIS ET ARMIS. Propter illud ſup. 129. *Pauci quos aequus amavit Jupiter: aut ardens evexit ad aethera virtus.*

404. EREBI. *Erebus*, proprie eſt pars Inferorum, in qua hi, qui bene vixerunt, morantur: nam ad Elyſium non niſi purgati perveniunt: unde eſt inf. 744. *Et pauci laeta arva tenemus.* Hinc fit ut quaeratur, an animae de Elyſio in corpora poſſint redire? & deprehenſum eſt non redire: quia per purgationem carent cupiditate.

VARIORUM.

quare capienda haec verba de Hercule & Theſeo, cui Pirithous jungitur, propter conjunctionem cum Theſeo. eodem fere modo, ut *Dardanidas genus alto a ſanguine Divum*, explicuimus lib. V. 45. non omnes Trojanos, ſed eorum principes & reges. BURM.

395. IN VINCLA PETIVIT. Poſt haec diſtinguunt vetuſtiores libri & recte, ut ſit, *Ipſius a ſolio regis traxitque trementem.* HEINS. *Petivit* explicat Schol. Horat. ad lib. I. Od. 3. optavit, expoſcit. *e ſolio* Parrhaſ. *a ſolo* Wittian. Nonius *petivit* explicat, abduxit. Si diſtinctionem Heinſii admittas, *que* hic quartae voci adhaeret. & certe ſaepe non adjungitur primae, ſed ſequenti. vid. ad Ovid. XIV. Met. 30. Bentlejus in Manilio non potuit tolerare in ſecunda voce, & in lib. I. 830. pro,

Aridior terraeque vapor comprenditur igni,

nobis dat, *Aridior terrae vapor, & c. i.* BURM.

397. ADORTI. *Adorſi* alter Voſſianus, duo Moreti, primus Rottendorphius & Venetus. ſic & variant codices lib. VII. 386. HEINS. *Adorti* Francianus a manu prima. Parrhaſ. Dorvil. Witt. vid. lib. VII. 386. & Heinſ. ad Ovid. II. Triſt. 90.

398. QUAE CONTRA. *Quem* alter Mentelianus, tertius Rottendorphius, Montalbanius, & Venetus. HEINS. Et ſecundus Moreti, Witt. Francianus, & Ed. Venet.

Ibid. AMPHRYSIA. Recte longe petitum epitheton vocat Servius, de quo vide egregium Brouckhuſii judicium ad Propert. III. XI. 6. BURM.

399. NULLAE HIC. *Hinc* Venetus. *non ullae hic* Parrhaſ.

400. JA-

* 82 repetitum Lipſ. qui & mox, a Jove irato: Admeti enim. 83 a quibus fulminibus Dan. quibus Aeſculapius occiſus eſt, vel exſtinctus R. a quibus Aeſc. Lipſ. 84 deeſt Voſ. L. V. Steph. Dan. Fabr. al. 85 deſunt V. Voſ. L. R. Lipſ. Steph. al. ſed Fabr. habet initio notae Barth. ad Stat. I. Theb. 599. explicat *nocte dieque.* 86 *inſedit*, ſolum habent V. Voſ. L. R. Lipſ. Steph. Fabr. al. 87 quaſi a Fabr. id eſt *ab iis* or. G. Voſſius.

Digitized by Google

Si te nulla movet tantae pietatis imago,
At ramum hunc (aperit ramum qui veſte latebat)
Adgnoſcas. Tumida ex ira tum corda reſidunt.
Nec plura his. Ille admirans venerabile donum
Fatalis virgae, longo poſt tempore viſum,
Caeruleam advertit puppim, ripaeque propinquat.
Inde alias animas, quae per juga longa ſedebant,

De-

SERVII.

405. SI TE NULLA MOVET. Neceſſitate vult perſuadere: quia ſcit manes nulla re flecti, ut IV. Georg. 489. *Scirent ſi ignoſcere manes.* PIETATIS IMAGO. *Pietas*, per Periphraſim dicta, ut *Vis Herculea*, id eſt, Hercules.

406. APERIT. Nudat, [88] ut III. 206. *Aperire procul montes [ac volvere fumum.]*

408. NEC PLURA HIS. Nec eſt aliquid ulterius dictum vel a Sibylla, vel a Charonte, poſt ramum viſum.

409. FATALIS VIRGAE. [89] Ut ſup. 146. *Si te fata vocant.* LONGO POST. Aut adverbium, aut [90] praepoſitio antique poſita: [91] [quamquam ablativus caſus eſt, exceſſum ſignificans: ut, *multo ante*, & *multo poſt*:] JUGA. Graece dixit: ζυγὰ enim dicunt, quae *tranſtra* nominamus.

VARIORUM.

400. JANITOR ANTRO. *Janitor orci* apud Priſcianum libr. VII. idem de Seneca Pierius teſtatur. ſed is Epiſtola LXXXII. ita hunc producit locum,

Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento
Aeternum latrans exſangues territat umbras.

HEINS. Conjungens duos ex diverſis libris verſus. vid. VIII. 297.

402. PATRUI S. P. LIMEN. *Patruum limen* codex prior Eccleſiae Hamburgenſis. quomodo apud Horat. lib. III. 12. *patruae verbera linguae.* plura exempla congeſſimus ad Naſonem lib. III. Amorum Eleg. VI. 47. cui ter quaterque illic hanc reddidimus vocem. HEINS. *Licet* hic non pro quamvis debemus capere, ſed *licet ſervet*, eſt pro licet jam ſervare. ut ſenſus ſit: Licet jam Cerbero latranti terrere umbras, nullum illi ab Hercule periculum, nec metu ſilentium tenere cogetur. Licet etiam Proſerpinae, ſine raptus periculo, ſervare domum & cubile Plutonis, quum ab Aenea, inſigni pietate viro nullus mali metus ſit. Cerda hic *ſervare limen*, explicat de mulieribus, in limine domus verſantibus, confundens matronas & meretrices proſtantes. Quare jure Ruaeus hoc commentum diſcuſſit. ipſe tamen nimis acute etiam, ita capi poſſe putat, ut licet Proſerpina non in interiore domo Plutonis, ſed in ipſo limine verſaretur, nullum etiam periculum ab Aenea ipſi suboriri poſſe, quum Pirithous ab ipſo ſolio abſtrahere tentaverit. inepte Vondelius, *haar Ooms drempel bewaren*, quaſi cuſtos ad limina poſita eſſet. quo ſenſu inf. 556. & 575. ſimplicius Paſſeratius ad Propert. II. VI. pag. 271. *limen ſervare* explicuit, intra domum ſe continere, ut caſtae Matronae ſolebant. & pag. ſeq. docet hinc a maritis cautis & ſuſpicacibus cuſtodes ad limina poſitos, qui mulieres exire conantes cohiberent. cui nos accedimus. *Licet ſervet* vero, pro ſervare recte dici exempla probabunt ab eodem Paſſeratio producta ad Propert. I. El. 8. pag. 182. Horat. I. Od. 28. *licebit curras*, & Ovid. IV. Faſt. 411. BURM.

404. AD UMBRAS. *In umbras* prior Menagianus. HEINS. *Deſcendet* Leidenſis unus. *Herebo* maxima pars librorum.

405. TANTAE PIETATIS IMAGO. Sic & Diomedes Grammaticus. ſed apud Macrobium lib. VI. Saturn. 6. legitur, *tantarum gloria rerum.* HEINS. Sed ille verſus eſt ex lib. IV. 272. & in Macrobio ſeparari debuiſſent duo ex diverſis libris verſus. BURM.

406. APERIT. Nempe Aeneas. non Sibylla, ut Catroeus, qui illam ſub veſte geſtaſſe eum narrat. ſed debebat ferri munus Proſerpinae, ab illo, qui

vo-

88 hinc *aperire* Fabr. *aperivet* V. *aperite* Steph. *ac volvere f.* deſunt Fabr. 89 ut *ſequitur* : *ſi* L. unde ſecutum eſt. *ſi* Fab. ut ſecutum eſt Dan. unde *ſequetur*, Baſil. 90 propoſitio V. 91 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan.

Deturbat, laxatque foros: ſimul adcipit alveo
Ingentem Aenean. Gemuit ſub pondere cymba
Sutilis, & multam adcepit rimoſa paludem.
Tandem trans fluvium incolumis vatemque virumque
Informi limo glaucaque exponit in ulva.
Cerberus haec ingens latratu regna trifauci
Perſonat, adverſo recubans inmanis in antro.
Cui vates, horrere videns jam colla colubris,
Melle ſoporatam & medicatis frugibus offam

Ob-

SERVII.

412. LAXATQUE FOROS. Tabulata vacuat, ut ſupra v. 552. *Et campos jubet eſſe patentes*. Multitudine enim remota quaſi laxantur ſpatia. ALVEO. Fluminis ſcilicet: & per Synaereſim *alvo* facit.

413. INGENTEM AENEAM. Bene hunc ſolum dicit, ut per tranſitum oſtendat purgatioris animi homines etiam corpora habere leviora: quod de Sibylla vult accipi.

414. SUTILIS. Intexta: per quod fragilem oſtendit. [92] [RIMOSA. plena rimis.]

415. TANDEM. Aut propter pondus Aeneae, quod eſt melius: aut propter paludis magnitudinem: [93] aut propter coeni denſitatem.

416. INFORMI LIMO. Magno, ſine forma. ULVA. Herba [94] paluſtri; [95] [cum marina dicatur *alga*, ut: *Illiſae cautibus algae*.]

418. PERSONAT. Aut perſonare facit: aut per regna ſonat: [96] & quia de [97] animabus dicturus eſt, bene facit ante Cerberi commemorationem, [98] conſumptoris corporum. Lucanus VI. 702. *Qui viſcera ſaevo Spargis noſtra cani*. Tunc enim animae locum ſuum recipiunt, cum fuerit corpus abſumptum.

419. HORRERE VIDENS JAM COLLA COLUBRIS. [99] Fingitur enim pro [1] ſaetis habere ſerpentes: & eſt Hypallage. In collo ejus horrebant [2] colubrae.

420. OFFAM. Hinc eſt & [3] diminutio *ofella*; ſed *f* non geminat. In diminutione enim plerumque multa mutantur. Quod autem ait MELLE, alluſit ad corpora, quae plerumque cum melle obruuntur. [4] [MEDICATIS. Confectis.]

VARIORUM.

volebat telluris operta ſubire. ad Sibyllae vero dicta Aeneas eum nudavit, & hinc ſtatim ſilens Aeneam accipit alveo ſuo Charon. pro *aperit* erat in Veneto, *nudat*, ex interpretatione, ut ex Servio patet. *qui in veſte* Parrhaſ. BURM.

407. AGNOSCAS. Sic cum ſcriptis Diomedes & Macrobius lib. VI. Saturn. cap. 6. cujus tamen membranae veteres ex Thuanea Bibliotheca, *agnoſcis*. deinde, *cum corda reſidunt* alter Hamburgicus. HEINS. *Quieſcunt* Bigotianus.

410. PUPPIM. *Puppem* Mediceus, prior Mentelianus, Voſſianus alter, & prior Hamburgicus. HEINS. Et Wittian.

411. JUGA. *Giga* prior Hamburgenſis & Sprotianus, cum gloſſa, id eſt, *ſedilia navis*.

412. ALVEO. *Alvo* Vratiſlavienſis, alter Hamburgicus & alter Menagii. ut apud Sil. XII. 621. ubi tamen *alno* rectius.

414. MULTAM. *Multum* Mediceus. *futilis* Ed. Venet. *ſubtilis* Dorvil.

417. HAEC.

92 deſunt iisdem. 93 & propter Fabr. al. 94 paluſtris Steph. Dan. Fabr. al. 95 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. *illiſa refunditur alga*, occurrit lib. VII. 590. ſed ubi a Servio hic adducta occurrunt, invenire nequivi. niſi ex Lucano lib. VI. 691. ſit petitum, ſed ibi legitur, *planctus illiſae cautibus undae*, ubi *algae* nullus eſt locus, illa enim *planctum* edere vix poteſt, ſed ipſa unda cautibus illiſa magnum ſonum dat. unde Noſter ſonant ſaxa rauca adſiduo ſale dixit, lib. V. 866. & alibi ſaepe. BURM. 96 deeſt Fabr. 97 anima Steph. Dan. al. 98 conſumptorum V. 99 fingit Steph. Dan. 1 pilis Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 2 Colubri Lipſ. Fabr. al. vid. ad Phaedr. IV. 18. & Bentl. ad Horat. II. Od. 17. 3 deminutio Voſ. 4 deſunt L. Voſ. R. V. Lipſ. Steph. Dan.

Objicit. Ille fame rabida tria guttura pandens
Conripit objectam, atque inmania terga reſolvit
Fuſus humi, totoque ingens extenditur antro.
Occupat Aeneas aditum cuſtode ſepulto,
Evaditque celer ripam inremeabilis undae.
Continuo auditae voces, vagitus & ingens,
Infantumque animae flentes in limine primo:
Quos dulcis vitae exſortis, & ab ubere raptos,

Ab-

SERVII.

423. TOTOQUE INGENS EXTENDITUR ANTRO. Per hoc magnitudo ejus oſtenditur: ſicut ait in tertio de Polyphemo 631. [5] [*Jacuitque per antrum Immenſus.*]

424. OCCUPAT AENEAS ADITUM. Raptim ingreditur. SEPULTO. Dormiente, ſine pulſu, id eſt, motu.

425. EVADIT. Modo, tranſit. IRREMEABILIS UNDAE. Aut perpetuum eſt epitheton, ut diximus ſupra, [6] [ut ſit magnae pietatis & meriti, quod ipſi conceſſum ſit reverti:] aut ipſi [7] etiam Aeneae *irremeabilis:* [nam per [8] alteram egreſſus eſt partem, ut inf. 899. *Portaque emittit eburna.*]

426. [9] [CONTINUO AUDITAE VOCES. Novem circulis Inferi cincti eſſe dicuntur, quos nunc exſequitur: nam primum [10] dicit animas infantum tenere; ſecundum, eorum, qui ſibi per ſimplicitatem adeſſe [11] nequiverunt; tertium, eorum, qui evitantes aerumnas ſe [12] necarunt; quartum, eorum, qui amaverunt; quintum, virorum fortium eſſe dicit; ſextum nocentes tenent, qui puniuntur a judicibus; in ſeptimo animae purgantur; in octavo ſunt animae ita purgatae, ut redeant; in nono, ut jam non redeant, ſcilicet campus Elyſius. VAGITUS ET INGENS. Fletus [13] infantum.

427. ANIMAE FLENTES. Poëtice dixit. Sane *ploratus*, tantum lachrymarum eſt; *planctus*, tantum vocum; *fletus* ad utrumque pertinet: quae plerumque confundunt poëtae. IN LIMINE PRIMO. Quia de prima [14] hi ſubrepti ſunt vita.

428. EXSORTES. Expertes, [15] quos Graeci ἀκλήρους dicunt.

VARIORUM.

417. HAEC. *Hic* Parrhaſ. Hamburgicus prior & Venetus.

418. ADVERSO. *Averſo* Sprotianus & a manu ſecunda ſecundus Rottendorfii. *reſonans* Wittian.

419. COLLA COLUBRIS. *Colla comaſque* exſtat apud Lutatium ad Statii II. Theb. 27. *colobris* Mentelii prior.

420. MELLE SOPORATAM. Lampertus Alardus ad Valer. Flac. lib. I. 63. legit *ſaporatam*, quomodo & alii ante illum, praeſertim magnus Turnebus in Adverſariis XXVIII. & XXIX. 6. Sed obſtat vetuſtiorum paullo codicum auctoritas, obſtat & ipſa ratio. Certe praeter alterum Menagianum, & pro diverſa lectione habentem id alterum Hamburgicum, nullus τὸ *ſaporatam* agnoſcit. Nam cum hanc cerbero offam objectam eſſe conſtet conciliandi ſomni ergo, papavere aliiſque herbis ad ſoporem invitandum facientibus fuiſſe conditum ſit veriſimile. mella & papaver pari modo conjunxit Noſter lib. IV. Aen. 486.

Spargens humida mella ſoporiferumque papaver.

Aeneid. V. 855. *ſoporatum ramum* dixit. ut hic *offam*

5 deſunt iiſdem. 6 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Fabr. al. 7 deeſt Fabr. al. 8 alteram e. e. portam Fabr. al. deerat Lipſ. aliam e. e. portam Dan. ita apud Tacitum II. Hiſt. 51. quidam legunt, *per averſam domus portam*, alii *partem*, ut ſimiliter diſſentiunt apud Vellej. Paterc. II. 63. ſed ubi utraque vox deeſt, & *per averſa caſtrorum* in MS. legitur. & ita apud Tacitum Acidalius volebat, *per averſa domus.* quem vide. BURM. 9 deerant uſque ad ✱. 432. V. 10 deeſt Dan. infantium Fabr. al. 11 id eſt defenſioni inſtare nequiverunt Fabr. al. 12 necarent Fabr. 13 deeſt Baſil. 14 deeſt Dan. mundi ſubrepti ſunt L. Voſ. Steph. in R. erat de prima *Di*, unde forte *hi* factum. locus corruptus. forte, *quia de prima die.* BURM. 15 ſine parte Fabr. quos deeſt R. Fabr. al. alectus dicit R. Graeci deeſt L. Voſ. R. quos Graeci, deſunt Lipſ.

Digitized by Google

Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.
Hos juxta falſo damnati crimine mortis.
Nec vero hae ſine ſorte datae, ſine judice, ſedes.
Quaeſitor Minos urnam movet: ille ſilentum
Conciliumque vocat, vitaſque & crimina diſcit.

Pro-

SERVII.

429. ACERBO. Immaturo: tranſlatio a pomis eſt.

431. SINE SORTE. Sine judicio. Traxit autem hoc ex more Romano: non enim audiebantur cauſſae, [15] * niſi per ſortem ordinatae: nam tempore quo cauſſae agebantur, conveniebant omnes: (unde [16] & CONCILIUM ait) & ex ſorte dierum ordinem accipiebant, quo poſt dies triginta ſuas cauſſas exſequerentur: unde eſt: *Urnam movet.* Juvenalis [17] XIII. 4. *Gratia fallacis praetoris vicerit urnam.*]

432. QUAESITOR. *Quaeſitores* ſunt, qui exercendis quaeſtionibus praeſunt. Et notandum, [18] quia Minoëm, quaſi crudelem, introducit, quod ei epitheton & Plato & Homerus [19] dant Odyſſ. Λ. 321. *κούρην Μίνωος ὀλοόφρονος*: nam Aeacus & Rhadamanthus, fratres, mitiores ſunt.

VARIORUM.

ſam ſoporatam: ne quem forte loquendi modus inſolentior paullo offendat, Valer. Flac. lib. v. 238.

Rapta ſoporato fuerint cum vellera luco.

& mox 334.

—— *Soporatos tacitis in ſedibus artus*
Dum premit alta quies.

HEINS. *Mel* & *papaver* recte junguntur, ut vim ſoporandi habentia. & hinc Glires ſomnolentum animal, *melle & papavere ſparſos* Petron. cap. XXXI. adpoſitos narrat. & Plinius lib. XIX. 8. *Papaveris candidi ſemen toſtum in ſecunda menſa cum melle, apud antiquos datum,* ad ſomnum certe conciliandum, tradit. vid. & Ovid. IV. Faſt. 151. hinc retunditur calumnia Harduini, qui ſoli melli vim ſoporiferam tribui imperite notat, nulla papaveris mentione facta. atqui illud voce *frugibus* indicatur, ut ex loco IV. Aen. patet. BURM.

421. FAME RABIDA. *Fame* ultima longa poni docet Priſcianus lib. VII. vid. comm. ad Lucret. I. 806. & III. 731. *rapida* uterque Hamburgenſis, Zulichemius, Oudartii, Dorvill. Bigotianus, Leidenſis & a manu prima Mentelii prior, Sprotianus & alter Menagii. omnes fruſtra. vid. Cannegiet. ad Aviani Fab. XXVI. & ita *improba ventris rabies* II. Aen. 356. *rabiem* & *famem jungit* Ovid. XI. Met. 369. *guttura* hic eadem quae *fauces*, unde *improbam faucem* dixit Phaedr. I. Fab. I. ubi vide notas. BURM.

422. RESOLVIT. Scil. ſomno preſſus, ſine vigore & motu jacuit, nec immania membra movit.

423. TOTOQUE INGENS. Scio hoc notare tam longo & extento jacuiſſe corpore, ut impleret antrum. vid. ſupr. III. 632. ſed quum quater hoc nomen intra tam paucos verſus occurrat, ſuſpicatus olim fui, hic *rigens* legendum, quod *ſepulto*, id eſt mortui ſimili convenit. ut Perſ. III. 106. *in portam rigidos calces extendit.* & *ingens* & *rigens* commutarunt librarii quoque apud Lucan. III. 506. ſed quia codices non mutant, ideo nec ego audeo. BURM.

424. SEPULTO. *Remoto* Bigotianus & Hugenianus pro varia lectione, dictum. ut II. 265. *vino ſomnoque ſepulta urbs.*

427. ANIMAE FLENTES. Haec illuſtrat Gevartius lib. III. Electorum cap. 6. *ab ubere natos* Dorv. m. pr. in marg. *raptos ab ubere primo* Rottend. ſec. repetita voce ex verſu praecedenti. BURM.

429. ATRA. Heinſius notavit alios *una* habere; quod tamen non reperi, niſi quod Pierius memoret.

430. FALSO. *Falſae* alter Hamburgenſis.

431. SINE SORTE. *Sine ſorte* Francianus.

432. CONCILIUM. *Conſilium* Gudianus a manu prima.

433. VITASQUE. *Vitas &* quartus Moreti, & prior

15 * niſi ſorte Lipſ. 16 *in concilium* Fabr. & *conc.* dicitur L. 17 *Gr. fallaci qui pr. v. urnam* Voſ. R. Steph. in L. erat tantum, *qui p. v. urna. viceris* Lipſ. 18 quod Steph. Fabr. al. 19 dat L. Voſ. R. V. Steph. mox, mitiores fuerunt Lipſ.

Proxima deinde tenent maeſti loca, qui ſibi letum
Inſontes peperere manu, lucemque peroſi
Projecere animas. Quam vellent aethere in alto
Nunc & pauperiem & duros perferre labores!
Fas obſtat, triſtique palus inamabilis unda

Ad-

SERVII.

434. Moesti loca. Ideo *moeſti*, quia, ut diximus ſupra iv. 653. ſecundum Platonem, graviter puniuntur eorum animae, qui ſibi inferunt mortem.

435. Lucemque perosi. Figurate dixit: nam *peroſus illius* dicimus. [20] [Sane *peroſus* & *exoſus* de eo tantum, qui odit, dicitur.]

436. Projecere animas. Quaſi rem vilem.

437. Et duros perferre labores. [21] Homerus Achillis umbram introducit loquentem, & dicentem libentius ſe apud Superos cuncta adverſa tolerare, quam apud Inferos imperare, [22] [Βουλοίμην δ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη, Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.] Quod autem ait, Aethere in alto, poëtice dictum eſt. *Aether* enim [23] ſupernus eſt; ſed noſtrum habitaculum *aetherem* vocavit, Inferorum comparatione.

438. Fata obstant. Jura naturae. Tristique. Triſti unda palus inamabilis: ne ſi *triſtis* dicamus, duo ſint epitheta.

VARIORUM.

prior Hamburgicus.

435. Peperere. *Reperere* primus Moreti, Zulichemius a manu ſecunda. ut lib. 11. 645. *ipſe manu mortem inveniam.* Sil. iv. 47. *& metui peperere manu*: eadem diverſitas apud Cicer. iv. Tuſc. 2. *ne ea quae peperiſſe ipſi putamur, alium didiciſſe videamur.* ubi *reperiſſe* in altera editione habet Daviſius. ſed contra codices. BURM.

436. Quam. *Quas* Mediceus.

438. Fata obstant. Duplex hic lectionis diverſitas. Exemplaria habent *fas obſtat*: ſed repugnant Interpretes. *Inamabilis unda* legunt Gellius & Macrobius. ſed non conſentiunt exemplaria. Nos quid ſecuti ſimus, apparet e lectionibus, quas curavimus in noſtro exemplari exprimendas. FABRIC. *Fas obſtat* Mediceus & Menagianus prior. quam ſcripturam Servius quoque videtur agnoviſſe, dum *Fas jura naturae* interpretatur, quod ad *fata* minime referri poteſt. nec aliter agnoſcunt Voſſianus alter, & a manu prima Gudianus. etiam Florentina Juntarum editio. & ego amplector, quamquam non fugiunt iſta lib. iv. 440. *Fata obſtant placidaſque viri deus obſtruit aures.* nam amare impenſe Maronem has variationes jam ſaepe inculcavi. *Fas* & *jus* frequenter conjunguntur: hoc tamen diverſum, ut Grammatici obſervant, quod alterum ad Deos & jus divinum, alterum ad homines referatur. nam lib. ix. 95.

Mortaline manu factae immortale carinae
Fas habeant?

Theſeus ab inferis reverſus apud Senecam Herc. Fur. 658. ad rem,

Fas omne mundi, teque dominantem precor,
Regno capaci, teque quam tota irrita
Quaeſivit Aetna mater: ut jura abdita
Et operta terris liceat impune eloqui.

Apulej. Apolog. *Quod tandem crimen eſt noſſe, & callere legem caeremoniarum, fas ſacrorum, jus religionum? Themis* Dea, quae Graecis eadem, quae *Fas* Latinis, teſte Auſonio in Monoſyllabis. *Fas vero* hoc illuſtrat Elmenhorſtius ad Apulej. Metam. vi. pag. 229. eamdem vocem *Fas* reddendam Statio arbitror Theb. iv. 636. *Dicam equidem, quo me Lacheſis, quo torva Megaera Faſque ſinunt.* vulgata *uſque ſinunt.* natus error ex ſcriptura Longobardica, quae *a* & *u* literas frequenter confundit. ſic & alibi idem Statius,

Fas aut ille ſinit taciti regnator Averni.

Claudian. lib. 1. Rapt. Proſ. 89.

Atlantis Tegeaee nepos, commune profundis
Et ſuperis numen, qui fas per limen utrumque
Solus habes, geminoque facis commercia mundo.

Valer. Flacc. lib. 1. 796. in imprecatione Aeſonis moribundi,

Ul-

20 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. videndus H. Steph. Diſſert. de Criticis pag. 222. 21 Homerus enim V. L. Voſ. R. Baſil. 22 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 23 ſuperior Fabr. al. ſuperius Voſ. Steph. Dan.

Digitized by Google

Adligat, & novies Styx interfuſa coërcet.
Nec procul hinc partem fuſi monſtrantur in omnem
Lugentes campi. Sic illos nomine dicunt.
Hîc, quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, & myrtea circum

Sil-

SERVII.

439. NOVIES STYX INTERFUSA. [24] [Quia qui altius de mundi ratione quaeſiverunt, dicunt intra novem hos mundi circulos incluſas eſſe virtutes, in quibus & iracundiae ſunt & cupiditates, de quibus triſtitia naſcitur, id eſt, Styx:] unde dicit novem eſſe circulos Stygis, quae Inferos cingit, id eſt, terram, ut diximus: nam dicunt, alias eſſe purgatiores extra [25] hos circulos poteſtates.

440. PARTEM FUSI MONSTRANTUR IN OMNEM. Plures vult oſtendere eos, in quibus dominatur libido.

441. LUGENTES CAMPI. Quaſi lucis egentes: quod & amoribus congruit.

442. DURUS AMOR. Immitis, inexorabilis. TABE PEREDIT. Corpore defluente paulatim.

443. SECRETI CELANT CALLES. Amantibus congruit. MYRTEA SYLVA. [26] [Quae eſt] Veneri conſecrata.

VARIORUM.

Ultriceſque Deae, Faſque & grandaeva Furorum,
Poena parens, meritis regi ſuccedite tectis,
Et ſaevas inferte faces.

Noſter Culice 286. de Eurydice ab inferis reditura,

Non fas,
Non erat in vitam dirae exorabile mortis.

Fas odii habes apud Stat. Theb. IX. 4. porro Scholiaſtes Statii Theb. I. 98. habet, *triſtiſque palus inamabilis undae*. ſed Georg. IV. 479. habuimus jam, *limus niger & deformis arundo Cocyti, tardaque palus inamabilis unda*. tamen & Horatii Scholiaſtes lib. III. Od. 14. *inamabilis* agnoſcit hoc loco, *triſtique palus innabilis unda*. ſed audi Macrobium lib. VI. Saturn. cap. 7. ubi diſputat, cur *illaudatum Buſirim* Maro dixerit: *eadem ratione idem Virgilius inamabilem dixit Stygiam paludem: nam ſicut illaudatum κατὰ εἴρωνα, laudis, ita inamabilem per amoris εἴρωνα deteſtatus eſt*, quae totidem verbis apud A. Gellium habes lib. II. cap. 6. unde Macrobius ſublegit, ut alia multa. *inamabilis* igitur *palus* hoc loco minime ſollicitanda eſt. praeſertim cum & ſcripti codices mordicus id retineant, niſi quod in priore Hamburgico pro diverſa lectione *innabilis* comparebat. Apud Naſonem lib. IV. 476. & XIV. Metam. 590. *inamabile regnum* appellat inferos, & lib. X. 15. *inamoena regna*, quomodo & Statio Theb. I. 98. *inamoenus Cocytus*. nimirum ſummi Poëtae Homericum illud cogitabant ex Λ. Odyſſ. 479. Ὄφρα ἴδῃς νέκυας ϗ ἀτέρπεα χῶρον. quomodo & Aeſchylus Prometheo vincto Caucaſum ἀτερπῆ Πέτραν appellat. deinde *triſtiſque palus, inamabilis unda*, per appoſitionem Gudianus noſter, niſi quod a manu emendatum erat ſecunda, *inamabilis undae. inamabilis unda* etiam in primo Rottendorphio a manu ſecunda. *triſti undae* Mediceus. HEINS. Veroſimilior lectio *fas*, quae mutata in fata, quia *fas* etiam pro fato poni notavit Servius ad lib. II. Aen. 779. *Innabilis* Vratiſlav. Francianus, Parrhaſ. & Wittian. *triſtis* Dorvill.

439. NOVIES. Hinc Statium lib. IV. 454. Teresiam in ſacris inferis, *novies tellure cavata Inclinaſſe Bacchi latices*, dicere notat Barthius.

440. FUSI. *Infuſi* alter Menagii. mox, *ducunt* prior Hamburgicus & Gudianus a manu prima.

442. HINC QUOS. *Hic* Mediceus. *quas* recte, nam feminae ſunt quas adducit. *Hi quos* primus Rottendorphius male nonnulli, *peremit* pro *peredit*. HEINS. *Hi quos* Wittian. *hic quas* Zulichemius, & *peredit*, utrumque a manu prima. *peredit* Leidenſis a manu ſecunda. Wittian. *dirus amor*

24 deſunt Voſ. ad unde quia deeſt, Fabr. al. vide haec paullo aliter, ac Servius, explicantem Favonium Eulogium in Cicer. Somn. Scipion. editum a Graevio poſt Ciceronem de Officiis pag. 443. 25 hos mundi circulos poteſtates Fabr. al. 26 deſunt V.

Silva tegit. Curae non ipſa in morte relinquunt.
His Phaedram Procrinque locis, maeſtamque Eriphylen,
Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit,
Euadnenque, & Paſiphaën: his Laodamia

It

SERVII.

444. CURAE NON IPSA IN MORTE RELINQUUNT. Hoc eſt, etiam illic amant, & habent peractorum imaginem criminum: ſicut etiam de piis dicturus eſt inf. 653. *Quae gratia* [27] *curruum Armorumque fuit vivis, quae cura nitentes Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.* Sane ſciendum, ut diximus ſupra, loqui eum de amore generali: ſicut etiam Plato in Sympoſio tractat. Nihil enim intereſt [28] quid quis amet, dummodo amore teneatur. Notandum etiam (nam rarum eſt) quia cum maſculino genere ſupra uſus [29] ſit, ut: *Hic quos durus amor:* [30] tantum foeminarum ponit exempla, non, [31] quo deſint viri; ſed elegit ſexum impatientem ad amandum. Tamen paulo poſt etiam Sichaei facturus eſt commemorationem.

445. HIS PHAEDRAM. [32] [Hoc ex Homero Odyſ. Λ. 320 Φαίδρην τε, Πρόκριν τε ἴδον, καλήν τ' Ἀριάδνην.] [33] *Phaedra* fuit filia Minois & [34] Paſiphaës, uxor Theſei: quae privignum Hippolytum amore capta de ſtupro interpellavit: & deſpecta, apud maritum eum falſi criminis detulit: qui iratus invocavit Aegeum patrem, ut Hippolyto [35] currus agitanti immitteret focam: quo facto, & Hippolyto interempto, Phaedra amoris impatientia laqueo vitam [36] finivit. [37] PROCRINQUE. [38] Filia Iphicli, uxor Cephali fuit, qui cum venandi ſtudio teneretur, labore feſſus, ad locum quendam [39] ire conſueverat: & illic ad ſe recreandum [40] *auram* vocare. Quod cum ſaepe faceret, amorem in ſe movit Aurorae, quae ei canem [41] velociſſimum, Laelapa nomine, donavit: & duo haſtilia inevitabilia: eumque in [42] amplexus rogavit. Ille [43] reſpondit jusjurandum ſe habere cum conjuge mutuae caſtitatis. Quo audito Aurora reſpondit: ut probes igitur conjugis caſtitatem, [44] muta te in mercatorem: quo facto ille [45] it ad Procrin, & oblatis muneribus, impetratoque coitu, confeſſus [46] eſt maritum ſe eſſe: quod illa dolens, cum audiſſet a ruſtico [47] quodam amare eum [48] Auram, quam invocare conſueverat, ad ſylvas profecta eſt, & in [49] frutetis latuit ad deprehendendum maritum [50] cum pellice. Qui cum more ſolito *auram* vocaret, Procris egredi cupiens fruteta commovit: ſperans Cephalus feram, haſtam inevitabilem [51] jecit, & ignarus interemit uxorem. MAESTAMQUE ERIPHYLEN. Haec Amphiarai, auguris Argivi, uxor fuit: quae latentem bello Thebano maritum Polynici prodidit, monili accepto, quod ante uxori dederat: qui ductus ad praelium hiatu terrae periit. Cujus filius Alcmaeon poſtea [52] [in vindictam patris] matrem necavit: & [53] eſt, ut Oreſtes, furore correptus. [54] Vituperatus ſane Virgilius quod *maeſtam* dixerit, quam [55] στυγερὴν legit, id eſt *nocentem:* [56] [apud Homerum Odyſ. Λ. 325. enim eſt: ἴδον στυγερὴν Ἐριφύλην. Immo vero *odio dignam* & *invisam:* nam στυγῶ, eſt *odio habeo*, & *invisus ſum:* licet] [57] *maeſta* ſit a Styge.

447. EUADNENQUE. Uxor Capanei fuit; quae ſe in [58] ardentem mariti rogum praecipitavit. ET

PASI-

27 *curſuum* R. 28 quiſquis L. 29 fuerit Fabr. 30 nunc tantum Fabr. 31 quod Dan. Fabr. al. 32 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 33 haec in iisdem 34 Paſifes Voſ. R. Paſiphes L. 35 currum Fabr. al. 36 finit R. V. 37 hanc fabulam aliter narrari ab Ovidio lib. VII. Met. 798. & ab Hygino Fab CLXXXIX. notavit Ryckius. 38 haec filia Fabr. Iphili L. R. Iphidi Steph. Dan. Fabr. quem errorem deinceps alii ſequuti ſunt. ſed *Iphicli* recte Voſ. & V. omiſit vero Baſil. quae habet, haec uxor Cephali fuit, filii Aeoli, quae ultima etiam Fabr. habet. 39 adire Steph. Dan. 40 Auroram Voſ. Steph. Dan. Fabr. Lipſ. hic ſemper *Auram* pro Aurora habet. 41 velociſſimam V. Laelapam V. R. L. Steph. ſed recte *Laelapa* Fabr. & al. vid. Ovid. III. Met. 211. & VII. 771. 42 amplexibus V. 43 ait Fabr. al 44 muto V. 45 ut L. R. ut V. 46 deeſt R. ſe eſſe deſunt etiam R. L. Voſ. 47 deeſt V. L. R. Baſil. 48 Auroram L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. & mox iterum. ſed deeſt R. 49 frutectis, & mox, fruteƈta V. L. Voſ. R. 50 deſunt V. R. L. Voſ. Baſil. 51 ejecit V. & ignaram Lipſ. 52 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. 53 eſt Oreſtis V. L. Voſ. Steph. eſt Oreſtes R. V. & Oreſtis f. c. eſt Lipſ. 54 Vituperatur V. L. Voſ. R. Steph. al. 55 ſtygerem V. L. Voſ. R. Steph. Dan. id eſt, innocentem Lipſ. 56 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 57 nam moeſta eſt Stigne L. Voſ. R. V. n. m. e. στυγερὰ Steph. Dan. licet m. eſt a Styge Fabr. al. inviſum: nam moeſta Styne Lipſ. 58 ardentis Fabr.

It comes, & juvenis quondam, nunc femina, Caeneus,
Rurſus & in veterem fato revoluta figuram.
Inter quas Phoeniſſa recens a volnere Dido
Errabat ſilva in magna: quam Troïus heros,
Ut primum juxta ſtetit, adgnovitque per umbram
Obſcuram, qualem primo qui ſurgere menſe
Aut videt, aut vidiſſe putat per nubila Lunam,
Demiſit lacrimas, dulcique adfatus amore eſt:
Infelix Dido, verus mihi nuntius ergo
Venerat exſtinctam, ferroque extrema ſecutam;

Fu-

SERVII.

PASIPHAEN. [59] Haec, ut diximus ỷ. 14 tauri amore flagravit. LAODAMIA. Uxor Proteſilai fuit: quae, cum maritum in bello Trojano [60] primum periiſſe [61] cognoviſſet, optavit ut ejus umbram videret: qua re conceſſa, [62] [non deſerens eum,] in ejus [63] amplexibus periit.

448. NUNC FOEMINA CAENEUS. [64] Caenis virgo fuit, quae a Neptuno pro ſtupri [65] pretio meruit ſexus mutationem. Fuit etiam invulnerabilis, [66] qui pugnando pro Lapithis [67] contra Centauros, crebris ictibus fuſtium paulatim fixus in terra eſt: poſt mortem tamen in ſexum rediit. Hoc autem [68] dictum Platonicum illud oſtendit, [69] [vel Ariſtotelicum,] *Animas [70] per μετεμψύχωσιν ſexum plerumque mutare.*

451. ERRABAT. Vagabatur. Et bene alluſit: quia & amaverat, & interemerat: ut quaſi incertum eſſet, quem circulum poſſet tenere.

453. OBSCURAM. Recenti morte, ut diximus ſupra ỷ. 340.

456. INFELIX DIDO. Veniali utitur [71] ſtatu: & excuſat ſe per neceſſitatem, ne mortis cauſſa fuiſſe videatur. VERUS MIHI NUNTIUS. Κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligendum, quod ſit nuntiatus Didonis interitus. Alii ad ignem referunt viſum: alii ad Mercurium, qui ait IV. 564 *Certa mori.* Sed in neutro ei etiam mortis genus eſt ſignificatum: & hinc dicit: *Ferroque extrema [72] ſecutam.* Sane qui nuntiat, genere tantum dicitur maſculino; quod autem nuntiatur, licet neutro dicatur [73] [apud Catullum,] tamen invenitur [74] etiam maſculino.

VARIORUM.

mor Oudartii & Francianus a manu prima. *morte peredit* Parrhaſ. *peregit* Dorvil. quod non ſpernendum. eadem enim varietas apud Stat. VI. Theb. 109. & verba haec *peragere*, *perimere*, *peredere* ſaepe a librariis permutata. ita apud Ovid. in Ibi 509. Martial. V. 38. & X. 61. & alibi. *Tabi* tamen accommodatius *peredit* puto. BURM.

443. CALLES. *Colles* Sprotianus & Vratiſlavienſis. *ſervant colles* Ed. Venet.

444. IN

59 haec autem, ut diximus ſupra Fabr. 60 deeſt Fabr. al. 61 cognoſſet V. 62 deſunt L. non d. eam V. Voſ. R. Steph. al. 63 amplexu Dan. 64 Caeneus Fabr. al. 65 praemio V. L. Voſ. R. Lipſ. 66 quae V. Voſ. R. 67 a Centauris Fabr. al. 68 dicto V. L. Voſ. R. dicto illud oſtendit Platonicum Lipſ. 69 vel Pythagoricum Fabr. deſunt Baſil. & Barth. ad Stat. I. Achil. 264. a ſuis ſchedis abeſſe ſcribit, & probat Fabricii lectionem, quia aetate Servii una ex duabus ſectis erat compoſita. 70 Κατὰ Fabr. al. 71 deeſt V. L. V. R. Steph. Dan. 72 *ſecuta* V. 73 deſunt L. V. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. al. hoc additum videtur a Fabricio vel alio: nam antiquiores editiones non habent. innuere vero credo illa Catulli carm. LXII. 47.

Geminas eorum ad aures nova nuntia ferens.

ubi Scaliger legit, *nova nuntiat, ferens.* Muretus ſpurium verſum pronunciat. Voſſius vero defendit ex Lucretii IV. 707. ubi tamen *nuntia* ad praecedens *plaga* referri debet. ſed notarum anguſtiae non patiuntur haec latius excutere, & ad loca objecta reſpondere, uno Feſto contenti ſimus, qui dicit, *nuntius & res ipſa, & perſona dicitur.* Servius vero refutatur ſatis ipſo Virgilii loco ex XI. Aen. 897. BURM. 74 & maſculini Dan.

Digitized by Google

Funeris heu tibi cauſſa fui? Per ſidera juro,
Per ſuperos, & ſi qua fides tellure ſub ima eſt;
Invitus, Regina, tuo de litore ceſſi.
Sed me juſſa Deûm, quae nunc has ire per umbras,
Per loca ſenta ſitu cogunt, noctemque profundam,
Imperiis egere ſuis: nec credere quivi
Hunc tantum tibi me diſceſſu ferre dolorem.
Siſte gradum, teque adſpectu ne ſubtrahe noſtro.
Quem fugis? extremum fato quod te adloquor, hoc eſt.
Ta-

SERVII.

458. FUNERIS HEU TIBI CAUSSA FUI. Ac ſi diceret, qui fueram ante [75] cauſſa voluptatis.

459. SI QUA FIDES TELLURE SUB IMA EST. Ubi promiſſa exitum non habent. Reſpexit autem ad Orpheum, qui receptam perdidit conjugem.

461. QUAE NUNC HAS IRE PER UMBRAS. Argumentatur ex eo, quod eſt Inferos ſubire compulſus, invitum ſe reliquiſſe Carthaginem.

462. SENTA SITU. [76] Squallida. Et eſt translatio a terra inculta. *Situs* autem proprie eſt lanugo quaedam ex humore procreata: [77] & fit in locis Sole carentibus.

463. NEC CREDERE QUIVI. [78] Argumentationem tetendit: ac ſi diceret, ſi [79] credidiſſem, forte etiam deorum juſſa contemnerem.

465. SISTE GRADUM. Diſcedere eam datur intelligi.

466. EXTREMUM FATO QUOD TE ALLOQUOR, HOC EST. Aut quia deus futurus eſt: aut, quod melius eſt, quia poſt mortem tenebit alterum circulum, viris fortibus ſcilicet, non amantibus datum.

VARIORUM.

444. IN MORTE. *In* deeſt Leidenſi uni & alteri Menagii. *ipſae* alter Hamburgicus.

445. PROCRINQUE. *Procrimque* libri vetuſtiores Maroniano more, etiam *Eriphylem.* HEINS. *Prochrim* & *Eriphilem* Francianus, & Schol. Stat. IV. 188. dein, *Euchadem & Paſiphem Laodoma* idem.

Ibid. MOESTAM. Vid. ad Gratii Cyneg. 477. & H. Steph. Diſſ. de Crit. p. 180. & Barth. IV. Stat. Theb. 194. ſic Styx a στυγῶ. *triſtis* dicitur Noſtro ℣. 438. & Horat. II. Od. 14. BURM.

446. VULNERA. *Funera* Parrhaſ.

448. CAENEUS. Heinſius malebat, *Caenis.*

449. FATO. *Fati* Mentelius prior. vid. ad Ovid. X. Met. 63.

450. A VOLNERE. *Ab vulnere* Leidenſis. dictum ut apud Florum IV. 2. *Elephanti nuper a ſilva.* & ita paſſim alios locutos conſtat.

451. IN MAGNA. *In* deeſt Excerptis noſtris.

452. PER UMBRAM. *Per umbras obſcuram*, primus Moretanus, Leidenſis, ſecundus Rottendorphius & Schefferius. etiam Gudianus a manu prima. ut ſupra ℣. 268.

Ibant obſcuri ſola ſub nocte per umbras.

HEINS. Inf. 490. & alibi ſaepe variant Codices, *per umbram*, & *umbras. ut juxta primum* Dorvill.

453. QUI. *Quis* Leidenſis, Hugenianus, Oudartii, Sprotian. Dorvil. & Editio Juntina. *qui primo* alter Hamburgicus.

455. DEMISIT. *Dimiſit* Mediceus, duo Voſſiani, primus Rottendorfius, & alter Menagianus cum Leidenſi, *demit* pro demittit Mentelianus prior. HEINS. *Dimiſit* Wittian. *eſt* deeſt utrique Menagiano.

459. IMA EST. *Eſt* deeſt Menagio priori.

461. QUAE

[75] deeſt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. [76] Spinoſa, ſqualida Fabr. al. [77] quae fit Fabr. fit autem Baſil. [78] argumentatione V. tendit L. Fabr. al. [79] credidiſſem fore Fabr.

Talibus Aeneas ardentem & torva tuentem
Lenibat dictis animum, lacrimaſque ciebat.
Illa ſolo fixos oculos averſa tenebat:
Nec magis incepto voltum ſermone movetur,
Quam ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes.

Tan-

SERVII.

467. TORVA. Pro torve, id eſt, terribiliter.

468. LENIBAT. Pro *leniebat*: & antique dixit, ut VIII. 436. *Squamis auroque polibant*: [80] [pro *poliebant*.] Majores enim in omnibus conjugationibus imperativo [81] *bam* addebant, & faciebant [82] imperfectum ab indicativo: quod in tribus adhuc obſervatur: in quarta etiam E additur, ut *nutri*, [83] *nutriebam*. LACHRYMASQUE CIEBAT. Sibi, [84] [non Didoni; vel profundebat:] aut certe illud dicit: Sermo quidem ejus lachrymas [85] exciebat; ſed illa immobilis manſit. [86] [nam *ciere*, eſt proprie alteri fletum movere.] Tractum autem eſt hoc de Homero, qui inducit Ajacis umbram Ulyſſis colloquia fugientem, quod ei fuerat cauſſa mortis: [87] [quem Ulyſſes his verbis invitat Odyſ. Λ. 552. Αἶαν, παῖ Τελαμῶνος ἀμύμονος, οὐκ ἄρ' ἔμελλες Οὐδὲ θανὼν λήσεσθαι ἐμοὶ χόλου, εἵνεκα τευχέων Οὐλομένων.]

470. INCOEPTO SERMONE. A principio orationis.

471. DURA SILEX. Saxi eſt ſpecies: generalitas enim eſſe non poteſt [88] ſequente ſpecialitate: [89] STET MARPESIA CAUTES:] nam *cautem Marpeſiam*, Parium lapidem dicit. [90] Marpeſos enim mons eſt [91] Pari inſulae. [92]

VARIORUM.

461. QUAE NUNC. *Qui* Francianus, ſed alia manu, *que*.

465. NE SUBTRAHE. *Nec ſubtrahe* Sprotianus.

466. FATO. *Fator* Menagius prior. *fatum* Excerpta noſtra. *quod adloquor* Mentelii primus & Sprotianus.

468. LENIBAT DICTIS ANIMUM. Quam incerti fuerint de ſtatu, in quo poſt mortem conſtituerentur homines, apparet ex diverſis & ſaepe ſibi contrariis opinionibus. in tres fere partes diſcedere morientem ſtatuunt, ut corpus cedat ſepulturae, anima aſtris, umbra vel imago ad inferos deducatur: ſed hic umbrae dat animum, & ſupra etiam 303. *corpora* vocat, ubi tantum imagines intelligendae. & ita alibi. Hic vero mentis adfectionem, iram dat umbrae Didonis, quod neſcio an alii fecerint. memores etiam ante actorum in toto hoc libro inducit, ſed durius mihi videtur, quod animum dixerit non modo *ardentem*, ſed etiam, *torva tuentem*, niſi vel cum Ruaeo pro *tuentis* capiamus, vel deeſſe uni membro quidquam ſtatuamus. lenibat ardentem animum, qui ex oculis ejus torvis apparebat, licet nullo ſermone uteretur, nec reſponderet Aeneae. deinde *lacrimas ciebat*, an Didoni, an ſibi, dubium facit Servius. in Franciano erat *lacrimiſque ciebat*, quod poſſet capi, pro ciere, movere illam conabatur. nam lacrimas demittebat Aeneas ✱. 455. quibus addidit dulci amore verba. & ita haec duo inter ſe reſpondent, lenibat dictis, & lacrimis ſuis movere tentabat; ſed illa averſa tenebat oculos &c. nam *ciere* etiam notare alteri aliquid commovere docet Servius ad III. Georg. 517. quamquam addit etiam pro dare lacrimas, fletus, gemitus apud Maronem occurrere. videant eruditiores, mihi hic aqua haeret BURM.

469. AVERSA. *Diverſa* in nonnullis Petronii codicibus cap. 132. apud Scholiaſten Horatii Cruquianum bis occurrit, *diva ſolo fixos oculos*. ut & apud Scholiaſten Perſii Sat. III. ſed hoc ex primo Aeneid. 482. HEINS. *Adverſa* Regius, Dorvill. & multi alii.

470. INCEPTO. Barthius ad Stat. XI. Theb. 623. in

80 deſunt V. L. 81 *ibam* V. deeſt L. 82 imperfectum indicativum Fabr. al. 83 *nutriebat* Voſ. Steph. Dan. al. *nutriebant* R. vid. Comm. ad Curt. IV. II. 5. & Freinsh. indicem in *ambiebat*. & alios Grammaticos. 84 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. 85 exigebat V. L. Voſ. R. 86 haec in fine notae poſt *mortis* habent V. L. Voſ. R. Steph. Dan. alterum fletum movere Lipſ. 87 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. ſed Lipſ. deſunt tantum Graeca verba. 88 ſequenti L. 89 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. al. 90 Marpeſſos Voſ. R. Marpeſſus V. 91 Parſe L. Parſeſi Voſ. R. Pariae Steph. Dan. Fabr. al. 92 habens duriſſimos lapides Fabr. al. addunt.

Digitized by Google

Tandem conripuit ſeſe, atque inimica refugit
In nemus umbriferum: conjunx ubi priſtinus illi
Reſpondet curis, aequatque Sichaeus amorem.
Nec minus Aeneas, caſu percuſſus iniquo,
Proſequitur lacrimans longe, & miſeratur euntem.

In-

SERVII.

472. TANDEM. Quaſi diu [93] deliberaverit.

473. UMBRIFERUM. [94] Umbroſum, frondoſum. PRISTINUS: Prior: quod difficile invenitur: nam de hoc ſermone quaerit [95] & Probus, & alii.

474. RESPONDET CURIS. Aut pari eam diligit affectione: quod in Aenea non fuit, [96] [qui plus amatus eſt, & amantem deſeruit:] ut expreſſio rei ſupradictae ſit. AEQUATQUE SICHAEUS AMOREM. Aut certe reſpondet curis: par eſt mortis ſimilitudine: ferro enim uterque conſumptus eſt.

476. PROSEQUITUR LACHRYMIS LONGE. Oculis eam ſequebatur humentibus.

VARIORUM.

in ſuo codice ſe reperiſſe ait, *in capto*, cum expoſitione, *licet perceperit*. ſed *incepto* retinendum: plura enim addere parabat Aeneas, ſed hoc exordio, quo ſe purgare volebat Aeneas, non movetur, ut reliqua audiret. ſic *inceptus clamor*, mox ỷ. 493. & plura talia. BURM.

Ibid. VULTUM. *Vultus movetur* habes apud Petronium, quod & in editione Juntarum extat, & in priore Hamburgenſi, etiam in Gudiano a manu prima & ſecunda idem *vultu*, ut primus Moretanus & alii duo. ſed Macrobius lib. IV. Saturn. cap. I. vulgatum agnoſcit, qui & *Marpeſia cautes*. ut & Lactantius de perſecut. cap. 20. HEINS. *Mopeſia* Zulichemius. *Marſepia* quatuor alii.

471. DURA SILEX. Hoc genere ſoloecum eſſe ait Harduinus, & hinc in Ecl. 135. *ſilice in nudo* legendum eſſe cenſet. ſed tu vide ſanioris doctrinae viros, Heinſ. ad Ovid. IX. Met. 225. & Barth. ad Stat. IV. Silv. III. I. BURM.

472. PRORIPUIT. *Corripuit* legitur in libro Angeli Coloni. URSIN. *Corripuit* Mediceus, & Mentelii prior & Menagii uterque & Voſſiani & Gudianus, omnes Moreti, & ſex alii cum Pierianis. quamquam in Bucolicis Ecl. III. 19. habuimus, *quo nunc ſe proripit ille*. *corripuit* etiam hoc loco exhibetur a Macrobio lib. IV. Saturn. cap. I. certe infra lib. XI. 462.

Nec plura locutus
Corripuit ſeſe.

Terent. Hecyr. IV. I. 3.

Ita corripuit derepente tacitus ſe ad filiam.

& ibidem III. III. 5.

Nam modo me intro ut corripui timidus.

ita & apud Plautum non ſemel. Arnobius lib. IV. *exhalata ille vi meri corripuit ſe impetu*. *Campum corripere* habes Aen. V. & lib. IV. *e ſomno corpus corripere*, & *Gradum corripere*. apud Horatium lib. I. Od. 3. HEINS.

473. UBI PRISTINUS. *Poſtumus* Hugenianus a manu pr. an voluerit *proximus* librarius neſcio, quia credebat *priſtinum* non dici niſi proximum, aut modo praecedens tempus: ut ita *priſtinus dies*, pro pridie, quod Servius etiam crediſſe videtur, qui *priorem* explicat, & Grammaticos hic laboraſſe notat. vide & ad XII. 424. & Daviſ. ad Caeſar. IV. de B. G. 14. ſed & de remotiori tempore poſſe capi oſtendunt exempla producta a Doctiſſimis viris, Snakenburgio ad Curt. VIII. IV. 2. & Dukero ad Liv. IV. 32. mox, *aequat amores* ſecundus Rottendorfius. ſed *amorem* habet Schol. Horatii II. Od. 5. vide ad lib. V. 334. BURM.

475. CASU PERCULSUS. *Concuſſus* in libro Colotii ſcriptum eſt. URSIN. *Percuſſus* non *perculſus* Pieriani. *Concuſſus* vero in Mediceo, Gudiano & noſtris. quomodo & lib. V. 700. *At pius Aeneas caſu concuſſus acerbo*. & ỷ. 869. *Multa gemens, caſuque animum concuſſus amici*. lib. XI. 451. *Extemplo turbati animi, concuſſaque vulgi Pectora*. lib. XII. 411. *Hic Venus indigno gnati concuſſa dolore*. & ỷ. 468. *Hoc concuſſa metu mentem Juturna*

93 liberaverit R. 94 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 95 deeſt L. Voſ. R. 96 deſunt V. L. R. Lipſ. Steph. Fabr. al.

Inde datum molitur iter. Jamque arva tenebant
Ultima, quae bello clari ſecreta frequentant.
Hîc illi occurrit Tydeus, hîc inclutus armis
Parthenopaeus, & Adraſti pallentis imago.
Hîc multum fleti ad ſuperos, belloque caduci
Dardanidae: quos ille omnis longo ordine cernens

In-

SERVII.

477. DATUM MOLITUR ITER. Peragit. *Datum* autem dixit, aut ratione fati [97] conceſſum: aut [98] oblatum fortuito, quod τυχὸν dicunt: [99] [an injunctum?] ARVA TENEBANT ULTIMA. Atqui multa adhuc ſuperſunt: [1] ſed *ultima* eſſe dixit, mixta ſunt virtutibus vitia; in his autem quae dicturus eſt, nocentum poenas a piorum ſegregat meritis: nam Inferi, ut diximus ſupra, humanam continent vitam: hoc eſt, animam in corpore conſtitutam. [2] Haec autem quae dixit, mixta eſſe manifeſtum eſt. Licet enim in viris fortibus laudetur virtus, eſt tamen vituperabile alienum imperium caedibus occupare. Item amare privignum, crimen eſt: virtus, maritum. Alii diſtinctione mutata dicunt: Tenebant arva, quae ultima viri fortes frequentant, id eſt; quae poſſident ultima, [3] [hoc eſt, poſt mortem.]

479. HIC. Illic. OCCURRIT TYDEUS. Altheae & Oenei filius, quem in bello Thebano [4] Menalippus extinxit.

480. PARTHENOPAEUS. Hic, [5] Atalantae & Martis, ſive Melanionis filius, rex Arcadiae fuit, qui Thebana bella puer admodum petiit. ADRASTI PALLENTIS IMAGO. Rex Sicyonis Adraſtus primo fuit, poſt Argivorum; Socer Tydei & Polynicis. Quod autem ait *pallentis*; aut epitheton eſt umbrae: aut illud reſpexit, quia in bello Thebano conſumptis ſex ducibus ſolus aufugit. Fugae autem comes ſemper eſt pallor.

481. HIC MULTUM FLETI. Id eſt, nobiles, quorum mortem magna ſequitur lamentatio. AD. Pro apud. CADUCI. [6] [Qui bello ceciderint, id eſt,] mortui, a cadendo: unde & *cadavera* [7] dicta.

VARIORUM.

turna virago. Georg. tamen IV. 357. *Percuſſa nova mentem formidine mater.* Corippus lib. I. *Patris concuſſus ſorte beati*, in codicibus noſtris *percuſſus*, aeque bene. in Montalbanio *concurſus.* adeantur notae I. Aen. 513. HEINS. *Percuſus* Dorvil. a manu prima. *perculſus* Wittian. *acerbo* Dorvil.

476. PROSEQUITUR. *Perſequitur* Dorvil. recte de oculis humentibus explicat Servius. ut Tiberius Agrippinam, *tumentibus & contentis oculis proſequitur*, apud Sueton. cap. VII. ubi quidam *humentibus* volunt. BURM.

Ibid. MISERATUR. *Miſeratus* tres priores Moretani, prior Voſſianus, alter Mentelii, uterque Menagii, primus Rottendorphius. prior Hamburgicus, Leidenſis, Venetus & Schefferius. Pro vulgata ſtant Mediceus, Rottendorphius tertius, alter Voſſianus, quartus Moreti, prior Mentelius, Gudianus, Sprotianus, Montalbanus, & alter Hamburgicus. in ſolo ſecundo Rottendorphio, *miſeratus euntem eſt.* in Gudiano altero, Mentelio & tertio Rottend. pro diverſa lectione, *lacrimis.* denique Venetus, *amantem* non *euntem.* HEINS. *Longe lacrimans, & miſeratus amantem eſt* Parrhaſ. vid. ſupr. ad lib. IV. 543.

477. TENEBANT. *Tenebat* duo Voſſiani, & duo aut tres alii. Etiam Mentelianus alter a manu prima. HEINS. Et hoc tuetur Marcklandus ad Statii

97 deeſt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. al. 98 collatum R. 99 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 1 ſed dixit quantum ad L. R. Voſ. Lipſ. V. Steph. Dan. al. 2 in his enim quae dixit V. 3 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. al. 4 Melanippus V. Voſ. ita fere ſemper variant codices, & in *Menalippe.* vid. ad Ovidii Ibin ỳ. 17. & eadem varietas in *Melanion* & *Minalion.* & ut Serv. *Melanion*, de quo vid. Heinſ. ad II. Art. Am. 188. & hic *Menalionis* eſt in Ed. Baſil. 1551. BURM. 5 Menalippae V. L. Voſ. R. Menalippe Lipſ. Menalippae Steph. Fabr. al. Atlantis Dan. 6 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. al. 7 dicuntur, & Graece πτῶμα Fabr. al.

Digitized by Google

Ingemuit, Glaucumque, Medontaque, Therſilochumque,
Tris Antenoridas, Cererique ſacrum Polypoeten,
Idaeumque, etiam currus, etiam arma tenentem.
Circumſtant animae dextra laevaque frequentes.
Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt: juvat uſque morari,
Et conferre gradum, & veniendi diſcere cauſſas.

At

SERVII.

482. Longo ordine. [8] [Ingenti multitudine, ut II. 766. *Pueri & pavidae longo ordine matres:*] non ad ordinem ſtantes. Sane [9] IN minus eſt, [10] pro, *in longo ordine*, [11] [*in ingenti multitudine.*]

484. Tris Antenoridas. Multi ſupradictos accipiunt: quod falſum eſſe Homerus docet, qui eos commemorat [12] Iliad. B. 821. [Ἅμα τῷγε δύω Ἀντήνορος υἷε, Ἀρχίλοχός τ' Ἀκάμας τε, μάχης εὖ εἰδότε πάσης. Et Iliad. B. 123. Τῷ Ἀντηνορίδας εἶχε κρείων Ἑλικάων.] Cereri sacrum. Sacratum: nomen pro participio.

485. Idaeumque. Quem aurigam legimus Priami. Etiam. Adhuc, ut inf. 655. *Quae cura nitentes Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.*

487. Usque. Diu: & eſt adverbium.

VARIORUM.

Statii lib. v. Silv. II. 6. ſed & Sibylla dux Aeneae Intelligitur. vide ad Phaedr. I. 15. & ſupr. ℣. 14. & inf. 651. BURM.

479. Inclytus. *Inclutus* in Gudiano, & ſic Mediceus infr. 562. HEINS. Ita & Zulichemius. *hinc inclytus* Mediceus, *inclitus* Wittian.

480. Pallentis. *Bellantis* Zulichemius. *pallantis* tertius Rottendorphius. *palentis* Francianus qui & *Parthonopeus.* ſed *pallentis* retinet & explicat Interpres Statii ad lib. III. 552. *timore fugientis.* ut fere Servius. BURM.

481. Hic multum. *Hi* in Mediceo, utroque Voſſiano, duobus Rottendorphiis, & Sprotiano. *His* prior Moretanus. HEINS. *Hii* Wittian. *Hi* Serv. ad II. Aen. 4. ſed & ibi in Leidenſi erat, *hic ad ſuperos*, pro apud. imitatus Stat. II. Theb. 17. ubi vide Barth. ſuperi hic viventes in terra. vid. ad Vel. Pater. II. 48. & alibi ſaepe. de τῷ *multum* vid. ad III. Aen. 348. BURM.

482. Ille. *Ipſe* prior Hamburg. *ordine circum* Parrhaſ.

483. Thersilochumque. *Torſilocumque* Francianus. *Meduntaque* Parrhaſ. *Mydonaque* Cerda.

484. Poltoeten. *Polyboeten* Mediceus & caeteri praeſtantiores, niſi quod in priore Menteliano, *Polyboetem.* apud Nonium in *ſacer*, *Polybetem* legis: ſed opinor ſcribendum, *Polypoeten.* Homerus certe Πολυποίτην, filium Pirithoi agnoſcit, ut a Pierio eſt monitum. in Rottendorphio ſecundo, *Polipbetem*, in tertio, *Polipoten.* in primo Moretano, *Polipheten.* HEINS. *Polyboten* Oudartii. *Cereri ſacrumque Pobyten* Bigotianus. *Poliboetem* Wittian. *Polyboten* giganta memorat Steph. Byz. in Νίσυρος. *Polybetem* Serv. ad II. Aen. 714. BURM.

485. Etiam currus, etiam arma. *Et jam* diviſis vocibus utroque loco ſunt, qui ſcribendum cenſeant, ex codicum nonnullorum auctoritate. Cledonius tamen libr. I. Art. Gramm. *etiam* demonſtrandi vim hoc loco habere contendit. Donatus quoque ad Terent. Andr. Act. III. Sc. III. 23. *etiam* interpretatur hoc loco *adhuc.* HEINS. Vid. & Serv. ad XI. Aen. 373. ubi hoc loco *tenentes* legit. & *jam currus*, *& jam* Oudartii. *etiam currus atque* Venetus. *Idaeum etiam* tert. Rottendorf. quia vero Servius, ut probet *etiam* notare adhuc, adducit verſum ubi illa vox non occurrit, vel videtur legiſſe in illo, *etiam ſequitur tellure*, vel voluit tantum ſignificare, eumdem illi ſenſum eſſe dandum. BURM.

486. Frequentes *Frementes* Gudianus a manu prima. *frequentant* Dorvill. a m. ſec. mox, *vidiſſe ſatis ſemel eſt* prior Hamburgicus. Interpretes referunt ad Aeneam. ſed credo ad umbras referendum, quibus non ſatis erat vidiſſe Aeneam ſemel,

8 deſunt V. 9 hic minus R. 10 deeſt V. L. R. Voſ. Steph. Dan. 11 deſunt Fabr. al. 12 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan.

At Danaûm proceres, Agamemnoniaeque phalanges,
Ut vidêre virum, fulgentiaque arma per umbras,
Ingenti trepidare metu. Pars vertere têrga,
Ceu quondam petiere ratis: pars tollere vocem
Exiguam. Inceptus clamor fruſtratur hiantis.
Atque hîc Priamiden laniatum corpore toto
Deïphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
Ora manuſque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto volnere naris.
Vix adeo adgnovit pavitantem, & dira tegentem

Sup-

SERVII.

491. TREPIDARE. Pro trepidabant.

492. CEU QUONDAM PETIERE RATES. Oſtendit vitia nec morte finiri.

493. FRUSTRATUR HIANTES. Decipit clamare cupientes. Nec nos moveat, quod aliis umbris verba dat; his ſilentium: timorem enim exprimit, qui vivis quoque adimit vocem, ut [13] III. 48. *Obſtupui, ſteteruntque comae, & vox faucibus haeſit.*

495. DEIPHOBUM VIDIT. Qui Helenam duxerat, mortuo Paride. Ad cujus domum [14] primum ire neceſſe erat, ubi fuerat cauſſa bellorum, ut II. 310. *Jam Deiphobi dedit ampla ruinam, Vulcano ſuperante, domus.* LACERUM. Pro, laceratum, id eſt, habentem ora [15] lacerata.

496. POPULATA. Vaſtata, id eſt, deformia ſublatis auribus. TRUNCAS. Truncatas.

497. INHONESTO. [16] [Foedo, deformi,] [17] turpi, ut Terentius Eun. II. 3. *Illumne obſecro inhoneſtum* [18] [*hominem, quem mercatus eſt here*,] *ſenem, mulierem?* [19] [inſignis enim deformitas & turpitudo eſt in vultu, truncis naribus.]

498. PAVITANTEM. Ne agnoſceretur timentem. TEGENTEM. Tegere volentem: nam truncatis manibus [20] quid tegebat? *Tegere* autem eſt celare; ut e contra *nudare* eſt [21] indicare, ut I. 355. *Trajectaque pectora ferro Nudavit.*

VARIORUM.

ſemel, ſed qui morabantur, & volebant ſcire cauſſam veniendi ad inferos. vid. inf. 530. BURM.

488. DISCERE. *Poſcere* Pieriani ſed id libro I. 414. jam habuimus, ut illic eſt videre. HEINS. *Dicere* Juntina Editio. *poſcere* Veneta.

489. DANAUM. *Danai* Zulichemius. vid. ad VIII. 161. & *Danaum* Editio Juntina & quidam ſcripti. BURM.

490. UMBRAS. *Umbram* alter Hamburgicus. ſup. 452.

493 INCEPTUS. *Incertus* apud Nonium verbo *hiare*: etiam in ſcriptis illius exemplaribus conſtanter. ſed Scholiaſtes Statii Theb. IV. 695. *inceptus*, & ſic membranae Maronis a me conſultae. HEINS. *Inceptum* Menagii prior. vid. ſupr. 470. & ſimilem variationem ſupr. ℣. 270.

294. ATQUE HIC. *Atque ibi* Wittian. *totum* prior Hamburgicus.

495. VIDIT. *Videt* Gudianus *lacerum videt* Excerpta noſtra. Heinſius volebat, *Deiphobum videt*, & *lacerum*. ut eſt in Mediceo. mox, *ora*, *manus ambas* alter Hamburgicus. *albas* Montalbanius. in Franciano, *videt*, relicto ſpatio inter hoc verbum & *lacerum*, ubi & poneretur. *Deiphobum vidi* Rufianus de Schem. Lex. p. 31. & Interpres Horat. IV. Od. 9. BURM.

498. ET DIRA TEGENTEM SUPPLICIA. Serv. ad

13 *obſtipui* L. R. V. Voſ. 14 primo L. R. Voſ. deeſt V. qui &, *iri* nec erat cauſſa bellorum. 15 dilacerata Steph. Dan. Delacerata Voſ. 16 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 17 turpe R. turpe hoc dehoneſtamentum pro poena jam notum Homeri tempore fuiſſe ex Iliad. Φ 455. notavit Cl. Dorvillius. 18 deſunt V. L. Voſ. R. Fabr. Baſil. quae & *mulieroſum* habet. 19 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 20 qui V. 21 indicere V.

Supplicia; & notis conpellat vocibus ultro:
Deïphobe armipotens, genus alto a ſanguine Teucri,
Quis tam crudelis optavit ſumere poenas?
Cui tantum de te licuit? Mihi fama ſuprema
Nocte tulit, feſſum vaſta te caede Pelaſgûm
Procubuiſſe ſuper confuſae ſtragis acervom.
Tunc egomet tumulum Rhoeteo in litore inanem
Conſtitui, & magna Manis ter voce vocavi.
Nomen & arma locum ſervant. Te, amice, nequivi
Conſpicere, & patria decedens ponere terra.
Ad quae haec Priamides: Nihil o tibi, amice, relictum:

O-

SERVII.

499. NOTIS VOCIBUS. [22] Amicabilibus.

501. OPTAVIT SUMERE. Elegit ut ſumeret. DE TE. Pro, in te.

505. RHOETEO IN LITTORE. Ubi [23] erat aſylum Ajacis: ſicut in Sigaeo Achillis. Et bene illie, quaſi ubi [24] tutus eſſe potueram. Sane [25] *Rhaeteïum* dicitur, & facit *Rhoeteum*; [26] ſicut eſt *Cythereïa*, a *Cytherea*.

507. ET ARMA. Depicta ſcilicet. SERVANT. [27] Obtinent. TE. tuum corpus, ut ſup. 362. *Nunc me fluctus habet*.

VARIORUM.

ad I. Aen. 157. ex Sexto citat, *& vulnera dira tegentem*. ex interpretatione ſcilicet, qua ſupplicia per vulnera expoſuit. *ſuppliciaque notis* Dorvill. BURM.

500. ALTO A SANGUINE. *Alto ſanguine* quatuor ſcripti. *ab ſanguine* tertius Rottendorphius. vide IV. Aen. 230. HEINS. *Teucrum* duo Leidenſes. *Teucro* tertius a manu prima. vid. I. 18.

502. CUI TANTUM DE TE LICUIT. Imitatus Lucanus lib. X. 1025.

Cui tantum fata licere
In generum voluere tuum.

503. VASTA TE CAEDE. *Vaſtata caede* Leidenſ. *de ſede* Ed. Venet. pro *feſſum* Zulichem. a m. ſec. *fuſum*.

504. CONFUSAE. *Confoſſae* in Gudiano. HEINS. *Caedis acervum* Bigotianus, Mentelii prior, ſecundi Hamburgicus & Menagianus. *acervom* Mediceus. vid. XI. 207. 384. ubi eadem varietas. BURM.

505. TUNC EGOMET. *Tunc tibimet* Oudartii. *Hunc egomet* Serv. & ſupr. ad ỿ. 325. ubi vide Var. Lect.

Ibid. IN LITORE. *In* deeſt Montalbanio, & a m. ſec. Gudiano. ſed ſervavit Schol. Statii ad lib. VIII. Theb. 341. BURM.

508. DECEDENS. *Diſcedens* Venetus, quartus Moreti, & Hugenianus. *deſcendens* Montalbanius.

509. ATQUE HIC. *Ad quae* duo Hamburgenſes cum Sprotiano & tertio Rottendorphio. verum in altero Mentelii, primo ſecundoque Rottendorphii & Menagii priore, *ad quae haec*. in aliis quinque, *atque haec*, pro *adque haec*. primus Moretanus, prior Voſſianus, *atque Priamides*, pro *ad quae: ut quae* Mediceus. HEINS. *Ad quae haec* Zulichemius, & Parrhaſ. & Ed. Med. quae

&

22 Amicalibus L. Voſ. R. V. Maſv. ſed vox *amicalis* caret auctoritate, & ex compendio ſcribendi ortam credo. 23 erant R. 24 tutatus Voſ. R. Steph. Dan. 25 *Rhaetium* d. e. f. *Rhoeteum* Voſ. R. 26 ſicut *Cytherea* pro *Cytheria* Voſ. R. L. ſicut *Cytham* pro *Citheriam* V. ſicut deeſt Dan. ſicut etiam *Cythereia* & *Cythereas* Steph. Fabr. al. & hanc puto veram lectionem. ita & *Peloſeus*, & *Pelopeius*. vid. ad I. 201. & II. Aen. 193. BURM. 27 tenent V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. tenent, obtinent Fabr.

Omnia Deïphobo ſolviſti, & funeris umbris.
Sed me fata mea & ſcelus exitiale Lacaenae
His merſere malis: illa haec monumenta reliquit.
Namque, ut ſupremam falſa inter gaudia noctem
Egerimus, noſti; & nimium meminiſſe neceſſe eſt:
Quum fatalis equus ſaltu ſuper ardua venit
Pergama, & armatum peditem gravis adtulit alvo:
Illa chorum ſimulans, euantis orgia circum
Ducebat Phrygias: flammam media ipſa tenebat

In-

SERVII.

510. OMNIA SOLVISTI. Quia conſtituto tumulo manes vocavit. ET FUNERIS UMBRIS. Sepulturae meae umbris: nam funus illic eſſe non potuit, ubi [28] nec cadaver quidem fuerat.

511. FATA MEA, ET SCELUS EXITIALE LACAENAE. [29] Helenae. Secundum Mathematicos, qui dicunt etiam inimicitias ex fato deſcendere: unde illa conjunxit, *fatum* & *ſcelus* Helenae, per quae illi mors contigit. [30] [*Lacaenae*, patrium eſt nomen, a Lacedaemone urbe, cujus *Lacones*, & *Lacaenae*, cives utriuſque ſexus ſunt.]

512. MONUMENTA. [31] Sermo medius, dictus ab eo, quod [32] moneat mentem: unde eſt hic de malis. Econtra in tertio 486. *Manuum tibi quae monumenta mearum* [33] [*Sint puer.*]

514. EGERIMUS. *Ri* metri neceſſitate corripuit. MEMINISSE NECESSE EST. [34] Ciceronis eſt pro Muren. 20. *Cui placet, obliviſcitur; cui dolet, meminit.* Ergo quia dolet, [35] meminerit neceſſe eſt.

515. FATALIS. Mortifer, ut VIII. 621. *Fatiferumque enſem.* SUPER ARDUA VENIT PERGAMA. Aut quod in arce eſt poſitus: aut quia dejectis muris ſupra tractus eſt.

516. GRAVIS. Gravidus, ut I. Ecl. 10. *Graves tentabunt pabula foetas.* Supra autem dixerat II. 238. *Foeta armis.*

517. EVANTES. Evantes Phrygias; aliter non ſtat verſus. *Evantes* autem Bacchantes, a Libero, qui *Evan* dicitur. CHORUM autem ait multitudinem [36] in ſacra collectam. [37] [ORGIA. Id eſt, cantharos maximos, plenos vino. Tamen *Orgia*, Bacchi ſacra dicuntur, ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id eſt, ira & furore, propter vinum. Sed tamen omnia Sacra dicuntur, quae Latinis Cerimoniae.]

518. CIRCUM DUCEBAT. Diviſit in duos verſus unam partem; [38] ſed ideo, quia eſt compoſita. Lyrici vero etiam incompoſitam partem orationis in [39] duos dividunt verſus.

VARIORUM.

& *nihil o tibi! Ad quem* ſecundus Moreti. *atque haec* Francianus, Wittian. & Regius, Ed. Venet. *ad quae* Dorvillian. *atque hic* repetitum ex ỳ. 494. & infr. 861. & VII. 29. recte cenſet Cl. Dorvillius. ſimiliter variaſſe codices apud Suetonium notavimus ad Caeſar. cap. XXIX. & XXXIX. BURM.

Ibid. RELICTUM EST. *Eſt* deeſt Menagio pr. Franciano & Excerptis noſtris.

510. OMNIA. Hic videtur ſecum pugnare Virgilius, qui lib. II. 566. Helenam in Domo Priami latentem induxit, hic vero in Domo Deiphobi. quae & inter cauſſas fuit, cur illos verſus lib. II. ſuſtulerint quidam. & hoc etiam culpavit Harduinus. vide H. Steph. Diſſ. de Criticis p. 138. BURM.

Ibid. SOLVISTI ET. *Et* deeſt Dorvill. & mox,

fata

28 ne V. L. R. Fabr. 29 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. 30 deſunt iiſdem & Lipſ. 31 medium eſt ab eo Baſil. ſermo eſt medius Fabr. 32 moneret Voſ. monet Fabr. 33 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 34 Cicero cui V. L. Voſ. R. Steph. 35 meminit R. V. neceſſe eſt meminiſſe Fabr. al. huc poſſet referri illud Ovid. IX. Met. 291. *Pars eſt meminiſſe doloris.* 36 in ſacris Fabr. al. 37 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 38 ſed idem eſt quia eſt compoſitum Fabr. compoſitum Baſil. 39 in duo V. L. Voſ. R.

Digitized by Google

Ingentem, & ſumma Danaos ex arce vocabat.
Tum me, confectum curis ſomnoque gravatum
Infelix habuit thalamus, preſſitque jacentem
Dulcis & alta quies, placidaeque ſimillima morti.
Egregia interea conjunx arma omnia tectis
Emovet, & fidum capiti ſubduxerat enſem:
Intra tecta vocat Menelaum, & limina pandit.
Scilicet id magnum ſperans fore munus amanti,
Et famam extingui veterum ſic poſſe malorum.
Quid moror? inrumpunt thalamo. Comes additus una
Hor-

SERVII.

520. CONFECTUM CURIS. [40] [Plenum, aut afflictum.] Atqui vacaverat gaudiis; ſed illud oſtendit, quod [41] ait Statius XII. II. *Stant veteres ante ora metus:* nam curae ferebantur [42] ſuo impetu ex priſtino bellorum tumultu. Alii hanc ipſam curam volunt, quod habebat conjugem pernicioſam maritis: unde ſequitur: EGREGIA INTEREA CONJUX, per Ironiam.

525. VOCAT MENELAUM, ET LIMINA PANDIT. Ante pandit, & ſic vocat, ut VIII. 125. *Subeunt luco fluviumque relinquunt.*

526. ID MAGNUM SPERANS FORE MUNUS AMANTI. Putavit ſe vitia praeterita praeſentibus poſſe celare, quod etiam ſequens indicat verſus: [43] [*Et famam veterum extingui ſic poſſe malorum.*]

VARIORUM.

fata Deûm idem, ut lib. VI. 239.

512. MERSERE. *Miſere* Hugenianus. *relinquit* Francianus.

513. NAMQUE, UT. *Ut* deeſt Mediceo, qui & *falſam neceſſe*. ſine *eſt* Menagii prior.

514. EGERIMUS. *Degimus ut noſti* Ed. Venet. ſed vulgata eſt apud Senec. Ep. LIX. ubi de falſis gaudiis diſputat.

516. GRAVIS ADTULIT ALVO. Manuſcriptum, *gravis attulit alvus:* ſed & ante dixit II. 238. *Foeta armis*, ut hic *gravis alvo*. FABRIC. *Alveo* Medic. *alvo* Macrob. VI. 2. *gravis attulit error* alter Hamb. a m. ſec. *gravis* hic recte explicuit Fabric. vid. ad Petron. cap. LXXXIX. *ſtipant graves Equi receſſus Danai.* hinc Tryphiodoro ἔγκυμον ἵππον, ut manus viri docti in codicis ora. BURM.

517. EVANTIS. *Et ovantes* Zulichemius. *bacchantes* ſecundus Moreti.

519. INGENTEM. Donatus, *ardentem*. Vulgata lectio melior. *flammam ingentem:* quia erat flamma index, ut late lucem ſpargeret. FABRIC. *Medio* Venetus. *Flamma* hic facem, taedam notat. ut apud Valer. Flac. VIII. 302. *armant picis unguine flammas.* & ſic explicat Servius ad II. Aen. 256. ubi *ingentem* omittit. BURM.

520 TUM ME. *Cum me* Montalbanius & Leidenſis. HEINS.

522. PLACIDAEQUE. *Patriaeque* Zulichemius: pro varia lectione.

524. EMOVET. *Amovet* Mediceus & Menagii prior, cum primo Moreti. dictum ſupra ŷ. 382. quomodo & Valerius Probus agnoſcit. lib. I. Artis Gramm. HEINS. *Summoverat enſem* Venetus, male. *ſubduxerat* Donatus ad Terent. Eun. IV. VII. 25. furtim ſubtraxerat. *capiti* eſt illi parti lecti, ubi caput ponimus. vid. ad Suet. Domit. XVII. BURM.

525. INTRA. *Inter* Parrhaſ.

527. VETERUM. *Veterem* Sprotianus, ut *fama prior*, IV. 322. Ovid. V. Faſt. 625. *Fama vetus.* ſed hoc paullo alium ſenſum efficit. *vetus* enim *fama* eſt, quae a longo tempore, ante etiam ſeculum,

40 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 41 deeſt V. 42 pro ſuo Fabr. al. 43 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan.

Hortator ſcelerum Aeolides. DI, talia Grajis
Inſtaurate; pio ſi poenas ore repoſco.
Sed te qui vivum caſus, age fare viciſſim,
Adtulerint. Pelagine venis erroribus actus,
An monitu Divûm? an quae te Fortuna fatigat,
Ut triſtis ſine ſole domos, loca turbida, adires?

Hac

SERVII.

529. AEOLIDES. Ulyſſes: [44] qui ubique talis inducitur: nam [45] Anticliae filius eſt, quae ante [46] Laërtae nuptias clam cum Siſypho, Aeoli filio, concubuit: unde Ulyſſes natus eſt. [47] [Sed quia ante nuptias natus, Laërtis reputatus filius.] Hoc ei etiam in Ovidio Ajax objicit XIII. Met. 31. *Quid ſanguine cretus Siſyphio.* Alii [48] *Oelidem* legunt, [49] de quo nuſquam legimus. SI. Siquidem. VICISSIM. [50] Quia ipſe narraverit.

532. PELAGINE VENIS ERRORIBUS ACTUS? Non ad Inferos; ſed ad locum, in quo Inferorum deſcenſus eſt, id eſt, ad Avernum, ſi intra Terram ſunt Inferi. [51] Alii altius intelligunt, qui [52] ſub Terra eſſe Inferos volunt, ſecundum chorographos & geometras, qui dicunt terram σφαιροειδῆ eſſe, quae aqua & aëre ſuſtentatur: quod ſi eſt, ad [53] Antipodes poteſt navigatione perveniri: [54] quia quantum ad nos ſpectat, Inferi ſunt, ſicut nos illis. Hinc eſt quod [55] Terram eſſe Inferos dicimus: quanquam illud ſit, quia novem cingitur circulis. Tiberianus etiam inducit epiſtolam vento [56] allatam ab Antipodibus, quae habet: *Superi Inferis ſalutem:* qua occaſione tractat reciprocum hoc, quod diximus ſupra: nam prudentiores, etiam animas per μετεμψύχωσιν [57] dicunt [58] ad alterius climatis corpora tranſire: nec in eo orbe verſari, in quo prius fuerint: unde ait Lucanus I. 456. *Regit idem ſpiritus artus, Orbe alio, longae canitis ſi cognita vitae.* Sciendum tamen, Homericum eſſe: nam & illic & Elpenor ſimiliter Ulyſſem [59] interrogat.

533. [60] [FATIGAT. Fatigando impellit.]

534. SINE SOLE DOMOS. Non eſt contrarium inf. 641. *Solemque ſuum ſua ſydera norant.* Illud enim de campis Elyſiis dicit.

VARIORUM.

culum, jam obtinuit. Helenae vero ante decem fere annos raptae convenit melius, *fama veterum* malorum, quae fecerat ante hoc tempus a raptu Paridis ad excidium Trojae. BURM.

528. THALAMO. *Thalamos* primus tertiuſque Rottendorphius, cum ſecundo & tertio Moretanis, & ita Pieriani nonnulli. HEINS. *Thalamos* etiam Bigotianus, & in Wittiano eraſa erat litera *s.* *irrumpit* Zulichemius a manu ſecunda. *irrumpere domos* dixit Val. Flac. II. 211. Juſt. II. 11. *irrumpunt caſtra.* & ita Noſter IV. 645.

Interiora domus irrumpit limina.

& XI. 879.

Portas primi irrupere patentes.

& ita paſſim alii. conſtructum cum dativo hoc verbum nondum reperi. ſed ut, *it clamor coelo*, & ſimilia, potuit Virgilius dixiſſe. BURM.

Ibid. ADDITUR. *Comes additus* in noſtris duo Voſſiani, tres Moretani praeſtantiores, Gudianus, primus tertiuſque Rottendorphii, ac alii duo treſve. HEINS. *Additur* Regius.

529. AEOLIDES. *Oelides* Mentelius & Hamburgicus priores cum Mediceo.

531. SED TE QUI. Sic & Cariſius agnoſcit. at apud Diomedem, *ſed qui te* HEINS.

532. ADTULERINT. *Attulerunt* Vratiſlavienſis & a manu prima. Zulichemius. *attulerit* Mediceus & Parrhaſ.

533. QUAE TE. *Te* deeſt primo Moretano, & Par-

44 quia Fabr. al. 45 Antidiae V. R. Anticleae Fabr. Anticlae Baſil. haec tranſlata ſunt in Scholia Statii ad I. Achil. 431. 46 Laërtis Fabr. 47 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. mox, *& ſanguine cretus* Lipſ. 48 *Ylidem* V. R: *Ilidem* L. Baſl. *Ilydem* Voſ. *Hyliden* l. d. q. numquam l. Lipſ. 49 de quo non leg. Baſil. de quo nunquam leg. L. R. 50 quae ipſa V. quia ipſa Voſ. R. 51 deeſt L. 52 ſub terras L. ſub terram Voſ. 53 Antipodas V. L. Voſ. R. 54 qui V. L. Voſ. R. 55 ſub terra Fabr. al. 56 ablatam R. 57 ducunt R. 58 ad alterius terrae partis corpora tranſitum facere, id eſt, non in eodem climate verſari, in quo p. f. Fabr. al. 59 interrogatus R. 60 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. al.

Digitized by Google

Hac vice ſermonum roſeis Aurora quadrigis
Jam medium aetherio curſu trajecerat axem:
Et fors omne datum traherent per talia tempus:
Sed comes admonuit, breviterque adfata Sibylla eſt:
Nox ruit, Aenea; nos flendo ducimus horas.
Hic locus eſt, partis ubi ſe via findit in ambas:
Dextera, quae Ditis magni ſub moenia tendit:

Hac

SERVII.

535. HAC VICE SERMONUM. Haec ſacra, ut diximus ſupra, praeter unius diei ſpatium non tenebant: unde veretur Sibylla, ne inanibus fabulis datum, id eſt, [61] ſtatutum & legitimum, tempus teratur. Quod autem dicit AURORA MEDIUM AXEM TRAJECERAT: illud oſtendit, quod ſecundum Tuſcos diei ortus eſt a ſexta diei hora: ortus enim diei habet Auroram. Donatus tamen dicit Auroram, cum quadrigis poſitam, Solem ſignificare.

538. BREVITERQUE. Quod congruit moram objurganti.

539. NOX RUIT. Si per diem ſacra celebrabantur, [62] *ruit*, eſt *imminet*; ſi per noctem, *finitur*. FLENDO. Proprie: nam & lachrymae & gemitus fuerant [63] [deplorantis Deiphobum.] FINDIT IN AMBAS. Compendioſius, quam ſi *duas* diceret: poteramus enim [64] etiam tertiam ſperare. Sic Saluſtius: *Inter ſecundum atque ultimum bellum* [65] *Carthaginenſe:* non ait, tertium.

VARIORUM.

Parrhaſ. *aut quae te* prior Hamburgicus. *admonitu* etiam tertius Rottendorfius. in editionibus quibuſdam Terent. ad Hecyr. v. ult. 9. video in hoc Virgilii loco legi apud Donatum, *an quia te fortuna fatigat*. ſed in aliis, ut Lindenbrogianis, *quae*, ut hic omnes codices & editiones, conſtruendum, ac ſi dixiſſet, an monitu Divûm, an Fortuna, quae te fatigat, ſcilicet, huc te attulit. nec diſplicet, *aut quae* &c. Ita Deos, & Fortunam ſive caſum opponi ſaepe vidimus ad Sueton. Claud. cap. XIII. inf. IX. 211. BURM.

535. HAC. *Ac* Regius.

Ibid. ROSEIS AURORA QUADRIGIS. Non plane intelligo haec. Catroeus ſecutus Servium notat, Auroram hic notare matutinum tempus ad meridiem, quia tranſierat jam in partem diei poſt meridiem, vel ſextam horam; quia quocumque tempore dies incipit, prima pars *aurora* dici poteſt. ſed ita & media nox auroram ſuam haberet, quia Romani diem incipiebant a media nocte, ut notum. & ſi Tuſci a media die inciperent, hoc de die civili etiam intelligendum eſt, de qua cogitaſſe Poëtam non credo. *Auroram* vero ſolem notare, etiam exemplis probari vellem, quum ſit praenuntia ſolis, quem roſeo ſuo colore propinquum ortui indicat. unde toties ῥοδοδάκτυλος ἠὼς Homer. vide quae dixi ad Rutil. Iter. 511. Altera difficultas eſt, quid per *medium axem* intelligat, & qua ratione jam noctem *ruere* poſſit dicere: quare hos nodos acutioribus ſolvendos relinquo. ſed ſolitum fuiſſe Maronem Romanum diei modum ſequi ex lib. v. 738. probat Gellius lib. III. 2. *Axem* etiam *medium* dici inter ſeptentriones dicit Servius ad lib. IV. 482. & alibi ſaepe pro coelo poni. velle Poëtam indicare diem vergere in veſperam puto, & meridiem jam tranſiiſſe: ſed ex verbis me non expedio, niſi fingamus, Auroram de nocte jam curſum ſuum inſtituere verſus initium diei, quo demum apparet mortalibus. de *medio axe* vide, quae erudite diſputat Cl. Dorvillius ad Lucan. III. 423. & IV. 672. BURM.

536. TRAJECERAT. *Tranſegerat* pro diverſa lectione in priore Hamburgico. HEINS.

537. TRAHERENT. *Traheret* Francianus.

539. NOX RUIT. Calpurn. Ecl. VII. 2. ubi Heinſius pro *nox fuit*, malebat *ruit*.

Ibid. NOS FLENDO. Barthius in Gloſſario Latino Barbaro, quod nuper J. P. a Ludewig edidit, Tom.

61 ſtatum Fabr. 62 nox r.i't, id eſt, im. Fabr. al. 63 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 64 dicere & jam tertiam Fabr. etiam deeſt Baſil. 65 Carthaginienſe L. Voſ. R. Lipſ.

Digitized by Google

Hac iter Elyſium nobis: at laeva malorum
Exercet poenas, & ad inpia Tartara mittit.
Deïphobus contra: Ne ſaevi, magna ſacerdos:
Diſcedam, explebo numerum, reddarque tenebris.
I decus, i, noſtrum; melioribus utere fatis.
Tantum effatus, & in verbo veſtigia torſit.
  Reſpicit Aeneas ſubito, & ſub rupe ſiniſtra

Moe-

SERVII.

542. ITER ELYSIUM. Ad Elyſium: de quo ſupra diximus v. 735. MALORUM. Impiorum, ut I. 352. *Multa malus ſimulans*, [66] [*vana ſpe luſit amantem.*]

543. IMPIA TARTARA. Ubi puniuntur impii.

544. NE SAEVI. Ne iraſcere. Terentius Andr. V. II. 27. *Ne ſaevi tantopere.* Et antique dictum eſt: nam [67] nunc, *ne ſaevias* dicimus, nec imperativum jungimus adverbio [68] imperantis. [69] [*Nec* autem, & *non*, negantis.]

545. EXPLEBO NUMERUM. Ut diximus ſupra, *Explebo*, eſt minuam: nam ait Ennius: *Navibus explebant ſeſe, terraſque replebant*: quem Caper ſecutus cum de praepoſitione *Ex* tractaret, hoc exemplum poſuit. Senſus ergo eſt: [70] Minuam veſtrum numerum, & reddar tenebris. Nam circa Aeneam & Sibyllam aliquid lucis fuiſſe intelligimus: quippe circa vivos: unde paulo poſt: *Reſpicit Aeneas ſubito.* [71] [Et reliqua.] Alii *explebo*, male putant complebo eſſe, umbrarum ſcilicet, a quibus diſceſſerat, numerum. Alii *explebo numerum*, dicunt eſſe [72] finiam tempus ſtatutum purgationi & in corpus recurram, ut hoc ſit: REDDARQUE TENEBRIS: nam legimus inf. 734. *Clauſae tenebris & carcere caeco*: ut ſit ſenſus: Iraſceris mihi quaſi homo: nonne & ego [73] homo futurus ſum? Alii dicunt, cur iraſceris? in locis his [74] ſum, quamdiu [75] vitae per vim ereptae purgationis expleam tempus; poſt *tenebris*, id eſt, meis ſedibus, reddar. Sed haec omnia, congrua loco non eſſe manifeſtum eſt: non enim intelligere poſſumus, Sibylla aliud volente, ſcilicet ut [76] abſcederet, Deiphobum ad aliud reſpondiſſe.

546. I DECUS, I NOSTRUM. Aut, I, o decus noſtrum, utere melioribus fatis, Inferorum ſcilicet [77] comparatione: [78] quia ait ſupra: [79] *An quae te fortuna fatigat, Ut triſtes ſine Sole domos, loca turbida adires?* Aut certe, I decus, & fatis utere [80] noſtrum melioribus: id eſt, quam aut ego, aut tu, [81] habuimus.

VARIORUM.

Tom. III. Reliqu. Miſc. pag. 252. producit haec verba, quaſi legiſſet *nos fluendo ducimus horas.* neſcio quo ſenſu, & qua conſtructione. *flendo* hic flebilibus his ſermonibus. operis adſcribo, quod in Dan. Heinſ. editione legatur, *non flendo.* BURM.

540. HIC LOCUS EST, PARTIS. Pro hac lectione praeter ſcriptos ſtat Priſcianus libro VII. HEINS. *Via findit* Bigotianus & Francianus a manu prima. & Parrhaſ. qui ſeq. verſum non habet. *ſcindit* Venetus.

542. AT LAEVA. *Et* alter Menagii. *hac* Venetus. *ac* Hugenianus & Ed. Venet. mox, *mittet* Leidenſis, vel *tendit* Bigotianus. vulgata eſt apud Nonium. in *Tartara exercet*, hic Ruaeus explicat, *continet ſupplicia impiorum*, dubia vi verbi *continet*. ſed locus hic ponitur pro illis qui exercent, exequuntur poenas. ita *exercere quaeſtionem* Suet. Caeſ. XI. *leges* Tiber. Caeſ. 43. & Tiber. 58. *exercere iras* Noſter III. Georg. 152. & Ovid. II. Met. 583. Tacitus I. Ann. 44. *Judicium & poenas de ſingulis in hunc modum exercuit*, ubi vide notas Mureti. BURM.

544. CONTRA. *Deiphobuſque coram*, Ed. Venet. *ne ſaevi* Medic.

545. RED-

66 deſunt V. L. Voſ. R. 67 deeſt Fabr. al. 68 imperantes Fabr. deeſt Baſil. 69 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 70 contra ſentit Bebotius I. Apophor. cap. ult. 71 deſunt Fabr. al. 72 finitum R. Steph. Dan. 73 deeſt R. Fabr. 74 ſim V. 75 unitae per vim R., 76 Aeneas abſc. Fabr. 77 hac comparatione Dan. 78 qui ait V. 79 *aut quae* L. 80 noſtris, id eſt mel. Fabr. al. 81 habuerimus Fabr. al.

Digitized by Google

Moenia lata videt, triplici circumdata muro:
Quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon, torquetque ſonantia ſaxa.
Porta adverſa, ingens, ſolidoque adamante columnae:
Vis ut nulla virûm, non ipſi exſcindere ferro
Coelicolae valeant. Stat ferrea turris ad auras:
Tiſiphoneque ſedens, palla ſuccincta cruenta,
Veſtibulum exſomnis ſervat noctesque dieſque.

Hinc

SERVII.

549. MOENIA LATA VIDET. Tartarum dicit, quem vult eſſe carcerem Inferorum. Quod autem ait *lata*, nocentum exprimit multitudinem. TRIPLICI CIRCUMDATA MURO. Valde munitum indicat locum.

551. TORQUET. Trahit, volvit.

552. PORTA ADVERSA, INGENS. Diſtinctione excludendum eſt vitium de duobus epithetis. SOLIDOQUE ADAMANTE. *Adamas* lapis eſt duriſſimus, & tantae ſoliditatis, ut nec ferro poſſit infringi: [82] [quem hircino ſanguine frangi dicunt: ab *α*, ſine, & *δαμάζω*, *domo*, id eſt, *lapis indomitus*.]

553. VIS UT NULLA VIRUM. *Virum*, non ad ſexum retulit, ſed ad virtutem, hoc eſt, virorum fortium, ut Cicero: *Virum res illa quaerebat*: cum de viro [83] forti diceret. Per hoc autem oſtendit nullum de Tartaro ad ſuperos poſſe remeare, [84] ne numinum quidem favore.

554. STAT. Eminet. AURAS autem, Inferis congruas intelligimus. Statius de Mercurio, ait [85] [lib. II. 2. *Undique pigrae Ire vetant nubes, aut turbidus implicat aër*:] Pigrae enim aurae ejus impediebant volatum. De illo enim loco multi quaerunt: *Quis tantus* [86] *plangor ad auras?* [87] Et Pollio dicit Aeneae [88] [& Sibyllae,] quas illi ſecum [89] traxerant; cum conſtet eſſe [90] etiam illic auras.

VARIORUM.

545. REDDARQUE. *Reddamque* Oudartii. vid. Ruaeum, qui triplicem explicationem verborum *explebo numerum* adfert. Senec. Conſ. ad Marc. cap. XII. *explebis numerum & nomen filii*.

546. I DECUS, I. *Ique Decus noſtrum* Ed. Veneta.

547. EFFATUS. *Affatus* Menagii ſec. hic ex praeſcripto quorundam deberet *effatur*, ſequente copula, legi. vid. ad Lucan. VIII. 752. & IX. 584. BURM.

Ibid. TORSIT. *Preſſit* Mediceus. quomodo & Gudianus pro diverſa ſcriptura. HEINS. Et Pugetianus *preſſit*, & Ed. Venet.

548. SINISTRA. *Cavata* prior Hamburg. pro varia lectione. ex lib. III. 229. petitum.

551. SONANTIA. Vid. ad lib. V. 866. apud Ovid. XI. Met. 2. pro *ſaxa ſequentia*, erat *ſonantia*, in Mediceo codice.

552. SOLIDOQUE. *Solidaeque* volebat Voſſius; ſed Lutat. ad Statii VII. Theb. 43. & Nonius in *ſolidum*, *ſolidoque* adgnoſcunt. *ſolido adamante* alter Hamburgicus. iſtae vero locutiones, variatis adjectivis nominibus, obviae. *ſolidam columnam* dixit Sueton. Caeſ. LXXXV. *ſolidum ex auro ſignum* Juſtin. XXXIX. 2. & *ſolidam auream ſtatuam* Plaut. Curcul. III. III. 7. Noſter II 765. *crateres auro ſolidi*, & *telum ſolidum nodis & robore cocto*. XI. 552. BURM.

553. FERRO. *Bello* prima Moreti & Menagii, etiam Gudianus a manu prima, & pro diverſa ſcriptura, prior Hamburgicus. deinde *excidere* Montalbanius. vide IV. Aeneid. 425. HEINS. *Excindere* Witt. & Ed. Venet.

555. SEDENS. *Sedet* ſecundus Moreti.

556. INSOMNIS. *Exſomnis* cum Pierianis Mediceus

82 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. ſed Dan. habet ad, ab *α*. 83 deeſt Fabr. 84 non Voſ. 85 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. qui illa verba, *pigrae aurae e. i. volatum*, omiſſo *enim*, ut Statii nobis dederunt. enim etiam deeſt Lipſ. & mox, de illo enim multi. 86 *clangor* V. L. Voſ. R. 87 ſed Pollio V. 88 deſunt Voſ. qui habet, &c. quas illi. 89 traxerunt cum ſtet V. 90 illi etiam illic R.

Hinc exaudiri gemitus, & ſaeva ſonare
Verbera: tum ſtridor ferri, tractaeque catenae.
Conſtitit Aeneas, ſtrepitumque exterritus hauſit.
Quae ſcelerum facies? o virgo, effare: quibuſve
Urguentur poenis? Qui tantus plangor ad auras.
Tum vates ſic orſa loqui: Dux inclute Teucrûm,
Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen:

Sed

SERVII.

557. Exaudiri. Exaudiebantur.

558. Tractaeque catenae. Et genitivus ſingularis poteſt eſſe; & nominativus pluralis.

559. Strepitumque exterritus hausit. Hoc eſt, Hauſit &[91] exterritus eſt: Hypallage ergo eſt.

560. Scelerum facies. Species, ut ſupra v. 768. *Viſa*[92] *maris facies*, [93] [*& non tolerabile numen.*]

563. Nulli fas casto. Pio. Et haec reſponſio oſtendit, Aeneam quidem voluiſſe ingredi; ſed quaſi pium prohibitum. Insistere limen. [94] *Inſiſto illam rem dicimus*; non *illi rei:* [95] quod qui dicunt, decipiuntur propter verbum, *Iuſto illi rei.*

VARIORUM.

diceus, Mentelianus, cum caeteris omnibus. probe. Silius lib. IX. 4.

Conſul traducere noctem
Exſomnis, telumque manu vibrare per auras.

lib. XVII. 107. de incendio caſtrorum Syphacis,

Lugubre increpitans late circumvolat ardor,
Hauſiſſetque virum, trepidus ni clade ſatelles
Exſomnem, ac ſtratis rapuiſſet multa precantem.

ita & illic videtur ſcribendum. vulgati *e ſomno ac ſtratis*. apud Horatium lib. III. Od. 25. *Exſomnis ſtupes Evias*. Paterculus lib. II. cap. 127. *Tiberius Caeſar Sejanum Aelium ſingularem principalium onerum adjutorem habet, virum ſeveritatis laetiſſimae, hilaritatis priſcae, vita tranquillum, animo exſomnem.* Idem de Maecenate cap. 88. *Equeſtri & ſplendido genere natus, vir, ubi res vigiliam exigeret, ſane exſomnis, providus & agendi ſciens.* reddenda ea vox Propertio quoque libro III. Eleg. 20.

Omnia ſunt tentata mihi, quacumque fugari
Poſſit: at exſomnem me premit uſque Deus.

in vulgata ſcriptura nil eſt ſenſus, *at ex omni me premit ipſe Deus*. Caſſius Parmenſis, ſi tamen id Poëmatium ſuperiori ſeculo non eſt confictum, *Nocturno exſomnis olivo Immoritur*. Solinus, qui Maronianis vocabulis ſtudioſus inhaeret, cap. X. ubi agit de gruibus, *Excubias nocte dividunt, ut exſomnis ſit decima quaeque.* Petronius fragm. Tragur. cap. XLVII. *Rides, Fortunata, quae ſoles me nocte deſomnem facere.* puto tamen legendum, *exſomnem*. HEINS. *Exſomnis* etiam Vratiſlavienſis & alii omnes. *e ſomnis* Ed. Venet. *inſomnis* Mediol.

558. Tum. *Cum* prior Hamburgicus. *tortaeque cate-*

91 exterritus &c. Hypallage eſt Fabr. Dan. exterritus Hyp. ergo eſt Vi. 92 *malis* V. 93 deſunt Fabr. 94 vid. ad Aen. IV. 533. & ita dixit III. Georg. 164 *viamque inſiſte domandi.* & ita Cicero III. de Orat. 45. dixit, *inſiſtere munus*, & ita alii. Doctiſſimus tamen Cannegieterus notat ad Avıani Fab. XVIII. falli Servium, qui negat cum dativo conſtrui, quum *inſiſtere veſtigiis* &c. reperiatur. ſed puto diſtinguendum; cum dativo enim inhaerere, cum accuſativo vero perſequi, & inceptum urguere ſignificat. ut Strebaeus ad d. Ciceronis locum explicat. & ita apud Curtium lib. VII. XI. 15. *quum cuneos inter ſaxa defigerent, quis gradus ſubinde inſiſterent.* nihil eſſe mutandum recte cenſet Cellarius. nam *inſiſtere gradus* ibi eſt, imponere firmiter, ut per illos cuneos adſcenderent, poſitis in illis pedibus. ergo & ibi perſequendi, urguendi & pergendi ſignificatione, debet capi. ut ita dicunt, *gradus addere, proferre, accelerare* & ſimilia. & ſimiliter *inſiſtere veſtigia* eodem ſenſu a noſtro XI. Aen. 573. dici recte notat Cellarius, quod & de uno, qui ingreditur dici poteſt. ſed *inſiſtere veſtigiis* de eo, qui alterum ſequitur, & ejus veſtigiis inhaeret. ſic *inſiſtis rei* qui ſtat in re, innititur &c. nec tamen nego *inſiſtere limen* poſſe capi pro pedem ponere in limine, ſed non ut inhaereat, ſed pergat. vid. & infr. ad ℣. 708. BURM. 95 nam quod qui V. ſed tunc legendum, nam quod quidam dicunt.

Digitized by Google

Sed me, quum lucis Hecate praefecit Avernis,
Ipſa Deûm poenas docuit, perque omnia duxit.
Gnoſius haec Rhadamanthus habet duriſſima regna,
Caſtigatque auditque dolos; ſubigitque fateri,
Quae quis apud ſuperos, furto laetatus inani,
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.
Continuo ſontis ultrix adcincta flagello

Ti-

SERVII.

564. SED ME. Quia occurrebat: unde ipſa [96] cognoviſti?

565. DEUM POENAS DOCUIT. Aut quas Dii [97] nocentibus ſtatuerunt: aut Titanum, quos legimus deos ex Terra progenitos: aut re vera dicit *poenas deorum*. Fertur namque ab Orpheo, quod Dii pejerantes per Stygem paludem, [98] novem annorum ſpatio puniuntur in Tartaro: unde ait Statius VIII. 30. *Et Styx perjuria divum Arguit.*

566. RADAMANTHUS. [99] Radamanthus, Minos, & Aeacus, filii Jovis & Europae fuerunt: [1] qui poſtea facti ſunt apud Inferos judices.

567. [2] SUBIGITQUE FATERI. Compellit ad confeſſionem. [3] [Ὕστερον πρότερον per totum verſum: nam prius *ſubigit fateri*; tum *audit*; poſtea audita *caſtigat.*]

568. FURTO LAETATUS INANI. Latebra non valde profutura: quippe [4] quae fuerat publicanda poſt mortem.

569. DISTULIT IN SERAM. [5] Gravem, ut [6] Salluſtius fragm. incert. *Serum bellum in anguſtiis futurum.* PIACULA COMMISSA. Propter quae expiatio debetur.

570. ACCINCTA FLAGELLO. Aut hoc [7] dixit, quod videmus: quia, qui longo flagello utitur, ut id poſt ictum in ſe revolvat, neceſſe eſt: aut *accincta*, [8] id eſt, inſtructa, ad verbera ſcilicet; id eſt, nocentes flagello quatit ipſa praeparata.

VARIORUM.

catenae Ed. Venet.

559. STREPITUMQUE EXTERRITUS HAUSIT. *Strepituque exterritus haeſit* Mediceus. HEINS. *Strepitum exterritus* Montalbanius. *hauſit*, ſcilicet auribus. vid. ad Valer. Flac. I. 262.

561. URGUENTUR. Ita Francian. & alii. Pierius ad Ecl. VII. 48. ubi, *turguere* ex codice profert, hic latius de ea forma ſcribendi acturum promittit, & tamen nihil praeter jam ibi dicta profert. Muretus ita ſcribi in Ciceronis Codicibus ad Philip. III. 13. teſtatur. ſic in lapide, apud Gruter. DXIX. 3. *Urguente fato.* quod ex noſtri loco in lib. II. 653. videtur deſumtum. Quem lapidem etiam profert Dauſquejus, & in Florentinis Pandectis ita legi docet: ipſe tamen *urgeo* praefert. BURM.

Ibid. QUIS TANTUS. *Qui tantus* cum Pierianis Sprotianus ex noſtris, ut & alter Hamburgicus. in Gudiano quoque *clangor ad auras.* vide lib. IV. 668. in altero Menagiano, *clamor.* HEINS. Vid. ad Ecl. II. 19. *qui clangor tantus* Vratiſlavienſis. *qui tantus* Parrhaſ. Wittian. Dorvill. & Regius. Edd. Venet. & Mediol. *clangor* etiam Leidenſis. ad *aures* etiam Hugenianus & a ſecunda manu primus Moreti, ſecundus Rottendorphius & Zulichemius. BURM.

562. SIC ORSA. *Vates exorſa* Montalbanius.

564. SED ME. *Et me* Serv. ſupr. ad ỳ. 134.

565. IPSA DEUM POENAS. Putabam aliquando, *ipſa reûm poenas*, pro *reorum*. At in Montalbanio & Hamburgico priore, *ipſa loci poenas*, quomodo & Gudianus pro diverſa lectione. *ipſa loqui* Voſſianus alter. HEINS. *Loci* pro diverſa lectione etiam Zulichemius. *illa Deûm* Oudartii.

illa

96 cognoſti V. 97 in nocentibus V. Voſ. innocentibus R. Nanſius notavit in margine, codicem veterem habere *invientibus*, quod non intelligo. 98 novem millibus annorum V. Fabr. al. *ſpatio* deerat R. & Voſſiano ſuperſcriptum legitur eadem manu, *non habuit antiquus*, quare ex codicibus illis notam millenarii numeri excidiſſe credo. pro *fertur ab Orpheo* Barth. ad Stat. VIII. Theb. 30. legit, *refertur*. BURM. 99 Hic & Minos Fabr. al. 1 quo V. 2 SUBIITQUE V. 3 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. Baſil. 4 qui fuerat V. 5 in gravem Fabr. al. 6 deeſt Baſil. 7 dicit V. L. Voſ. 8 dixit Voſ. Steph. Dan.

Tiſiphone quatit inſultans, torvoſque ſiniſtra
Intentans anguis, vocat agmina ſaeva ſororum.
Tum demum horriſono ſtridentes cardine ſacrae
Panduntur portae. Cernis, cuſtodia qualis
Veſtibulo ſedeat? facies quae limina ſervet?
Quinquaginta atris inmanis hiatibus Hydrä

Sae-

SERVII.

572. AGMINA SAEVA SORORUM. Aut impetus: [9] ut de Harpyiis dixit: aut ſerpentum agmina, [10] quos pro comis habent.

573. TUM DEMUM HORRISONO STRIDENTES CARDINE SACRAE PANDUNTUR PORTAE. Mittuntur, inquit, poſt verbera ad aeternum ſupplicium. Et eſt ſecutus ordinem Juris [11] antiqui: nam poſt habitam quaeſtionem, in [12] Tullianum ad ultimum ſupplicium mittebantur. Alii hoc a Poëta dictum volunt, ut illa loquente intelligamus portam eſſe patefactam: alii continuant narrationem. SACRAE. Exſecrabiles.

574. CERNIS CUSTODIA QUALIS. *Cuſtodia*, eſt quae cuſtodit, non quae cuſtoditur. Uſurpatum eſt autem, ſicut *hoſpita*, ſicut *neptis:* Nam *hic* & *haec cuſtos* facit. [13] Ea enim quae in *o* exeunt, ut *fullo*; in *os*, ut [14] *nepos*; in *es*, ut *hoſpes*, foeminina ex ſe non faciunt: quae autem invenimus, uſurpata ſunt: unde & diſſimilia [15] inveniuntur: nam *cuſtos*, [16] *cuſtodia* facit; & *nepos*, *neptis*; [17] [*hoſpes*, *hoſpita*.]

575. VESTIBULO SEDEAT? Megaeram ſignificat.

576. QUINQUAGINTA &c. Hoc autem dicit: Cernis hanc quam ſaeva ſit? [18] eſt intus alia, IMMANIS ATRIS HIATIBUS, [19] quae eſt ſaevior, quam Hydra fuit. Multi ipſam Hydram [20] volunt, quod non procedit: nam eam in aditu legimus Inferorum: [21] ut ſup. 287. *Ac bellua Lernae:* quam alii tria volunt habuiſſe capita; alii novem: [22] Simonides quinquaginta dicit.

VARIORUM.

illa mihi Venetus. mutavere credo, qui *Deûm poenas*, ipſis diis impoſitas credebant hoc notare: ſed quis paullo humanior ignorat tales locutiones utroque modo exponi poſſe? ſic lib. XII. 5. *venantum vulnus* a Servio recte explicatur, quod venantes fecerunt. vid. ad IV. Aen. 436. ita *Parthica damna* Lucan. I. 106. a Parthis illata, & ſexcenta talia. vid. & lib. VII. 760. *patrias poenas* interpretari debemus a patre inflictas. BURM.

566. HAEC. *Hic* Venetus.

568. FURTO. Barth. ad Stat. XI. Theb. 569. explicat de eo, qui clam omnibus cetera ſua impunita habuit, & tegendo & negando pro innocente ſe geſſit. an *inane furtum* hic non, ut IV. 218. *famam inanem*, pro inutili, nullum fructum ferente poſſet capi? & ita *tempus inane.* Ibid. 433. ubi vide. BURM.

570. ACCINCTA. *Succincta* Scholiaſtes Statii Theb. I. 109. HEINS. Qui in ora codicis etiam, *ultrice accincta flagello* conjecerat.

571. TORVOSQUE. Solus ex noſtris Hamburgicus, *tortoſque.* At Gudianus a manu prima, *torvaſque*, de quo Aeneid. VIII. 289. HEINS. *Tortoſque* praefert Heinſ. ad Claudian. I. in Rufin. 66.

573. SACRAE. *Serae portae* ſecundus Rottendorphius. ut in Gudiano a manu prima, *cardine ſacra*, ut *cardo* feminini generis ponatur. quomodo Nonius dixiſſe Veteres ex antiquo Tragico monet, *ſonat impulſu regia cardo.* HEINS. *Horrifico* Bigotianus. *ordine ſacrae* Wittian.

575. QUAE. *Quae & primus* Rottendorphius. & in Zulichemio eraſum erat. & *facies* pro Hydra, ut *facies Caci.* VIII 194. *facies Lacaenae* II. 601. *immanis*, ut Varro apud Nonium in *immanis*,

de

9 aut de L. & de Cod. Nanſii. 10 deeſt Voſ. Steph. pro comis quas habent Cod. Nanſ. 11 antiquum Steph. Dan. Fabr. al. 12 Tulliano Fabr. 13 haec enim q. in *o* ſumuntur Fabr. al. *exeunt* deeſt L. 14 *nepos*, *neptis* V. in *os*, in *es* R. 15 deeſt L. R. 16 *cuſtodis* R. 17 deſunt V. L. R. Baſil. 18 ſunt & intus aliae Baſil. eſt & i. alia Fabr. 19 quinquaginta quae V. L. R. Voſ. 20 fuiſſe dicunt Fabr. 21 ubi dixit V. L. Voſ. R. 22 ut Simonides *dicit* q. Fabr. al. ſ. at Simonides dicit quinquaginta.

Saevior intus habet ſedem. Tum Tartarus ipſe
Bis patet in praeceps tantum, tenditque ſub umbras,
Quantus ad aetherium coeli ſuſpectus Olympum.
Hîc genus antiquum Terrae, Titania pubes,
Fulmine dejecti, fundo volvuntur in imo.
Hic & Aloïdas geminos, inmania vidi

Cor-

SERVII.

577. [23] Tartarus. Vel, quia omnia illic turbata ſunt, ἀπὸ τῆς ταραχῆς: aut, quod eſt melius: ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, id eſt, *a tremore frigoris:* Sole enim caret.

578. Bis patet in praeceps. Ideo *in praeceps* addidit: quia poteſt quid etiam ſurſum patere. Videtur autem hoc prudentioribus ideo dictum: quia, ſecundum rationem ſphaerae, Sol cum in unam conceſſerit partem, duae quaſi Tartarum faciunt; una, a qua diſceſſit; & altera, ad quam nunquam accedit: quod melius ſphaerae indicat ratio. Hoc autem dicit: Tartarus ipſe bis tantum in praeceps patet, & tendit ſub umbras; quantus est suspectus, id eſt, altitudo, ad olympum aetherium: [24] [& deeſt est. Et ſic Homerus de Tartaro Iliad. Θ. 16. Τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.]

580. Hic genus antiquum terrae. Id eſt, primum: Titanas enim contra Saturnum genuit; [25] Gigantes poſtea contra Jovem. Et ferunt fabulae: Titanas ab irata contra deos Terra, [26] in ejus ultionem creatos: unde & Titanes dicti ſunt ἀπὸ τῆς τίσεως, id eſt, *ab ultione.* De his autem ſolus Sol abſtinuiſſe narratur ab injuria numinum: unde & coelum meruit.

582. Aloidas geminos. Aloëus [26] * Iphimediam uxorem habuit, quae compreſſa a Neptuno, duos peperit, Othum & Ephialtem: qui digitis novem per ſingulos menſes creſcebant. Freti itaque altitudine, coelum voluerunt ſubvertere; ſed confixi ſunt Dianae & Apollinis telis. *Aloidas* autem ſic dixit, [27] ut de Hercule Amphitryoniades dicimus. [28] [Hoc in Od. Λ. 304. Homerus ſcribit:

Τὴν δὲ μέθ' Ἰφιμέδειαν Ἀλωῆος παράκοιτιν,
Εἴσιδον, ἣ δὴ φάσκε Ποσειδάωνι μιγῆναι.
Καί ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδε, μινυνθαδίω δὲ γενέσθην,
Ὦτόν τ' ἀντίθεον, τηλέκλυτόν τ' Ἐφιάλτην.]

Geminos. Sui ſimiles.

VARIORUM.

de Hydra & Dracone Heſperidum, *quod beſtiae fuerunt immanes.* ita *immanem Hydram* I. Georg. 458. BURM.

577. Saevior. *Senior* Francianus.

579. Quantus ad aetherium coeli suspectus Olympum. *Coelum ſuſpectus* Fulgentius de continentia Virgiliana, mendoſe. Petrus Petitus vir clariſſimus, in Obſervationibus Miſcellaneis III. 2. opinabatur ſcribendum eſſe, *terras ſuſpectus.* nimirum tantum eſſe deſpectum e terra in Tartarum, quantum ex eadem ſuſpectum in Olympum ſive coelum. ſed praeter Nonium & Priſcianum etiam Macrobius Saturnalium lib. V. 3. vulgatam lectionem agnoſcit. Nimirum coelo Olympum altiorem ſtatuebant antiqui. vide Douſam filium ad Tibullum libro IV. cap. 7. vide & Barthium ad Claudianum de Bell. Getic. 180. cui, *Nubibus inlatus Olympus.* HEINS. *Deſpectus* Vratiſlav. vid. Lucret. IV. 418. quem imitatur noſter.

580. Titania pubes. *Proles* in Veneto. vel *proles* in Gudiano. HEINS. *Proles* Parrhaſ. Horat. III. Od. 4. vocat, *partus terrae.* ubi antiquus Commentator hunc locum adducens habet, *Titania pubes. Telluris juvenes* idem Horat. II. Od. 12. dixit. credo *proles* huc migraſſe ex verſu inf. 648. huic fere ſimili. idem Petitus hic pro *terrae* reponebat *coeli*, quia Titanes coeli & terrae filii dicti ſunt. & hanc tranſpoſitionem laudat, ut nihil ſupra,

23 haec tranſlata ad verbum in Scholiis Statii ad I. Achil. 134. 24 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. ſed Dan. habet, & deeſt *eſt*. Aethereum: & ſic Homerus de Tartaro Baſil. Graeca addit Fabr. 25 Gigantas V. 26 ad ejus V. L. Voſ. R. Steph. Dan. 26 * Iphigeniam Lipſ. 27 ſicut V. Voſ. L. R. vid. ad lib. VIII. 103. 28 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan.

Corpora: qui manibus magnum reſcindere coelum
Adgreſſi, ſuperiſque Jovem detrudere regnis.
Vidi & crudelis dantem Salmonea poenas,
Dum flammas Jovis & ſonitus imitatur Olympi.
Quatuor hic invectus equis, & lampada quaſſans,
Per Grajûm populos, mediaeque per Elidis urbem
Ibat ovans, Divûmque ſibi poſcebat honorem,
Demens! qui nimbos, & non imitabile fulmen
Aere & cornipedum pulſu ſimularat equorum:
At pater omnipotens denſa inter nubila telum

Con-

SERVII.

585. CRUDELES POENAS. Saevas, nimiis: nam non dicit indignas ferentem, qui ſacrilegus fuit. SALMONEA. Salmoneus Aeoli filius fuit: non regis ventorum, ſed cujuſdam apud Elidem, ubi regnavit: qui, fabricato ponte aereo, ſuper eum agitabat currus, ad imitanda [29] tonitrua; & in quem fuiſſet jaculatus facem, eum jubebat occidi. Hic poſtea [30] verum fulmen expertus eſt.

588. MEDIAEQUE PER ELIDIS URBEM IBAT OVANS. [31] Hinc eſt indignatio, quod in ea civitate Jovem imitabatur, in qua ſpecialiter Jupiter colitur.

592. DENSA INTER NUBILA. Oſtendit fulminis cauſſam [32] [& originem.] [33] [TELUM CONTORSIT. Projecit cum impetu.]

VARIORUM.

ſupra, Cantabrigienſis editionis auctor. BURM.

581. DEJECTI. *Dejectum* Ed. Venet. male. Saepe ad Ovidium hanc generis & numeri variationem notavimus, & obvia apud omnes.

586. DUM FLAMMAS. *Flammam* Mentelianus, & Gudianus. *tonitrus* etiam tres Moretani, alter Mentelii, & tres quatuorve alii, quod alterius interpretamentum olet. HEINS. *Tonitrus* etiam Dorvill. a m. pr.

588. MEDIAEQUE. *Mediamque* Menagianus pr. *medioque* Francian.

589. HONOREM. Legitur & *honores*, ut & coleretur, & timeretur tanquam Deus. ſane *honorem* non tam cultum & ſacrificia innuit, quam timorem, quo ſe maximos eſſe judicant omnes Tyranni. prima ſententia amplior, altera huic loco convenientior. FABRIC. *altumque ſibi* tert. Rottend. a m. pr.

590. ET NON IMITABILE. *Et inevitabile* Parrhaſ.

591. CURSU. *Pulſu* cum Pierianis Mediceus a m. pr. & Gudianus. idque rectius, cum *pulſus* proprie ad pedes, praeſertim equinos, referatur. Lucan. IV. 750.

Quippe ubi non ſonipes motus clangore tubarum
Saxa quatit pulſu.

Noſter lib. XII. 533.

Crebro ſuper ungula pulſu
Incita, nec domini nemorum proculcat equorum.

Reddidimus eam locutionem Statio quoque & Claudiano. Adeantur, ſi tanti eſt, quae ad lib. III. Raptus 236. notamus. Ennius Thyeſte, *ſed ſonitus aures meas pedum pulſu increpat.* Noſter XII. 334. *Et gemit ultima pulſu Thraca pedum.* & 445. *pulſuque pedum tremit excita tellus.* Silius lib. IV. 164. *Semineceum letum peragit gravis ungula pulſu.* HEINS. *Curſus* pr. Rottend. a m. ſec. *curru* Leidenſis, Wittian. & Dorvil. vide ad Valer. Flac. v. 612. *ſimulabat* Dorvil. Wittian. & quatuor alii. *ſimularet* quinque alii. *aere cornupedum* Zulichem. & Vratiſlav.

592. OMNIPOTENS. *Omnipudens* Leidenſis.

593. NON

29 ſuperna tonitrua Voſ. 30 deeſt Voſ. 31 hic V. R. Lipſ. Steph. Dan. al. 32 deſunt V. R. Voſ. L. Lipſ. 33 deſunt V. R. Voſ. L.

Digitized by Google

Contorſit, (non ille faces, nec fumea taedis
Lumina) praecipitemque inmani turbine adegit.
Nec non & Tityon, Terrae omniparentis alumnum,
Cernere erat: per tota novem cui jugera corpus
Porrigitur: roſtroque inmanis voltur obunco
Inmortale jecur tondens, fecundaque poenis
Viſcera, rimaturque epulis, habitatque ſub alto
Pectore: nec fibris requies datur ulla renatis.

Quid

SERVII.

593. Fumea lumina. Id eſt, terrena: nam aethereus ignis caret fumo: ſolo enim ſplendore viget.

594. [34] [Adegit. Impegit.]

595. Nec non et Tityon. *Tityus* ſecundum [35] alios filius Terrae fuit; ſecundum alios a Terra nutritus: unde elegit ſermonem, [36] quo utrumque ſignificaret: nam *alumnum* dicit. Hic amavit Latonam: propter quod Apollinis [37] confixus eſt ſagittis: & damnatus hac lege apud Inferos, ut ejus jecur vultur exedat. Quanquam Homerus viciſſim dicat duos vultures ſibi in ejus [38] poenam ſuccedere: [39] [unde haec [40] canit de *Tityo*: Odyſſ. Λ. 575.

Καὶ Τιτυὸν εἶδον, Γαίης ἐρικυδέος υἱόν,
Κείμενον ἐν δαπέδῳ, ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα·
Γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον
Δέρτρον ἔσω δύνοντες.]

Sane [41] in uſu eſt *vultur:* [42] licet Cicero in Piſon. XVI. [43] *vulturius* dixerit: [44] [& Plautus in Curculione II. III. 78. *Jacit vulturios quatuor.*] Quod quidem poteſt [45] eſſe & derivatum. Ennius: [46] *Vulturis in campo miſerum mandebat homonem.* Declinatur autem *hic Tityos, hujus Tityi:* ſicut *Delos, Deli.*

596. Per tota novem cui jugera corpus porrigitur. Quantum ad publicam faciem, magnitudinem oſtendit corporis; ſed illud ſignificat: quia de amatore loquitur, libidinem late patere, ut ait ſupra 640. *Nec procul* [47] *hinc partem fuſi monſtrantur in omnem Lugentes campi.* Sane de his omnibus rebus mire reddit rationem Lucretius III. 991. & confirmat in noſtra vita eſſe omnia, quae finguntur de Inferis. Dicit [48] namque *Tityon* amorem eſſe, hoc eſt, libidinem: quae ſecundum Phyſicos & Medicos in jecore eſt; ſicut riſus in ſplene; iracundia in felle: unde etiam exeſum a vulture dicitur in poenam renaſci: etenim libidini non ſatis fit, [49] re ſemel peracta, ſed recrudeſcit ſemper: unde ait Horatius III. od. 4. *Incontinentis aut Tityi jecur.* Ipſe etiam Lucretius III. 991. dicit, per eos, ſuper quos [50] jamjam caſurus imminet lapis, ſuperſtitioſos ſignificari: qui inaniter ſemper verentur: & de diis, & caelo, [51] [& locis] ſuperioribus, male opinantur: nam religioſi ſunt, qui per reverentiam timent. Per eos autem, qui ſaxum volvunt, ambitum vult & repulſam ſignificari: quia [52] ſemel repulſi petitores, ambire non deſinunt. Per *rotam* autem oſtendit negotiatores, qui ſemper tempeſtatibus turbinibuſque volvuntur.

598. Foecundaque poenis. Foecunda in poenam.

599. Rimatur. [53] Paſcitur, ut I. Georg. 384. *Rimantur prata Cayſtri.* Fibris. *Fibrae*, ſunt eminentiae jecoris.

601. Quid

34 deſunt L. Voſ. V. R. Steph. Dan. Maſvic. 35 aliquos Fabr. al. 36 quod L. Voſ. R. 37 confixus ſagittis V. telis confixus eſt. Damnatus eſt autem Fabr. al. 38 poena V. alii unum vulturem dant. vid. Barth. ad Stat. XI. Theb. 15. & Lutatium, qui nominativum *Tityon, Tityonis* facit. 39 deſunt V. R. Voſ. L. Lipſ. Steph. Dan. 40 dicit Baſil. 41 in uſum Voſ. 42 licet *vulturius* dicat R. omiſſo τῷ Cicero. 43 *vulturus* Fabr. *vulturis* Baſil. 44 deſunt L. Voſ. R. V. Lipſ. Steph. Dan. al. 45 eſſe etiam Fabr. derivativum V. R. Voſ. L. Steph. Dan. Fabr. al. 46 *vulturus* R. Voſ. V. *in ſilvis* Voſ. *in ſilvis*, L. adſcriptum etiam. *campo* Lipſ. *ſupinum mandebat* R. & V. ſed ibi emendatum, *miſerum. mandabat* Fabr. 47 *hic* Lipſ. mox, mire reddidit Fabr. al. 48 enim Fab. al. 49 res ſemel acta V. 50 deeſt Baſil. 51 deſunt V. L. Voſ. R. 52 ſemper V. L. R. 53 mancum eſſe locum credit Barth. ad Stat. VII. Theb. 760.

Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque?
Quos ſuper atra ſilex jam jam labſura, cadentique
Imminet adſimilis: lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulaeque ante ora paratae

605 Re-

SERVII.

601. Quid memorem Lapithas? Hi populi Theſſaliae fuerunt, quibus imperabat Ixion, amiciſſimus, ut diximus ſupra 286. Jovi, Phlegyae filius: qui poſt nubis coitum, fictae [54] in formam Junonis, cum ſe de ejus ſtupro jactaret, ab irato Jove [55] ad Inferos truſus eſt, & illic religatus ad rotam circumfuſam ſerpentibus. Pirithoum. Et hic unus de Lapithis fuit, qui deſcendit cum Theſeo ad rapiendam Proſerpinam.

603. Adsimilis. [56] [Valde ſimilis:] *ad* [57] enim vacat: & a majoribus ad ornatum adhibebatur, [58] [ut Horatius II. Ep. II. 170. *Qua populus adſita certis Limitibus vicina refugit jurgia.*] [59] [Ita *adinvenire*, pro *invenire*, legimus.] Lucent genialibus [60] altis. Aliud eſt: Tantalus, rex Corinthiorum, amicus numinibus fuit: [61] qui, cum frequenter eos ſuſciperet, & quodam tempore defuiſſent epulae, filium ſuum Pelopem [62] occidit, & diis epulandum appoſuit. Tunc, abſtinentibus cunctis, Ceres humerum ejus exedit, & cum eum dii per Mercurium revocare ad ſuperos vellent, eburneus ei eſt reſtitutus humerus, ſicut ſupra III. Georg. 7. *Humeroque Pelops inſignis* [63] *eburno*. Ideo autem ſola Ceres dicitur comeſſe, quia ipſa eſt Terra, quae corpus reſolvit. Per Mercurium autem ob hoc fingitur eſſe revocatus: quod ipſe eſt Deus prudentiae, per quam Philoſophi deprehenderunt παλιγγενεσίας, vel μετεμψύχωσιν. Tantalus autem hac lege apud Inferos dicitur eſſe damnatus; ut in [64] Eridano Inferorum ſtans, nec undis praeſentibus, nec vicinis ejus pomariis perfruatur. [65] [Quemadmodum & Homerus in Odyſſ. Λ. 581. ſcribit: Καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον χαλέπ' ἄλγ' ἔχοντα, Ἑστεῶτ' ἐν λίμνῃ, ἡ δὲ προσέπλαζε γενείῳ. Στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι.] Per haec autem avaritia ſignificatur, ut etiam Horatius [66] [I. Sat. 68. *Tantalus a labris ſitiens fugientia captat Flumina.*] *Quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur.* Genialibus. Veluti genialibus: nam *geniales lecti* proprie ſunt, qui ſternuntur puellis nubentibus: [67] dicti a generandis liberis.

604. Aurea fulcra Quibus fulcimur, [[68] id eſt, ſuſtinemur.]

VARIORUM.

593. Non fumea. *Nec* Montalbanius & quatuor alii. & ita Macrob. IV. 4. *fumida* prior Hamburgicus pro varia lectione.

594. Turbine. *Corpore* Parrhaſ. *abegit* Ed. Venet.

595. Omniparentis. *Omnipotentis* apud Nonium in *alumnus*. quod & in quinis aut ſenis noſtrorum inveni, ſed recentioribus. HEINS. *Omnipatentis* Leidenſ.

596. Per tota. *Cui tota novem per* Parrhaſ. vulgata eſt apud Schol. Barth. ad Stat. XI. Theb. 13.

597. Adunco. *Obunco* Mediceus; uterque Mentelianus, aliique nonnulli. in quibuſdam *abunco*. reſpexit locum Heſiodi in Scuto Herc. 405.
Οἱ δ' ὥς τ' αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες ἀγκυλοχεῖλαι.
Perperam *adunco* apud Cariſium eſt, & apud Schol. Horatii lib. III. Od. 4. & Macrob. IV. Sat. 4. qui tamen cap. 7. *obunco* exhibet. HEINS. *Ab unco* Dorvil. ceteri noſtri & Edd. Veteres *adunco*. vid. ad lib. XI. 755.

598. Tundens. *Tundendo* paſcens, ut vultures ſolent: alii *tondens* ex Homero ἧπαρ ἔκειρον. Virgilius & Horatius unum vulturem nominant, ſecundum Aeſchylum, Lucretius & Tibullus plures, ſecundum Homerum. FABRIC. Mendoſi ſunt hac parte codices; nam haud dubie legendum eſt *tondens*. atque ita apud Macrobium lego libro I. cap. X. in Scipionis ſomnium, *Vulturem jecur immortale tondentem nihil aliud intelligi volentes, quam tormenta malae conſcientiae*. idem Saturnalium lib. V. cap.

54 in forma V. 55 apud inferos R. 56 deſunt V. 57 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. 58 deſunt Fabr. in Horatii loco, *adſit a certis* Steph. al. ſed debet eſſe, *adſita certis. luminibus* L. 59 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 60 ALIIS V. 61 quae c. f. ſuſciperet V. Voſ. *eos*, quoque deeſt L. 62 deeſt L. 63 *eburneo* V. 64 Herediano V. 65 deſunt L. V. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 66 deſunt iiſdem. 67 dictis V. 68 deſunt L. Voſ. R. V.

Regifico luxu. Furiarum maxuma juxta
Adcubat, & manibus prohibet contingere menſas:
Exſurgitque facem adtollens, atque intonat ore.
Hîc, quibus inviſi fratres, dum vita manebat,
Pulſatuſve pârens, & fraus innexa clienti;

Aut

SERVII.

605. REGIFICO LUXU. [69] Regali ambitu. FURIARUM MAXIMA. Id eſt, [70] [ſaeviſſima, hoc eſt,] fames, [ut III. 252. *Vobis Furiarum ego maxima pando.*] Unde & famem praenuntiat, ut hanc eſſe Furiarum maximam doceat.

606. ET MANIBUS. [71] Illorum ſcilicet, non ſuis.

607. FACEM ATTOLLENS. Injiciens ignem avaritiae, ut abſtineant.

608. QUIBUS INVISI FRATRES. Haec quidem conſtat dicta eſſe generaliter. Poſſunt tamen [72] & ad ſpeciem trahi: ut [73] Aegyptum & Danaum; Atreum & Thyeſten; Eteoclem & Polynicem, ſignificare videatur. Bene autem dicendo *inviſi*, per id, quod leve eſt, etiam majora complexus eſt.

609. PULSATUSVE PARENS. [74] Item quod levius eſt dixit, parricidii comparatione. Poſſumus autem Oedipum accipere Laji extinctorem. AUT FRAUS INNEXA CLIENTI. [75] Ex Lege duodecim tabularum venit, in quibus ſcriptum eſt: *Patronus, ſi* [76] [*clienti fraudem fecerit, ſacer eſto.* Si enim] *clientes* quaſi *colentes* ſunt; patroni quaſi [77] patres: tantum eſt, clientem, quantum filium, fallere. Et hoc poſſe fieri, ex Horatii dictis intelligimus, qui, cum loqueretur de avaris potentibus, ait de vicino cliente [78] Od. 18. [*Revellis agri terminos: & ultra Limites clientium Salis avarus,*] *pellitur paternos In ſinu ferens deos.* Urbano tamen hoc diſplicet: & dicit rarum eſſe hoc, magiſque contrarium; cum magis [79] patronos decipiant frequenter clientes. Vult autem intelligi praevaricatores, qui patroni ſunt [80] clientum, quos nunc [81] *ſuſceptos* vocamus.

VARIORUM.

cap. VII. ubi hos Maronis verſus profert, *tundens* perperam agnoſcit. ſed *tondens* Saturnal. IV. cap. IV. & recte. quomodo & Scholiaſtes Horatii libro III. Od. IV. nec aliter legit Silius, ne dubitare poſſis. is libro XIII. ẏ. 839. inferorum deſcriptione, de Tullia illic poenas luente parricidii:

Illa autem quae tondetur praecordia roſtro Alitis. & eſt Graeciſmus. Lucianus Prometheo: ὑφ' αὐτῶ ἐκείρετο τὸ ἧπαρ. cum, ἄξιος ὢν καὶ αὐτὸ ὑπὸ ἑκκαίδεκα γυπῶν κείρεσθαι. &, ὁ δὲ τύραννος ὑπὸ τῶ γυπῶν κειρέσθω τὸ ἧπαρ. Seneca itidem Agamemn. 18. de hac ipſa re, *ubi tondet ales avida fecundum jecur.* ſic capellae *tondere* dicuntur gramina, pro carpere. & ſimilia noſter Georg. I. 15. *tondent dumeta juvenci*: & apud Naſonem XIII. Met. 691. *tondent arentia teſqua capellae.* Silius lib. VIII. *Flavas tondet meſſor ariſtas.* II. Georg. 408. *perſequitur vitem attondens, fingitque putando.* & 431. *tondentur cytiſi.* IV. 137. *comam mollis tondebat acanthi.* & I. 290. *nocte arida prata tondentur.* Columella IV. 21. 23. & 24. bis *tondere vitem.* Silius VIII. 520.

Paſcuaque haud tarde redeuntia tondet Avellae. Senec. Phoeniſſis 129. *qui Boeotios colonus agros uberis tondes ſoli.* Valer. Flac. lib. II. 9. *attollit tondentes pabula campus Magnes equos.* Lucan. VI. 84. *attonſa arva* ab equis: & ſic Lucretius non ſemel, ut apud Graecos Κείρω. Plaut. Epid. II. Sc. ult. *ne ulmos paraſitos fuiſſe quae uſque attondeant.* vetus Poëta apud Ciceron. in Tuſcul. V. 17. *conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum.* *Tonſile porrum* apud Martialem X. 48. ex Mſſ. Ovid. Faſt. III. 237. *detonſas frigore frondes.* ex Mſſ. Horat. IV. Od. 4. *duris ut ilex tonſa bipennibus:*

Clau-

69 regio Fabr. al. 70 deſunt L. Voſ. R. V. ſequentia vero. ut *vobis* &c. deſunt Fabr. Baſil. ſed poſt *doceat*, habent; nam de Harpyia famem praenuntiante dixit, *Furiarum ego maxima pando.* 71 eorum Fabr. al. 72 etiam ad ſpecies L. Voſ. R. 73 Aegyſtum Lipſ. Steph. Dan. Fabr. al. 74 iterum Fabr. 75 Merula de Legibus Romanorum cap. 11. p. 31. Mſſ. ſuo legit, ex lege Romuli & XII. Tabularum hoc venit, in quibus ſic ſcriptum eſt, *ſi Patronus Clienti fraudem fecerit, ſacer eſto.* 76 deſunt V. 77 pater eſt V. patres, tantundem eſt Lipſ. 78 deſunt V. R. L. Voſ. Steph. Dan. al. 79 magnos patronos V. 80 clientium V. Voſ. R. Dan. 81 vide Lindenbr. ad Amm. Marc. XVII. 10. & Valeſ. ad lib. XXX. 4. & Cangii Gloſſarium in voce *ſuſceptus.*

Digitized by Google

Aut qui divitiis ſoli incubuere repertis,
Nec partem poſuere ſuis, quae maxima turba eſt:
Quique ob adulterium caeſi: quique arma ſecuti
Inpia, nec veriti dominorum fallere dextras,

In-

SERVII.

611. NEC PARTEM POSUERE SUIS. Bene addidit *ſuis*, id eſt, cognatis, affinibus. Haec enim fuerat apud majores donandi ratio; non profuſa paſſim: nam hoc eſt velle inaniter perdere: unde Cicero ait in libris Legum: [82] *Stipem prohibeo: nam auget ſuperſtitionem & exhaurit domos. Dignis igitur largiendum eſt.* Unde Horatius II. Sat. II. 103. *Cur eget indignus quiſquam te divite?* id eſt, indignus paupertate.

612. OB ADULTERIUM CAESI. Si *occiſi*, [83] Aegyſthum ſignificat, Thyeſtae filium; ſi re vera [84] caeſi, [85] Salluſtium, quem Milo deprehenſum ſub ſervi habitu verberavit in adulterio ſuae uxoris Fauſtae, filiae Syllae. QUIQUE ARMA SECUTI IMPIA, NEC VERITI DOMINORUM FALLERE DEXTRAS. Hoc loco videtur blandiri Auguſto, quia contra Caeſarem, patrem ejus, multi, quibus ignovit, arma ſuſceperant. [86] Eſt namque ejus dictum: *Dare quidem ſe veniam Pompejanis; ſed ab ipſis quandoque* [87] *eſſe periturum.* Ut *arma impia*, civilia dixerit, [88] [vel ea,] quae moverunt Pompejani contra acceptae veniae fidem; ſed non procedit: nam ſi *arma impia* dixit bellum civile, tangit & Auguſtum & Caeſarem, qui & ipſi civilia bella tractarunt. Item ſi culpat eos, qui contra fidem datae veniae dimicarunt, tangit Auguſtum: nam tranſierunt ad eum ab Antonio duo millia equitum, per quos eſt victoriam conſecutus. Horatius [89] Epod. IX. *Ad hunc frementes, verterunt bis mille* [90] *equos Galli canentes Caeſarem.* Fecit praeterea injuriam Auguſto vel Caeſari, ſi eos *dominos* dixit; quod apud majores invidioſum fuit: [91] [unde Tullius II. de Off. 14. *Dominante Sylla:*] nam *Patres patriae* dicebantur, non *domini*. Juvenalis VIII. 244. *Roma parentem, Roma patrem patriae Ciceronem libera dixit.* Melius ergo eſt, ut bellum a Sexto Pompejo, Pompeji filio, in Siculo [92] freto geſtum accipiamus: nam occiſo patre Siciliam tenuit: & collectis inde ſervitiis vaſtavit ſex annis ultro citroque Siciliam: poſtea victus eſt ab Auguſto & Agrippa. Horatius Epod. IX. *Minatus urbi vincla, quae detraxerat, Servis amicus perfidis.* Et hoc ſenſu tam *arma impia*, quam *dominorum* congruit commemoratio.

VARIORUM.

Claudianus VI. Conſ. Hon. 388.

Jam flaveſcentia centum
Meſſibus aeſtivae detondent Gargara falces.

Plin. XII. 95. *tondetur Balſami arbor.* Columella lib. XI. 3. de pomo, *radiculas amputes, & fibrarum ſummas partes intondens.* de *tonſili Buxeto* Martial. III. 58. *nemora tonſilia.* Plin. XII. 2. & Senec. Praefat. Natur. Quaeſt. HEINS. *Tondens* multi codices, inter quos Leidenſis unus, cui adſcriptum, *id eſt carpens. jecor* Gudianus. vide Guellium. & Voſſ. ad Catull. pag. 126. Heinſ. in loco Ovidii, memoriae vitio, *tondent* pro *rodunt*, & *teſqua* pro *ſaxa* adponit.

599. RIMATURQUE EPULAS. *Epulis* meliores cum Mediceo. Maecenas apud Senecam Epiſt. CXIV. *Tyranni irremediabilis factio rimantur epulis, lagenaque tentant domos, & ſaepe mortem exigunt.* ſic libro V. 279. *nexare ſe nodis*, pro in nodos, quam ibi veram eſſe ſcripturam, jam monuimus. apud Nonium in *rimari* perperam, *rimaturque oculis*. Macrobius probe, *epulis*. HEINS. *Rimatur epulis* Ed. Venet. vid. ad I. Georg. 389. rimatur viſcera ad epulas ſibi. *habitatque* eſt diu & fere ſemper inhaeret. vid. ad Petron. cap. II.

600. FIBRIS. *Requies fibris* prior Hamburgicus.

602. SILEX. *Silix* Leidenſis. *cadente* Dorvill. Francian. & Ed. Venet.

603. LUCENT. Haec ad Tantalum refert Catroeus. Naſcimb. intelligit de Phineo.

606. CON-

82 ſeptem Dan. paullo aliter leguntur apud Ciceronem lib. II. de Legib. 16. *ſtipem ſuſtulimus &c. implet enim ſuperſtitione animos & exhaurit* domos. *domus* V. 83 Megeſthum L. R. Geſtum Voſ. ſi occiſum, Aegiſthum Lipſ. 84 caeſis V. & ſi vera caeſi Steph. 85 Salluſtius Dan. mox *Fauſtae* deeſt Lipſ. uxoris, quae fuerat Fauſti Syllae filia Dan. 86 deeſt L. V. R. Voſ. Steph. al. 87 ſe eſſe V. 88 deſunt V. L. R. Voſ. dixerit bella Lipſ. 89 *adhuc* Dan. Fabr. al. 90 *equi* V. 91 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. fuerat Fabr. al. 92 fretum V.

Digitized by Google

Incluſi poenam exſpectant. Ne quaere doceri
Quam poenam, aut quae forma viros, fortunave merſit.
Saxum ingens volvunt alii, radiiſque rotarum
Diſtricti pendent: ſedet, aeternumque ſedebit,
Infelix Theſeus: Phlegyaſque miſerrimus omnis

Ad-

SERVII.

614. POENAM EXPECTANT. [93] [Quod gravius eſt: nam in] expectatione & praeſens metus eſt, & dolor futurus. [94] In ipſa autem poena, ſolus eſt dolor.

615. FORMA VIROS. Regula: ſingulis enim ſceleribus ſtatuta ſunt ſupplicia [95] ex more Romano, quem ſequitur.

616. SAXUM INGENS VOLVUNT ALII. Siſyphum dicit, qui deorum conſilia hominibus publicavit: [96] [qualis ab Homero deſcribitur. Odyſſ. Λ. 592.

Καὶ μὴν Σίσυφον εἰσεῖδον, κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα,
Λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν.
Ἤτοι ὁ μὲν σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε
Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον.]

RADIISQUE ROTARUM. Ixionem dicit, ut alibi oſtendit. IV. Georg. 484. *Atque* [97] *Ixionii vento rota conſtitit orbis.* Licet ſupra ÿ. 602. dixerit *Quos ſuper atra ſilex:* nam de his fabulis variae ſunt in ipſis auctoribus opiniones.

617. AETERNUMQUE SEDEBIT INFOELIX THESEUS. [98] Contra opinionem: nam fertur ab Hercule eſſe liberatus: quo tempore eum ita abſtraxit, ut illic corporis ejus relinqueret partem. Frequenter enim variant fabulas poëtae. Hippolytum Virgilius liberatum ab Inferis dicit; Horatius contra IV. Od. 7. *Neque enim Diana pudicum Liberat Hippolytum.*

618. PHLEGYASQUE MISERRIMUS OMNES ADMONET. Si *Phlegyas* eſt nominativus ſingularis, hoc dicit: Phlegyas [99] [omnes admonet apud Inferos [1] poenas ferentes. Si autem *Phlegyas* accuſativus pluralis eſt, Theſeum omnes Phlegyas] admonentem debemus accipere. Hi namque ſecundum Euphorionem populi inſulani fuerunt, ſatis in deos impii & ſacrilegi: unde iratus [2] Neptunus percuſſit tridente eam partem inſulae, quam Phlegyae tenebant: & omnes obruit. *Phlegyas* autem, [3] Ixionis pater, habuit Coronidem filiam, quam Apollo vitiavit: unde ſuſcepit Aeſculapium. Quod pater dolens, incendit Apollinis templum, & ejus ſagittis eſt ad Inferos truſus. Statius I. 713. *Phlegyam ſubter cava ſaxa* [4] *jacentem Aeterno premit* [5] *accubitu.*

VARIORUM.

606. CONTINGERE MENSAS. *Menſam* prior Mentelianus & Rottendorphii primus, cum ſex aliis minoris rei. HEINS. Et ita tres Leidenſes cum Hugeniano, & Excerptis noſtris & Regio. ſed *menſas* agnoſcit Interpres Horatii Crucquianus lib. I. Od. 28. & Statii I. 715. BURM.

607. FACEM. *Faces* Zulichemius.

Ibid. INTONAT. *Increpat* Leidenſis. Edd. Mediolanenſis.

608. HIC. *Hi* Ed. Venet.

609. ET FRAUS. *Aut fraus* apud Nonium in *pulſare*, quomodo & Moretanus prior. HEINS. *Aut* Pharraſ. & Markland. ad Statii III. Silv. III. 15. *& pax innexa* Zulichemius pro varia lectione. Gronovius hunc locum adducit, ad illuſtrandum Livium XXVII. 28.

610. REPERTIS. *Paratis* ſecundus Moreti.

611. TURBA EST. *Eſt* deeſt Menagio priori. ſed agnoſcit Lutatius ad Stat. IV. Theb. 483.

614. INCLUSI. *Suſpenſi* apud Schol. Statii I. Theb. 432. HEINS. Sed omnes codices, & Donatus ad Terent. Hecyr. III. IV. 8. *incluſi* habent. & hoc exigit *τὸ exſpectant.* ut enim criminis capitalis rei, carcere incluſi, exſpectant poenam certo illis ſubeundam, ita hi ſcelerati dum viverent. & neſcio, an hac vitioſa lectione inductus vir doctus

93 deſunt V. vide ad Val. Flac. I. 327. Gloſſa Cod. Dorvil. quia longe moleſtius. & Hieronymus. *O multo gravior exſpectata, quam illata mors.* 94 in ipſo V. ſolus eſt dolus R. 95 nam morem Romanum ſequitur Fabr. al. 96 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. 97 *Ixioni* Steph. Dan. al. *Ixionei* Fabr. 98 H. Steph. diſſ. de Criticis p. 168. volebat, contra publicam opinionem. 99 deſunt V. in L. vero *Plegias* erat ubique ſcriptum. 1 deeſt Dan. 2 Noctunus Voſ. 3 Meziones V. 4 *tacentem* edidit Maſvicius, ſecutus vitioſam Commelini editionem. 5 *accubito* R.

Admonet, & magna teſtatur voce per umbras:
Diſcite juſtitiam moniti, & non temnere divos.
Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
Inpoſuit, fixit leges pretio atque refixit.
Hic thalamum invaſit natae vetitoſque hymenaeos.
Auſi omnes inmane nefas, auſoque potiti.

Non,

SERVII.

620. DISCITE JUSTITIAM. Hoc eſt, vel nunc in poenis locati.

621. VENDIDIT HIC AURO PATRIAM. Etiam haec, licet generaliter dicantur, habent tamen ſpecialitatem: nam Laſthenes Olynthum Philippo vendidit; Curio Caeſari [6] DC. H. S. Romam. [7] De quo Lucanus IV. 820. *Gallorum captus ſpoliis & Caeſaris auro.* [8] [Et illud ibid. 824. *Emere omnes; hic vendidit urbem.*]

622. FIXIT LEGES PRETIO, ATQUE REFIXIT. [9] Poſſumus Antonium accipere, ſecundum Ciceronem in Philippicis. FIXIT autem ideo: quia inciſae in [10] aereis tabulis leges [11] affigebantur parietibus.

623. HIC THALAMUM INVASIT NATAE. Thyeſtes [12] [Pelopeae filiae:] unde Aegiſthus natus eſt; item Cinyras [13] [filiae Myrrhae, de qua natus eſt Adonis:] nam quod Donatus dicit, nefas eſt credi, dictum eſſe de Tullio: [14] [quod convicium a Salluſtio, Ciceronis inimico, natum eſt, qui de illo inquit: *Filia matris pellex.*] VETITOSQUE HYMENAEOS. Legibus ſcilicet: nam dicendo vetitos, oſtendit fuiſſe [15] [non vetitos,] ut eſt apud Perſas hodieque: [16] [unde Catullus Carm. LXXXIX. ait de concumbentibus cum matre Perſis: *Nam magus matre & gnato gignatur oportet: Si vera eſt Perſarum impia relligio*] Unde Donatus male ait: *Natura & legibus* [17] *vetitos.*

624. AUSI OMNES IMMANE NEFAS, AUSOQUE POTITI. Illic ſunt, & qui fecerunt, & qui conati ſunt. Dicit autem ſecundum Romanum ritum, in quo non tantum exitus [18] punitur, ſed & voluntas.

VARIORUM.

ctus in Obſerv. Miſcel. Critic. Vol. IV. pag. 378. voluerit hic legere, *expendunt* poenas ex ỳ. 740. id eſt jam penderent noxii, explicandi. *exſpectare* vero hic notat, non poſſe eos effugere poenas, ſed certo daturos. vid. ad II. Georg. 237. & hoc nota Servii innuit, illis eſſe *metum*, & *dolorem* futurae poenae. quae duo ſaepe occurrunt. vid. ad Lucan. II. 27. BURM.

Ibid. NE. *Nec* Dorvil.

615. MERSIT. *Merſet* alter Mentelianus & tertius Rottendorphius. HEINS. *Mergat* Francianus. vid. Barth. ad Stat. IV. Th. 744.

617. DISTRICTI. *Deſtricti* Mediceus & Mentelianus uterque, cum Gudiano primo, tertioque Rottendorphiis, priore Voſſiano & aliis nonnullis. HEINS. *Deſtricti* etiam Zulichemius, Leidenſis, Hugenianus, Wittian. & alii.

618. INFELIX THESEUS. Inventus eſt, qui legat, *Tereus.* cujus Tyranni nota ſaevitia & immanitas eſt. ſed eam ego lectionem non probo. Quaerendum tamen cenſeo, cur conditorem Athenarum, & in Deorum numero habitum, huic loco inferorum affixerit. Nam id honoris cauſa fieri, ut Minoi accidit, dicere non poſſumus. Additur enim *infelix.* Quomodo autem *aeternum ſedebit?* qui ab Hercule liberatus fabulis proditur, non temere, non ad laudem igitur Theſei, quae dicuntur

6 viginti ſeptem milibus ſeſtertiis Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. XXVII. G. V. XXVII. R. XIII. millibus ſeſtertiis Lipſ. deſunt vero L. Ryckius notaverat, immo ſexcenties H. S. ex Valer. Max. IX. I. & Appiano. unde Maſvicius ſumſit. 7 de qua V. 8 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 9 poſſimus V. 10 aeris R. 11 infigebantur L. parietibus deeſt Dan. 12 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. 13 deſunt iisdem & Lipſ. qui nec Cinyras habet. Ciceroni hoc ab Antonianis objectum fuiſſe in Dione ſe legiſſe, niſi fallitur, notat G. Voſſius. Hoc objecit ipſi Fuſius Calenus in oratione illa apud Dionem lib. XLVI. in initio. BURM. 14 deſunt iisdem. 15 deſunt iisdem. 16 deſunt iisdem. 17 vetitis V. L. R. Voſ. 18 ponitur V. forte ſcripſerat antiquarius, *poenitur.*

Digitized by Google

Non, mihi ſi linguae centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox, omnis ſcelerum comprendere formas,
Omnia poenarum percurrere nomina poſſim.
Haec ubi dicta dedit Phoebi longaeva ſacerdos:
Sed jam age, carpe viam, & ſuſceptum perfice munus:
Adceleremus, ait. Cyclopum educta caminis

Moe-

SERVII.

625. NON MIHI SI LINGUAE CENTUM SINT ORAQUE CENTUM, FERREA VOX. Lucretii verſus [19] ſublatus de Homero. [20] [ἐν τῷ Β Ἰλιάδος. 489.

Οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
Φωνὴ δ' ἄῤῥηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.]

Sed ille *aerea vox* dixit.

626. SCELERUM COMPRENDERE FORMAS. Ut ſup. 615. *Aut quae forma viros fortunave merſit.*

629. PERFICE MUNUS. Hoc eſt ramum redde: nam ſupra ait 142. *Hoc ſibi pulchra ſuum ferri Proſerpina munus Inſtituit.*

630. CYCLOPUM EDUCTA CAMINIS. Hoc eſt magna: ita enim cujuslibet rei magnitudinem [21] ſignifieabant; adeo ut Statius 1. Theb. 630. Argivorum muros ab ipſis dicat eſſe perfectos.

VARIORUM.

tur hoc loco, referri non poſſunt. fortaſſe de raptu Proſerpinae intelligenda ſunt, propter quam & humana & divina jura violavit, libidine atque ſuperbia. Mihi autem & de lectione, & de ſententia dubio hoc diſſimulandum non fuit, ut doctiorum audirem aliquando ſententiam. FABRIC. Videndi de hoc verbo Nic. Loenſ. II. Miſ. Ep. 3. hic Guellius & H. Steph. Diſſert. de Critic. p. 199.

Ibid. PHLEGYASQUE. Sunt qui Theſei Phlegyarum gentem adloquentis haec eſſe opinentur. ſed aliter cepit Statius Theb. I. 713. haec manifeſte aemulatus: *Veſanum Phlegyam ſubter cava ſaxa jacentem, Perpetuo premit accubitu.* & Valer. Flac. lib. II. 192. *Inferni qualis ſub nocte baratri Accubat attonitum Phlegyan & Theſea juxta Tiſiphone.* Ab hoc Phlegya templum Delphicum direptum & incenſum veteres produnt. ſed & fuere, qui legerent, *Infelix Tereus*, quod conſtat Theſea ab inferis reverſum eſſe. Hos quidem refellit jure optimo Joh. Matius, Opinionum in varios auctores cap. XII. ſed quod una cum Roberto Titio I. Contr. II. qui hanc ob cauſſam Ivoni Villiomaro, id eſt Joſ. Scaligero jure meritoque vapularat, de Theſei natibus haec interpretatur, eſt egregie injurius & ſimul perridieulus, quaſi illae praecepta apud inferos juſtitiae dictarint. HEINS. *Phlegeaſque* Sprotianus *Phleguaſque* primus Rottendorphius. nominativo caſu *Phlegyas* accepit etiam Muncker. ad Hygin. fab. LXXIX. & Lutatius ad Stat. I. Theb. 713. BURM.

620. DISEITE JUSTITIAM. Haec verba apud Pindarum loquitur ipſe Ixion. apud Virgilium Theſeus, ad Phlegyas, Ixionis populos, quorum urbs ob crudelitatem, & impietatem everſa eſt. Audivi ex Lazaro Bonamico, viro gravi & fidei pleno, puellam fuiſſe in agro Patavino fanaticam, quae Graece & Latine, omnium literarum ante inſaniam expers, optime locuta ſit. Haec cum interrogaretur, quaenam eſſet praeſtantiſſima apud Virgilium ſententia, hunc verſum voce clara ter pronuntiavit. FABRIC.

621. VENDIDIT HIC. Curionem, etiam, qui Caeſari vendidit patriam, & eum impoſuit dominum intelligit Schol. Lucani lib. I. 269. & IV. ỷ. ult. *dominum impoſuit* Vondelius accepit, pro fefellit: ſed tunc *domino potenti* dicendum foret. ſi de Curione capiendum, obſtabit iterum vox *dominus*, de quo Servius ad ỷ. 612. qua appellatione de Caeſare uti non auſus fuiſſet Maro, qui exeitandus eſſet ex inferis, ut nobis, quem hic innuerit, indicaret. BURM.

622. PRE-

19 ſublati Voſ. Steph. 20 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. ſed *aerea vox eſt* dixit R. dicit L. *ille* deeſt Lipſ. ſed ille eſt Homerus non Lucretius. ut vidimus ad II. Georg. 44. 21 ſignificant Fabr. al.

Moenia conſpicio, atque adverſo fornice portas.
Haec ubi nos praecepta jubent deponere dona.
Dixerat, & pariter, greſſi per opaca viarum,
Corripiunt ſpatium medium, foribuſque propinquant.
Occupat Aeneas aditum, corpuſque recenti
Spargit aqua, ramumque adverſo in limine figit.
His demum exactis, perfecto munere divae,

De-

SERVII.

631. FORNICE. Arcu. Cicero Act. I. in Verr. 7. [22] *Vidae ad ipſum fornicem Fabianum.*

634. CORRIPIUNT SPATIUM. Raptim [23] ſpatium peragunt.

635. OCCUPAT AENEAS ADITUM. Ingreditur, [24] ſicut ſupra 424. diximus. RECENTI. Semper fluenti: [25] & dixit hoc propter paludem Stygem.

636. SPARGIT AQUA. Purgat ſe: nam [26] inquinatus [27] fuerat, vel aſpectu Tartari: vel auditu ſcelerum atque poenarum: & *ſpargit*, [28] quia ſe Inferis purgat: [29] [nam ſuperis immolaturi corpus abluunt, ut ſupra 4. II. 719. *Donec me flumine vivo Abluero.*]

VARIORUM.

622. PRETIO ATQUE. *Pretioque* Ed. Venet.

624. AUSOQUE. *Auſuque* Vratiſlavienſis & a manu ſecunda Zulichemius. ea forma hanc vocem veteres uſurpaſſe vidimus ad Ovid. XI. Met. 242. & ita *auſu* eſt in multis codicibus & editionibus Valerii Max. IV. VII. 5. BURM.

626. FORMAS. *Voces* Venetus.

627. POSSEM. *Poſſim* cum praeſtantioribus. idque rectius τῷ *ſint*, quod praeceſſerat, reſpondet. Nec aliter agnoſcit Priſcianus lib. XV. & Macrobius lib. V. Saturn. cap. 7. in vetuſtis membranis. ſoli ex noſtris Venetus & Moreti quartus, omnium recentiſſimi, ſtant pro vulgata lectione: & Lactantius de Perſecutione cap. XVI. HEINS.

629. SED JAM. *Et jam* Mediceus. Putabam aliquando, *Eja age, carpe viam.* HEINS. *Sed jam carpe* Pugetianus. mox, *acceleremus iter* Venetus.

630. EDUCTA. *Ducta* Gudianus, primus Rottend. alter Mentelii, Menag. prior, & ſec. Moreti. HEINS. *Obducta* Leid. & Vratiſl. vid. L. V. 632. & XII. 674. Doctiſſimus Waſſius ad Thucydid. lib. VIII. 26. in quatuor codicibus Cantabrigienſibus ſcribit ſe reperiſſe, *Cyclopum virecta caminis*, quod certe vitioſum. nam & ſecunda in Cyclopum eſſet corripienda (de quo vide ad lib. I. 201.) nec quid *virecta* hic ſignificent video, quae ỳ. 638. occurrunt, quare forte erraverunt operae, vel manus viri egregii, qui voluit *erecta* dare. Stat. I. Theb. 630. primam in *Cyclopum* corripit exemplo Ovid. XIV. Met. 299. & Silii IV. 435. BURM.

631. ADVERSO IN FORNICE. Omnes noſtri, *adverſo fornice*, omiſſo τῷ *in. reſpicit* etiam Gudianus pro diverſa ſcriptura. HEINS. Ita & mox 636. *adverſo limine* Cod. Rottend. pr. ut lib. III. 287. *poſtibus adverſis figo.* ſed *in fornice* hic Edd. Mediol. & Ald. *ſuſpicio* Excerpta noſtra. BURM.

632. JUBENT DEPONERE. Venetus *monent*, & *per opaca locorum*, Gudianus pro diverſa lectione. HEINS. In ora codicis ſui Heinſius ſcripſerat, *hic ubi deponere*. Vondelius capit, tanquam eſſet offerre ſacrificium. ſed eſt defigere, ut mox ỳ. 636. Senec. Conſ. ad Marc. cap. XVI. *ſubolem ex illis reſiduam fovet, & amiſſarum ſemina ſtatim plantaſque deponit.* ita legendum ex Colon. codice. vulgo, *diſponit*, quod etiam monuit Marklandus, ad Stat. II. Silv. III. 41. nec vitioſa eſt lectio apud Lucanum IV. 439.

Aut dum depoſitis adtollat retia varis. Venator.

ubi

[22] *vidit* Steph. Dan. Fabr. Maſv; al. male. [23] deeſt Steph. Dan. [24] ut ſupra dixit Fabr. al. [25] dixit autem Fabr. al. [26] inpiatus V. L. Voſ. R. Lipſ. rarius verbum, nec tamen facile rejiciendum. Pacatus Paneg. cap. XLIII. *nec tu illum in conſpectum tuum venire voluiſſes, ne oculos iſtos, omnibus ſalutares, homo funebris impiaret.* BURM. [27] fuerat aſp. Tartari, & ſpargit V. L. Voſ. R. Lipſ. Baſil. omiſſis reliquis. [28] quaſi ſe Dan. [29] deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan.

Devenere locos laetos, & amoena vireta
Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas.
Largior hîc campos aether & lumine veſtit
Purpureo; ſolemque ſuum, ſua ſidera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palaeſtris;
Contendunt ludo, & fulva luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Nec

SERVII.

638. AMOENA VIRETA. Virentia: & eſt ſatis [30] uſurpatum. *Amoena* autem, quae ſolum amorem praeſtant, [31] vel ut ſupra diximus, v. 734. quaſi, *amunia*, hoc eſt, ſine fructu, ut Varro & Carminius docent. Alludit autem ad inſulas Fortunatas: nam & ſequenti hoc indicat verſu.

640. LARGIOR HIC CAMPOS AETHER ET LUMINE VESTIT PURPUREO. Non noſtro largior; ſed [32] quam eſt in caetera Inferorum parte. Aut revera largior, ſi Lunarem [33] intelligis circulum: nam, ut ſupra diximus v. 735. campi Elyſii aut apud Inferos ſunt, aut in inſulis Fortunatis, aut in Lunari circulo. Lucanus IX. II. *Illic poſtquam ſe lumine* [34] *vero Induit.* [35] [Homerus campos Elyſios ad inſulas Fortunatas eſſe teſtatur his verſibus Odyſ. Δ. 563.

Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς
Τῇ περ ῥηΐστη βιότη πέλει ἀνθρώποισιν,
Οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολὺς, οὔτε πότ' ὄμβρος.
Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
Ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους.]

SOLEMQUE SUUM. Sibi congruum, ut IV. Georg. 190. *Feſſoſque ſopor ſuus occupat artus.*

642. PALAESTRIS. Luctationibus. Graece dixit: [36] [nam παλαίειν luctari dicunt Graeci: unde πάλη.]

643. CONTENDUNT LUDO. [37] [Inter ſe *ludo*,] non odio. CHOREAS. *Re* corripuit propter metrum. Alibi ait ſecundum naturam, ut IX. 615. *Juvat indulgere choreis*. Ergo aut Syſtolen [38] fecit, aut Antitheſin, [39] I pro E ponens, [40] [ut pro χορεία poſuit χορία.] Nam Graecum eſt nomen.

VARIORUM.

ubi vulgo *diſpoſitis*. ſed *depoſitis*, eſt defixis in terram. plura diximus ad Ovid. Remed. Amor. 183. BURM.

636. SPARGIT. *Sparſit* Dorvill. & ſecundus Rottendorphius. pro *figis* a manu ſecunda in priore Hamburgico, *ponit*.

637. MUNERE. *Numine* alter Hamburgicus.

638. DEVENERE. *Advenere* vir doctus apud Guellium.

Ibid. VIRETA. *Virecta* Regius, Dorvill. Parrhaſ. & multi alii. & ſaepe Mſſ. apud Columellam & alios ex vitio aevi, quo librarii vixerunt. BURM.

640. LARGIOR HIC CAMPOS AETHER. *Largior hic aether campos* Parrhaſ. *hic campus* Gudian. a m. ſec. & Mentelii prior a pr. *de lumine veſtit* Regius a m. pr.

641. SOLEMQUE SUUM. Imitatur Manilius in alia re, II. 775. *ſolemque novum, nova ſidera cernunt*. ubi bonus ille Fayus *ſidera* in nominativo caſu capit, quaſi illa cernerent novum ſolem. quem viros eruditos in Anglia hoc in loco ſecutos patet ex Trappii notis. ut ſit conſtructio, *ſua ſidera norunt ſuum ſolem*. ſed illae ſedes beatae norunt ſua ſidera, & ſuum ſolem. capiendum *norunt* abſolute, ſcilicet, in Elyſio agentes. vid. ad Eclog. III. 10. & paſſim alibi. BURM.

642. EXERCENT. *Exercet* uterque Mentelianus, Menagianus prior, & primus Rottendorphius, cum tertio Moretano & Leidenſi. pro *carmina dicunt*, manus prima primi Rottendorphii *ducunt*. HEINS.

30 uſurpativum V. L. Voſ. R. 31 veluti ſi dicas, Reg. unde Maſvicius ſumſiſſe videtur: ſed V. L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. vel, ut ſupra diximus. 32 qua Steph. Dan. Fabr. al. 33 intelligamus Fabr. al. 34 vivo Dan. Fabr. 35 deſunt V. R. L. Voſ. Steph. Dan. 36 deſunt iiſdem, praeter Lipſ. 37 deſunt iiſdem. 38 facit V. 39 e pro ei Fabri al. 40 deſunt V. R. L. Voſ. Lipſ. Steph. Dan.

Nec non Threïcius longa cum veſte ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum:
Jamque eadem digitis, jam pectine pulſat eburno.
Hîc genus antiquum Teucri, pulcherrima proles,
Magnanimi heroës, nati melioribus annis,
Iluſque, Aſſaracuſque, & Trojae Dardanus auctor.
Arma procul, curruſque virûm miratur inanis.

Stant

SERVII.

645. NEC NON THREICIUS LONGA CUM VESTE SACERDOS. Orpheus, Calliopes Muſae, & Oeagri fluminis filius fuit, qui primus Orgia inſtituit: primus etiam deprehendit harmoniam, id eſt, circulorum mundanorum ſonum, quos novem eſſe novimus: e quibus ſummus, quem ἄναστρον dicunt; [41] [id eſt, *ſine aſtris*,] ſono caret: item ultimus, qui terrenus eſt. Reliqui ſeptem ſunt, quorum ſonum deprehendit Orpheus: unde [42] utique ſeptem fingitur chordis. LONGAM autem VESTEM, aut [43] cytharoedi habitum dicit, aut longam barbam: nam e contrario *imberbes*, *inveſtes* vocamus. SACERDOS autem: quia & theologus fuit, & Orgia primus inſtituit. Ipſe etiam homines [44] de feris & duris mites compoſuit: unde dicitur arbores & ſaxa moviſſe, [45] ut diximus ſupra. Horatius Art. Poët. 391. *Sylveſtres homines ſacer interpreſque Deorum, Caedibus, & victu foedo deterruit Orpheus: Dictus ob hoc lenire tygres, rabidoſque leones.*]

646. OBLOQUITUR NUMERIS. Dicendo obloquitur, chordarum expreſſit laudem, quas dicit verbis loquutas: *obloqui* enim non eſt niſi contra loquentem loqui: [46] [non autem *male dicere*, ut alias.] NUMERIS. [47] Rhythmis, ſonis, ut IX. Ecl. 45. *Numeros memini, ſi verba tenerem.* SEPTEM DISCRIMINA. Quia omnes chordae [48] diſſimiliter ſonant.

647. JAM PECTINE PULSAT EBURNO. *Jam*, nunc. [49] *Hoc* autem *pecten* declinatur, ut *lien*, *carmen*.

648. HIC GENUS ANTIQUUM. Quod non omnes viros fortes in [50] Elyſio viſos eſſe commemorat, haec ratio eſt: quia iſti divinos [51] meruerant honores: quod Tydeo, vel his, quos ſupra memoravit, non contigit: nam ideo *antiquum* addidit: quaſi & illis [52] Elyſii non contigerint campi, ſi eis annorum non derogaſſet vetuſtas.

649. NATI MELIORIBUS ANNIS. Plerumque enim [53] hominum virtus decoloratur temporis infelicitate. Cicero: *Ut illa laus temporum, non hominum, fuiſſe videatur.*

650. ILUSQUE ASSARACUSQUE. Trojani reges fuerunt. TROJAE DARDANUS AUCTOR. Hunc in ſeptimo inter deos dicit eſſe relatum, ut VII. 211. *Et numerum divorum altaribus auget.* Sed, ut diximus ſupra 134. Homerum ſequitur, qui inducit ſimulacrum Herculis apud Inferos viſum.

VARIORUM.

HEINS. *Exercet* etiam reliqui Leidenſes, Bigotianus, Hugenianus. *ducunt* Excerpta noſtra a manu ſecunda. quae ſollemnis permutatio. vid. ad Nemeſ. Cyneg. 22. & alibi ſaepe. *dicant* Gudianus. *fidibus plaudunt* Hugenianus pro varia lectione. *pedibus claudunt* Mediceus a manu prima. *coreas* Wittian. BURM.

645. LONGA CUM VESTE. Inepte Servium de Citharoedi habitu explicare, quum de Sacerdotali debeat capi, docet Barthius ad Statii lib. x. 638

647. JAMQUE EADEM. *Jamque fidem digitis*, *jam*

41 deſunt iisdem. 42 & in ſeptem V. L. Voſ. R. unde in ſeptem Lipſ. 43 Cytharoedis V. L. Voſ. Steph. 44 e feris V. L. Voſ. R. & feris R. mites deeſt iisdem & Lipſ. Steph. Dan. 45 *ut deus* Baſil. Dan. hoc vitium hic & alibi ortum, quia in Mſſ. ſaepe legitur D. S. id eſt *diximus ſupra*, ut hic in Lipſ. erat reliqua, *Horatius* &c. deſunt R. Voſ. L. Steph. Dan. al. 46 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 47 Rythmi ſonis Steph. 48 deſimuliter R. ſimiliter Baſil. 49 hic V. & deinde. ut hoc *carmen* Fabr. al. ut *lien* L. R. Lipſ. reliquis omiſſis 50 Elyſia Voſ. 51 meruerunt V. L. Voſ. R. 52 Elyſii contingerent L. Voſ. R. (qui contingerent) Fabr. al. derogaret; etiam Fabr. al. 53 deeſt Voſ. L. Steph. Dan. Fabr. al. Barth. ad Stat. VII. Theb. 761. hinc mancum eſſe Servium ſuſpicatur. cujus Scholiaſten conſule.

Digitized by Google

Stant terra defixae haſtae, paſſimque ſoluti
Per campos paſcuntur equi. Quae gratia currûm
Armorumque fuit vivis, quae cura nitentis
Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.
Conſpicit, ecce, alios dextra laevaque per herbam
Veſcentis, laetumque choro Paeana canentis,
Inter odoratum lauri nemus: unde ſuperne

Plu-

SERVII.

652. DEFIXAE HASTAE. Subaudis inanes. Item ut: *equos* [54] *inanes*.

653. QUAE GRATIA CURRUM. Detraxit unum *u*, licentia, qua Latinitas Graecos ſecuta genitivo plurali ſyllabam aut addit, aut detrahit: hoc loco detraxit, ſicut I. 119. *Arma* [55] *virum*. [56] Contra addidit VIII. 27. *Alituum pecudumque genus:* pro *alitum*, ſicut Graeci, Μουσάων [57] Ἑλικωνιάδων.

654. NITENTES. Pingues: ab eo, quod ſequitur, id quod praecedit intelligis. Per omnia autem quae dicturus eſt [58] intelligendum hoc: *Quae gratia fuit vivis, eadem ſequitur tellure repoſtos.*

657. PAEANA CANENTES. Proprie Apollinis laudes; quod nunc congruit propter lauri nemus: abuſive, omnium deorum: [59] ſic *Orgia* proprie Liberi, abuſive, omnium deorum ſacra.

658. ODORATUM. Pro, *odorum*; ut ſupra IV. 132. diximus.

VARIORUM.

jam pectine pulſat eburno. legit Marklandus ad Stat. III. Silv. 164. ſed *eadem* diſcrimina, id eſt quae ſunt diverſi ſoni, nervos, (quibus reſpondeat carminibus, quae voce canuntur) pulſat partim digitis, partim pectine. ita apud Ovid. I. Met. 518. *concordant carmina nervis*. an de ipſo Orpheo canente ſimul & citharam pulſante, ut fere omnes Interpretes, an de alio canente, cui Lyra ſua reſpondet Orpheus, haec verba ſint capienda, dubito. conſtructio vero audacior *obloquitur diſcrimina*, pro diſcriminibus, cujus exemplum nondum notavi. Servius contra loquentem loqui explicat. Salmaſius Obſerv. ad Jus Att. pag. 864. dicit, *obloqui* eſſe interrumpere ſermonem loquentis. vide Cerdam haec explicantem; & Favonium Eulogium in Cicer. Somn. Scip. pag. 447. Ed. Graev. BURM.

649. HEROES. *Proceres* Vratiſlavienſis. meliores annos intelligit, qui ante Laomedonta & Priamum fuerunt.

651. MIRATUR. *Mirantur* primus & tertius Rottendorphius, cum tribus aliis. etiam Gudianus a manu ſecunda, ut non Aeneam ſolummodo, ſed Sibyllam quoque haec ſpectent. HEINS. Vid. ſupra 477. & mox 678. & ita Zulichemius, Wittian. Dorvill. Francianus & Leidenſis & Editio Mediol. Ald.

652. TERRAE. *Terra* praecipui codices, quos inter Mediceus, Gudianus ac Mentelianus prior, & recte. ut Κακοφωνία vitetur & concurſus trium vocum per eumdem diphthongum deſinentium. HEINS. Ita & Zulichemius & duo Leidenſes. vid. lib. XII. 130. & ad Ovid. III. Amor. II. 25.

653. PER CAMPOS. *Campum* denuo iidem codices. HEINS. Wittian. & Francian. a manu prima.

Ibid. CURRUUM. *Currum* ſcripei. mihi tamen magis arridet *curruum*. Priſcianus lib. VII. *currum* agnoſcit quidem & interpretatur, ſed ſic ut *curruum* quoque admitti poſſe non diffiteatur, cum verſus proxime ſubſequens a vocali incipiat, ac poſſit etiam altera ex duabus vocalibus conjunctis elidi. ut in aliis ſupr. 280. *Ferreique Eumenidum thalami*. certe Macrobius lib. I. in Somn. Scip. cap. 9. *curruum* hoc loco exhibet. idque Giphanius Indice Lucretiano quoque eſt amplexus. HEINS. Supr. ad ỷ. 445. *currum* legitur in Servio, ubi *curſuum* Regius codex.

656. PER

[54] deeſt V. [55] *virûmque Tabulaeque* Fabr. [56] alibi addit Fabr. [57] Ἑλικωνιάδων V. L. [58] intelligendum eſt V, L. Voſ. R. hoc eſt Fabr. [59] ſicut L. Voſ. R. Lipſ. Fabr. al.

Plurimus Eridani per ſilvam volvitur amnis.
Hîc manus, ob patriam pugnando volnera paſſi,
Quique ſacerdotes caſti, dum vita manebat,
Quique pii vates, & Phoebo digna locuti,
Inventas aut qui vitam excoluere per artis,

Qui-

SERVII.

659. UNDE SUPERNE PLURIMUS ERIDANI PER SYLVAM VOLVITUR AMNIS. *Eridanum* Aratus in caelo eſſe [60] dixit, haud longe a [61] Ceto. Hic & in terris eſt, qui in Italia, id eſt, in Venetia Padus vocatur: quem alii etiam ad Inferos volunt tendere; alii naſci apud Inferos, & exire in terras. Ideo autem iſta finguntur, quia de Apennini parte oritur, quae [62] ſpectat Inferum mare, & [63] tendit uſque ad Superum. Ergo hic ſenſus eſt: Canebant in [64] locis, unde ſuperne, id eſt, ad ſuperos plurimus Eridani amnis per ſylvam volvitur: namque veriſimile eſt: quoniam legimus de Ariſtaeo IV. Georg. 366. *Omnia ſub magna labentia flumina* [65] *terra Spectabat diverſa locis.* Et congrue: nam omnis [66] humor ex terrae naſcitur venis. Alii Eridanum pro quocumque accipiunt, & dicunt κατ᾽ ἐξοχὴν dictum: nam legimus I. Georg. 482. *Fluviorum rex Eridanus.* Et amant poëtae pro appellatione ponere magnae rei proprietatem, ut alibi I. Georg. 9. *Poculaque inventis Acheloïa miſcuit uvis.* Melius tamen eſt [67] ſi diſtinguamus: *Unde ſuperne plurimus:* unde ad ſuperos plurimus, id eſt, magnus amnis volvitur per ſylvam Eridani, id eſt, Populos. Fabula namque haec eſt: Eridanus Solis filius fuit: hic, a patre [68] impetrato curru, agitare non potuit: & cum [69] ejus errore mundus arderet, fulminatus, in Italiae fluvium cecidit: & tunc a luce ardoris ſui, Phaëton appellatus eſt, & priſtinum nomen fluvio dedit: unde mixta haec duo nomina inter Solis filium & fluvium invenimus. Poſtea ejus ſorores flendo in populos verſae ſunt, ut in decimo. 190. *Populeas inter frondes umbramque ſororum.* Et hoc Virgilius: nam alii in alias arbores dicunt.

660. HIC MANUS OB PATRIAM PUGNANDO VULNERA PASSI. *Manus*, id eſt, multitudo eorum, qui ob patriam paſſi ſunt vulnera: & eſt figurate dictum. Sane animadvertendum [70] illud, quod ait Horatius in Arte poëtica 334. *Et ſimul & jucunda & idonea dicere vitae.* Nullam enim majores noſtri artem eſſe voluerunt, quae non aliquid reipublicae commodaret: unde Virgilius hoc per tranſitum facit: nam dicendo puniri patriae venditores, contra praemia defenſoribus ſolvi, nihil [71] utique aliud niſi fugienda vitia & ſectandas docet eſſe virtutes: [72] [ubi veram fortitudinis definitionem expreſſit; cum utilitate publica ſuſcipiatur fortitudo; videlicet *ob patriam:* & locum fortitudinis expreſſit, cum dixit *pugnando:* quia fortitudo, eſt rerum magnarum & terribilium invaſio.]

661. SACERDOTES CASTI DUM VITA MANEBAT. Quaſi quis caſtus [73] poſſit eſſe poſt mortem; ſed aliud dicit: id eſt, qui fuerunt caſti dum in communione vitae verſarentur: nam hi, qui maxima ſacra accipiebant, renuntiabant omnibus rebus; nec ulla in his niſi numinum cura remanebat. Herbis etiam quibuſdam emaſculabantur: unde [74] jam coire non poterant. Dicit ergo eos ſacerdotes, qui caſti fuerunt, etiam ante ſacra ſuſcepta.

662. PII VATES. Vaticinantes, [75] [non mendaces.] PHOEBO DIGNA LOCUTI. [76] Aut veridici, qui talia loquebantur, qualia [77] decebant Apollinem. Multi enim [78] mentiebantur, ut in Lucano Phoebas, ad quam Appius Claudius: v. 158. *Et nobis dabis* [79] *improba poenas, Et Superis, quos fingis, ais.*

663. INVENTAS AUT QUI VITAM EXCOLUERE PER

60 dicit V. 61 Ceto bellica Fabr. error vero eſt, Eridanum de Apennino oriri, quem & commiſit Lucanus lib. II. 409. ubi vide quae diximus. BURM. 62 exſpectat R. 63 tenditur V. Voſ. R. 64 lucis V. 65 *terras* Voſ. R. 66 fumus V. 67 ut diſt. V. 68 impetratum currum Dan. Fabr. al. 69 per errorem Fabr. al. 70 deeſt Steph. Dan. 71 deeſt L. V. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 72 deſunt iisdem. 73 poſſet Steph. Dan. Fabr. 74 etiam Fabr. al. an inter illas herbas fuerit *ruta*, de cujus vi egimus ad Petron. cap. XXXVII. videndum. BURM. 75 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 76 deeſt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Fabr. al. 77 decebat V. 78 mentiebantur Lucanus Phoebe. .'. *dabis* &c. in Lucano Voſ. mentiebantur Lucano Phoebas R. ſicut in Lucano Fabr. al. 79 *impia* apud Lucanum pluribus.

Digitized by Google

Quique ſui memores alios fecere merendo:
Omnibus his nivea cinguntur tempora vitta.
Quos circumfuſos ſic eſt adfata Sibylla;
Muſaeum ante omnis: medium nam plurima turba
Hunc habet, atque humeris exſtantem ſuſpicit altis:
Dicite, felices animae, tuque, optime vates;

Quae

SERVII.

PER ARTES. Qui [80] erudierunt & ornaverunt vitam per inventa artificia. Significat autem Philoſophos, [81] [qui aliquid excogitaverunt, unde vita coleretur.]

664. QUIQUE SUI MEMORES ALIOS FECERE MERENDO. Et qui aliquos ſui memores fecere praeſtando, [81] * [id eſt, beneficium dando reliquerunt ſui apud quoſdam memoriam,] ut IV. 335. *Nunquam regina negabo Promeritam*, id eſt, praeſtitiſſe. Terentius Andr. III. 31. *Ego, Carine, neutiquam* [82] *officium liberi eſſe hominis puto: cum is nihil* [83] *promereat, poſtulare id gratiae* [84] *poni ſibi.*

665. OMNIBUS HIS NIVEA CINGUNTUR TEMPORA VITTA. Per quod eos oſtendit meruiſſe divinos honores; ut diximus ſupra.

667. MUSAEUM ANTE OMNES. Theologus fuit iſte poſt Orpheum: & ſunt variae de hoc opiniones: nam eum alii [85] Lini filium; alii [86] Orphei volunt, cujus eum conſtat fuiſſe diſcipulum: nam ad ipſum primum carmen ſcripſit, quod [87] appellatur *Crater*.

668. HUMERIS EXTANTEM SUSPICIT ALTIS. Quaſi Philoſophum, ac ſi diceret Platonem. Alludit enim poeta: nam Plato ab humerorum dictus eſt latitudine, [88] [quam Graeci πλάτος vocant.] Athleta enim fuit, qui poſt omnium victoriam ſe philoſophiae dedit.

669. TUQUE OPTIME VATES. Quia theologus fuit. Et ſciendum, hoc loco Sibyllam jam a numine derelictam: unde & interrogat, quod alias non faceret.

VARIORUM.

656. PER HERBAM. *Per herbas* Gudianus & Montalbanius. idem Gudianus pro diverſa lectione, *conſpicit ante alios*. HEINS. De illo *conſpicit ecce*, vid. nos ad Nemeſ. I. Ecl. 34. & ſupr. lib. II. 604.

657. PAEANA CANENTIS. Illuſtrat operoſe hunc locum Macrobius lib. II. Saturn. 2. vereor tamen ne erudite magis, quam vere, dum de titulatione Sacerdotum interpretatur. HEINS. *Choros* in ora ſui codicis Heinſius conjecerat. ſed vulgata eſt apud Lutatium ad Statii VIII. Theb. 224.

659. PER SILVAM. Vid. ad II. Georg. 452. *plurimus* pueriliter dictum notat Harduinus. ſed vid. ad I. Georg. 187.

660. PASSI. *Paſſa* Bigotianus.

661. MANEBAT. *Maneret* apud Nonium bis occurrit, ſed aliter ſcripti codices. HEINS. Zulichemius a manu prima, *maneret*.

662 PHOEBO DIGNA. Serv. ad VII. 178. *& cedro digna locuti.*

663. EXCOLUERE. *Coluere* ſecundus Moreti.

664. ALIOS FECERE MERENDO. *Aliquos fecere* Mediceus, Gudian. prior Voſſii, prior Hamburg. tertius Rottendorfius, Montalbanius, & Schefferianus. *merendo*, id eſt gratos ſibi reddidere. *munerando* Donat. in Eunuch. III. 115. Idem in Adelph. II. I. 47. interpretatur, *praeſtando beneficium*. HEINS. Vid. Gronov. ad Senec. Hippol. 672. & quae notata ſunt in Obſerv. Miſcel. Critic. Vol. IV. pag. 123. adde etiam Donat. ad Terent. Andr. II. I. 31. & Serv. ad IX. Aen. 256. ubi etiam quidam *aliquos* dant. ut hic etiam Francian. & Ed. Mediol. BURM.

665. NIVEA. *Una* Dorvill.

667. MUSAEUM. *Muſeum* Vratiſlavienſis & Zulichemius. cujus Gloſſator *Platonem* interpretatur. *Muſenum* Dorvil. & Excerpta noſtra. ſed cur Homerum non memoret, vide Menagianorum tom. III. pag. 62. & ad III. Georg. 90. BURM.

668. SUSPICIT. *Suſcipit* tertius Rottendorphius, Mo-

80 erudiverunt V. Fabr. al. 81 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 81 * deſunt Lipſ. 82 deeſt V. L. Baſil. 83 *mereat* V. L. Voſ. 84 *apponi* Steph. Dan. Fabr. al. 85 Lunae V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 86 Orphi L. R. 87 appellatur *cratera* Steph. Dan. *cratera* appellavit Fabr. al. 88 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan.

Digitized by Google

Quae regio Anchiſen, quis habet locus? illius ergo
Venimus, & magnos Erebi tranavimus amnis.
Atque huic reſponſum paucis ita reddidit heros:
Nulli certa domus. Lucis habitamus opacis,
Riparumque toros & prata recentia rivis
Incolimus. Sed vos, ſi fert ita corde voluntas,
Hoc ſuperate jugum; & facili jam tramite ſiſtam.
Dixit, & ante tulit greſſum, campoſque nitentis

De-

SERVII.

670. QUAE REGIO ANCHISEN, QUIS HABET LOCUS? Bene & generalitatem requirit & ſpeciem, [89] quo poſſit facilius [90] inveniri: nam locus in regione eſt. ILLIUS ERGO. Propter illum, [91] [vel cauſa illius.] *Ergo* autem conjunctio fuit; ſed per accentus mutationem in adverbium [92] tranſit: & eſt ſola particula, quae habet in fine circumflexum. Multi male putant nomen eſſe indeclinabile: & dicunt poſitum eſſe pro cauſſa: (Cauſſa autem, nomen eſt, [93] [quod ponitur pro ratione)] qui caſus declinatione caret. [94] [Graece autem χάριν, vel ἕνεκα.]

671. MAGNOS AMNES. Aut [95] magna fluenta: aut quia novem ſunt, quae odioſum fuerat commemorare [96] per ſingula.

673. NULLI CERTA DOMUS. Id eſt, habitatio, quam animae tamdiu certam habent, quamdiu in corporibus ſunt: poſt quorum [97] ſolutionem vagantur pro vitae merito in circulis. LUCIS HABITAMUS OPACIS. Varia dicit, quae pro vitae varietate contingunt. In his autem [98] locis Heroum animae coluntur.

674. RECENTIA RIVIS. Virentia: rivorum ſcilicet cauſſa.

676. JUGUM. Ita enim dividuntur montes: in radices, latera, juga, vertices, pro locorum qualitate.

VARIORUM.

Moreti ſecundus, & a manu prima Zulichemius, Excerpta noſtra, & Editio Juntina. *oculis exſtantem ſuſpicit* Parrhaſ. ſic Timonem in Sillis de Platone dixiſſe:

Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατίστακος,

notavit Cl. Dorvillius. BURM.

669. DICITE. *Diſcite* uterque Hamburgicus, alter Menagii, & Zulichemius a manu prima. *optima vates* Gudianus.

670. REGIO. Hic iterum regionem a loco diſtinguit, de quo ad lib. I. 530. & V. 756. ſic Plautus Pſeudol. II. II. I. *hi loci ſunt, atque hae regiones.* licet ibi de locis in urbe agatur. Lucret. II. 531.

At regione, locoque alio, terriſque remotis.

Claudian. Epithal. Pallad. 62.

Quis locus Aethiopum, quae ſic impervia famae
Seceſſit regio?

BURM.

671. TRANAVIMUS. *Tranſnavimus* Nonius in *ergo.*

672. HUIC. *Hic* Oudartii.

673. NULLI. *Nulli eſt* Menagius prior. *nolli* Gudian. *domos* Leidenſ.

674. RIPARUMQUE TOROS. Imitatur Statius IV. Theb. 819. *Toros riparum, & proruta turbant Gramina.* ubi vide Schol. Barthii. *riparumque* Zulichem. *recentia ſilvis* Bigot. *virentia* Parrhaſ. quae eſt interpretatio τῦ *recentia.* vid. IV. Georg. 304. & ad Ovid. V. Faſt. 123. nam *recentia prata* ſunt, quae humore perpetuo aluntur, & viridia ſunt, ut ſemper quaſi nova appareant. vid. ad Nemeſ. II. Eclog. 22. Vondelius vertit, quaſi rivis recentibus irrigua prata dixiſſet, per hypallagen. in Dorviliano etiam in margine erat *virentia*, unde gloſſam eſſe apparet. & ita *recentes herbae*

89 ut Fabr. al. 90 invenire V. L. Voſ. R. 91 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Fabr. al. 92 tranſit V. L. Voſ. R. Fabr. al. 93 deſunt Baſil. ponitur deeſt Voſ. 94 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. 95 deeſt Voſ. 96 deeſt praepoſitio Fabr. al. 97 abſolutionem L. Voſ. R. Steph. al. 98 lucis Lipſ. Fabr.

Deſuper oſtentat: dehinc ſumma cacumina linquont.
At pater Anchiſes penitus convalle virenti
Incluſas animas, ſuperumque ad lumen ituras,
Luſtrabat ſtudio recolens, omnemque ſuorum
Forte recenſebat numerum, caroſque nepotes,
Fataque, fortunaſque virûm, moreſque, manuſque.
Iſque ubi tendentem adverſum per gramina vidit
Aenean, alacris palmas utraſque tetendit:

Effu-

SERVII.

678. DEHINC SUMMA CACUMINA LINQUUNT. Non *linquit:* hoc enim dicit: Aeneas & Sibylla, perducti ad ſummum, in plana deſcendunt.

679. PENITUS CONVALLE VIRENTI. Valde virenti, ut I. 200. *Penituſque ſonantes Acceſtis ſcopulos.*

680. INCLUSAS ANIMAS. Non re vera incluſas; ſed [99] a multitudine ſeparatas, quo facilius agnoſcerentur.

681. LUSTRABAT STUDIO RECOLENS. Circuibat ſtudioſe [1] tractans. INCLUSAS autem, aut ſegregatas: aut ſecundum ritum antiquum. Multitudinem enim ſi numerare non poterant, eam in locum certum includebant per partes, [2] [& ex unius numero quanta eſſet videbant.] Quod [3] Xerxes de ſuo fecit exercitu.

682. CLAROSQUE NEPOTES. Poſteros: [4] ſicut per *nurus* foeminas dicunt.

683. FATAQUE, FORTUNASQUE VIRUM, MORESQUE, MANUSQUE. Felicitas enim aut fatalis eſt, aut fortuita, aut ex virtute [5] deſcendit.

685. ALACRIS. Ipſe alacris. Et ſciendum antiquos & *alacris* & *alacer*, & *acris* & *acer*, tam de maſculino, quam de foeminino genere dixiſſe. Nunc maſculino utrumque damus; de foeminino *alacer* & *acer* nunquam dicimus; licet Ennius dixerit: *Aeſtatem Autumnus*, [6] *poſt acer hyems ſit:* nam inde eſt *alacer*.

VARIORUM.

bae Ovidio v. Faſt. 123. virides, novae. v. Heinſ. ſ. h. l. 636. *recens aqua* ex fluvio vivo & perenni. BURM.

675. VOLUNTAS. *Voluptas* Francianus & Edit. Junt.

676. FACILI JAM TRAMITE SISTAM. *F. jam tramite ducam* Venetus. *ſuperare* Francianus.

677. GRESSUM. *Greſſus* Menagius alter. mox *oſtendit* prior ejuſdem & Leidenſis. & Ed. Venet. *& ſuper* Dorvill. *linquit* Venetus. *linquent* Francianus. *linquont* Gudianus. recte vero Servius *linquunt* tuetur, licet *dixit*, & *oſtentat* praecedant. ibi enim de una, hic de duobus agitur. vid. ad lib. II. 32. & ſupr h. l. 477. & 651. & alibi. BURM.

679. CONVALLE. *Cum valle* Rottend. ſecundus & Zulichem. *in valle* Parrhaſ. & Venetus. *nitenti* prior Hamb. vide Gronov. ad Senec. Oedip. 156. & notas ad Ovid. II. Metam. 795. & alibi. BURM.

680. AD LUMEN. *Ad limen* ſecundus tertiusque Moreti. non male. Sic & inf. 829. ſed tamen apud Macrob. lib. III. Saturn. cap. 9. in veteri carmine ſeu formula, qua dictatores hoſtem devovebant, *ut lumine ſupero privetis hoſtium exercitum.* in carmine Cypriani, ſeu cujuſcumque alterius, de Paſchate habes,

Illuſtres animas caelique ad lumen ituras.

HEINS. *Ad limen* Bigotianus & Zulichemius. *incluſaſque* etiam prior Hamburgicus. *illuſtres* & *limen* Parrhaſ. perpetua haec confuſio. vid. Ecl. v. 56. Valer. Flac. IV. 28. & alibi ſaepe. BURM.

681. RE-

[99] deeſt praepoſitio Steph. Dan. [1] retractans L. Voſ. Steph. al. tractabat Dan. ſetractans R. *retractans* veram eſſe lectionem puto. vid. ad Ovid. VI. Metam. 316. BURM. [2] deſunt V. & ita ex Fabr. & ita quanta e. v. Baſil. [3] & Xerxes Fabr. al. [4] ſic per Fabr. al. [5] deſcendens Dan. Fab. [6] *ſequitur, poſt acer hiems ſit.* Fabr. *ſit* deeſt Lipſ. *ſequitur* etiam Voſſ. de his adjectivis in *er* & *is* quaedam notavimus ad Petron. cap. CXXIII. & CXXXI. BURM.

Digitized by Google

Effuſaeque genis lacrimae; & vox excidit ore:
Veniſti tandem, tuaque ſpectata parenti
Vicit iter durum pietas? datur ora tueri,
Nate, tua; & notas audire & reddere voces?
Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum,
Tempora dinumerans: nec me, mea cura, fefellit.
Quas ego te terras, & quanta per aequora vectum.

Ad-

SERVII.

686. GENIS. Palpebris. Ennius de dormiente: *Imprimitque genae genam.* EXCIDIT ORE. Quaſi ſeni: quod circa Anchiſen reſervat, ut II. 658. *Tantumque nefas patrio excidit ore.*

687. VENISTI TANDEM. Hoc ad affectum pertinet deſiderantis. Alias oritur quaeſtio quod dicit: *Sic equidem ducebam animo.* EXPECTATA. [7] Probata, ut VIII. 151. *Et rebus ſpectata juventus.* Hoc autem dicit: Tua pietas mihi ſemper probata, nunc etiam *iter durum* vicit, ſcilicet Inferorum.

688. ET NOTAS AUDIRE ET REDDERE VOCES. Familiariter loqui.

690. REBARQUE FUTURUM. Arbitrabar, ratiocinabar eſſe venturum. Per quod intelligimus fataliter Aeneam ad Inferos deſcendiſſe. Non enim niſi fatalia deprehenduntur.

691. NEC ME MEA CURA FEFELLIT. Nec decepit me dulciſſimus filius: nam vocativus eſt *mea cura*, [8] id eſt, tu: & dictum eſt ſicut X. 132. *Veneris juſtiſſima cura.*

692. QUAS EGO TE TERRAS, ET QUANTA PER AEQUORA VECTUM, [9] Pietatis magnitudo oſtenditur, cum pater ejus ingemit caſibus.

VARIORUM.

681. RECOLENS. In Miſcel. Obſerv. Crit. Vol. II. pag. 392. vir doctiſſimus hinc emendat apud Apulej. lib. IV. Met. p. 122. ubi vulgo legitur, *Tranſitoque ejus fluvio recalcans priora veſtigia*, ex Codic. Fulvii *recolens.* ſed alter oſtendit huic loco nihil commune eſſe cum Apulejo. nam hic eſt recolens, animo reputans, repetens, vel, ut Servius, ex optimis codicibus, *retractans.* BURM.

682. NUMERUM. *Numeros* Excerpta noſtra. *claroſque* Ed. P. Dan. deinde, *Factaque* Franciani.

683. MANUSQUE. *Genuſque* ad oram Pierius notavit alios legere, & ita etiam Taubmannus. ſed in nullo inveni. BURM.

687. TUAQUE SPECTATA PARENTI. *Parentis* Mediceus. Idem, ut & caeteri omnes, *tuaque exſpectata*, niſi quod in Veneto, *exoptata. exſpectata*, quomodo lib. II. 282. *quibus Hector ab oris Exſpectate venis?* & lib. VIII. 38. Thybris ad Aenean;

Exſpectate ſolo Laurenti, arviſque Latini.

& Valer. Flac. lib. VII. 417.

Haſcine nunc grates, haec exſpectata laborum
Dona dari decuit?

Fuit, cum cenſerem eſſe corrigendum, *tuaque haec ſpectata parenti.* ut apud Naſonem Faſt. IV. 37.

Hinc ſatus Aeneas, pietas ſpectata per ignes.

ſed vulgatum ſcriptum temere ſollicitari nolim; pro qua quoque Paſſeratius & Voſſ. lib. II. cap. Art. Gramm. & Juretus ad Symmach. lib. II. Ep. 70. pag. 77. ſtant. & firmat codex Leidenſis. *que* enim producitur ob ſequentes duas conſonantes. ut Georg. 153. *Lappaeque tribulique.* & VIII. Aen. 425. *Brontesque Steropeſque.* & IV. Georg. 336. *Drimoque Xanthoque*, in quibus aſſiduus eſt Prudentius. is hunc Maronis locum videtur cogitaſſe lib. I. I. Contr. Symmach.

Eſſe Deos, quorum patria ſpectata ſepulcbra
Scimus.

HEINS. *Tuaque ſpectata* tuetur etiam Tan. Fab. ad Lucret. V. 973. Valeſius vero in Valeſian. p. 177. *tua quae ſpectata.* Commentator Crucquianus ad Horat. I. Od. 23. *Veniſti tandemque tuae exſpectata parenti Vicit iter durum pietas.* ſaltem *tuo* de-

[7] probata nunc etiam Fabr. al. [8] id eſt me R. [9] patriae ejus ingemit caſibus V. L. R. Voſ. Steph. Dan. reliqua habent Fabr. al. priora, pietatis m. o. cum, deſunt Lipſ. etiam.

Digitized by Google

Adcipio! quantis jactatum, nate, periclis!
Quam metui, ne quid Libyae tibi regna nocerent!
Ille autem: Tua me, genitor, tua triſtis imago,
Saepius occurrens, haec limina tendere adegit.
Stant ſale Tyrrheno claſſes: da jungere dextram,
Da, genitor; teque amplexu ne ſubtrahe noſtro.
Sic memorans largo fletu ſimul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum.

Ter

SERVII.

694. Libyae tibi regna nocerent. Aut quia de Junone ait Venus I. 672. *Haud tanto ceſſabit cardine rerum:* aut, quod eſt melius, illud dicit: Timui, ne, dum apud regna Carthaginis voluptatibus [10] vacabas, imperium fatale [11] derelinqueres: [12] [unde per tranſitum inſinuat, quod intelligatur, Aeneam in Africa apud Didonem divertiſſe; cum utrumque conſtet diverſis aetatibus fuiſſe.]

695. Tristis imago. Severa, terribilis, ut ſupra II. 353. *Et turbida terret imago.*

696. Saepius occurrens. Κατὰ τὸ συνεχόμενον ſaepius [13] ei dictum intelligimus: aut certe, egit me tua imago ad haec tendere limina, quam ſaepe videre conſuevi.

697. Stant sale Tyrrheno classes. Affectionis eſt filii, etiam ea indicare, de quibus non interrogatus.

699. Largo fletu. Nato ex gaudio.

VARIORUM.

dediſſet. Cerda pugnat pro *exſpectata.* ut eſt in Dorvilliano, & Wittiano & Ed. Venet. vid. ſupr. lib. v. 70. & Arntzen. ad Plinii Paneg. xxxi. BURM.

688. Vicit iter. Symmachus lib. I. Ep. 9. *ſed verum eſt illud, quod Poëta noſter ſcriptum reliquit, iter durum viciſſe pietatem.* ubi alii codices, *vinci pietate.* HEINS. Vid. ad Val. Flac. III. 481.

690. Animo: *Animum* Leidenſis unus a manu prima. Heumannus *dicebam* vult legi, pro praedicebam: vellem talia exemplis illuſtrari, quum *ducere* ſit verbum uſitatum in calculis & rationibus; & ita Anchiſes dinumerans tempora, ducebat animo ſuo, id eſt, computabat, calculos inibat, quando adfuturus eſſet Aeneas. vide quae poſt Gronovium notavi ad Petronii cap. LXXX. & ita forte rectius ex Mſſ. apud Ovid. I. ex Pont. IV. 9.

Nam mea per longos ſi quis mala duceret annos,

quam *digerit*, quamquam nec illud repudiem. & ita rationes ſecum iniens Chremes apud Terent. Heaut. IV. VII. 8. *decem minas pro alimentis eſſe nunc duco datas.* & hoc poſtulant ſequens *dinumerans*, & *mea cura.* mox, *denumerans* primus Moreti. *temporaque numerans* alter. *tua cura* Sprotianus. *annumerans* Menagii prior. BURM.

692. Quas ego te terras. Pierius codici ſuo Edit. Juntinae adſcripſit, *Quas te ego per terras.* ſed praepoſitio bis poſita intelligi debet. vid. ſupr. v. 512. & ad I. Georg. 275. Servium. Adde Ovid. XVI. Epiſt. 141. I. Art. 333. BURM.

696. Haec limina adire coegit. Ita primus Rottend. Leidenſis & quatuor alii, ſed unus Moreti, *haec limina cogit adire.* ſed perperam. HEINS. *Adire coëgit*, etiam Parrhaſ. Dorvil. & pro var. lect. Zulichem. *adire adegit* Francian. *ſaepius occurrens*, licet ſemel apparuiſſe Aeneae Anchiſen legatur, potuit illa ſpecies poſtea animo ejus ſaepe occurriſſe, & ſemper praeſto fuiſſe: & haec proprietas verbi *occurrere* exigit, quod ſaepe pro in mentem, memoriam venire ponitur, ut ex multis Ciceronis locis apparet. unicum, quo de nocturnis imaginibus agit, adducam ex lib. I. de Divinat. 29. *tum ei viſa quietis occurrent tranquilla & veracia.* Ovid. Epiſt. XIII. 109. *Sed tua cur nobis*,

10 vacas V. L. R. 11 relinqueres Fabr. 12 deſunt V. L. Voſſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 13 deeſt V.

Ter fruſtra conprenſa manus effugit imago,
Par levibus ventis, volucrique ſimillima ſomno.
Interea videt Aeneas in valle reducta
Secluſum nemus, & virgulta ſonantia ſilvis,
Lethaeumque, domos placidas qui praenatat, amnem.
Hunc circum innumerae gentes, populique volabant.

Ac

SERVII.

701. Ter frustra. Saepius: finitus pro infinito. [14] [Eſt autem locus iſte ex Homero ſumptus Odyſſ. Λ. 203.

> Ὣς ἔφατ', αὐτὰρ ἐγώγ' ἔθελον φρεσὶ μερμηρίξας
> Μητρὸς ἐμῆς ψυχὴν ἑλέειν κατατεθνηυίης.
> Τρὶς μὲν ἐφωρμήθην ἑλέειν τέ με θυμὸς ἀνώγει·
> Τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ ἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ
> Ἔπλατ'. ἐμοὶ δ' ἄχος ὀξὺ γενέσκετο κηρόθι μᾶλλον.]

703. Interea videt Aeneas. [15] Εἱρμός eſt hoc loco, id eſt, unus ſenſus [16] protentus per multos verſus: in quo tractat de Platonis dogmate, quod in Phaedone poſitum eſt περὶ ψυχῆς, de quo in Georgicis ſtrictim, hic latius loquitur. De qua re etiam Varro [17] in primo Divinarum pleniſſime tractavit. Hoc autem continet: Aeneas, dum [18] per Inferos pergeret, reſpexit fluvium quendam loci remotioris, ad quem innumera multitudo tendebat animarum. Interrogavit patrem [19] quis eſſet fluvius, [20] vel qua ratione ad eum pergerent animae. Pater ait: Lethaeus eſt; pergunt autem, [21] ut potent & oblivionem patiantur, [22] ut incipiant in corpora velle remeare. Stupefactus Aeneas interrogat: Dic pater, [23] animae, quae [24] per praeteritam vitam tot ſupplicia pertulerunt, poſſunt habere votum revertendi in corpora? Non eſt veriſimile, liberatas de corporis carcere ad ejus nexum reverti. Suſcepta narratione, [25] haec Anchiſes exequitur: Primo debere fieri ut redeant; deinde poſſe; deinde velle: quae, quoniam obſcura ſunt, aliis [26] ſubdiviſionibus innoteſcunt. Quid eſt debere? Cuncta animalia a Deo originem ducunt: quae quia naſci cernimus, revertuntur ſine dubio, [27] unde cuncta procreantur. Deinde poſſe ſic probat: quia immortales ſunt animae, & ſunt quae poſſunt reverti. Tertium eſt utrum velint: quod dicit fieri per Lethaeum fluvium. Et hoc eſt, quod dicturus eſt; ſed incidentes quaeſtiones faciunt obſcuritatem.

704. Virgulta sonantia sylvae. [28] Quae eſt juxta [29] praerupta fluminis.

705. Domos placidas. Campos Elyſios. Praenatat. Praeterfluit: & contrarie dictum eſt: nam non natant aquae; ſed [30] nos in ipſis natamus. Ennium igitur ſecutus eſt, qui ait: *Fluctuſque natantes.* Sane de hoc fluvio quaeritur a prudentioribus: utrum de illis novem ſit, qui ambiunt Inferos; an praeter novem: & datur intelligi, quod ab illis [31] [novem, qui ambiunt Inferos,] ſeparatus [32] eſt: namque volunt eum eſſe imaginem ſenectutis: nam animae noſtrae vigent & alacres ſunt, & plenae memoria a pueritia [33] uſque virentem ſenectam, poſtea, in nimia ſenectute, omnis memoria labitur; qua lapſa, mors intervenit, & animae in [34] aliud corpus [35] revertuntur. Unde fingunt poëtae, animas Lethaeo [36] hauſto in corpus redire. Ergo *Lethaeus*, eſt oblivio, morti ſemper vicina. [37] [Lethaeum autem ἀπὸ τῆς λήθης conſtat, id eſt, oblivione, eſſe dictum.]

706. Gentes populique. Innumerarum gentium & populorum animae.

708 Flo-

14 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. Dan. 15 Hirmos L. Voſ. R. Steph. Dan. Hirmos V. 16 protenſus Fabr. 17 libro primo Fabr. in libro pr. Baſil. 18 deeſt praepoſitio R. 19 qui V. Fabr. al. 20 & qua R. Fabr. al. 21 ut potantes oblivionem Voſ. Steph. Dan. 22 & Steph. Dan. deeſt Voſ. 23 & animae L. Voſ. R. Ger. Voſ. an animae. 24 propter L. Voſ. R. 25 hoc Steph. Dan. Fabr. al. 26 diviſionibus Steph. Dan. Fabr. al. 27 nam unde V. Voſ. R. ſed tunc malim, nam inde. mox, Ger. Voſ. & quae ſunt, poſſunt reverti. 28 quia Fabr. 29 praeripia V. L. Voſ. R. vid. Gronov. 1. Obſerv. 20. 30 nos ipſi natamus V. 31 deſunt Fabr. al. 32 ſit V. L. Voſ. 33 uſque ad Lipſ. Fabr. al. 34 deeſt Voſ. 35 recurrunt Fabr. 36 hauſtu Fabr. 37 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Dan.

Ac veluti in pratis, ubi apes aeſtate ſerena
Floribus inſidunt variis, & candida circum
Lilia funduntur: ſtrepit omnis murmure campus.
Horreſcit viſu ſubito, cauſſaſque requirit
Inſcius Aeneas, quae ſint ea flumina porro,
Quive viri tanto complerint agmine ripas.

Tum

SERVII.

708. FLORIBUS INSIDUNT. *Inſido illi rei*, ut I. 719. [38] *Inſidat quantus miſerae deus. Inſiſto* autem *illam rem*, ut ſup. 563. *Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen.*

709. CIRCUM LILIA FUNDUNTUR. [39] Hoc eſt, funduntur [40] [circum flores; *Lilia* autem pro quibuslibet floribus,] ſpeciem pro genere poſuit.

711. FLUMINA PORRO. Longe remota: & eſt Graecum adverbium, [41] [ſcilicet πόῤῥω.] Bene autem Aeneam longe a Lethaeo facit: quia adhuc juvenis eſt.

712. AGMINE. Curſu, impetu: per quod oſtendit cito iri ad ſenectam: quia tota celeritate uſus labitur vitae.

VARIORUM.

nobis, pallens, occurrit imago? praeterea ex lib. IV. 351. ſaepius ei patris imaginem apparuiſſe conficitur. BURM.

699. SIC. *Dic* Francianus.

Ibid. LARGO FLETU. Recte Servius de lacrimis ex gaudio obortis explicat. de quibus vid. ad Petron. cap. LXXXIX. & XCI. & his fere ſemper *amplexus* jungi ſolent. vid. Vellej. Paterc. II. 104. BURM.

700. COLLO. *Dare collo* Montalbanius.

701. COMPRENSA. *Conata* alter Hamburgicus a manu prima. *compreſſa* multi. vide II. Aen. 792. ubi iidem tres verſus.

702. SOMNO Lege, *ſomnio*. FABER. Sed cur non idem tentat lib. II. 794? quia ſcilicet ibi ſequens verſus a conſonante incipit. ſed tunc certe efficeretur *ſomnium* & *ſomnum* idem ſignificare, ut Servius ad alterum locum notat: ſed & Deus Somnus poſſet intelligi, qui, ut venti, alatus etiam fingitur, ut vulgo notum: alii eo in loco legunt *fumo*, qualiter Manil. I. 822. *volucrique ſimillima fumo.* BURM.

703. VIDET AENEAS. *Aeneas vidit* prior Hamburgicus. *vidit* etiam tertius Mentelius & Excerpta noſtra. *valle recepta* Menagii prior. vide lib. VIII. 609. *Praeterea videt* etiam Wittian. BURM.

704. SECLUSUM. *Et cluſum* Dorvill.

Ibid. SILVIS. *Silvae* Mediceus a manu prima. *Silvae* etiam Gudianus, alter Mentelii, Rottendorphii ſecundus tertiuſque, duo Voſſiani, & tres quatuorve alii. ſupra II. 794. habuimus *Averna ſonantia ſilvis*. HEINS. *Silvae* Edd. priſcae & Catroei. Cerda mallet *ripis*. male. vid. III. Aen. 442. & XII. 522. Cl. Dorvillius in ſuo codice reperit,

Et cluſum nemus, & virgulta ſonantia ſilvae.

ſed correctum erat, *ſilvis*. *ſonantia ſilvis* capiebat de horrore tremulo foliorum. aut potius de ipſis virgultis, quibus *magnum fragorem* dat lib. VII. 772. BURM.

705. DOMOS. *Domus* alter Hamburg.

707. VELUTI. *Velut* Gudianus, alter Mentelius, primus tertiuſque Rottendorphii, duo Voſſiani, aliique quini. HEINS. *Velud* Leidenſis. *velut* Francianus.

710. VISU. *Viſus* alter Hamburgicus. *ſubito viſu* Dorvil.

711. SINT. *Sunt* Regius, in quo & *complerint* videtur a prima manu fuiſſe, ſed correctum *complerent*. *ſunt* etiam prim. Rottend. & alter Mentelii, Leidenſis & Zulichem. a m. pr. *complerent*. pr. Rottend. alter Menagii, duo Leid. & Francianus & Catroeus. *compleruut* duo Hamburg. & ſecund. Rottend. & Zulichem. *quique viri* Hamburg. pr. & Dorvill.

714. LE-

38 *Inſidiat* Voſſ. 39 circumfunduntur. V. Lilia funduntur, circum L. deſunt Lipſ. ad *ſpeciem* circum flores Voſ. R. circa flores Fabr. al deſunt Steph. qui tantum floris ſpeciem p. q. poſuit. 40 deſunt V. L. Voſſ. R. Fabr. al. 41 deſunt V. L. Voſ. Lipſ.

Tum pater Anchiſes: Animae, quibus altera fato
Corpora debentur, Lethaei ad fluminis undam
Securos latices & longa oblivia potant.
Has equidem memorare tibi atque oſtendere coram,
Jampridem hanc prolem cupio enumerare meorum:
Quo magis Italia mecum laetere reperta.
O pater, anne aliquas ad coelum hinc ire putandum eſt

Su-

SERVII.

713. ANIMAE, QUIBUS ALTERA FATO CORPORA DEBENTUR. Sciendum, non omnes animas ad corpora reverti, Aliquae enim propter vitae merita non redeunt; aliquae redeunt propter malam vitam; aliquae propter fati neceſſitatem.

714. LETHAEI AD FLUMINIS UNDAM SECUROS LATICES ET LONGA OBLIVIA POTANT. Si anima aeterna eſt, & ſummi ſpiritus pars: qua ratione in corpore non totum videt; nec eſt tantae [42] vivacitatis, ut omnia poſſit agnoſcere? quia, cum coeperit in corpus deſcendere, potat ſtultitiam & oblivionem: unde non poteſt implere [43] vim numinis ſui, propter naturae ſuae oblivionem. Obliviſcitur autem, ſecundum poëtas, praeteritorum; ſecundum Philoſophos, futuri: unde medium tenuit dicendo OBLIVIA. Docent autem Philoſophi, quid anima, [44] [ad ima] deſcendens, per ſingulos circulos perdat, unde etiam [45] [diſputantes de ratione] Mathematici, fingunt, quod ſingulorum numinum poteſtatibus corpus & anima noſtra connexa [46] ſunt, ea ratione: quia, cum deſcendunt animae, trahunt ſecum torporem Saturni, Martis iracundiam, libidinem Veneris, Mercurii lucri cupiditatem, Jovis regni deſiderium: quae res faciunt perturbationem animabus; ne poſſint uti vigore ſuo & viribus propriis.

715. SECUROS LATICES. Qui ſecuros faciunt, [47] [id eſt, ſine cura, ἀφροντίστως] [48] ut morbos *pallidos* dicimus, quod pallidos faciunt.

717. JAMPRIDEM. Ex quo ait v. 737. *Tum genus omne tuum, & quae dentur moenia diſces.*

719. O PATER. Nova brevitas: nam dicendo *pater*, qui loquatur, [49] oſtendit. AD COELUM HINC IRE PUTANDUM EST. Miſcet Philoſophiae figmenta poetica: & oſtendit tam quod eſt vulgare, quam quod continet veritas & ratio naturalis: nam ſecundum poetas hoc dicit: credendum eſt, animas ab Inferis reverti poſſe ad corpora? ut *coelum*, ſuperos intelligamus, id eſt, noſtram vitam. Secundum Philoſophos vero hoc dicit: credendum eſt, animas corporis contagione pollutas ad coelum reverti?

VARIORUM.

714. LETHAEI. *Letheique* Zulichemius.

715. OBLIVIA POTANT. Vid. ad Valer. Flac. IV. 536. & Schol. Horat. Epod. XIV. 4.

717. HANC PROLEM. *Prolem hanc* ſecundus Rottendorphius. *numerare* Menagii prior. *tuorum* Venetus & pro varia lectione primus Rottendorphius.

718. TANDEM LAETERE. Vetuſtiſſima, *mecum laetere.* nec aliter citatur a Servio in fine libri quinti. FABRIC. Omnes noſtri cum Pierianis, *mecum laetere.* quod male exſulabat ab editis exemplaribus. HEINS. *Italia nec non laetare* Zulichem. *laetare* etiam Menagii pr. Sprotian. Rottend. pr. Regius & Excerpta noſtra. ſed *mecum laetere* Wittian. & Serv. ad I. Aen. 267. vid. ad II. Ecl. 12. & I. Aen. 675. BURM.

719. PUTANDUM EST. *Eſt* deeſt Mentelio priori & Franciano. *hinc ad coelum* Menagii prior. *aliquos* Rottendorf. a m. pr.

720. AD

42 prudentiae tantaeque vivac, Voſ. Lipſ. Steph. Dan. Fabr. al. 43 culmen numinis habet Maſvicius, quod unde petierit, neſcio, nec quod huc faciat video, & in fine notae *vigor* & *vires*, hic *vim* exigunt. BURM. 44 deſunt V. L. Voſ. Lipſ. 45 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. mox, poteſtati Lipſ. 46 ſint Fabr. 47 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 48 ut *pallida mors* quod p. facit Fabr. ſed Baſil. ultima non habet, quod p. facit. 49 oſtenditur Dan. & eum ſecuti poſteriores editiones: qui loquatur deeſt R.

Sublimes animas, iterumque in tarda reverti
Corpora? quae lucis miſeris tam dira cupido?
Dicam equidem; nec te ſuſpenſum, nate, tenebo:
Suſcipit Anchiſes, atque ordine ſingula pandit.
Principio coelum ac terras, campoſque liquentis,

Lu-

SERVII.

720. SUBLIMES ANIMAS? Non omnes; ſed ſublimium. AD TARDA REVERTI CORPORA? Animae comparatione, qua velocius nihil eſt: uno enim momento [50] poteſt univerſa diſcurrere.

721. QUAE LUCIS MISERIS TAM DIRA CUPIDO? Ut id deſiderent, propter quod ſe [51] ſentiunt poenas [52] [apud Inferos, dum purgantur,] dediſſe, ſcilicet vitam.

722. SUSPENSUM. Sollicitum, incertum, ut VII. 372. *Multo ſuſpenſum numine ducit.*

723. SUSCIPIT ANCHISES, ATQUE ORDINE SINGULA PANDIT. Hyſteron proteron. Poſt hunc enim verſum ſequi debuit: *Dicam equidem; nec te ſuſpenſum nate tenebo.*

724. PRINCIPIO COELUM AC TERRAS, CAMPOSQUE LIQUENTEIS. Interrogatus Anchiſes, quare animae velint reverti ad corpora, quaſi aliud dicit, tamen illuc recurrit, quod Graece *τὸ πᾶν* dicitur, id eſt, *omne quod eſt*. Quatuor ſunt elementa: terra, aër, aqua, aether; & Deus. Praeter haec nihil eſt aliud: & hoc [53] mundum non poſſumus dicere: nam mundus non eſt totum. Ergo Deus eſt [54] quidam ſpiritus divinus, qui per quatuor infuſus elementa gignit univerſa. Igitur, ſi de elementis & Deo naſcuntur omnia, unam originem habent, & par eſt natura omnium. Sed videamus, quid in nobis eſt a Deo, & quid a quatuor elementis? Quantum datur intelligi, ab elementis habemus corpus; a Deo [55] animam: quod ideo probatur: quia [56] eſt in corpore, terra, humor, anhelitus, calor; (quae omnia videntur, [57] [ſicut etiam elementa]) animus inviſibilis eſt: ſicut etiam Deus, unde originem ducit. Illa praeterea irrationabilia ſunt, ſicut corpus; contra Deus habet conſilium, ſicut etiam animus. Deinde, elementa [58] mutantur, quod eſt eorum proprium, ſicut etiam corpus, quod inde originem ducit. Contra, Deum non perire manifeſtum eſt; ergo nec animus perit, qui inde originem ducit: nam pars ſemper ſequitur genus. Huc igitur tetendit primam intentionem ſuam, [59] ut animos immortales diceret. Sed occurrit illud, [60] Si immortales [61] ſunt, & unum habent principium; qua ratione non omnia animalia [62] ſentiunt ſimiliter? Et dicit, non eſſe in animis diſſimilitudinem, ſed in corporibus, quae, prout fuerint vel vivacia, vel torpentia, ita & animos faciunt: quod poteſt etiam in uno eodemque [63] corpore probari. In ſano enim corpore alia eſt vivacitas mentis; in aegro pigrior: [64] inſanis invalida & ratione carens, ut in phreneticis cernimus; adeo, cum ad corpus venerit, non natura ſua utitur, ſed ex ejus qualitate mutatur. Inde Afros verſipelles; Graecos leves; Gallos [65] pigrioris videmus ingenii: quod natura climatum facit, ſicut Ptolemaeus deprehendit, qui dicit, tranſlatum ad aliud clima hominem naturam ex parte mutare: de toto enim non poteſt: quia in principio [66] accepit ſortem corporis ſui. Ergo anima pro qualitate eſt corporis. Et qua ratione res melior eſt in poteſtate deterioris? Atqui divinus animus debuit corpus habere in poteſtate; non mortale corpus naturam animi [67] corrumpere. Sed hoc ideo fit, quia plus eſt quod continet, quam quod continetur: ut ſi leonem includas in [68] caveam, im-

50 cuncta diſcurrit Fabr. al. poteſt in univerſa diſc. Ger. Voſſius. 51 ſciunt Voſ. Dan. 52 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 53 hoc τὸ πᾶν Fabr. al. 54 quidem Dan. 55 animum V. L. Voſ. R. Lipſ. Fabr. al. 56 quia quod eſt Dan. 57 deſunt V. ſic etiam elementa Voſ. 58 mutari videmus, quorum perire mutari eſt, ſicut Steph. Dan. Fabr. al. propria R. ſicut etiam corporis G. Voſſius. 59 animas im. doceret Fabr. al. animos i. doceret L. 60 ſi enim immortales Baſil. 61 illud ſunt, & unum R. 62 ſentiunt ſimiliter Lipſ. Steph. Dan. Fabr. al. ſentimus Maſvic. 63 animalis corpore V. L. Voſ. R. comprobari Fabr. al. 64 in ſatis invalido V. L. Lipſ. R. in ſatis valido Baſ. 65 pigriores R. 66 acceperit Baſil. mox, ſet (pro ſed) qua ratione G. Voſſius. 67 corrumperet Fabr. 68 cavea V.

Lucentemque globum Lunae, Titaniaque aſtra,
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus

Mens.

SERVII.

impeditus vim ſuam non perdit; ſed exercere non poteſt: ita animus non tranſit in vitia corporis, [69] ſed ex ejus conjunctione impeditus, nec exercet vim ſuam. Occurrit & illud: Omne quod corrumpitur, aeternum non eſt: ſi animus inſanit, iraſcitur, deſiderat, timet, caret aeternitate, cui ſunt iſta contraria: nam paſſio aeternitatem [70] reſolvit. Quod ideo falſum eſſe dicimus: quia animus nihil per ſe patitur, [71] ſed laborat ex corporis conjunctione. [72] Et aliud eſt, per ſuam naturam corrumpi; aliud per [73] contactum rei alterius. Videmus enim tale aliquid, [74] ut in lucerna, quae per ſe clara eſt, & locum, in quo eſt, ſine dubio illuminat; ſed, ſi [75] qua re tecta fuerit & incluſa, non perdit ſplendorem proprium, qui in ea eſt (remoto namque impedimento apparet) nec tamen, quia impeditus eſt ejus vigor, ideo etiam corruptus. Ita ergo & animus, quamdiu eſt in corpore, patitur ejus [76] contagiones; [77] ſimul atque depoſuerit corpus, recipit ſuum vigorem, & natura utitur propria. Si ergo [78] propriam recipit naturam, quare poenas apud Inferos patitur? ideo, quia res, quae ſimul diu fuit, non poteſt, depoſita ipſa re, ſtatim ad ſuum nitorem reverti: ut, ſi ſpeciem candidam [79] in lutum polluas, & eam ſtatim auferas, non idcirco ſordibus caret; ſed [80] ablutionem requirit, ut in priſtinum nitorem poſſit redire; ſic anima, ex eo, [81] quo datur corpori, inquinata, etiam ſi corpus deponat, neceſſe [82] habet purgari. Si ergo purgantur, & recipiunt naturam ſuam, cur volunt reverti? Quia [83] potant (inquit) oblivia. Eſt etiam illud [84] ambiguum; nam aut praeteritarum [85] obliviſcuntur poenarum; aut certe, ut ignarae futuri, habent redeundi deſiderium in corpora, quod [86] ſine paſſione non fit: nam animus, in quo eſt paſſio, meretur reverti. COELUM. Pro aëre, & aethere poſuit, [[87] ut I. 133. *Jam coelum terraſque.*] CAMPOSQUE LIQUENTES. Id eſt, maria.

725. LUCENTEMQUE GLOBUM LUNAE. Ideo uſus eſt participio, ut oſtendat eam ſuum lumen non habere: nam *lucens*, eſt quod aliunde illuminatur; *lucibile*, quod per ſe lucet, ut *patulum* [88] [& *patens*; *patulum*, eſt] quod [89] ſemper patet; *patens*, quod & aperitur & clauditur, ut [90] oculus. GLOBUM autem ideo, quia dicitur Luna σφαιροειδής eſſe. TITANIAQUE ASTRA. Aut ſtellas dicit: aut Solem, quem & ſupra ℣. 580. unum fuiſſe de Titanibus diximus.

726. SPIRITUS. Divinus ſcilicet: & unum eſt, ſive mentem dicat, ſive animum, ſive ſpiritum. INTUS ALIT. Vegetat, & in aeternitatem cuſtodit: quia mixtus eſt, & nulla pars eſt elementi ſine Deo. PER ARTUS. Per elementa, quae membra [91] ſunt mundi: corporalia namque ſunt: quippe quae poſſunt videri.

VARIORUM.

720. AD TARDA. Ita omnes quidem noſtri. ſed tamen *in tarda*, cum Pierianis codicibus praeferrem. *ad* enim proximitatem notat, & poſſent alia corpora intelligi, *in* vero conjunctionem arctiorem corporis & animi indicat. ſic infr. 751. ſine ulla varietate, *in corpora velle reverti.* ſic differunt fugere *ad flumina*, & *in flumina*, notante Servio ad III. Georg. 543. ſic variant codices infr. 760. in Servio, *confugit ad ſilvas*, & *in ſilvas.* & aliud eſſe *ad urbem*, & *in urbem venire*, notum eſt, & ſimilia plura. vid. ad Lucan. III. 359. egregie Seneca Epiſt. LXXII. *Miraris Deos ad homines venire. Deus ad homines venit, immo quod propius eſt, in homines.* BURM.

721. QUAE LUCIS MISERIS. *Miſerae* Menag. pr. *quae miſeris lucis* Wittianus. *cupido eſt* Hambur-

69 ſed ejus c. impeditur V. impeditor R. non exerc. Fabr. al. 70 ſolvit Fabr. 71 vel, laborat labores V. pro varia lectione. 72 deeſt conjunctio V. L. R. 73 contrarium V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 74 deeſt V. 75 qua retecta V. L. R. qua recta Voſ. 76 contagione L. R. Fabr. al. 77 poſtquam vero dep. Fabr. al. ſimul atque cum dep. R. 78 ſuam Dan. deeſt V. L. R. Lipſ. 79 miſſam in tutum V. L. Voſ. Steph. Dan. al. 80 abſolutionem Steph. Dan. 81 quod datur L. Voſ. R. Steph. Dan. Fab. al. 82 habeat Fabr. al. 83 portant Voſ. 84 ambiguum ut aut R. 85 obliviſcantur Voſ. R. & certe ut ignari Baſil. 86 quod ſine p. fit, & animus Baſil. quod ſ. p. f. & animus in id, in quo Fabr. 87 deſunt L. *terramque* V. R. Voſ. Steph. Dan. addunt *meo ſine numine* Fabr. al. 88 deſunt V. 89 per ſe Fabr. 90 ut oculi, os V. vid. ad Ecl. I. I. 91 ſunt mundi corporalia; corpora namque ſunt, quae p. videri Fabr. al. corpora, ſunt n. ſ. quae poſſunt v. Dan.

Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominum pecudumque genus, vitaeque volantum,
Et quae marmoreo fert monſtra ſub aequore pontus.
Igneus eſt ollis vigor, & coeleſtis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.

Hinc

SERVII.

727. Mens agitat molem. Magnitudinem mundi mens agitat: [92] & ſi, ut Cicero dicit in Tuſculanis, I. 23. *aeternum eſt, quidquid in aeterno motu eſt*, ſine dubio etiam animus aeternus eſt: ſemper enim in motu eſt; adeo ut ne nobis quidem quieſcentibus conquieſcat. Magno se corpore miscet. Aut Antiptoſis eſt, pro corpori, ut X. 361. *Haeret pede pes, denſusque viro vir:* quod potius credendum eſt: aut certe ſecundum eos locutus eſt, qui dicunt [93] Deum corporalem eſſe: & eum ita definiunt, πῦρ νοερὸν, id eſt, *ignem ſenſualem.* Quod ſi verum eſt, corpus eſt; nec per Antiptoſim dixit; ſed per definitionem, *magno corpore*, id eſt, non communi.

728. Inde hominum pecudumque genus. De quatuor elementis, & Deo.

730. Et coelestis origo Seminibus, quantum non noxia corpora tardant. Quod ſupra diximus: In tantum quidem in [94] omnibus viget pars divinitatis, in quantum ſinit corporum qualitas.

732. Terrenique hebetant artus. In quantum non hebetant [95] artus. Moribundaque membra. Morienti ſimilia, hoc eſt, ſemper morientia: nunquam enim in eodem ſtatu ſunt; ſed uti viribus ſuis non poteſt, propter corporis conjunctionem.

VARIORUM.

burgenſis & Rottendorfii primi. Wittian. & Dorvill. deeſt vero *eſt* Lutatio ad Stat. I. Theb. 305. BURM

723. Suspicit. *Suſcipit* meliores magno numero. *ſuſpicit* eſt tantum in Franciano, Wittian. Pugetiano & Parrhaſ. & Edd. antiquis. & hoc defendit Maſer. ad Valer. Flac. III. 378. vid. ſupr. ℣. 249. BURM.

724. Ac terras. *Terram* Gudian. deinde, *ingentemque globum* Medic. a m. pr. HEINS. *Coelum terras* Menag. pr. & Hamburg. alter. memoriae vitio Donatus ad Terent. Adelph. V. III. 4. *terras coelumque profundum*, confundens locum ex Georg. IV. 22. vid. & ad IV. Aen. 269. vulgatam habet Lutatius ad Stat. I. Theb. 337. & VI. 360. & Servius ad VI. 59. & III. & alibi docet, *terram* plus ſignificare, quam *terras.* BURM.

Ibid. Liquentes. *Limentes* Dorvill.

725. Lucentemque. In vetuſtiſſimo A. Colotii codice, ſcriptum eſt, *ingentemque* pro *lucentemque.* URSIN.

726. Infusa. *Effuſa* Leidenſis unus. de impietate, quam haec de deo ſententia ſpirat, late hic agit Catroeus.

727. Molem. Vid. Lucretium lib. III. 824. quem dediſſe Virgilio exemplar imitandi credit nuperus editor. ſed ille de mente, hic de toto univerſo agit.

Ibid. Corpore. Pro *corpori* volunt poni, ut etiam II. Georg. 327. *miſceri* vero etiam ablativo jungi vidimus ad Ovid. VI. Faſt. 170. & Nemeſ. Cyneg. 206. ita mox 762. *Italo commixtus ſanguine.* G Voſſ. ellipſin τοῦ *cum* volebat. de qua remittebat ad Vellej. Paterc. II. 65. BURM.

728. Inde. *Hinc* Serv. ad V. Aen. 517.

730. Ollis. *Olli* edidit Commelinus, an vitio librariorum, an ex Palatino codice, neſcio. certe *ollis* omnes fere codices, & Schol. Statii I. Theb. 255. *illis* Hamb. pr. & Donat. ad Terent. Adel. III. II. 16. & Ed. Venet. BURM.

731. Tardant. *Tardent* quartus Moreti. *corpora noxia* plurimi.

733. Hinc

92 & ſicut V. R. Voſ. 93 deeſt Dan. 94 hominibus V. Lipſ. 95 deeſt V. R. L. Voſ. in q. non hebeant.

Hinc metuunt, cupiuntque: dolent, gaudentque: neque auras
Diſpiciunt clauſae tenebris & carcere caeco.
Quin & ſupremo quum lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miſeris, nec funditus omnes
Corporeae excedunt peſtes: penituſque neceſſe eſt
Multa diu concreta modis inoleſcere miris.

Ergo

SERVII.

733. Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque. Ex [96] corporis conjunctione, & hebetudine. Varro, & omnes Philoſophi, dicunt quatuor eſſe paſſiones; duas a bonis [97] opinatis; & duas a malis opinatis rebus: nam dolere, & timere, duae opiniones malae ſunt; una praeſentis, altera futuri. Item gaudere, & cupere, opiniones bonae ſunt; una praeſentis, altera futuri. Haec ergo naſcuntur ex ipſa conjunctione: nam neque animi ſunt, neque corporis propria: pereunt enim facta ſegregatione [98] [animae a corpore; quam mortem eſſe definit, hoc eſt, *λύσιν σώματος καὶ ψυχῆς*.]

734. Neque auras respiciunt. Nam, quia cohaerent corpori, obliviſcuntur naturae ſuae, quam *auras* vocavit: [99] [ſcilicet coeleſtem & divinam.] Clausae tenebris, et carcere coeco. Definitiones ſunt corporis: [1] [nam Graeci *δέμας*, quaſi *δεσμὸν*, corpus vocant, quaſi vinculum animi.]

735. Quin et supremo cum limine vita reliquit. Quia, ut diximus, occurrit, debere eas ſtatim poſt corpus depoſitum [2] redire in ſuum vigorem: & dicit non poſſe: quae enim diu conjuncta ſunt, invicem ſe tenent, & trahunt reliquias ſordium antiquarum.

736. Non tamen omne malum. Cedit [3] quidem, ſed non omne: nam remanet; quod ut purgetur, neceſſe eſt. Inde eſt, quod dicit ſup. 655. *Eadem ſequitur tellure repoſtos.* Bene autem miseris, [4] quae etiam poſt corpus habent corporis [5] ſordes: unde eſt: *Nec funditus omnes Corporeae excedunt peſtes.*

738. Diu concreta. Id eſt, conjuncta & conglutinata. Inolescere. [5] * Creſcere, ut II. Georg. 77. *Udoque docent inoleſcere libro.*

VARIORUM.

733. Hinc metuunt, cupiuntque: dolent, gaudentque. Apud Macrobium lib. I. in Somn. Scip. cap. 8. *metuunt, cupiunt, gaudentque dolentque.* ſed illi ſollemne eſt loca aliorum in medium producta nonnihil immutare. HEINS. Ita tamen & ſecundus Rottendorphius. ſed Donatus ad Terent. Andr. v. IV. 34. vulgatum habet.

Ibid. Nec auras. *Neque auras* in omnibus ſcriptis. deinde *diſpiciunt* in altero Voſſiano, primo tertioque Rottendorphiis. etiam in Gudiano optimo a manu prima. nec dubito, quin vere. Gudiano & primo Rottendorphio additum eſt interpretamentum, *diſpiciunt, id eſt diligenter inſpiciunt.* eodemque alludit Mediceus, Mentelius prior, prior Voſſianus, Rottendorphius ſecundus, in quibus *deſpiciunt*, ut Pierius in Mſſ. invenit. *diſpicere* verbum familiare Ciceroni, quod etiam non ſemel apud Terentium occurit. nos id ex veterrimo exemplari olim reddidimus Claudiano lib. II. in Rufin. apud noſtrum II. Georg. 186. ex tribus quatuorve codicibus praeſtantiſſimis exaratum offendi,

Qualem ſaepe cava montis convalle ſolemus
Diſpicere,

non *deſpicere*, quod nunc ibi circumfertur. HEINS. nec *auras reſpiciunt* Dorvill. Wittian. Ed. Ald. & Commel. & Donat. ad Terent. Andr. v. IV. 34. *diſpiciunt* Francianus. ſic apud Catull. LXVI. 1.

Omnia qui magni diſpexit lumina mundi.

ita Heinſ. legebat pro *deſpexit. ſuſpiciunt* hic Edit. Mediol. non reperi apud Claudianum Heinſium *diſpicere* emendaſſe. ſed contra lib. II. in Rufin. 399. Cluverii emendationem, *deſpicit*, pro *reſpicit* legentis, rejicit. BURM.

735. Lu-

96 corporum Fabr. al. 97 deeſt Steph. Dan. mox, alia futuri Lipſ. Steph. Dan. al. 98 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 99 deſunt iiſdem. 1 deſunt iiſdem. 2 reverti Fabr. al. 3 deeſt V. R. Voſ. Baſil. 4 quia Fabr. al. 5 damna Dan. 5 * concreſcere L. Lipſ.

Digitized by Google

Ergo exercentur poenis, veterumque malorum
Supplicia expendunt. Aliae panduntur inanis
Suſpenſae ad ventos: aliis ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.
Quiſque ſuos patimur Manis: exinde per amplum

Mit-

SERVII.

739. Ergo exercentur poenis. Quia depoſito corpore ſordes ſuperſunt. Poenas autem [6] minime perferunt animae; ſed [7] illius conjunctionis reliquiae, quae [8] fuit inter animam & corpus: nam licet [9] iſta duo per ſe poenas perferre non poſſint; homo tamen perfert, qui de his duobus eſt factus.

740. Supplicia expendunt. [10] Ideo agunt ſupplicia; non ut animas puniant; ſed ut eas peccatis exuant priſtinis.

741. Aliae panduntur inanes Suspensae ad ventos. Loquitur quidem poëtice de purgatione animarum; tangit tamen, quod & Philoſophi dicunt: nam triplex eſt omnis purgatio: aut enim in terra purgantur, quae nimis oppreſſae ſordibus [11] fuerint, deditae ſcilicet corporalibus blandimentis, id eſt, tranſeunt in corpora terrena: & haec igni dicuntur purgari: ignis enim ex terra [12] eſt, quo exuruntur omnia: nam coeleſtis nihil perurit. Aut in aqua, id eſt, tranſeunt in corpora marina, ſi paulo melius vixerint: aut certe in aëre, tranſeundo ſcilicet in aëria corpora; ſi ſatis bene vixerint: quod & in Statio III. Th. 485. legimus, ubi de auguriis tractat: [13] [*Seu quia mutatae, noſtraque ab origine verſis Corporibus ſubiere notos*:] Unde etiam in ſacris Liberi omnibus tres ſunt iſtae purgationes: nam aut taeda purgantur & ſulphure, [14] aut aqua abluuntur; aut aëre ventilantur; quod erat in ſacris Liberi. Hoc eſt enim, [15] [quod dicit in ſecundo Georg.] 289. *Tibique Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu*: nam genus erat purgationis. [16] [Id autem & apud Juvenalem tangitur. II. 156. *Quoties hinc talis ad illos Umbra venit, cuperent luſtrari, ſi qua darentur Sulphura cum taedis; & ſi foret humida laurus.*] Et in ipſis purgationibus bonorum meritorum ſecutus eſt ordinem; ut ante aëriam; inde aquae; poſt ignis diceret purgationem.

543. Quisque suos patimur manes. Supplicia [17] varia, quae ſunt apud manes; ut ſi quis dicat, *judicium patimur*, & ſignificet ea, quae [18] in judicio continentur. Eſt & aliud verius: nam cum naſcimur, duos Genios ſortimur; unus eſt, qui hortatur ad bona; alter, qui depravat ad mala: [19] [nec incongrue dicuntur *Genii*; quia, cum unuſquiſque genitus fuerit, ei ſtatim obſervatores deputantur:] quibus aſſiſtentibus poſt mortem, [20] aut aſſerimur in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem: per quos aut vacationem meremur, aut reditum in corpora. Ergo Manes, Genios dicit, quos cum vita ſortimur. Exinde. Una pars orationis eſt, [21] [& in tertia a fine accentum habet, licet penultima longa ſit: quod ideo factum eſt, ut oſtenderetur una pars eſſe orationis,] ne praepoſitio [22] jungeretur adverbio, quod vitioſum eſſe non dubium eſt.

VARIORUM.

735. Lumine. *Limine* prior Hamburgicus pro varia lectione. *ſupremum c. lumen* Montalbanius & tertius Rottendorphius. *relinquit* Francian. & tres quatuorve. in Wittiano litera *n* inducta erat. *nec tamen* Menagii prior.

737. Necesse est. *Eſt* deeſt Sprotiano. mox, *diu conjuncta* Oudartii. *excidunt peſtes* Ald.

740. Panduntur. *Penduntur* Dorvill.

742. In-

6 non V. R. Fabr. al. non fuerunt R. pro ferunt. 7 illud V. 8 non fuit Voſ. 9 illa Fabr. al. 10 id V. non agunt ſupplicia. ut Fabr. al. 11 fuerunt Fabr. al. 12 oritur Fabr. al. mox, aut aqua idem. tranſeunt R. 13 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. mox, in ſacris legimus omnibus Lipſ. 14 aut aqua abluunt, aut aëre, quod erat V. L. Voſ. R. Lipſ. 15 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. 16 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. 17 deeſt V. L. R. Lipſ. Steph. Dan. Voſſiano deſunt, ſupplicia quae ſunt apud Manes. 18 deeſt V. 19 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. 20 deeſt V. aut inferimur Lipſ. & mox, vagationem meremur. 21 deſunt Voſ. & tertia V. in tertia E. ſine accentu habet Baſil. 22 adjungeretur Fabr. al.

Mittimur Elyſium, & pauci laeta arva tenemus:
Donec longa dies, perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Aetherium ſenſum, atque auraï ſimplicis ignem.
Has omnis, ubi mille rotam volvêre per annos,
Lethaeum ad fluvium Deus evocat agmine magno:
Scilicet inmemores ſupera ut convexa reviſant,
Rurſus & incipiant in corpora velle reverti.

Di-

SERVII.

744. PAUCI LAETA ARVA TENEMUS. Non omnes: qui enim minus purgantur, ſtatim redeunt ad corpora.

745. DONEC LONGA DIES PERFECTO TEMPORIS ORBE. Quia etiam poſt purgationem [23] [opus eſt tempore, ut perſeveret in purgatione,] & ſic redeat. Et quaeritur, utrum animae per apotheoſin (de quibus ait: *Pauci laeta arva tenemus*) [24] poſſint mereri perpetuam [25] vacationem; quod non poteſt fieri. [26] *Merentur* enim temporis multi, non perpetuitatis: & quae male vixerunt, ſtatim redeunt; quae melius, tardius, [27] quae optime, diutiſſimo tempore ſunt cum numinibus. [28] Paucae tamen ſunt, quae & ipſae, exigente ratione, licet tarde, coguntur reverti. PERFECTO TEMPORIS ORBE. Finito legitimo tempore.

746. CONCRETAM. Affixam & inhaerentem. AETHERIUM SENSUM. [29] Sydereum, πῦρ νοερὸν, *ignem ſenſualem*, id eſt, Deum: per quod, quid ſit anima, oſtendit. AURAÏ SIMPLICIS IGNEM. Non urentis. *Simplicis* autem, noſtri comparatione; qui conſtat de ligno & aëre: ille enim [30] ἀσύνθετος, per ſe plenus eſt & aeternus: quia ſimplex. Omnia [31] enim σύνθετα, id eſt, *compoſita*, exitum ſortiuntur: unde & atomos, [32] perpetuas dicunt: quia ſimplices ſunt, nec [33] recipiunt ſectionem.

748. HAS OMNES. Ac ſi diceret, etiam has omnes: nam ſupra 713. non omnes dixit: ſed *Animae, quibus altera fato Corpora debentur*. ROTAM VOLVERE PER ANNOS. [34] Exegerunt ſtatutum tempus per annorum volubilitatem. Eſt autem ſermo Ennii.

749. DEUS EVOCAT. Non dicit quis, ſicut ſupra 264. *Dii, quibus imperium eſt animarum*. Sed alii Mercurium volunt, propter hoc II. 242. *Animas ille evocat Orco Pallentes; alias ſub Tartara triſtia mittit*. Et eſt ratio: nam νοῦς dicitur, id eſt, *ſenſus*, quo Philoſophiam, quae haec indicat, intelligimus, quia ipſe etiam [35] invenit literas. AGMINE MAGNO. Impetu: & dictum eſt imperative, ἀπειλητικῶς: non enim blanditiis inductae redeunt; ſed neceſſitate quadam coguntur, ut potantes velint reverti.

750. IMMEMORES. Vel praeteritorum, vel futurorum.

VARIORUM.

742. INFECTUM. Serv. ad II. Georg. 389. legit, *infeſtum*. vid. Fabrum ad lib. I. Aen. 69. BURM.

743. MANIS. Poenas interpretatur Lutatius ad Statii VIII. Theb. 84. Servius genios, quod refutat Ferrarius lib. I. Electorum cap. 17. qui *patitur manes* explicat καῖα, ſecundum ſuos manes, ſive in ſuis manibus & umbris, vel animis. ut *torqueor pedes* &c. ſed vide quae diximus ad Valer. Flac. III. 389. *patitur* alter Menagii. & mox, *mittitur* idem & Venetus a manu prima. *patitur* & *mittitur* ſecundus Moreti. *patitur* Lutatius ad Stat. d. l. Auſon. Ephem.

Pa-

23 deſunt V. R. 24 poſſit V. R. Voſ. 25 purgationem Steph. Dan. Fabr. al. vagationem L. R. Lipſ. 26 *meretur* V. R. 27 deeſt V. 28 pauca & V. 29 Syderium Dan. deeſt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. 30 deeſt V. L. Voſ. Steph. Dan. Synthetа per ſe R. Syntheta, id eſt, ex anima & corpore comp. Lipſ. 31 deeſt V. 32 perpetuos L. Fabr. 33 reſpiciunt Steph. 34 peregerunt, exegerunt Fabr. al. 35 invenerit V. Fabr. al.

Dixerat Anchiſes: natumque unaque Sibyllam
Conventus trahit in medios, turbamque ſonantem:
Et tumulum capit, unde omnis longo ordine poſſit
Adverſos legere, & venientum diſcere voltus.]
Nunc age, Dardaniam prolem, quae deinde ſequatur
Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
Inluſtris animas, noſtrumque in nomen ituras,
Expediam dictis, & te tua fata docebo.

Ille,

SERVII.

752. DIXERAT ANCHISES. Antedicta de reverſione animarum probatio huc [36] tetendit; ut celebret Romanos, & praecipue Auguſtum: namque qui bene conſiderant, [37] invenient omnem Romanam hiſtoriam ab Aeneae adventu, uſque ad ſua tempora ſummatim celebraſſe Virgilium: quod ideo latet: quia confuſus eſt ordo: nam everſio Ilii, & Aeneae errores, [38] adventus, bellumque, manifeſta ſunt: Albanos autem reges, Romanos etiam conſules, [39] Brutos, Catonem, Caeſarem, [40] Auguſtum, & multa ad hiſtoriam [41] Romanam pertinentia hic indicat locus. Caetera, quae [42] hic intermiſſa ſunt, in ἀνταποδόσει commemorat: unde etiam in antiquis invenimus, opus hoc appellatum eſſe non [43] Aeneidem; ſed Geſta populi Romani: quod ideo mutatum eſt, quia nomen non a parte, ſed a toto debet dari.

753. TURBAMQUE SONANTEM. Aut quae tunc propter feſtinationem ſonabat: aut *turbae* perpetuum eſt epitheton.

754. LONGO ORDINE. Non, quo nati ſunt; ſed quo apud Inferos ſtabant: non enim eo, [44] quo regnarunt, dicturus eſt ordine.

755. ADVERSOS LEGERE. Conſiderare, relegere.

756. DARDANIAM PROLEM. Albanos reges, qui tredecim fuerunt de Aeneae & Laviniae genere: unde ait: [45] *Itala de gente*.

758. ILLUSTRES. Hoc nomen notitiae fuit, non meriti: unde etiam in meretricibus invenitur: nam & *nobiles* & *illuſtres* vocantur. IN NOMEN ITURAS. In gentem, [46] ut ipſe XII. 515. *Nomen Echionium, matriſque genus* [47] *Peridiae*.

VARIORUM.

Patiturque ſuos mens ſaucia manes.
BURM.

745. PERFECTO. Finito explicat Servius & Barth. ad illa Statii VI. Theb. 180.

Ceſſavere novae perfecto ſole tenebrae.
BURM.

746. RELIQUIT. *Relinquit* Mediceus, Voſſianus prior, alter Menagianus & Venetus ex noſtris. HEINS. Vulgata eſt in pleriſque Servii libris. ſupr. 340.

747. AURAÏ. Pro *aurai* Giphanius *aurae* ex membranis profert ad Lucret. pag. 464. HEINS. *Aurae* omnes fere ſcripti & Edit. Veteres.

748. ROTAM. *Rotas* Menag. prior. *rotam evolvere* Parrhaſ.

749. FLUVIUM. *Flumen* Montalbanius & Venetus.

751. INCIPIANT. *Incipient* Lutatius ad Statii VIII. Theb. 92. *ſuperum convexa reviſant Rurſus & incipiunt* Ed. Venet. *ſuperum* etiam Dorvill.

754. POSSIT. *Poſſent* apud Nonium exſtat verbo *legere*. in novem aut decem ſcriptis exemplaribus *poſſet*. etiam in Mediceo, altero Mentelio, primo tertioque Rottendorphio. HEINS. *Poſſet* Wittian. Regius & Edit. Mediolan. *poſſet ordine circum* Parrhaſ.

755. ADVERSOS. *Adverſas* Montalbanius. *vultum*

36 tendit Fabr. al. 37 inveniunt Fabr. V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 38 adventuſque Fabr. al. 39 quae commemorat Brutus V. commemoratos L. 40 & Auguſtum Fabr. al. 41 deeſt V. L. Voſ. R. 42 deeſt V. 43 Aeneiden Baſil. Aeneide R. 44 quod Voſ. ordinem temporis cur non ſervet Virgilius rationes dederunt Segraeus & Carroeus ad ℣. mox 767. 45 *Italia* V. L. 46 ut Statius Voſ. Steph. Dan. ut *nomen* L. ut *nomen haec Ionium* R. ut ipſe in duodecimo, *nomen* Lipſ. 47 *Perideae* Steph. Fabr. al.

Ille, (vides) pura juvenis qui nititur haſta,
Proxima ſorte tenet lucis loca; primus ad auras
Aetherias Italo commixtus ſanguine ſurget
Silvius, Albanum nomen, tua poſtuma proles:
Quem tibi longaevo ſerum Lavinia conjux
Educet ſilvis regem, regumque parentem:
Unde genus Longa noſtrum dominabitur Alba.
Proximus ille Procas, Trojanae gloria gentis,

Et

SERVII.

760. Ille (vides) pura juvenis qui nititur hasta. Aeneas, ut Cato dicit, ſimul ac venit [48] ad Italiam, Laviniam accepit uxorem, propter quod Turnus iratus, tam in Latinum, quam in Aeneam bella [49] ſuſcepit, a Mezentio impetratis auxiliis. Quod & ipſe oſtendit dicens VII. 476. *Se ſatis ambobus, Teucriſque venire Latiniſque.* Sed, ut ſupra IV. 610. diximus, primo bello periit Latinus; ſecundo pariter Turnus & Aeneas; poſtea Mezentium interemit Aſcanius, & Laurolavinium tenuit: cujus Lavinia timens inſidias, gravida confugit [50] ad ſylvas: & latuit in caſa [51] paſtoris [52] Tyrrhi. Ad quod alludens ait VII. 485. *Tyrrhuſque pater, cui regia parent Armenta.* Et illic enixa eſt Sylvium. Sed cum Aſcanius flagraret [53] invidia, evocavit novercam, & ei conceſſit Laurolavinium; ſibi vero Albam conſtituit: qui quoniam ſine liberis periit, Sylvio, qui & ipſe Aſcanius dictus eſt, ſuum reliquit imperium: unde apud Livium I. 3. error eſt: [54] qui Aſcanius Albam condiderit. Poſtea Albani omnes reges Sylvii dicti ſunt, ab hujus nomine: ſicut hodieque Romani imperatores, Auguſti vocantur; [55] Aegyptii, Ptolemaei; Perſae, Arſacidae; Latini, Murrhani, ut XII. 529. *Murrhanum hic atavos & avorum antiqua ſonantem Nomina, per regeſque actum genus omne Latinum.* Pura juvenis qui nititur hasta. Id eſt, ſine ferro: nam hoc fuit praemium apud majores [56] ejus, qui tunc primum viciſſet in praelio; ſicut ait [57] Varro in libris de Gente populi Romani.

763. Sylvius, Albanum nomen. Quia omnes Sylvii [58] dicti ſunt. Tua posthuma proles. *Poſthumus*, eſt poſt humationem parentis creatus. Per hoc autem Aenean cito oſtendit eſſe periturum: & ſtatim infert conſolationem dicens.

764. Quem tibi longaevo. Id eſt, Deo: *aevum* enim, proprie aeternitatis eſt, quae non niſi in deos venit. Ennius: *Romulus in coelo cum diis genitalibus aevum Degit.* Male autem vindicat uſus, per quem dixit ỿ. 714. *Longaevoſque ſenes.*

766. Unde. A quo, ut I. 6. *Genus unde Latinum:* nam poſteri ejus fuerunt, qui poſtea [59] apud Albam regnaverunt civitatem.

767. Proximus ille Procas. Standi ordine; non [60] naſcendi: nam [61] [duodecimus fuit. Et Capys,] ſextus eſt rex Albanorum: item Numitor tertius decimus fuit.

VARIORUM.

tum Zulichemus. *legere* ut ſupr. ỿ. 34. *perlegere. poſcere vultus* Ed. Venet.

758. Nostrumque in. *et noſtrum nomen* ſecundus Moreti. *ituros* alter Hamburgicus.

760. Pura juvenis. *Juvenis pura* Dorvillianus.

761. Lucis. Heinſius maluerat *luci*, intelligens, vitae mox ipſi reddendae.

762. Surget. *Surgit* Mediceus. vid. ſupr. ỿ. 727.

763. Tua postuma proles. Videntur haec contraria eſſe iis, quae mox ſubjunguntur, *quem tibi*

48 deeſt V. L. Voſ. R. 49 commovit Fabr. al. 50 in Silvas Fabr. al. vid. ſupr. ỿ. 720. 51 paſtorali Tyri Fabr. al. 52 Tyrrhi, & mox, Turrus V. L. R. Thyrri & Thyrrus Voſ. Tyri & Tyrus Steph. Dan. Fabr. al. 53 invidie vocavit R. 54 quia V. uter Fabr. qui A. A. condidit Dan. apud Livium narratur. quod G. Voſſius. 55 Aegypti Steph. Dan. 56 deeſt Fabr. al. 57 deeſt R. ſicut fertur in libris de Baſil. 58 ab eo dicti Fabr. 59 deeſt Fabr. apud Albanam L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 60 aſcendi Baſil. & Edd. antiquae plurimae. 61 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. Dan.

Et Capys, & Numitor, & qui te nomine reddet
Silvius Aeneas, pariter pietate vel armis
Egregius, ſi umquam regnandam adceperit Albam.
Qui juvenes quantas oſtentant, adſpice, vires!
Atque umbrata gerunt civili tempora quercu.
Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemque Fidenam,
Hi Collatinas inponent montibus arces,

[Lau-

SERVII.

770. SI UMQUAM REGNANDAM ACCEPERIT ALBAM. Aeneas ſcilicet Sylvius. Et hic oſtendit, omnes Albanos reges Sylvios dictos. [62] Recepit autem a tutore, qui ejus invaſit imperium: quod ei vix anno [63] quinquageſimo tertio reſtituit. Et rem plenam hiſtoriae per tranſitum tetigit.

772. CIVILI TEMPORA QUERCU. *Civica* debuit dicere; ſed mutavit. [64] At e contra Horatius II. od. I. *Motum ex Metello conſule civicum*, pro, *civilem*. Querceam autem coronam accipiebant, civilem, qui in bello civem [65] ſervaſſent: ideo, quia ante cauſſa vitae in hac arbore hominibus fuit, qui glandibus veſcebantur: [66] [unde Ovidius in Metam. I. 106. *Et quae deciderant patula Jovis arbore glandes*. Unde Jovis arbor dicitur: quaſi per quam Jupiter ſuos aleret populos.] Aliae enim erant murales: aliae agonales, id eſt, lemniſcatae. [67] Muralis dabatur ei, qui prior murum adſcendiſſet.

773. HI TIBI NOMENTUM, ET GABIOS. Hae civitates ſunt priſcorum Latinorum ab Albanis regibus conſtitutae: quanquam *Collatiam* Tarquinius conſtituiſſe dicatur: qui, ut erat ſuperbus, eam ex [68] *collata pecunia* conſtituit: unde & *Collatia* dicta eſt. Poteſt [69] tamen fieri, ut ab Albanis fundata ſit, aucta a Tarquinio; ſicut ſupra III. 551. de Tarento diximus: quod Taras fecit, auxit [70] Phalantus. Romam etiam Romulus feciſſe dicitur, quam ante Euander condidit, ut VIII. 313. *Tunc parte Euandrus Romanae conditor arcis*. URBEMQUE FIDENAM. *Fidenae* dicuntur, ut *Thebae*; ſed dixit ut [71] Juvenalis XV. 6. *Atque vetus* [72] *Thebe centum jacet obruta portis*: nam varietati ſtudet: unde etiam ait *Pometios*, cum dicatur numero ſingulari *Pometia*.

VARIORUM.

tibi longaevo &c. nam ſi longaevo patri ac ſeni natus eſt Silvius, quomodo proles poſtuma dicitur? diſputat de hoc loco Gellius lib. II. cap. 16. HEINS. *Poſtumia* Francianus & ita cepit Luiſin. lib. I. Parerg. 4. ut ſit filius Poſthumius ex Lavinia & Aenea, a quo orti deinceps Poſthumii. de τῷ *longaevas* poſt Gellium diſputat Barth. ad Stat. IX. 62. BURM.

765. EDUCET. *Educet in ſilvis* alter Hamburgicus. *educit* Mediceus.

766. LONGA. *Noſtrum longa* prior Hamburgicus, & ſecundus Rottendorfii, & Wittianus.

767. PROCAS. *Procax* Zulichemius, Vratiſlavienſis, Oudartii & Francianus. & ita in antiquis editionibus quibuſdam Servii legitur.

768. REDDET. *Reddat* primus Moreti & prior Hamburgicus.

769. VEL ARMIS. *Vel* hic eſſe conjunctivum, idemque quod *&*, docet Salmaſ. ad Tertul. Pallium pag. 407. qui tamen memoriae vitio citat, *magnus pietate vel armis*. ſed *pariter* huc reſpicit, quod ſupra de Aenea Anchiſiade dixerat Sibylla, 403. *Troius Aeneas pietate inſignis & armis*. ubi *&*, ut hic *vel*. & hunc verſum ex illo forte fictum fuiſſe ſuſpicari quis poſſet; nam in altero Mentelii a manu prima deerat, ſed poſtea adſcriptus, & ſalvo ſenſu poterat abeſſe. Nam licet priores nomine ſuo appellet, Aeneam hic intelligi ſatis patet, per illa, *qui te nomine reddet*. *Egre-*

gium

62 accepit Fabr. receperit V. L. R. Voſ. acceperit Baſ. 63 LII. Dan. Fabr. al. 64 ut Fabr. al. 65 liberaſſent V. R. Voſ. Steph. Dan. civilem deeſt Lipſ. 66 deſunt iisdem & Lipſ. 67 muralis autem Fabr. al. 68 collecta L. 69 tamen etiam Fabr. al. 70 Phalantos V. R. Palantus L. Phalanthus Baſil. Palantes Lipſ. 71 deeſt V. R. Voſ. L. ſed ſingulariter dixit, ut, *atque* Lipſ. 72 *Thebae* V. R. *Thebes* L.

Digitized by Google

[Laude pudicitiae celebres, addentque ſuperbos]
Pometios, Caſtrumque Inüi, Bolamque, Coramque.
Haec tum nomina erunt, nunc ſunt ſine nomine terrae.
Quin & avo comitem ſeſe Mavortius addet
Romulus; Aſſaraci quem ſanguinis Ilia mater

Edu-

SERVII.

776. CASTRUMQUE INUI. [73] Una eſt in Italia civitas, *Caſtrum novum* dicitur. De hac autem ait, *Caſtrum Inui*, id eſt, Panos, qui illic colitur. [74] *Innus* autem Latine appellatur, Graece Πάν: item Ἐφιάλτης Graece, Latine [75] *Incubo:* idem Faunus: idem Fatuus, Fatuellus. Dicitur autem *Innus*, ab *ineundo* paſſim cum omnibus animalibus: unde & Incubo dicitur. CASTRUM autem, civitas eſt: nam *caſtra* numero plurali dicimus: licet legerimus in Plauto: *Caſtrum* [76] *poenarum:* quod etiam diminutio oſtendit: nam *caſtellum* dicimus.

777. NUNC SUNT SINE NOMINE TERRAE. Atqui in Catalogo hinc eſt dicturus aliquas civitates; ſed ex perſona ſua praeoccupat.

778. QUIN ET AVO COMITEM SESE MAVORTIUS ADDET ROMULUS. Amulius, & Numitor fratres fuerunt; ſed Numitorem regno Amulius pepulit: & Iliam, ejus filiam, ſacerdotem Veſtae fecit. De hac, & Marte, nati [77] ſunt Remus & Romulus: qui, cum adoleviſſent, occiſo Amulio, avum Numitorem in [78] regnum revocarunt: & cum eo uno anno regnaverunt. Poſtea propter anguſtias imperii, Romam [79] [captatis auguriis] condiderunt. Ergo *avo ſe addet comitem:* aut avito ſe junget imperio: aut [80] certe, ſecundum Ennium, [81] referetur inter deos cum Aenea. Dicit namque Iliam fuiſſe filiam Aeneae: quod ſi eſt, Aeneas avus eſt Romuli: unde etiam addidit: ASSARACI QUEM SANGUINIS: nam hoc epitheton non ſine cauſſa eſt introductum: quod eſt proprium Aeneae: nam *Aſſaracus*, pater eſt Capyos; Capys Anchiſae; Anchiſes Aeneae.

VARIORUM.

gium armis non dici, ſed *bello*, calumniatur Harduinus. taedet talia refutare. ſi *maximus armis* Alb. ad Livium 14. dixit, cur non *egregius* diceretur? *egregius virtute* etiam Noſter lib. VII. 257. vid. & infr. h. 862. & paſſim hoc epitheto utitur. & *arma* pro bellis capi vidimus ad I. Aen. I. BURM.

771. OSTENTANT. *Oſtendant* Priſcianus libro XVIII. ſed aliter codices vetuſti. HEINS. Ita Zulichemius a manu prima. *oſtentent*. Venetus. *juvenis* Mediceus.

772. ATQUE. *Atqui*, non *atque*. FABRIC. *Atque* Membranae omnes, quibus ſubſcribo. apud Statii Schol. Theb. VI. 554. mendoſe nonnihil, *Atque umbrata gerens*. HEINS. *At qui* Ed. D. Heinſ. & Cerda. *atqui* Regius Cod. *umbrata tegunt* Bigotianus. *gerant* ſecundus Moreti & Parrhaſ. *gerit* Mediceus.

773. NOMENTUM. *Numentum* Leidenſis, Mentelius prior. *Numantum* Vratiſlavienſis.

Ibid. URBEMQUE FIDENAM. Monet Diomedes Grammaticae primam ſyllabam in *Fidenam* corripi a Marone natura longam. monet & Valerius Probus lib. I. Art. Gramm. certe apud Horatium corripitur. lib. I. Epiſt. XI. 8. *Gabiis deſertior atque Fide-*

[73] ita V. L. R. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. eſt Italiae Fabr. al. Heinſius credebat fuiſſe *Inua*. Maſvicius *Innum* dedit. ſed male: nam illud numquam *Caſtrum novum* dictum fuiſſe docet Cluverius in Ital. Antiq. lib. II. pag. 488. & libr. III. pag. 978. qui erroris Servium accuſat. quod *unum* tantum civitatem *Caſtrum novum* dicat fuiſſe. ſed Servius recte explicari poteſt, unam eſſe civitatem, *Caſtrum novum* dictam, alteram vero, *Caſtrum Inui*. itaque ſervanda lectio vulgaris *una*. cui mox opponit (dicens *de hac autem ait*,) Caſtrum Inui. ſi quis error Servii, eſt, quod unum tantum Caſtrum novum dicat fuiſſe, quum duo fuerint, unum in Etruria ad mare inferum, alterum in Aprutiis ad mare ſuperum, a quibus Caſtrum Inui diverſum fuit. quod an ſuperſit, & quo nomine hodie vocetur, diſputat Caſtalio Decad. VII. Obſerv. 8. denique *Innum*, pro *Caſtrum Inui* dici probandum erat. BURM. [74] *Inus* bis habent Steph. Dan. *Innus* & *incubus* G. Voſſ. [75] *Incubus* bis legitur in Steph. al. deinde *Fatus Fatuclus* V. L. R. *Fatuus Fatuelus* Voſſ. Steph. [76] *Paenorum* L. non reperi in Plauto. quaerat, cui vacat. [77] deeſt Fabr. al. [78] regna V. L. Voſ. R. [79] deſunt V. [80] deeſt V. Fabr. al. [81] refertur Dan. Fabr. al. Aeneae vero filiam fuiſſe ab Ennio proditum, quale ſit, ignorare ſe fatetur Brouckh. ad Tibul. II. v. 54.

Digitized by Google

Educet. Viden' ut geminae ſtant vertice criſtae,
Et pater ipſe ſuo ſuperûm jam ſignat honore?
En, hujus, nate, auſpiciis illa incluta Roma
Imperium terris, animos aequabit Olympo,
Septemque una ſibi muro circumdabit arces,

Fe-

SERVII.

780. VIDEN'. DEN naturaliter longa eſt; brevem tamen eam poſuit, ſecutus Ennium: & adeo ejus eſt immutata natura, ut jam ubique brevis inveniatur. GEMINAE STANT VERTICE CRISTAE. Omnino in omnibus hoc egit Romulus, ut cum fratre regnare videretur; ne ſe reum parricidii judicaret: unde omnia duplicia habuit, quaſi cum fratre communia. Etenim ad captanda auguria [82] montem Palatinum Romulus tenuit; Aventinum Remus, qui prior ſex vultures vidit; [83] poſt Romulus duodecim. Et cum ille tempore, hic numero, de condenda urbe certarent, orta contentione de urbis nomine inter exercitum, a Romuli militibus Remus occiſus eſt. Fabuloſum [84] enim eſt, quod a fratre propter muros dicitur interemptus.

781. ET PATER IPSE SUO SUPERUM JAM SIGNAT HONORE? Merito virtutis Mars Romulum deum eſſe ſignificat. *Superum* enim accuſativus eſt ſingularis, ab eo, quod eſt *ſuperus*, *ſuperi*. ILLA. Quam ibi ſaepe fata promiſerunt. INCLYTA. Graecum eſt: nam κλυτὸν glorioſum dicunt.

783. IMPERIUM TERRIS. In quantum tenditur terra. ANIMOS AEQUABIT OLYMPO. Magnanimitate aequabitur coelo. De hoc autem loco & Trogus & Probus quaerunt.

784. SEPTEMQUE UNA SIBI MURO CIRCUMDABIT ARCES. Bene urbem Romam dicit ſeptem incluſiſſe montes: & medium tenuit: nam grandis eſt inde dubitatio: & alii dicunt breves ſeptem colliculos a Romulo incluſos, qui tamen aliis nominibus appellabantur. Alii volunt hos ipſos, qui nunc ſunt, a Romulo incluſos, id eſt, Palatinum, Quirinalem, Aventinum, Coelium, Viminalem, Aeſquilinum, [85] & Janicularem. Alii vero volunt hos quidem fuiſſe; aliis tamen [86] nominibus appellatos: quae mutata ſunt poſtea, [87] [ut de omnibus rebus legimus fieri:] [88] [ut de multis locis, & de fluminibus legimus,] ut ſaepius VIII. 329. *Et nomen poſuit Saturnia tellus.*

VARIORUM.

Fidenis vicus. HEINS.

774. MONTIBUS. *Moenibus* Rottend. tert. & Excerpta noſtra. *imponunt* primus Moreti. vid. ad Petron. cap. CXVI. BURM.

775. LAUDE. Hic verſus in nullo codicum noſtrorum apparet, ne quidem in vetuſtis editionibus. HEINS. Nec in noſtris occurrit. & Ald. Junta, Cerda & Catroeus ejecerunt.

776. POMERIOS. Legendum *Pometios*. Tragoedia Naevii fuit *militum Pometinenſium*. FABRIC. *Caſtrumque Nini Borumque* Parrhaſ. *Volamque Choramque* Wittian. *Choraſque* Francian.

777. TERRAE. Liber Colotianus pro *terrae* habet *gentes*. URSIN. *Gentes* Mediceus a manu prima. & recte. *gentes* enim plus quam *populi*. lib. X. Aen. 201.

Mantua dives arat, ſed non genus omnibus unum,
Gens illi triplex, populi ſub gente quaterna.

vide Mantuanum populum in tres gentes dividi; Ovid. I. Metam. 249.

Cumque ſuis totas populis incendia gentes
In cinerem vertunt.

ubi etiam in multis Codicibus antiquis *terras* invenies perperam. videnda, quae erudite & curate, ut ſolet, hac de re diſſeruit Gron. noſter ad libr. V. Liv. c. 34. Sicul. Flaccus de conditionibus agrorum loco mendoſiſſimo, ubi agit de municipiis: *Accidit autem inſeſſarum earum gentium populis ſaepe mutantibus id in Italia & in provinciis.* ſcribo, *Accidit id autem diverſarum gentium populis, ſedem mutantibus, & in Italia & in provinciis.* Vel, *Accidit id autem inſeſſa variarum gentium populis ſaepe mutantibus & in Italia, & in provinciis*

82 deeſt Fabr. al. 83 poſtea Steph. Dan. deeſt Voſ. 84 autem Fabr. al. 85 deeſt V. R. Voſ. R. 86 in nominibus V. 87 deſunt V. de om. regibus Voſ. 88 deſunt R. ſicut etiam de m. locis & flu. Fabr. al.

Digitized by Google

Felix prole virûm. Qualis Berecyntia mater
Invehitur curru Phrygias turrita per urbis,
Laeta Deûm partu, centum conplexa nepotes,
Omnis coelicolas, omnis ſupera alta tenentis.
Huc geminas nunc flecte acies: hanc adſpice gentem,
Romanoſque tuos. Hic Caeſar, & omnis Iüli
Progenies, magnum coeli ventura ſub axem.
Hic vir, hic eſt, tibi quem promitti ſaepius audis,

Au-

SERVII.

785. PROLE VIRUM. Virorum fortium. QUALIS BERECYNTHIA MATER. Phrygia: nam *Berecynthos*, caſtellum eſt Phrygiae, juxta [89] Sangarium fluvium: ubi Mater deûm colitur. Per hanc autem comparationem nihil aliud oſtendit, niſi Romanos duces inter deos eſſe referendos.

786. TURRITA. Quia ipſa eſt Terra, quae urbes ſuſtinet. [90]

789. HUC GEMINAS NUNC FLECTE ACIES. Totum viſum tuum huc dirige, & huc ſpecialiter intuere; [91] [ſic Aſper.]

790. HIC CAESAR, ET OMNIS IULI PROGENIES. Ut I. 288. *Julius a magno demiſſum nomen Iulo.*

791. COELI VENTURA SUB AXEM. Nam, cum Auguſtus patri Caeſari ludos funebres exhiberet, [92] ſtella per diem apparuit, quam, [93] perſuaſione Auguſti, Caeſaris eſſe populus credidit. Hinc eſt IX. Ecl. 47. *Ecce Dionaei proceſſit Caeſaris aſtrum.* *Sub axem* ergo, id eſt, ad divinos honores.

792. HIC VIR, HIC EST. C litera pro duplici, non niſi in monoſyllabis habetur, ut II. 664. *Hoc erat alma parens.* Per eorum ſcilicet privilegium: unde falſum eſt, quod Terentianus dicit, eam pro metri ratione vel duplicem haberi vel ſimplicem: nam, ſi hoc eſſet, etiam in diſſyllabis, pro [94] duabus haberi debuerat; quod nuſquam invenimus. Literae enim naturam ſervari, & in polyſyllabis convenit.

VARIORUM.

ciis. inſeſſa mutantibus, pro ſedem mutantibus. HEINS. *Nec ſunt* alter Menagii. vid. ad Ovid. I. Met. 249. *gentes* pro terris Manil. I. 43. & ſaepius commutantur hae voces.

778. ADDET. *Addit* Ed. Venet. *Mavertius* Wittian.

780. VIDEN' UT GEMINAE STANT. de *Viden'* conſule adnotata a viris doctis ad Valer. Fl. V. 595. & Brouckh. ad Tibul. II. I. 25. *ſtent* alter Hamburg. Venet. tert. Rottend. & Parrhaſ. & ita Schol. Statii ad X. Theb. 808. & mox etiam, *ſignet* Menag. pr. Rottend. pr. & alter Mentelii cum Excerptis noſtris. *honorem* etiam Menag. pr. *geminae criſtae* referebant originem a Marte, quem ideo Romani praelio, quod deſcribit Valer. Max. I. VIII. 6. adfuiſſe credebant, quia *galea ejus duabus diſtincta pennis*, vel *pinnis* erat viſa, ubi recte doctiſſimus Torrenius hunc Virgilii locum adduxit. BURM.

781. SUPERUM. G. Voſſ. pro *ſuperorum* capiebat. pater ſignat eum ſuo honore ſuperûm, id eſt, quem ipſe etiam poſſidet.

782. NATE. Malim, *nata*, ut Roma intelligatur a Romulo condita.

783. ANIMOS. Heumannus malebat *annos*, id eſt, non niſi cum coelo periturum eſt. *animoſque* Wittian. *aequavit* Mentelii pr. a m. pr.

784. CIRCUMDABIT. *Circumdedit* alter Hamburgicus.

786. TUR-

89 ſangirium V. ſanguinarium Voſ. 90 addunt Fabr. al. ideo deſignatur ei corona cum turribus in capite. 91 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Fabr. al. 92 ſtella crinita Fabr. al. 93 perſuaſionem V. reſpicit credo illa Suetonii in Caeſ. cap penult. *in Deorum numerum relatus eſt, non modo decernentium, ſed & perſuaſione vulgi.* ubi *ore decernentium* reſpicit Auguſtum, cujus in gratiam Senatus hoc decrevit, & qui populo perſuaſit, ſtellam illam eſſe animam Caeſaris in coelum receptii. BURM. 94 duobus V.

Auguſtus Caeſar, Divi genus: aurea condet
Secula qui rurſus Latio, regnata per arva
Saturno quondam, ſuper & Garamantas & Indos
Proferet imperium. Jacet extra ſidera tellus,
Extra anni Soliſque vias, ubi coelifer Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Hu-

SERVII.

793. [95] DIVUM GENUS. Caeſaris, qui factus eſt deus. *Genus* autem dicit non ſolum jure adoptionis: [96] ſed conſanguinitatis: nam [97] Atiae filius fuit, [98] [quae filia Juliae] quae erat ſoror Caeſaris. Hic autem Auguſtus Caeſar [99] [hoc nomen accepit a patre adoptivo: nam ante [1] Octavianus dictus eſt, a patre [2] Octavio; [3] poſt Auguſtus Caeſar.]

794. SECULA QUI RURSUS LATIO. Sub Saturno dicit aurea ſecula fuiſſe in orbe terrarum; ſub Auguſto tantum in Italia.

795. GARAMANTAS. Populi inter Libyam & Africam, juxta κεκαυμένην. [4] INDOS. Populi orientis extremi.

796. JACET EXTRA SYDERA TELLUS. Nulla terra eſt, quae non [5] ſubjaceat ſyderibus: unde perite addidit: EXTRA ANNI SOLISQUE VIAS: ut oſtenderet duodecim ſigna, in quibus eſt circulus Solis. Significat autem Maurorum Aethiopiam, ubi eſt [6] Atlas: de qua [7] ait Lucanus III. 253. *Aethiopumque ſolum: quod non premeretur ab ulla Signiferi regione poli, niſi poplite lapſo Ultima curvati procederet ungula Tauri.*

798. TORQUET. Suſtinet. APTUM. Vicinum, ut diximus ſupra IV. 482.

VARIORUM.

786. TURRITA. *Itura* Zulichemius.

789. HUC GEMINAS NUNC FLECTE. Vetuſtum, *huc geminas, huc flecte acies*, ut repetitione excitetur attentio. FABRIC. *Nunc flecte*, ſcripti omnes, quod poſtliminio in poſſeſſionem priſtinam eſt revocandum. in quarto tamen Moretano legebatur, *modo flecte*. HEINS. *Reſpice* Hugenianus. *huc* Catroeus probavit.

792. TIBI QUEM. *Ibi* Menagii prior. *quem promitti ſibi* ſecundus Moreti. mox, *condis* idem Menagii & alter Hamburgicus. apud Lactant. lib. I. de Falſa religione cap. 13. legitur, *aurea condet ſecula, quae*. BURM.

793. DIVUM GENUS. Emenda, *Divi genus*; ſic manuſcriptum, & Romanae, & Florentinae editiones. Servius, *Divi genus*, Caeſaris, inquit, qui factus eſt Deus. Monſtravit mihi ornatiſſimus vir, & de me optime meritus Valentinus Gravius, nummum Juvenili effigie, inſcriptum CAESAR. DIVI. F. Romae marmora antiqua idem probant, ut ad Pontem Aelium, IMP. CAESAR DIVI. F. AUGUSTUS. PONTIFEX. MAXIMUS TRIBUNIC. POTEST. XVII. & in Palatio Triumvirali Montis Capitolini in marmoribus recens effoſſis, TI. CAESAR. AUGUSTI. F. DIVI N. de Tiberio Caeſare, qui Auguſti filius, Divi nepos appellatur. FABRIC. *Divi genus* in Pierianis vetuſtioribus, & in membranis a me inſpectis ferme omnibus: idque veriſſime. Nam dum haec ſcribebat Virgilius, praeter unum Deum Divum Julium, ex Caeſaribus nemo in Deorum numerum relatus erat. Apud Julianum in Caeſaribus p. 322. Silenus vocat Octavianum Κοροπλάθον, quod deos complures, & ex his unum & primum Caeſarem feciſſet. Statius Equo Domitiani I. Silv. I. 23.

Qui feſſus bellis, adſcitae munere prolis,
Primus iter noſtris oſtendit in aethera Divis.

Divus itaque κατ' ἐξοχὴν appellabatur Caeſar Julius. Certe in antiquis Octaviani nummis, quorum plurimi apud me exſtant, occurrit frequentiſſime, CAESAR DIVI F. IMP. & CAESAR DIVI F. & AUG. DIVI F. & CAESAR AUGUSTUS DIVI F. & IMP. CAESAR DIVI F. AUGUSTUS. rarius Julii nomine addito. Qualia etiam de Octaviano paſſim

95 DIVI V. L. 96 ſed etiam L. V. R. Voſ. Steph. 97 Octaviae Dan. Actiae Steph. Fabr. Acciae L. R. Aciae & ſuperſcriptum Octaviae Voſ. nam Actiae fuit filia, quae erat Baſil. 98 deſunt L. V. R. Voſ. Lipſ. Steph. 99 deſunt Steph. 1 Octavius Baſil. *ante* delebat Heinſius 2 Octavio Ahal. marito Voſ. Lipſ. & V. ſed hic mariti. 3 deſunt Dan. 4 id eſt Zonam torridam Baſil. 5 ſubjacet Voſ. 6 Atlans V. R. 7 deeſt V. L. Voſ. R.

Hujus in adventum jam nunc & Caſpia regna
Reſponſis horrent Divûm, & Maeotia tellus,
Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili.

Nec

SERVII.

799. JAM NUNC ET CASPIA REGNA. Fines Aſſyriorum, in quibus ſunt [8] Πύλαι Caſpiae. Quod autem dicit verum eſt: nam & Suetonius ait in vita [9] Caeſarum, reſponſa eſſe data per totum orbem naſci invictum imperatorem.

800. MAEOTICA TELLUS. [10] Scythica, cujus palus eſt Maeotis.

801. SEPTEM GEMINI. [11] Septemflui. TURBANT. Turbantur.

VARIORUM.

paſſim per immenſum vetuſtarum inſcriptionum opus, quod Jani Gruteri diligentiae induſtriaeque debetur, obſervavi. Hinc in Carmine antiquo Aeneidos laudes complexo, quod ſub Caeſaris Augusti nomine a Scholaſtico neſcio quo effictum eſt:

Immo ſit aeternum tota reſonante camaena,
Carmen, & in populo Divi ſub numine nomen
Laudetur.

ita ſcripti. male in nuperis editionibus, *Carmen, & imperii Divi ſub nomine vivat.* ſed & in Graecis ejuſdem Octaviani numiſmatis, ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΙΟΥ ΥΙΟΣ, & ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ. Quod poſtea in conſuetudinem atque uſum abiit. Diodorus Siculus lib. I. Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ, ὁ διὰ τὰς πράξεις προσαγορευθεὶς Θεός. Strabo lib. IV. p. 267. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς Καῖσαρ, ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν εἴρηκεν. Lactantius libr. I. de Falſa relig. cap. 15. *Apud Romanos Deus Julius, quia hoc ſcelerato homini placuit Antonio; Deus Quirinus, quia hoc paſtoribus viſum eſt.* Tzetzes Chiliad. lib. I. Hiſt. 68.

Ὅθεν Θεὸς Ἰούλιος ἐκλήθη τοῖς Ῥωμαίοις
Ταύτην καλὴν ἐκ πράξεων εὑρὼν
Ἐπωνυμίαν.

ſed apud Romanos, *Divus*, nulla Caeſaris vel Julii addita mentione, ut jam diximus. mutuati ſunt a Graecis Romani hoc adulationis genus, quibus Antiochus Syriae rex, Seleuci filius dictus jam ante Θεός. Vetus Epigramma in Catalectis Pithoeanis pag. 61. de expeditione Britannica Claudii Caeſaris,

Ultima cingebat Tibris tua, Romule, regna:
Hic tibi finis erat, religioſe Numa.
Et tua, Dive, tuo ſacrata potentia coelo,
Extremum citra conſtitit Oceanum.

ubi perperam verſu tertio nunc legitur, *& tibi, Dive, tuum tuo coelo*, unde originem ducit. *Divus* quoque ſimpliciter dictus eſt Julius Auſonio in tetraſtichis Caeſarum,

Incipiam ab Divo, percurramque ordine cunctos,
Novi Romanae quos memor hiſtoriae.

Suetonius vita Julii Caeſaris incipit, *Julius Caeſar Divus*; atqui *Julius Caeſar* lemma eſt, ſive titulus libri, cujus initium eſt, *Divus*. quod Auſonius eſt imitatus. Auctor de Viris illuſtribus: *Cajus Julius: Caeſar, veneratione rerum geſtarum, Divus dictus*. Lucani Genethliaco Statius II. Silv. VII. 66.

Tu Pharſalica bella detonabis,
Et fulmen ducis inter arma Divi.

Quo adluſit ad illa Lucani VII. 457.

Bella pares facient ſuperis civilia Divos.

quo oblique tangit Julium, quamvis & ad Auguſtum & Claudium poſſint referri. Petronius carmine de bello Civili ſub finem,

Tu legem, Marcelle, tene. Tu concute plebem,
Curio, tu fortem ne ſupprime, Lentule, Martem.
Quid porro tu, Dive, tuis cunctaris in armis.

Manilius lib. I. 796.

——— Veneriſque ab origine proles
Julia deſcendit coelo, coelumque replevit,
Quod regit Auguſtus, ſocio per ſigna Tonante;
Cernit & in coetu Divum, magnumque Quirinum.

ſi u-

8 nrica ſpinae Voſ. 9 Caeſaris Steph. Dan. Fabr. male. reſpicere enim puto vaticinationem, quam Suetonius refert in Veſpaſiano cap. IV. quam ad Auguſti tempora Servius pertinere putavit. niſi velimus capere de prodigio, quod idem narrat in Auguſto cap. XCIV. *quo denuntiabatur Regem P. R. naturam parturire.* ſed hoc minax fuit, ut *denuntiari* verbum notat, & *Regem*, cujus nomen deteſtabantur Romani, minabatur. Ger. Voſſius putat hinc patere Ἀνέμαλον eſſe Suetonium in vita Caeſaris, ubi hoc fuit forte lectum, ſed hic de Auguſto agitur, non Caeſare. BURM. 10 Scythia V. 11 autem ſeptem ſurvii L. Voſ. Steph. Dan. autem ſ. fluviis R.

Nec vero Alcides tantum telluris obivit;
Fixerit aeripedem cervam licet, aut Erymanthi
Pacarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.

805 Nec,

SERVII.

803. FIXERIT AERIPEDEM CERVAM. Pro, aëripedem, [12] [illegible]. Vicit autem [13] Cerinytim cervam, dictam a loco: [14] [Revera autem vicit cervam, ipſe curſu ſuperavit, quae videbatur aereos pedes habere: unde ille: *Non cervam aeripedem eripuiſſe.*] FIXERIT autem, [15] ſtatuerit, delaſſaverit: [16] [quia ſi telo fixiſſet, non ita eſſet laudabile.] ERYMANTHI PLACARIT NEMORA. Mons Arcadiae, ubi aper ferociſſimus fuit.

804. LERNAM TREMEFECERIT ARCU. Pro Hydra paludem ipſam poſuit; & intelligamus ante eam ſagittis fuiſſe confixam; poſt exſectam & [16 *] exuſtam.

VARIORUM.

ſi tamen ſani ſunt hi verſus. Idem ibid. ℣. 791.

Pompejuſque orbis domitor, per treſque triumphos
Ante Deum princeps.

Princeps civitatis ante Divum Julium. vidi & nummos Domitiani, in quibus haec inſcriptio comparebat: CAESAR DIVI F. DOMITIANUS: praetermiſſo Veſpaſiani nomine. Dictus igitur Maroni, *Auguſtus Caeſar Divi genus*, pro filio. idem uſus eademque ſignificatio eſt τῦ *generis*, Aeneid. XII. 515.

Nomine Echionius, matriſque genus Peridiae.

& eodem libro 198. *Latonaeque genus duplex*, pro Latonae liberos duos. & libr. VII. 556. de Aenea, *Egregium Veneris genus*, de Latino rege. VII. 213. *Genus egregium Fauni*. Valer. Flac. I. *Ledae genus*; Caſtor & Pollux. Senec. Herc. Fur. 1068. de ſomno, *matris genus Aſtraeae*. Herc. Oet. 1034. Orpheus *Calliopae genus*, & ibidem 1427. Hyllus *Inclytum Alcidae genus*. & Philoctetes 1485. *genus Paeantium*. HEINS. *Divum* erat in multis codicibus & Edd. priſcis. ſed *Divi* Regius, Franc. & Ald. vide Barth. ad Statii II. Silv. VII. 67. *genus* pro filio & nepote poni vidimus ad I. Aen. 380. BURM.

795. GARAMANTAS ET. *Garamantidas Indos* prior Hamburgicus. *Garamantes* Dorvil. & Wittian. *ſuper* pro ultra. *profert* etiam alter Hamburgicus a manu prima. *perferet* Hugenianus & Francianus.

796. JACET EXTRA SIDERA TELLUS. Deſignare videtur Poëta inſulam, quam Americam vocant noſtra tempeſtate inventam, cujus tamen etiam antiqui meminerunt aliquando; inter quos eſt vel in primis Plato, qui in Timaeo Atlantis inſulam appellat, aſſeritque & ingenti terrae motu, & longa illuvione abſorptam fuiſſe: & pelagus illud innavigabile remanſiſſe. ſed potuit fieri, ut quam Plato obrutam putavit, alii crederent adhuc exſtare. ſecundum quos dixerit Poëta, *ubi coelifer Atlas Axem humero torquet*. Verum enim vero, ne omnino Platonis opinionem intactam relinqueret, uſus & verbo *jacet*, ex quo datur intelligi ſummerſam eſſe. Quod vero ait *extra ſidera*, ex ſequentibus colligitur, non de quibuſlibet ſideribus agi, ſed de his tantum, quae ſunt in Zodiaco, ultra quem magna illius inſulae pars extenditur. MUSONIUS. Non tam ſubtilem horum verborum interpretationem videbis apud Gronovium ad Senec. Med. ℣. 10. Heinſ. ad Claud. II. in Ruf. 245. memoriae fidens citat, *patet*.

797. COELIFER. *Lucifer* Montalbanius a manu prima. *extra annos* Francianus. mox, *humeris* prior Hamburgicus.

799. IN ADVENTU. *In adventum* Mediceus, prior Mentelius, Gudianus, & alii nonnulli. complures, *in adventu*, minus concinne. HEINS. *Adventu* Wittian. Regius & Edit. Med. *cujus in adventu* Ed. Veneta.

800. MAEOTICA. *Maeotia* caſtigatiores maxima ex parte. quomodo in iiſdem Georg. III. 349. ubi conſulantur, ſi tanti eſt, ea quae adnotamus. forte & apud Juvenalem Sat. IV. 42. ſcribendum, *Glacies Maeotia*, pro *Maeotica*. Scholiaſtes ejus certe ſic videtur agnoviſſe, dum interpretatur, quia qui in Ponto & Maeotia palude capiuntur piſces, immanes & pingues ex ipſa tarditate. plura

nos

12 deeſt L. V. R. Lipſ. Steph. Dan. al. 13 Cerinitim V. R. Voſ. R. Steph. Dan. al. vide Salmaſ. Exer. Plin. p. 98. qui *Cerynitim* legit. 14 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 15 ſtraverit Fabr. al. & delaſſaverit V. L. Voſ. R. Steph. deeſt vero Dan. 16 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 16 * *aduſtam* Lipſ. Steph.

Nec, qui pampineis victor juga flectit habenis,
Liber, agens celſo Nyſae de vertice tigris.
Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

Aut

SERVII.

806. NYSAE DE VERTICE. Mons eſt Indiae, de quo loquitur. Caeterum eſt & [17] *Nyſa*, [18] [civitas in monte Parnaſſo,] in qua Liber colitur: unde [19] *Nyſaeus* dictus eſt.

807. ET DUBITAMUS. Pro, dubitas. Miſcuit perſonam ſuam. Eſt autem ſenſus: Cum tibi ſit tanta praeparata poſteritas, dubitas virtutem factis extendere? id eſt, gloriam: [20] [ab eo, quod praecedit, id quod ſequitur: nam e virtute gloria naſcitur.]

VARIORUM.

nos ad Claudianum IV. Conſ. Hon. 180. HEINS. Et ita paſſim apud alios Poëtas. vid. ad Lucan. II. 641. neſcio quem alium Jul. Caeſarem & Auguſtum hic ſibi fingat Harduinus, quia Jul. Caeſar nullam prolem reliquit, nec Auguſtus *Divûm genus*, dici poſſit, quum per adoptionem tantum fuerit Caeſaris fil. haec refutare otium non eſt, & *Divi genus* ſi legatur, cadit omnis calumnia, & a ſe proditis nummis Jeſuita convinci poteſt.

801. TURBANT. J. Bapt. Pius ad Lucret. III. 492. exponit eo ſenſu quo *turbare* & *conturbare* dicuntur decoctores, qui rationibus turbatis, fugae conſilium capientes ſarcinulas colligunt. ita Aegyptios, audito Caeſaris nomine ad Euphratem fulminantis, de convaſando cogitare. nimis puto longe petitam, quum *turbare* proprium etiam in bellis ſit verbum, ubi omnia feruntur & aguntur, & milites praedam deripientes omnia turbant, ita ut ipſi incolae etiam in maximis turbis verſentur. vid. Ecl. I. 12. ſic eleganter Leo mordens & trahens pecus, *turbat per ovilia*, lib. IX. 339. & venator, *turbat agens apros latratu*, & ita paſſim. BURM.

Ibid. TREPIDA. Id eſt conſternata, & fracta poſt proelium Actiacum, ut exponit Brouckhuſius ad Propert. III. IX. 51.

802. OBIVIT. *Obibat* ſecundus Rottendorfius & alter Hamburgicus a manu ſecunda. Schol. Horat. III. Od. 3. vulgatum agnoſcit. HEINS.

803. AUT ERYMANTHI. *Atque* volebat Markland. ad Statii lib. V. Silv. I. 48. aut mox legendum, *aut Lernam*. ſed vulgata eſt apud Lutat. ad Statii IV. Theb. 250. cervam hanc Μαιναλίαν vocari in Anthol. lib. IV. pag. 308. obſervabat Cl. Dorvillius. BURM.

804. PLACARIT. *Pacarit* Mediceus. neque aliter Scholiaſtes Statii Theb IV. legiſſe ſe demonſtrat. quae utique vera eſt ſcriptura. nec aliter Gudianus, alter Mentelianus, primus & ſecundus Rottendorphii, duo Voſſiani, Moretani tres, & alii totidem. Aemulatus eſt Maronis haec Statius Theb. IV. 248. de Atalanta:

Saltus tum forte remotos
Pacabat cornu, gelidique arbuſta Lycaei.

Nemees pacator pari modo Hercules Silio Italico perpetuo Maronis imitatori dictus lib. II. ℣. 482. ut illic caſtigandum. in veteri lapide apud Gruterum HERCULI PACIFERO. & in nummis apud me Poſtumi, Probi & Maximini. Senec. Herc. Fur. 442.

Poſtque pacatum manu,
Quodcumque Titan ortus & labens videt.

Ibidem 889.

Tranſvectus vada Tartari
Pacatis redit inferis.

Herc. Oet. 784.

Pacata tellus, inquit, & coelum & freta
Feris ſubactis omnibus, victor redi.

Dianira Herculi apud Naſonem IX. Epiſt. 13.

Reſpice vindicibus pacatum viribus orbem,
Qua latam Nereus caerulus ambit humum
Se tibi par terrae, tibi ſe tuta aequora debent.

plura pro hac lectione diſſerui ad Claudian. lib. III. de Laud. Stil. Priſcianus tamen libro XVII. vulgatum *placant* perperam agnoſcit: qui inſcite *aeripedem* dici opinatur pro *aëripedem*, & equos χαλκόποδας dicit, quod epitheton apud Graecos Poëtas ſaepe occurrit. parem errorem jam ante Valerius Probus commiſerat, qui *aeripedem* eodem modo interpretatur lib. I. Art. Gram. & Donatus de Metaplaſmo. HEINS. *Placaret* Ed. Venet. *Placarit* Mediol. de cervo aeripede vide Par-

rhaſ.

17 Niſe Fabr. 18 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. 19 Niſeus L. Voſ. R. Dan. 20 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan.

Aut metus Auſonia prohibet conſiſtere terra?
Quis procul ille autem ramis inſignis olivae
Sacra ferens? noſco crinis incanaque menta
Regis Romani; primus qui legibus urbem

Fun-

SERVII.

808. AUT METUS. Aut eſt aliquis timor, qui [21] te a regnis Italiae revocet?

809. QUIS PROCUL ILLE AUTEM. Nunc redit ad Romanos reges, qui ſeptem fuerunt: Romulus, Numa Pompilius, [22] Tullus Hoſtilius, Ancus Martius, Tarquinius Priſcus, Servius [23] Tullius, Tarquinius Superbus. Mira autem utitur phantaſia; ut quaſi oſtendat, ſe non agnoſcere eum, qui de gente Romana non fuerat. Romulo enim mortuo, cum [24] anno Senatus regnaſſet per decurias, [25] [quod tempus *Interregnum* dictum eſt,] taedioſum viſum eſt, & quaeſitus eſt rex. Sed cum in Urbe nullus idoneus eſſet inventus, orta eſt bona Pompilii fama, quod eſſet apud [26] Cures, civitatem Sabinorum. Rogatus itaque per legatos [27] accepit imperium: qui ferociam populi [28] a bellis ad ſacra contulit: unde etiam Numa dictus eſt ἀπὸ τῶν νόμων, [29] [ab inventione & conſtitutione legum; nam proprium nomen Pompilius habuit.] Hic etiam canus [30] fuit a prima aetate; ad quod alludens [31] ait: *Incanaque menta.* Item propter ſacerdotium: *Ramis inſignis olivae.*

VARIORUM.

rhaſ. ad Claudian. Rapt. Proſerpi. Brodae. Miſcel. II. 29. Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 98. & 157. Muncker. ad Hygin. Fab. XXX. ubi videbis diſſentire viros doctos, an *aëripedes*, an *aeripides* legendum. ſic *Aenipedes* Heinſ. ad Ovid. Ep. VI. 32. & XII. 93. praefert. qui Graecis χαλκόποδες. de quibus vide & Voſſ. ad Catull. pag. 48. *Aeripedes* tuetur Markland. ad Statii I. Silv. I. 51. *Aeropidem* hic etiam Edit. Junt. BURM.

807. VIRTUTEM EXTENDERE FACTIS. *Virtute extendere vires* tres priores Moretani, pr. Rottendorf. & Montalbanius. quomodo & omnium Pierianorum veterrimus Vaticanus. etiam ex noſtris alter Mentelianus a manu prima. prior autem, *virtute extendere factis*, & ſuperſcriptum ꝟl. *vires.* In Gudiano pervetere, *virtutem extendere vires.* vel *factis.* in tert. Rottend. *virtutem extendere factis*, addita diverſa ſcriptura, vel *viribus.* in altero Hamburg. *factis extendere vires.* Quia libro X. 461. habebimus, *ſed famam extendere factis*, *Hoc virtutis opus*, opinor hic loci Maronem, pro familiari ſibi inſtituto reliquiſſe nobis, *virtute extendere vires.* vid. adnotata ad lib. V. 486 ſic apud Solinum cap. XXXIX. codices alii habent, *namque Heroſtratus, ut nomen materia ſceleris extenderet.* alii, *ut nominis ſui memoriam fama extenderet.* Silius II. 58.

Extendam leti decus, atque in ſecula mittam.

Idem lib. III.

Extendere aevum.

Statius Theb. I. Theb. 607.

Famam poſthabita faciles extendere vita.

HEINS. Silius iterum IX. 375.

Brevis hoc vitae, quodcumque relictum eſt
Extendamus, ait.

Horat. II. Od. 2.

Vivet extento Proculejus aevo.

& III. Od. 3.

Nomen in ultimas
Extendat oras.

ſed in his omnibus nullum eſt exemplum, quo *virtutem extendere* recte dici probetur, niſi cum Servio pro gloria capiamus. ego, ſi codices faverent, malim dicere, *virtute extendere famam*, vel *vitam.* ſic *facta*, & *fama* confunduntur apud Silium IV. 4. ſed nihil audeo mutare. *virtutem extendere fatis* Sprotianus, Dorvil. Venet. & Reg. a manu ſecunda. *virtute extendere vires* Edit. Junt. BURM.

810. SACRA FERENS. Vid. ad II. Georg. 476.

811. PRIMUS. *Primam urbem* membranae noſtrae omnes, & ex Pierii potiores, neque aliter agnoſcit

21 te regnis Dan. 22 Tullius L. 23 Tullus L. Steph. Dan. Fabr. al. 24 annum Fabr. 25 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. 26 Cares V. 27 accipit Fabr. 28 ab bellis Voſ. 29 deſunt V. L. R. Lipſ. Baſil. conſt. legis Steph. Dan. 30 fuit prima V. L. Voſ. R. 31 dicit V. L. Voſ. R.

Fundabit, Curibus parvis & paupere terra
Miſſus in imperium magnum. Cui deinde ſubibit,
Otia qui rumpet patriae, reſideſque movebit
Tullus in arma viros, & jam deſueta triumphis
Agmina. Quem juxta ſequitur jactantior Ancus,
Nunc quoque jam nimium gaudens popularibus auris.
Vis & Tarquinios reges, animamque ſuperbam.

Ul.

SERVII.

814. OTIA QUI RUMPET PATRIAE. De hoc [32] Livius I. 22. *Inde Tullum, qui ferocior Romulo fuit, quam Numae ſimilis.* RESIDES. [33] Pigros, otioſos, [illegible].

815. DESUETA TRIUMPHIS. A conſuetudine triumphandi [34] deſueſcentia.

816. JACTANTIOR ANCUS. Amans populi favorem. Hic Oſtiam fecit. ANCUS autem dictus ἀπὸ [illegible], id eſt, a cubito, quem incurvum habuiſſe dicit.

817. AURIS. Favoribus: unde & *aurarii* dicuntur [35] favitores.

818. VIS ET TARQUINIOS REGES, ANIMAMQUE SUPERBAM. Unus enim de Tarquiniis fuit Superbus.

VARIORUM.

gnoſcit Spartianus in Hadriano, ubi hic locus producitur. ſic lib. VII. 61.

Primas cum conderet arces.

pro *primum*. lib. I. 244.

Vidimus obſcuris primam ſub vallibus urbem.

Silius Italicus libro X. 380.

Jam maria ac terras primamque intraverat urbem.

Idem lib. II. 235.

Stat primam urbem muroſque patentes
Poſtpoſita caede, & delata invadere pugna.

Idem lib. XIII. 534.

Qui primas fundarunt moenibus urbes.

HEINS. Vide Heinſ. ad Claudian. I. in Rufin. 304. *Primus* vero Serv. ad I. Aen. I. & ita Ed. Mediol. & alii, quod praetuli, nam *prima urbs*, ſub Romulo rectius dicitur, ſed Numa poſt ferocem Romulum *primus*, populum bellicoſum legibus mitigavit. ita mox *primus* Brutus. BURM.

812. TERRA. *Regno* legitur apud Priſcianum libro VII. HEINS. *Curibus pravis* Sprotianus. *coribus* Gudianus.

813. CUI. *Qui* Mediceus.

814. RUMPET. *Rumpit* Menagii prior.

815. DESUETA. *Devicta triumphis* Hugenianus. *diſſueta* Menagii alter, Wittian. & Ed. Venet.

817. NUNC QUOQUE. In Franciano erat, *Hunc quoque*, ex ſollemni variatione, de qua vid. ad I. Aen. 670. VII. 331. & VIII. 524. ut ita [illegible] Anco ſucceſſorem faciat Servium Tullum; qui primus favore populi captato, ſine comitiis regnum invaſit, & ita nimium gaviſus auris popularibus, excluſit Tarquinii filios regno. Cur vero hunc omitteret, cui tantum debuit Roma? quia vero duos Tarquinios conjungere volebat Poeta, Servium poſt Ancum poſuit, quem captatorem aurae popularis fuiſſe non legimus, ſed legitimo more regnum conſecutum. *gaudet* Hamburg. pr. *armis* ſec. Moreti. *terris* Mediceus. BURM.

818. VIS ET. Diſtinxit Servius poſt *animam ſuperbam*, ut in codice meo fit; ubi & *Tarquinos.* neſcio autem qui in *Tarquinios* ſecundam productam voluerunt, ad quos reſpicit Pierius. ſed erraſſe praeter auctoritatem Ennii, Ovidii, Horatii, & ipſius Virgilii, ex carmine ad Varium inter catalecta, Analogia quoque commonſtrat, in *Licinius*, *Flaminius*, *Herminius*, *Virginius*, *Papinius*, &

32 verba Livii paullum differunt, *Hic non ſolum proximo Regi diſſimilis, ſed ferocior etiam Romulo fuit*, & ita Edd. Fabr. & al. niſi quod *quam Romulus*, habent. ut Edd. quaedam Livii. *ferox Romulo, quam Numae ſimilis* V. L. R. Voſ. Lipſ. ubi deeſt *magis*, ut ſaepe ſolent loqui, quod notandum. *ferocior Romulus fuit, quam N. ſimilis* Steph. 33 deeſt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 34 deſciſcentia V. deſcientia L. de ejus ſcientiam R. diſſueſcentia Steph. Dan. Fabr. al. 35 *favisores* L. R. Voſſ. ſed huic ſuperſcriptum *favitores*. Fautores Lipſ. Steph. Fabr. al. vid. ſupr. 204.

Ultoris Bruti, faſciſque videre receptos?
Conſulis imperium hic primus ſaevaſque ſecuris
Adcipiet: natoſque pater, nova bella moventis,
Ad poenam pulchra pro libertate vocabit.
Infelix! Utcumque ferent ea facta minores;
Vincet amor patriae, laudumque inmenſa cupido.

Quin

SERVII.

819. ULTORIS BRUTI, FASCESQUE VIDERE RECEPTOS. Vis videre etiam ultoris Bruti faſces receptos? Hiſtoria autem hoc habet: Tarquinius ob multa quidem, *Superbus* eſt dictus; praecipue tamen [36] ob hanc cauſſam: [37] [Mandavit aliquando Sexto filio, qui minimus e tribus erat, ut, patris in ſe ſaevitiam intolerabilem conquerens, Gabios transfugeret: quo cum veniſſet, & ſuperbiam patris ab alienis in ſuos verſam diceret, nihil uſquam ſibi tutum, niſi apud hoſtem Tarquinii patris crediđiſſe: multiſque in Gabiorum fraudem ſimulatis, ad ultimum dux belli contra patrem legitur. Itaque praeliis quibuſdam feliciter geſtis, cum tantam charitatem ab omnibus adeptus foret, ut non pater Tarquinius potentior Romae, quam filius Gabiis eſſet; ſatis jam virium ad conatus ſibi collectum exiſtimans, ex ſuis unum ſatellitem ſciſcitatum apud patrem Romam mittit, quid jam ſe facere vellet: quod cum Tarquinio ſatelles renuntiaſſet, rex ipſe, quia dubiae fidei nuntius videbatur, nihil voce reſpondit; ſed deambulans cum virga in hortis, velut deliberabundus, capita decuſſit papaverum; ut, ea re per ſatellitem renuntiata, filius quid fieri vellet cognoſceret, & primores civitatis quoquo modo interimeret: quod & ab eo factum eſt. Hujus filius vitiavit nobiliſſimam matronam Lucretiam; quod illa dolens, ſe interemit. Tunc ejus avunculus Brutus, rapto ex ejus corpore gladio, proceſſit ad populum, & de hac re concionatus eſt. Quo facto omnibus placuit, ne reciperetur rex, qui tunc Ardeam [38] expugnabat. Propter quod ſe Tarquinius cum liberis ad Porſenam regem Tuſciae contulit: & bellum geſſit graviſſimum contra populum Romanum. Tunc duo creati ſunt conſules, Brutus & Tricipitinus, pater Lucretiae, [39] qui & Tarquinius dicebatur: ob quod ſolum eſt Urbe [40] depulſus: & in ejus locum ſubrogatus eſt Valerius Publicola: quo mortuo item alter eſt factus: & alter ſimiliter. Quod cernens taedioſum eſſe Virgilius Brutum ſolum poſuit, qui annum ſolus implevit. Sed Bruti filii amici erant filiis [41] Tarquinii: cum quibus cum iniiſſent conſilium, ut eos per noctem intromitterent, proditi [42] ſunt a ſervo [43] Vindicio, & a patre [44] interempti. Ideo ergo *ultoris*; ſcilicet [45] & libertatis publicae, & Lucretiae pudoris.

820. SAEVASQUE SECURES. Quae ſaevierunt etiam contra liberos.

822. PULCHRA PRO LIBERTATE. Ingenti arte loquitur, [46] conſideratione perſonarum: factum enim laudat dicens: *pulchra pro libertate*; perſonam vituperat.

823. UTCUMQUE FERENT EA FACTA MINORES. Etiamſi lauderis a poſteris, [47] non extorquere debet naturae vim amor patriae.

VARIORUM.

& procul dubio etiam in *Albinius*. licet *Albinus* extendatur. An Ennius tamen *Tarquinii* ſcripſerit, poteſt dubitari. Praeterea in meo Cod. a m. pr. *Vin'* &c. ſed Grammatici negant exemplum dari hujus proſodiae. unus G. H. Urſinus Gramm. P. II. Adpend. p. 184. ad *Tun'* ſive *Tune* provocat in Virgilio. ſed nec hoc ſatisfacit. Quid quod alis in locis Virgilius *Vis*, non *Vin'* adhibuerit. ut Ecl. III.

36 propter V. Lipſ. 37 mandavit aliquando cuidam Satelliti, ut cuidam (cujusdam al.) oppidi (omnis) principes interimeret, profectus ille grandem multitudinem (grande miraculum V. R.) repperit. Quod cum ei renuntiaſſet deambulanti cum virga in hortis, detrectans (detractans V. Dan.) reſponſionem (reſponſioni Dan.) capita decuſſit papaverum, ut ſatel ea quid (qui Voſ.) fieri vellet, agnoſceret. Hujus filius &c. V. L. Voſ. Lipſ. R. Steph. Dan. ea quae ex Fabr. & aliis Edd. hic leguntur interpolata ſunt ex Livio lib. 1. cap. 53. & 54. 38 f. oppugnabat. 39 iſte & Fabr. al. 40 pulſus Fabr. al. 41 Tarquinii V. 42 deeſt V. Fabr. 43 Venditio L. Vinditio R. 44 interempti ſunt Steph. Dan. Fabr. al. 45 deeſt V. L. Voſ. R. 46 pro conſideratione Fabr. 47 deeſt V. L. Voſ. R.

Quin Decios, Druſoſque procul, ſaevumque ſecuri
Adſpice Torquatum, & referentem ſigna Camillum.
Illae autem, paribus quas fulgere cernis in armis,
Concordes animae nunc, & dum nocte prementur,
Heu quantum inter ſe bellum, ſi lumina vitae

Ad-

SERVII.

825. QUIN DECIOS. Quinimmo Decios reſpice. Hi duo fuerunt, qui Mures dicti ſunt, pater & filius. Horum alter ſe bello Gallico; alter Samnitico vovit pro republica, cum terra [48] & mari univerſum [49] bello vellent exercitum perdere. DRUSOSQUE PROCUL. Et hi duo fuerunt. Horum prior vicit Haſdrubalem; [50] alter eſt filius [51] Liviae, uxoris Auguſti. SAEVUMQUE SECURI ASPICE TORQUATUM. Hic Gallum quendam [52] [in ponte Anienis] ſingulari certamine ſuperavit, & ejus ſibi torquem impoſuit: unde [53] nomen accepit. Hic ad Urbem pergens, praecepit filio, ut tantum caſtra [54] tutaretur: ille [55] [provocatus ab hoſtibus,]. [56] nacta occaſione, victoriam conſecutus eſt. Reverſus poſtea [57] pater, laudavit fortunam populi Romani; ſed filium, ut dicit Livius, [58] *Fuſtuario necavit.* [59] Ergo *ſaevum ſecuri*, ſaevum jure occidendi, non ferri genere: nam ſecuri non animadvertit in filium.

826. REFERENTEM SIGNA CAMILLUM. Brenno duce, Galli, apud [60] Alliam fluvium deletis [61] legionibus, everterunt urbem [62] Romam, abſque Capitolio: pro quo immenſam pecuniam acceperunt. Tunc Camillus abſens Dictator eſt factus, cum [63] diu eſſet apud Ardeam in exilio, propter [64] Vejentanam praedam non aequo jure diviſam: & Gallos jam abeuntes ſecutus eſt, quibus interemptis, aurum omne recepit & ſigna. Quod cum illic appendiſſet, civitati nomen dedit: nam Piſaurum dicitur, quod illic aurum penſatum [65] eſt. Poſt hoc tamen factum rediit [66] [in exilium:] unde rogatus, reverſus eſt.

827. FULGERE. Ab eo, quod eſt *fulgo*, *fulgis:* [67] [accentum habet in prima.]

828. ET DUM NOCTE PREMUNTUR. Bene alluſit: nam, [68] [dum pauperes fuerunt, concordes manſerunt, &] concordiam in humilitate tenuerunt; cum nobilitate vero in [69] bella venerunt.

VARIORUM.

III. 28. ubi nulla varietas. DORVILLIUS. Apud Ovidium ſemper *Tarquinius* legitur, neque per metri leges aliter poteſt lib. II. Faſt. 694. ſic & apud Horat. I. Od. 12. *Tarquini faſces* media correpta. & ita Noſter lib. VIII. 646. Claudian. VI. Conſ. Hon. 486.

Quo texerat urbem Tarquinio mirante Cocles.

male ergo *Tarquino* Sprotianus, Montalb. & Ed. Mediol. BURM.

820. PRIMUS. *Primum* Sprotianus, Venetus, & Wittian. *ſaevas ſecures* dixit imitatione Lucretii lib. III. 1009.

821. NATOSQUE PATER. *Natoſque patri* Vratiſlavienſis. *bella gerentes* Zulichemius a manu prima.

823. EA FACTA. *Facta* noſtri omnes, exceptis Sprotiano, Moreti tertio & Pierianis. ſic apud Valer. Flac. III. 355. *Nec populi noſtrive luant ea facta*

48 & manes V. L. Voſ. R. Lipſ. corruptus hic locus, nullum enim tum mari fuit bellum. forte *devovit pro republica ſe terrae & manibus, ne univerſum vellent exercitum perdere.* nam Florus dicit ſe *Diis manibus* devoviſſe Decios. praeterea prior Decius non Gallico, ſed Latino bello ſe devovit. vid. Flor. I. 14. & 17. BURM 49 bellum R. delebat vocem Heinſius. 50 Livius Druſus Salinator Fabr. al. 51 Juliae Uxoris Auguſti R. Lipſ. Juliae ſororis Auguſti Voſ. L. 52 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 53 & nomen Fabr. al. 54 tueretur V. L. Voſ. Steph. al. meteretur Dan. pro quo metaretur Genev. 55 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 56 nancta R. 57 ad patrem R. 58 fuſtuario ſupplicio Dan. fuſtuario R. neſcio ubi hoc Livius dicat. ſed de Poſtumio hoc referens lib. IV. 29. filium ſecuri percuſſiſſe dicit ubi apud commentarios videre licet de hoc facto, an Poſtumio, an Manlio ſit adſcribendum, diverſis opinionibus. certe Manlius non ob victoriam reportatam, ſed ob hoſtem provocatum occidi juſſit. vid. Liv. VII. 4. corrige ergo hac in ſerie. BURM. 59 ergo ſaevus ſecuri jure Steph. 60 Aliam Voſ. L. 61 regionibus R. 62 Romanam Fabr. al. 63 deeſt V. 64 veientanam V. L. 65 deeſt L. 66 deſunt Fabr. 67 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 68 deſunt iiſdem. 69 bello. R.

Digitized by Google

Adtigerint, quantas acies ſtragemque ciebunt!
Aggeribus ſocer Alpinis atque arce Monoeci
Deſcendens; gener adverſis inſtructus Eois.
Ne, pueri, ne tanta animis adſueſcite bella:
Neu patriae validas in viſcera vertite vires.

Tu-

SERVII.

831. AGGERIBUS SOCER ALPINIS. A munimentis Alpium: haec enim Italiae murorum exhibent vicem. *Socer* vero; quia Pompejus habuit Juliam, filiam Caeſaris, quae in partu periit: unde etiam iſti [70] facile in bella venerunt. [71] [Hinc Lucanus I. 119. *Morte tua diſcuſſa fides, bellumque movere Permiſſum eſt ducibus.*] ARCE MONOECI. De Liguria, ubi eſt portus [72] Monoeci Herculis. Dictus autem μόνοικος· vel quod pulſis omnibus illic ſolus habitavit: vel quod in ejus templo nunquam aliquis deorum ſimul colitur: ſicut in Jovis, Minerva & Juno; in Veneris, Cupido.

832. ADVERSIS INSTRUCTUS EOIS. Orientis enim auxiliis eſt uſus.

833. ASSUESCITE BELLA. Mire dictum: ab ipſis enim quaſi conſuetudinem fecit populus Romanus bellorum civilium. [73] Septies enim geſta ſunt: [74] ter a Caeſare: contra Pompejum in Theſſalia; item contra ejus filium Magnum in Hiſpania; [75] item contra Jubam & Catonem in Africa. Mortuo Caeſare, ab Auguſto contra Caſſium & Brutum in [76] Philippis, civitate Theſſaliae; [77] contra Lucium Antonium in Peruſia, Tuſciae civitate; contra Sextum Pompejum in Sicilia; [& contra] Antonium & Cleopatram in Epiro.

VARIORUM.

facta minores. Macrobius tamen IV. cap. 6. vulgatum agnoſcit. idem *nepotes* exhibet. HEINS. *Fata* Dorvil. & Ed. Venet. *minores* pro poſteris Latinum non eſſe pronuntiat Harduinus; flocci faciens tot ſcriptorum auctoritates a viris doctis adductas. vid. ad Valer. Flac. III. 455. BURM.

824. VINCET. *Vincit* Wittian.

826. ET REFERENTEM. *Et* deeſt priori Hamburgico.

827. ILLAE AUTEM. *Illi autem paribus quos* ſecundus Moretanus. HEINS. *In auris* prior Hamburgicus.

828. PREMUNTUR. *Prementur* Mentelianus uterque, & Moretanus quartus cum Pierianis. quod illi impenſe placet. in ceteris *premuntur*. HEINS. *Prementur* etiam Zulichem. *& nunc dum* Ed. Venet.

829. LUMINA. *Limina* ſecundus Rottendorphii. ut ſupra hoc libro 680. & lib. VII. 771. HEINS. *Limina* Wittian. vide Markl. ad Stat. II. Silv. VI. 70. & quae nos ad Valer. Flac. I. 823. & Lucan. II. 106. & hic notas Guellii, qui *limina* illuſtrat. Lapis apud Gruter. DCLIX. 7.

Annus erat vitae primus, mox deinde ſecundi
Luminibus rapuit me ſibi Perſephone.

Lumina vitae dixit Lucret. I. 228. & III. 681. ubi eadem variatio. BURM.

830. QUANTAS. *Quantis* tertius Rottendorphii. *ſtrageſque* Menagii prior, Hugenianus, Wittianus, Francianus & Parrhaſ. a m. pr.

831. MONOECI. *Menoeci* Mediceus, prior Mentelianus, primus Rottendorphii & alii. *Menoeti*, Gudianus: alii aliter. ſed Μονοίκου λιμὴν Straboni eſt & Ptolemaeo, Stephano Μόνοικος. Herculis *Minoeci* arx & portus Ammiano Marcel. HEINS. *Moneti* Francianus. *Monoeci* Dorvill. & Wittian. *diſcedens* Pugetianus. culpant hic quidam Virgilium, quod iter Caeſaris ex Gallia in Italiam per Alpes proximas Monoeco deducat, quum ille per longe diverſa Alpium juga Ravennam venerit, & inde, Rubicone Ariminum tetendit, & ita porro. Ipſe vero auctor lib. VIII. de Bell. Gal. in fino non narrat per quas Alpium partes in Italiam deſcenderit. ſed Poëta, qui propior aetati Caeſaris fuit

70 inter ſe facile dimicare potuerunt L. V. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 71 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. vide ad Lucani locum Oudendorpium. 72 Monaechi V. Voſ. Menoechi & Menoechus L. Monechi & Monechus R. 73 oſties Baſil. 74 deeſt Dan. 75 deeſt V. L. Voſ. R. 76 Philippicis V. R. 77 contra, non geminant ad fin. notae L. Voſ. R. Steph. & Danielis deſunt ultima & contra.

Tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo:
Projice tela manu, ſanguis meus.
Ille triumphatâ Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum, caeſis inſignis Achivis.
Eruet ille Argos, Agamemnoniaſque Mycenas,
Ipſumque Aeaciden, genus armipotentis Achilli;

Ul-

SERVII.

835. TUQUE PRIOR, TU PARCE. Caeſari dicit, quem clementem circa Pompejanos legimus: cui vult tunc hoc eſſe mandatum. [78] [Licet Lucanus dicat II. 439. *Caeſar in arma furens, nullas niſi ſanguine fuſo Gaudet habere vias.* Item III. 82. *Gaudet tamen eſſe timori Jam magno populis: & ſe non mallet amari.*]

837. ILLE TRIUMPHATA CAPITOLIA AD ALTA CORINTHO. [79] Mummium ſignificat.

840. IPSUMQUE AEACIDEN. Neceſſe eſt ut *ille* ſubaudiamus. Pyrrhum enim, quem *Aeaciden* dicit, Curius & Fabricius vicerunt, ferentem Tarentinis auxilium. Hic poſtea fugit in Graeciam, & illic [80] occiſus eſt in templo, [81] [nam cum Argos obſideret, ictu tegulae periit.] *Argos* vero & *Mycenas* alii vicerunt, [82] [Quint. Metellus, & Mummius.]

VARIORUM.

fuit, ex aliorum vel ſcriptis vel narratione melius iter Caeſaris noverat: nam certe ex Gallia veniens in Italiam potuit plures Galliae partes obire, ut inde milites per varias regiones diſperſos colligeret & juberet illos per diverſas Alpium vias ad ſe venire in Italiam. & ipſe ita deſcendiſſe aggeribus diverſis Alpinis, & etiam Liguribus qui Monoeco proximi erant, dici poteſt, per quos ejus imperio legiones undique excitae ex Gallia deſcendebant in Italiam. & ita copias Caeſaris, ex Gallia evocatas, opponit adverſis Eois, quibus Pompejus inſtructus venit. quos tamen ille demum in Epiro & Theſſalia habuit auxiliatores. Non intellexit etiam Harduinus vim vocis *arcis*, quam de arce urbis Monoeci capit, quum ſatis conſtet, montes, & eorum vertices *arces* dici, ut *Caulonis arces* Servius ad III. Aen. 553. de monte explicat. vide Cluver. Ital. Antiq. lib. IV. pag. 1304. & inf. ad lib. IX. 86. Servium. BURM.

832. ADVERSIS. *Averſis Eois* Mediceus a manu prima. ut *averſos Eoos* poſuerit, pro remotis & longinquis. ut lib. I. 568.

Nec tam averſus equos Tyria ſol jungit ab urbe.

Lucan. lib. I. 54.

Nec polus averſi calidus qua vergitur Auſtri.

ita enim & veterrimi codices, & Priſcianus lib. VIII. agnoſcunt, non *adverſi mergitur auſtri*, quod eſt in vulgatis exemplaribus. HEINS. *Averſis* Leidenſis.

833. ADSUESCITE. Id eſt eorum amorem animis imprimite. ita Barth. ad Stat. IV. Theb. 652. *adnectite* Pugetianus.

834. VERTITE. *Vertere* Montalbanius.

835. PARCE. Quia Caeſar exclamavit *parce civibus.* Flor. IV. 2. *projicit arma manu* Val. Flac. II. 527. BURM.

836. SANGUIS PIUS. Rufinianus Rhetor (de Schemat. Dian. p. 36.) hanc probat lectionem: nam ſimul cauſſam belli civilis oſtendit in Caeſare fuiſſe, dum dicit, priorem illam debere parcere. mox, tanquam ideo, inquit, parcere prior debeat, quia ſit Anchiſae pius ſanguis, & ab Olympo genus ducat. FABRIC. *Meus eſſe memento.* ita ſupplebat prior Hamburgicus. *o ſanguis* Francian.

837. TRIUMPHATA CORINTHO. An Urbs trium-

78 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 79 magnum Steph. 80 Errare hic Servium, & Pyrrhum, ſive Neuptolemum, Achillis filium, in templo Delphico ab Oreſte caeſum tradere plurimos, (vide & Servium ad Lib. III. 332.) & aliorum ſententias refert Vincentius Alfarius lib. I. Ephemeridum cap. 8. ipſe per Aeacidem intelligit Andriſcum ſubditum regem. Qui nulla ſpecie credi poteſt a Virgilio inter Aeacidas fuiſſe hic memoratus. vide & H. Stephani diſſert. de Criticis pag. 201. qui *eruet ille*, intelligit de Paullo Aemilio, qui Perſen vicit, & regnum Macedonicum finivit. vid. & Serv. ad I. Aen. 573. illa *in templo* deſunt Baſil. & ita poſſet hiſtoria convenire, quam nobis prodidit Plutarchus in Pyrrho ad finem. BURM. 81 deſunt L. V. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 82 deſunt iiſdem.

Digitized by Google

Ultus avos Trojae, templa & temerata Minervae.
Quis te, magne Cato, tacitum, aut te, Coſſe, relinquat?
Quis Gracchi genus, aut geminos duo fulmina belli
Scipiadas, cladem Libyae, parvoque potentem
Fabricium: vel te ſulco, Serrane, ſerentem?

Quo

SERVII.

841. ULTUS AVOS. Aut hic diſtinguendum, ut ſit: *Trojae Minervae*, pro Trojanae, principale pro derivativo: aut certe *avos Trojae*; non quos Troja habuit [83] avos; ſed qui de Troja fuerunt, id eſt, avos Trojanorum.

842. MAGNE CATO. [84] Cenſorium dicit, qui ſcripſit [85] hiſtorias: multa etiam bella confecit: nam Uticenſem praeſente Auguſto, contra quem pater ejus & dimicavit, & Anticatones ſcripſit, laudare non poterat. [86] [Supra autem, Minervae templa temerata per ſtuprum Caſſandrae dicit.] COSSE RELINQUAT? Coſſus [87] tribunus militum conſulari poteſtate fuit. Hic [88] [regem Tuſcorum,] Lartem Tolumnium, a loco dictum, occidit: & [89] [ſecunda poſt Romulum] opima ſpolia [90] revocavit. Erit autem nominativus hic [91] *Lars, hujus Lartis.*

843. QUIS GRACCHI GENUS? Gracchos ſeditioſos conſtat fuiſſe; nobiles tamen genere: namque per Corneliam, nepotes Scipionis Africani fuerunt: unde Juvenalis ad eam VI. 170. *Tolle tuum, precor, Hannibalem,* [92] [*victumque Syphacem.*] Ergo Scipiones dicit per Gracchi genus. Duo autem fuerunt: major [93] Africanus, qui obſidione Carthaginis ab Italia revocavit Hannibalem; Aemilianus minor.

844. SCIPIADAS. Hi gemini fratres fuerunt: qui cum fortiſſime dimicarent in Hiſpania apud Carthaginem novam, quae Spartaria dicitur, [94] inſidiis interempti ſunt: [95] [quorum alter, pater; alter, patruus Scipionis Africani majoris fuerunt.] CLADEM LIBYAE. Scipiones [96] [Africanos duos; majorem & minorem: quorum alter vicit Carthaginem; alter delevit.]

845. FABRICIUM. Paupertate glorioſum. Hic eſt qui reſpondit legatis Samnitum, aurum ſibi offerentibus: Romanos non aurum habere velle; ſed aurum habentibus imperare. SERRANE SERENTEM. Attilius [97] quidam ſenator fuit; qui, cum agrum [98] ſuum coleret, evocatus, propter virtutem meruit Dictaturam. *Serranus autem*, a *ſerendo* dictus eſt.

VARIORUM.

triumphata Latine dicatur rogat Harduinus. ſed an *triumphatae gentes* III. Georg. 33. non probavit in opere vero Virgilii? tales remittendi cum tironibus ad Lexica. ſequentia *eruet ille*, ridicule ad Caeſarem trahit Jeſuita, quum Mummius intelligatur, qui Achaico bello has urbes in ditionem Populi Romani redegit. vid. Ovid. VI. Faſt. 47. BURM.

838. AGET CURRUM. Sic & Aruſianus Meſſus agnoſcit. in multis tamen ſcriptorum *aget currus*, quos inter Mentelianus prior & ſex alii minoris rei. Gudianus a manu prima, *victor aget circum*, ſed

83 deeſt V. 84 Cenſorinum Steph. Fabr. al. 85 Hiſtorias multas, & etiam multa Fabr. al. 86 deſunt R. in V. erat poſt notam ℣. 841. *templa & temerata Minervae.* per ſtuprum Minervae. poſt ſtruprum Lipſ. L. 87 Tribunus militaris fuit V. L. R. Voſ. Steph. al. 88 deſunt iisdem. Cluver. Ital. Ant. II. cap. I. in fin. conjiciebat *Lartem a Laribus dictum.* 89 deſunt iisdem. 90 *renovavit*, legebat Dempſterus in Etruria Reg. II. 52. pag. 214. parum refert, & eſt obvia varietas. *revocavit* hic omnes, praeter Fabr. & Maſvicium, qui *reportavit*. G. Voſſius conjiciebat *retulit*. 91 Lar Steph. Dan. Fabr. al. 92 deſunt V. R. L. Voſ. Steph. Dan. 93 Africanus, Aemilianus minor &c. V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. Fabr. al. ſed eſt error: nam Africanus revocavit Hannibalem, non proprie dicta obſidione Carthaginis, ſed quia imminebat urbi & proeliis aliquot vicerat Poenos: ſed Aemilianus obſedit urbem & evertit. ideo credo tranſpoſuiſſe verba Maſvicium, quibus tamen aliquid deeſſe puto, quod ex ſequenti nota poſſet ſuppleri; *qui urbem evertit*, vel *delevit*, vel ſimile quid, poſſet tamen *obſidio* Carthaginis etiam majori Africano adſcribi, quia urbi propinquus Carthaginienſes ad ſummas anguſtias redegit. ut *obſidionem* pro ſummo periculo & impedimento, quo libere exire urbe prohibebantur, ſumi docui ad Rutilii Iter. II. 31. & Cl. Duker. ad Flor. II. 2. & 17. BURM. 94 deeſt Fabr. al. 95 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. 96 deſunt iisdem. 97 quidem Fabr. Altilius Lipſ. 98 deeſt V. Voſ. Steph. Dan.

Digitized by Google

Quo feſſum rapitis, Fabii? tu Maximus ille es,
Unus qui nobis cunctando reſtituis rem.
Excudent alii ſpirantia mollius aera:
Credo equidem, vivos ducent de marmore voltus:
Orabunt cauſſas melius, coelique meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſidera dicent.
Tu regere imperio populos, Romane, memento,

(Hae

SERVII.

846. QUO FESSUM RAPITIS, FABII? Cur me, o Fabii, feſſum ad veſtram trahitis narrationem? Aut certe *feſſum*, triſtem, ut VIII. 232. *Ter feſſus valle reſedit*, ſcilicet propter eorum mortem: nam [99] trecenti ſex fuerunt de una familia: qui [1] conjurati cum ſervis & clientibus ſuis contra Vejentes dimicarunt, & inſidiis apud Cremeram fluvium interempti ſunt. Unus tantum ſuperfuit, [2] ſcilicet Fabius Maximus, qui propter teneram adhuc pueritiam in civitate remanſerat: [3] [a quo, per temporis ſucceſſionem longioris, Fabius ille Maximus creatus eſt,] [4] qui poſtea, cum Hannibalis impetum ferre non poſſet, mora eum eluſit, & ad [5] Campaniam traxit; ubi deliciis [6] Carthaginenſium virtus obtorpuit. [7] [Notandum eſt de ſecunda perſona dictum.] [8] Hic autem eſt, de quo ait Ennius: *Unus qui nobis cunctando reſtituit rem.* [9] Sciens enim Virgilius quaſi pro exemplo hunc verſum poſuit.

848. EXCUDENT ALII. Cudendo efficient: & eſt rhetoricus locus. SPIRANTIA. Animata. Horatius: Art. Poet. 33. *Et molles imitabitur aere capillos.*

849. VIVOS VULTUS. Hoc eſt, quod dixit *ſpirantia*. Et per [10] *aes*, Corinthios indicat; per *marmor*, Parios; per actionem cauſſarum, Athenienſes; per Aſtronomiam, Aegyptios & Chaldaeos.

VARIORUM.

ſed repoſitum *currus*. HEINS. *Currus* Dorvill. Regius, Parrhaſ. & Pugetianus.

842. QUIS TE, MAGNE CATO, TACITUM, AUT TE, COSSE, RELINQUAT? Haec lectio Helenii eſt & exemplorum. Donati autem mihi minus arridet: ideo a me non exponitur. FABR. *Aut* abeſt a manu prima Mediceo codici. HEINS. *Quoſſe* Zulichem.

843. BELLI. *Bello* Gudianus a manu prima. non inconcinne. HEINS.

845. SERRANE, SERENTEM. In Menteliano *Serane*. Quod Atiliae gentis cognomen a *ſerendo* deductum contendit Plinius. in duobus denariis tamen argenteis, apud me, M. ATIL. SARAN. & SAR. uti & in caeteris. in inſcriptione, cujus Fulvius Urſinus meminit in gente Atilia. SEX. ATILIVS M. P. SARANVS. ſed apud Gruter. pag. CXCVIII. in ectypo ejuſdem ſaxi SERRANVS. in Silii ſcriptis exemplaribus lib. VI. M. Atilii Reguli filius *Serranus* conſtanter appellatur. ut cognomeritum gentis Atiliae fuerit. *Saranus* videlicet. nam & Julius Obſequens *Saranum* agnoſcit, & *Serranum* & apud Schol. Horatii Crucquian. lib. III. Od. 3. *& te ſulc.* ut hiatus relinquatur, ut ſaepe alias Zulichemius. *ſulco* non *ſulcos* Parrhaſ. & Excerpta noſtra, *nec te* Schol. Perſii. *Serane* Francianus, Witt.

846. Es. Abeſt a Franciano. *quo feſſum capitis* Vratiſlav.

847. RESTITUIS. *Reſtitues* prior Voſſianus, Menagius prior & Montalbanus: etiam Gudianus a m. pr. ſed praeſtat alterum. *reſtituit* in Leidenſi. HEINS. *Reſtitues* Wittian. Ed. Mediol. *reſtituit*

Ed.

99 cavi fuerunt R. forte vitium ex nota numeri trecentum natum, quum fuiſſet ſcriptum CCCVI. unde *cavi* fecit librarius. BURM. 1 qui cum conj. &c. dimicarent, inſidiis &c. V. L. Voſ. R. 2 deeſt L. V. R. Steph. Dan. 3 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. 4 Hic poſtea V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 5 Capiniam Voſ. 6 deliciis ejus virtus L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Carthaginienſium virtus ejus Fabr. 7 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Fabr. al. 8 Hic eſt de quo Ennius, *Unus* L. Fabr. al. ille eſt Lipſ. deinde Enni verſui addunt duos verſus, *non ponebat enim rumores ante ſalutem Ergo poſtque magiſque, viri nunc gloria claret* Fabr. Baſil. ſed Servius de uno verſu, quem imitatur Virgilius, loquitur. BURM. 9 *imitabimur* Lipſ. 10 aera Fabr. al.

(Hae tibi erunt artes) paciſque inponere morem,
Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.
Sic pater Anchiſes, atque haec mirantibus addit:
Adſpice, ut inſignis ſpoliis Marcellus opimis
Ingreditur, victorque viros ſupereminet omnis!
Hic rem Romanam, magno turbante tumultu,
Siſtet, eques ſternet Poenos, Gallumque rebellem,

Ter-

SERVII.

853. PACIS MOREM. Leges pacis.

856. SPOLIIS MARCELLUS OPIMIS. Hic Gallos & Poenos equeſtri certamine ſuperavit. [11] Viridomarum etiam, Gallorum ducem, manu propria interemit, & opima retulit ſpolia, quae dux detraxerat duci; ſicut Coſſus Larti [12] Tolumnio.

857. SUPEREMINET OMNES. Virtutis [13] ſcilicet genere. REM ROMANAM. Statum reipublicae.

858. TURBANTE TUMULTU. [14] Ideo tumultu; quia res in Italia [15] [adverſus Gallos] geritur.

859. SISTET. Confirmabit, corroborabit.

VARIORUM.

Ed. Venet. vid. Non. in *cunctari*. BURM.

848. MOLLIUS. *Molibus* Wittianus.

849. CREDO EQUIDEM. Markl. ad Stat. I. Silv. I. 21. legebat, *cedo equidem*, ut Statius VII. Theb. 178. & alibi. ſed omnes libri *credo*, & eſt conſueta ironiae forma, qua nos refellere jactantes oſtendimus. ſic I. Georg. 414. *haud equidem credo*. X. Aen. 29. *equidem credo*. & ita ſaepe Ovidius, ut XV. Metam. 359. II. Faſt. 551. & IV. 743. ſine ironia dicit Dido lib. IV. 12. *credo equidem*, ſed addit ſtatim, *nec vana fides*. unde patet ex formula hoc dici ſolitum. & forte non male Lambinus apud Ciceronem II. de Finib. 5. voluit legi, *credo equidem vos nec in dolore, nec in voluptate eſſe*. ubi alii *quidem*. vide etiam Barth. ad Stat. VI. Theb. 334. *Credo* etiam ſimpliciter ironice ſolet adhiberi, & centies occurrit. vid. lib. VII. 295. & virum eruditum in Miſcell. Obſerv. Critic. Vol. II. p. 71. ubi & alios in *cedo* mutaſſe *credo* videbis. BURM.

Ibid. VIVOS. *Et vivos* Scholiaſtes Statii II. Theb. 216. & ita Wittian. alter Hamburgenſis & a manu ſecunda Zulichemius. *vivos alicent* Menagii prior. quod non intelligo. BURM.

850. ORABUNT. *Orabant* Gudianus.

Ibid. SIDERA. *Lumina* Menagii prior. *deſcribunt* etiam ſecundus Moreti. *ſidera ducent* Parrhaſ.

853. HAE. *Haec* Francianus, Wittianus & Dorvil.

Ibid. PACIQUE IMPONERE MOREM. *Paciſque* Servius. ſed alii melius, *paci: regle & police l'etat de paix*. FABER. *Pacis* Servius agnoviſſe videtur. Codices tamen noſtri maxima ex parte, *paci*. ſed *paciſque* Mentelianus alter, ſecundus tertiuſque Rottendorphii, & ſex aut ſeptem recentiores, & etiam Gudianus a m. pr. HEINS. *Paciſque* Regius, Wittian. Leidenſ. Parrhaſ. & Excerpta noſtra, cum quibuſdam aliis. *paciſque imponere amorem* Zulichem. ego *pacis* praeferrem, cujus mos eſt, ut ſtipendia & tributa imponantur victis gentibus, & provinciis, & ita pax concilietur, liberatis ab omni regio & alieno jure. in pr. Hamb. erat, *pacique imponere curam. imponere morem* pro *modum*, barbarum dicit Harduinus. ſed quis ita explicuit? Servius *leges* explicat. nec quiſquam negabit *mores* pro legibus ſumi. ſic lib. I. 264. *moreſque viris & moenia ponet*. ubi Servius, *leges* dici *mores*, non dubium eſt. quem & vide ad lib. VIII. 316. & hoc ſaepe & a multis obſervatum norunt eruditi. *mores* etiam Dorvillianus BURM.

855. HAEC. *His* alter Hamburgicus. *hoc* Venetus.

Ibid. MIRANTIBUS. Huic non reſpondere ſingularem numerum, *adſpice*, calumniatur Harduinus.

11 Viridomorum R. Viridomarum enim, legebat G. Voſſius. 12 Columnio R. Larti deeſt V. qui & Colomnio 13 deeſt V. 14 bene tumultu L. vel bene tum. R. 15 delunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al.

Tertiaque arma patri ſuſpendet capta Quirino.
Atque hîc Aeneas; (una namque ire videbat
Egregium forma juvenem & fulgentibus armis,
Sed frons laeta parum, & dejecto lumina voltu:)
Quis, pater, ille, virum qui ſic comitatur euntem?
Filius, anne aliquis magna de ſtirpe nepotum?
Qui ſtrepitus circa comitum! quantum inſtar in ipſo eſt!
Sed nox atra caput triſti circumvolat umbra.

Tum

SERVII.

860. TERTIAQUE ARMA PATRI CAPTA. [16] Hic tertia opima ſpolia ſuſpendet patri, id eſt, Jovi. CAPTA QUIRINO. Qualia & Quirinus ceperat, id eſt, Romulus, de Acrone, rege Ceninenſium, & ea Jovi ſuſpenderat. Poſſumus, & quod eſt melius, ſecundum legem Numae hunc locum accipere, qui [17] praecepit, prima opima ſpolia Jovi [18] Feretrio debere ſuſpendi, quod jam Romulus fecerat: ſecunda Marti, quod Coſſus fecit: tertia Quirino, quod fecit Marcellus. Quirinus autem, eſt Mars, qui [19] [praeeſt paci; & intra civitatem colitur: nam. belli Mars] extra civitatem templum habuit. Ergo aut ſuſpendet patri, id eſt, Jovi: aut ſuſpendet patri, Quirino. [20] Varie de hoc loco tractant commentatores, Numae legis immemores, cujus facit mentionem & [21] Livius.

862. EGREGIUM FORMA JUVENEM ET FULGENTIBUS ARMIS. Tria ſunt, ſecundum Carminium; pulchritudo, aetas, virtus. Significat autem Marcellum, filium Octaviae, ſororis Auguſti, quem ſibi Auguſtus adoptavit. Hic decimo ſexto anno [22] incidit in valetudinem; & periit decimo octavo, in [23] *Bajano*, [24] cum aedilitatem gereret. Hujus mortem vehementer civitas doluit: nam & affabilis fuit; & Auguſti filius. Ad funeris hujus honorem Auguſtus [25] ſexcentos lectos intrare civitatem juſſit: hoc enim apud majores glorioſum fuerat: [26] & dabatur pro qualitate fortunae: nam Sylla ſex millia habuit. Igitur cum ingenti [27] [gloria &] pompa [28] relatus, & in campo Martio eſt ſepultus. Ergo modo in Auguſti adulationem, quaſi epitaphion ei dicit. [29] Et conſtat, hunc librum tanta pronuntiatione Auguſto & Octaviae eſſe recitatum, ut fletu nimio [30] imperarent ſilentium; niſi Virgilius finem eſſe dixiſſet, qui pro hoc [31] aere gravi donatus eſt, id eſt, maſſis: nam ſic & Livius *argentum grave* dicit, id eſt, maſſas.

863. SED FRONS LAETA PARUM. Omen eſt mortis [32] futurae. [33] Et contra alibi IV. Ecl. 60. *Incipe parve puer riſu cognoſcere matrem.*

864. VIRUM QUI SIC COMITETUR EUNTEM. Marcellum, cui ſimilis eſt.

866. QUIS STREPITUS. Propter aedilitatem. INSTAR. Similitudo: & eſt nomen, quod non recipit praepoſitionem: *ad inſtar* enim non dicimus, quod Probus [34] declarat.

VARIORUM.

nus. ſed cur non *mirantibus*, Aeneae & quae aderat Sibylla, potuit ſermonem ad ſolum Aeneam diri-

16 hic capta tertia L. captaque haec tertia R. Fabr. al. capta hic tertia Steph. 17 praeceperit Fabr. al. 18 feretro L. R. Pheretrio Steph. Dan al. 19 deſunt V. Mars extra civitatem habuit R. ceteris omiſſis. 20 Variae V. 21 non reperi apud Livium. & dubito an non *legem Romuli* ſupra & hic legere praeſtet. non enim Numa legem de primis ſpoliis opimis Jovi Feretrio debitis ferre potuit, quae jam Romulus ſuſpenderat, & ille pacis ſtudioſus fuit & religionis, nec de bellis legem tuliſſe vero ſimile. BURM. 22 incidit valetudine V. Voſ. incidit valetudinem L. vid. ad Servium IV. Aen. 424. de morte, & anno mortis Marcelli vid. Scalig. & Brouckh. ad Propert. III. XVI. 15. & quae nos ad Eclog. IV. initio diximus. BURM. 23 Bajona L. Voſ. R. Lipſ. haec urbs Franciae notior fuit Librariis. 24 & cum aedilitatem ageret R. & c. ae. gereret V. 25 delectos intra civitatem ire juſſit L. delectos intrare c. juſſit Voſ. delectus intra c. ire juſſit R. V. ſexcentos lectos intrare civitatem, ire juſſit Fabr. al. ſed *intra civitatem*, habet. 26 etiam Steph. Dan. 27 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 28 allatus V. L. R. Voſ. elatus Fabr. al. 29 etiam Fabr. al. 30 imperaret R. imperaretur L. 31 aere datus eſt R. 32 cito futurae Fabr. al. 33 ex contrario L. Voſſ. R. V. Lipſ. Steph. Dan. 34 declarat V. Fabr. al.

Tum pater Anchiſes, lacrimis ingreſſus obortis:
O nate, ingentem luctum ne quaere tuorum:
Oſtendent terris hunc tantum fata, neque ultra
Eſſe ſinent. Nimium vobis Romana propago
Viſa potens, Superi, propria haec ſi dona fuiſſent.
Quantos ille virûm magnam Mavortis ad urbem
Campus aget gemitus! vel quae, Tiberine, videbis
Funera, quum tumulum praeterlabere recentem!

Nec

SERVII.

870. OSTENDENT TERRIS HUNC TANTUM FATA. Parum illuceſcet, [35] mox peribit.

872. VISA POTENS SUPERI. Cum indignatione [36] dicit: Invidiſtis & gloriae Romanae, & veſtris muneribus: nam felicitas, veſtra ſunt munera. PROPRIA. Perpetua, ut I. 73. *Propriamque dicabo.*

873. MAVORTIS CAMPUS. In quo eſt ſepultus.

875. FUNERA CUM TUMULUM PRAETERLABERE RECENTEM. [37] [*Propter ſexcentos*] lectulos.

VARIORUM.

dirigere, ut ſemper in hoc loco fecit Anchiſes? nec etiam illa enallage numeri, ſi jam etiam Sibyllam adloquitur, inuſitata eſt, & ſaepius a viris doctis notata. vide Daviſ. ad Cicer. I. de Nat. Deor. 16. 19. 38. III. Tuſc. 15. Wopk. Lect. Tull. I. 15. & quos non? ſic apud Liv. IV. 6. pr. cum *conſules* praeceſſiſſet, ſequitur *reſpondit*, ſcilicet unus conſulum, & lib. VII. XXX. 4. quum plures legati eſſent, oratio in ſingulari numero datur, quia unus tantum loquitur. *his mirantibus* alter Hamburg. *hoc* Venetus. BURM.

857. VIROS. *Viris* alter Hamburgicus. *victor viros* Wittianus.

859 SISTET EQUES, STERNET. Catroeus ſequitur Pierium, & legit, *ſiſtet: Equis ſternet* &c. diſtinctionem probo, ſed *eques* retineo. eleganter *ſiſtere rem*, ut Sueton. Aug. XXVII. *ſiſtere rempublicam in ſua ſede* vid. Comm. ad Liv. IV. 12. de eleganti illa formula, *ſiſti non poteſt*. BURM.

869. CAPTA. *Rapta* malebat Markl. ad Statii V. Silv. II. ℣. 148. v. Guellium. contra docet locus Feſti in *opima*: & variae lectiones in Servii nota. *ſuſpendent* Francianus.

862. ET FULGENTIBUS. *Et* deeſt Menteliano pr. & Wittiano.

863. DEJECTO. *Dejecto lumine vultus* ſecundus Moreti. *lumine vultu* tertius Rottendorphii.

865. ANNE. *An* Editio Juntina.

866. IN IPSO EST. Membranae noſtrae vetuſtiores verbum ſubſtantivum ab hoc verſu relegant. deinde Montalbanius, *Qui ſtrepitus*, etiam Moretanus primus, Venetus & alter Hamburgicus. tum a manu prima Gudianus. HEINS. Et Leidenſis. hic Harduinus turpiter ſe dat, nec, quid *inſtar* ſit, percepit, cujus vocabuli vim & naturam ex Lexicis poterat diſcere. *in ipſo*, id eſt Marcello, qui comitibus, Latinis opponitur, ut ſolent, ducem, principem, Regem, *ipſum* ſaepe Latini appellare. vide ad III. Georg. 38. & IV. 82. & centies alibi. BURM.

867. CAPUT. *Volat triſti circum caput* Bigotianus.

869. O NATE. O *Gnate* Mediceus, uterque Mentelianus, & alii nonnulli. HEINS. *Ne quaere ſuorum* Oudart. pro varia lectione.

870. OSTENDENT. *Oſtendunt* & *ſinunt*, eſt apud Scholiaſten Statii Theb. I. 586. idem, *nec ultra*, ut Mediceus, & quatuor aut alii quinque. ſed & in Gudiano a manu prima, *oſtendunt*. Menagianus prior, *oſtendant*. *oſtendunt* & *ſinunt* mihi arrident. ſed auctoritas membranarum requiritur a nobis iſti lectioni ſtabiliendae. HEINS *Oſtendunt* Leidenſis. *ultra* pro quod inſtat, nec adhuc notum eſt: vel ſupra, quod ſupra fatum explicare gloſſas ait Barth. ad Stat. I. Theb. 706. ſic ſupr. ℣. 114.

35 quia mox Steph. Dan. & mox Fabr. al. 36 dictum Fabr. al. 37 deſunt L. lectos etiam legendum puto.

Nec puer Iliaca quiſquam de gente Latinos
In tantum ſpe tollet avos: nec Romula quondam
Ullo ſe tantum tellus jactabit alumno.
Heu pietas, heu priſca fides, invictaque bello
Dextera! non illi ſe quiſquam inpune tuliſſet
Obvius armato, ſeu quum pedes iret in hoſtem,
Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu, miſerande puer! ſi quâ fata aſpera rumpas,
Tu Marcellus eris. Manibus date lilia plenis:
Purpureos ſpargam flores, animamque nepotis

His

SERVII.

877. IN TANTUM SPE TOLLET AVOS. Eriget generis antiquitatem. Et rhetorice ſpem laudat in puero, quia facta non invenit. Eſt autem Ciceronis in Dialogo: [38] *Fanni, cauſa difficilis, laudare puerum: non enim res laudanda, ſed ſpes eſt.* NEC ROMULA QUONDAM. Pro Romulea, ut IV. 37. *Quos Africa terra triumphis Dives alit.* *Quondam* autem, poteſt & praeteriti eſſe & futuri.

879. [39] [PRISCA FIDES. Quia fidelitas non requirit juvenes; ſed ſenes: unde Lucanus VIII. 282. *Quippe fides robuſtos exigit annos.*]

882 FODERET CALCARIBUS ARMOS. Species pro genere *Equi armos*, pro equo poſuit: non enim poſſunt *armi* calcaribus fodi.

883. FATA ASPERA RUMPAS. Poſſe aliqua ratione fata [40] diſrumpi, per tranſitum docet.

884. TU MARCELLUS ERIS. Talis, qualis [41] fuit Marcellus, [42] [ille vir ampliſſimus, ſuperius dictus.]

885. PURPUREOS FLORES. Ut ſaepe [v. 79.] diximus, propter ſanguinis ſimilitudinem: qui aut anima eſt, aut animae ſedes. NEPOTIS, Poſteri: non enim re vera nepos fuit.

VARIORUM.

℣. 114. *ultra vires, ſortemque ſenectae.*

Ibid. NEQUE ULTRA. *Nec* codices quinque aut ſex, reliqui. *neque*, ut & Ed. Mediol.

872. SUPERI. *Superis* Dorvil. a m. pr. *nobis* etiam Menagii alter cum Excerptis noſtris. *propria ſi* Oudartii.

874. VEL QUAE. *Vel quot Tiber. videret* Ed. Venet.

875. PRAETERLABERE. *Praeterlabare* Mediceus a manu prima. ſic & prior Hamburgenſis, & ſecundus Rottendorphius. tum Mentelianus, & alter Hamburgicus a manu ſecunda. HEINS. Ita & Hugenianus. hunc vero locum exprimere voluit Amm. Marcel. lib. XXV. 10. ubi de Juliani cadavere Tarſi condito agit, *ſuprema & cineres, non Cydnus videre deberet, ſed ad perpetuandam gloriam recte factorum praeterlaberetur Tiberis interſecans urbem aeternam, divorumque veterum monumenta praeſtringens.* ita enim legendum, non *praeterlamberetur*. & ad Mauſoleum Caeſarum reſpexiſſe videtur, ut recte Valeſius: *funera & tumulum* Wittian. BURM.

877. IN TANTUM SPE. *In tantam ſpem* Ed. Veneta. ſed vide ad Vellej. Paterc. I. 13. & II. cap. 53. *in tanta ſpe* Wittian. BURM.

880. NON ILLI QUISQUAM SE. *Non illi ſe quiſquam.* in codicibus noſtris, quod minus ingratum ſonat. HEINS. Ita Francianus & Wittianus.

882. ARMOS. Hinc adparet latius patere *armos*, quam humeros, quos calcaribus fodere non po-

38 deeſt Fabr. al. Fannio V. L. R. ut dialogi titulus fuerit *Fannius*. vide quae dixi ad Quinctil. IX. de Inſt. Orat. cap. 3. pag. 821. ubi legitur, *non enim tam ſpes laudanda, quam res eſt.* adde & Cauſaub. ad Perſ. Sat. II. 35. BURM. 39 deſunt V. R. Voſ. L. Lipſ. Steph. Dan. al. 40 dirumpi. Fabr. al. 41 eſt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Fabr. al. 42 deſunt iidem. ſed Baſil. habet.

His ſaltem adcumulem donis, & fungar inani
Munere. Sic tota paſſim regione vagantur
Aëris in campis latis, atque omnia luſtrant.
Quae poſtquam Anchiſes natum per ſingula duxit,
Incenditque animum famae venientis amore:
Exin bella viro memorat quae deinde gerenda,
Laurentiſque docet populos, urbemque Larini:
Et quo quemque modo fugiatque feratque laborem.
Sunt geminae Somnî portae: quarum altera fertur
Cor-

SERVII.

886. Inani munere. Secundum Epicureos, non profuturo. Sic. Iſta noſcentes.

888. Aeris in campis. Colliſionem [43] fecit. Locutus eſt autem ſecundum eos, qui putant Elyſium lunarem eſſe circulum.

890. Incenditque animum. Nam ſupra ait 806. *Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?* Exin. Deinde. Confert autem in compendium narrationis prolixitatem. Sic Terentius Andr. v. vi. 17. propter longum actum ait: *Intus deſpondebitur, intus* [44] *tranſigetur, ſi quid eſt, quod reſtat.*

894. Sunt geminae somni portae. Pro ſomniorum. Eſt [45] autem in hoc loco Homerum Odyſ. T. 560. ſecutus.

[46] [Ξεῖν', ἤτοι μὲν ὄνειροι ἀμήχανοι ἀκριτόμυθοι
Γίνοντ', οὐδέ τι πάντα τελείεται ἀνθρώποισι.
Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων.
Αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι.
Τῶν οἳ μὲν κ' ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος,
Οἱ δ' ἐλεφαίρονται ἔπε' ἀκράαντα φέροντες,
Οἱ δὲ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε,
Οἱ ῥ' ἔτυμα κραίνουσι, βροτῶν ὅτε κεν τις ἴδη].

Hoc tantum differt, quod ille per utramque portam ſomnia exire dicit; hic umbras veras, per quas ſomnia indicat vera: & poëtice apertus eſt ſenſus. Vult autem intelligi falſa eſſe omnia quae dixit. Phyſiologia vero hoc habet: Per *portam* [47] [*corneam*, oculi ſignificantur, qui & cornei ſunt coloris, & duriores caeteris membris: nam frigus non ſentiunt: ſicut etiam Cicero dixit in libris De natura deorum. Per *eburneam* vero *portam* os ſignificatur, a dentibus. Et ſcimus quia quae loquimur, falſa eſſe poſſunt; ea vero quae videmus, ſine dubio vera ſunt. Ideo Aeneas per eburneam [48] emittitur portam.] Eſt & alter ſenſus: Somnum novimus cum cornu pingi: & qui de Somniis ſcripſerunt, dicunt ea, quae ſecundum fortunam & perſonae poſſibilitatem videntur, habere effectum: & haec vicina ſunt cornu: unde cornea vera fingitur porta: ea vero, quae ſupra fortunam ſunt, & habent nimium ornatum, [49] vanamque jactantiam, dicunt falſa eſſe: unde eburnea, quaſi ornatior porta, fingitur falſa.

VARIORUM.

poterant, inſidentes dorſo equi. vid. ad lib. IV. 11.

884. Date lilia. Quidam *lilia* Maronem adhibere credunt, quia ſymbolum ſpei, de qua antea dixerat, *in tantam ſpe tollet avos.* per purpureos autem flores papaveris flores intelligit, & morem flores ſpargendi illuſtrat Triſtan. Tom. II. Comment. pag. 35.

886. Hic saltem. *His ſaltem* ſcripti omnes, excepto Moretano quarto. *inanis munere* Mediceus. HEINS. *Donis effungar* Mentelii prior. *& fun-*

43 facit V. 44 *Tranſfietur* V. 45 autem hoc loco V. 46 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 47 deſunt R. quae de Cicerone adfert Servius non reperi in deſcriptione oculorum, lib. II. de Nat. Deor. 57. eos eſſe cornei coloris, nec frigus ſentire: ſed de auribus dicit, *duros & quaſi corneolos habere introitus.* BURM. 48 mittitur V. 49 variamque Fabr. al. unaque Dan.

Cornea; qua veris facilis datur exitus umbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falſa ad coelum mittunt inſomnia Manes.
His ibi tum natum Anchiſes unaque Sibyllam
Proſequitur dictis, portaque emittit eburna.
Ille viam ſecat ad navis, ſocioſque reviſit.
Tum ſe ad Cajetae recto fert litore portum.
Ancora de prora jacitur: ſtant litore puppes.

SERVII.

897. FALSA INSOMNIA. Id eſt, ſomnia. SECAT. Tenet: unde *ſectas* dicimus, ab eo, quod propoſitum [50] non tenent.

901. AD CAIETAE PORTUM. A perſona [51] Poëtae Prolepſis: nam *Cajeta* nondum dicebatur.

VARIORUM.

fungar Excerpta noſtra. *munera* Menagianus ſecundus.

888. AERIS IN. *Aeriis* Mentelii duo. ultimus etiam non habet *in. aereis* Regius. vulgata eſt apud Scholiaſt. Lucani IX. 7. qui intelligit de ſpatio inter terram & coelum, ubi nobilium animae habitant. a quo Servius non multum abit. BURM.

889. QUAE. *Quem* Montalbanius.

890. VENIENTIS. In codice A. Colotii ſcriptum eſt, *melioris*, pro *venientis*. URSIN. *Melioris* Mediceus. & pro diverſa lectione Hamburgicus ſecundus. HEINS. Quod ex aliis locis tranſlatum: nam ſaepe *melior fama*, ut lib. IV. 221. & alibi occurrit: pro quo etiam in codicibus *major* ſaepe legitur. de quo agimus ad Lucan. I. 400. BURM.

891. EXIN. *Ex hinc* Dorvill. Wittian. prior Hamburgicus, ſecundus Moreti & Bigotianus. *Bella exinde* Francianus.

893. QUO QUEMQUE. *Quocumque* Ed. Mediolanenſis.

894. SOMNI. Pro *Somnii*. ut recte Torrentius ad Horat. III. Od. XXVII. 42. quem vide.

895. DATUR. *Datus* alter Hamburgicus. *cornua* Dorvill.

898. HIS IBI. *Ubi* Mediceus, uterque Menagianus, tres Rottendorphii aliique nonnulli. Pierius *ibi* mavult ſed *ubi* Probus agnoſcit. lib. I. Art. Gram. & ſic Gudianus a m. ſec. HEINS. *Ibi* Regius.

900. SECAT. Vid. ad Quinct. III. de Inſt. Orat. I. p. 214. & Lamb. ad Lucret. VI. 638.

901. LITORE. *Limite* Venetus. item Montalbanus pro varia lectione, quod videtur praeſtare, cum verſu proximo *litore* ſubſequatur, ingrata repetitione. HEINS. *Limite* Bigotianus & Wittianus. qui in marg. alii, *litore*, ut habet Servius ad III. 16. & VIII. 57. ſed perperam, licet quidam defendant, quia a Cumis ad Cajetam rectum litus eſt. quaſi non & rectum iter habentes, ſive per litus, ſive per agros, poſſent dici *recto limite* ire. ut Servius docet d. l. lib. VIII. 57. vide ad Valer. Flac. IV. 614. ubi me hoc Virgilii loco potuiſſe uti ad firmandum in Valerio veram Lectionem obſervat vir doctus in Obſerv. Miſcel. Critic. Tom. I. p. 93. ſed in re obvia non ſemper multa adferre neceſſe puto. ſic contra *transverſos limites* Barth. Livius XXII. 12. ubi vide Commentatores. *recto* vero *limite*, idem eſſe quod recta via, docent etiam Lexica, & *litus* & *limes* paſſim confuſa. vid. ad lib. II. 321. & alibi. BURM.

50 deeſt negatio V. L. Voſ. R. Steph. 51 Poeta V.

P. VIR-



L. F. D. B. inv. P. Tanje sculp.

P. VIRGILII MARONIS *Aeneidos.*

LIBER SEPTIMUS.

TU quoque litoribus noſtris, Aeneïa nutrix,

Ae-

SERVII.

1. Tu quoque litoribus noſtris Aeneia nutrix. Ut & in principio diximus, in duas partes hoc [1] opus diviſum eſt: nam primi ſex libri ad imaginem [2] Odyſſeae dicti ſunt, quos perſonarum & allocutionum varietate conſtat eſſe graviores. Hi autem ſex ad imaginem [3] Iliadis dicti ſunt, qui in negotiis validiores ſunt: nam & ipſe hoc dicit infr. 45. *Majus opus moveo.* Et re vera

1. Corpus V. forte vera lectio. vid. not. Heinſ. ad lib. xii. 835. & ſolitos librarios *opus*, & *corpus* commutare videbis ex notis Oudendorpii ad Caeſ. de B. vii. G. 72. deinde, primi ſex ad Im. Lipſ. BURM. 2 Odiſſae L. Voſ. R. 3 Iliados V.

Aeternam moriens famam, Cajeta, dediſti.
Et nunc ſervat honos ſedem tuus, oſſaque nomen
Heſperia in magna (ſi qua eſt ea gloria) ſignant.
At pius exſequiis Aeneas rite ſolutis,
Aggere conpoſito tumuli, poſtquam alta quierunt
Aequora, tendit iter velis, portumque relinquit.

Ad.

SERVII.

vera tragicum opus eſt, ubi tantum bella tractantur. TU QUOQUE. Sicut Miſenus, Palinurus etiam. NOSTRIS. Hoc eſt, Italicis, ut II. Georg. 89. *Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris.* [4] [Non, ut Donatus ait, [5] [in comparationem Oceani] navigabilibus. AENEIA NUTRIX Hanc alii Aeneae; alii Creuſae; alii Aſcanii nutricem volunt. Lectum tamen eſt in Philologis, in hoc loco claſſem Trojanorum caſu concrematam: unde *Cajeta* dicta eſt, ἀπὸ τοῦ καίειν.]

3. SERVAT. Tenet, poſſidet, ut IV. Georg. 459. *Servantem ripas, alta non vidit in herba.* HESPERIA IN MAGNA. [6] *Magna*, ad Hiſpaniae diſcretionem.

4. SI QUA EST EA GLORIA. Secundum Epicureos; [6] * cum ea res nihil ad mortuorum voluptatem attineat ſentiendam. Bene autem intereſt funeri, poſtquam ab Inferis rediit: ſicut interfuit, ante quam deſcenderet, ut medium [7] actum oſtenderet.

6. QUIERUNT. [8] Hebrus QUIERANT legit.

7. TENDIT ITER VELIS. Quia, prout vela extenſa fuerint, ita etiam curſus extenditur, in quo navis eſt iter. *Iter tendit* multi dicunt improprie dictum; multi nimium proprie. [9] Conſtat tamen ſecundum illud dictum, quod ſupra ait v. 28. *Flecte viam velis.* [10] Quod ſi dicimus, bene procedit &, *Tende viam velis*; ut in ipſis velis ratio ſit viae.

VARIORUM.

2. MORIENS FAMAM. *Famam moriens* Gudianus, ſed durius ob concurſum litterae *m*, & ſyllabae *am*. qui etiam in vulgata poſſet aliquem offendere. BURM.

3. ET NUNC. *At nunc* primus Moreti a m. pr. ſic variat lectio lib. IV. 215. ubi paullo aliter his particulis utitur. Catroeus dicit hic quoſdam hypallagen ſtatuere, pro, *ſed & tua ſervat honorem.* ſed *honor*, id eſt, inſcriptio nominis tui teſtatur etiam nunc tibi honorem eſſe habitum, & titulus eſt quaſi cuſtos & honor ſepulchri, & efficit, ne ſedes tua violetur, vel diruatur. eodem vero modo dixit lib. VI. 507.

Nomen & arma locum ſervant.

ubi Servius explicat, *obtinent*. BURM.

4. EST EA. *Ea* deeſt Pugetiano.

Ibid. SIGNAT. *Signant* Mediceus & Venetus, etiam a m. pr. Gudianus & tertius Rottendorph. & placet, ſic apud Naſonem, *nomina ſignata ſaxo*. HEINS. *Signat* quoque Regius, & Leidenſis, qui pro varia lectione *ſignant*. & certe verbi hujus *ſignare* varia conſtructio ſaepe admittit utrumque, & quidam etiam in his ad hypallagen recurrunt. vide ad Ovidii II. Metam. 326. & VIII. 539. unde apparebit, dici poſſe *ſignare ſaxa nomine*, & *ſignare nomen ſaxo*. quare & hic poteſt conſtrui, *nomen ſignat oſſa*. id eſt indicat te ibi ſepultum, & *oſſa ſignant nomen*. quamvis prius cum Heinſio praeferrem. ut ſenſus ſit, in titulo hoc ſepulchrali, ſub quo oſſa condita jacent, legitur nomen *Cajetae*, & hinc etiam locus dictus *Cajetam*. pro *ſignat* Ed. Veneta hic perperam *ſervat* repetit BURM.

6. QUIERUNT. Mallem cum Hebro legere *quierant*. ipſum ſic legiſſe Servius aſſerit. FABR. Monet Servius eſſe qui *quierant* legunt, quomodo ex noſtris Montalbanius, & pro diverſa lectione

4 deſunt R. ad finem notae. 5 deſunt V. L. Voſ. Lipſ. Steph. Baſ. non in comp. Dan. 6 deeſt V. L. Voſ. Steph. Dan. qui tantum habent, propter Heſp. Diſc. magna propter L. R. Lipſ. 6 * qui dicunt Deos non curare mortalia Bene, &c. Lipſ. 7 deeſt L. R. 8 Parrhaſius Epiſtol. Quaeſt. IV. legit, Acron Helenus, in cujus exemplari fuiſſe videtur, auctor Hebrus. 9 conſtans R. 10 quaſi V. in Lipſ. additum erat, aliud eſt velis iter tendere, aliud per vela iter. quod &c.

Digitized by Google

Adſpirant aurae in noctem, nec candida curſus
Luna negat: ſplendet tremulo ſub lumine pontus.
Proxima Circaeae raduntur litora terrae:
Dives inadceſſos ubi Solis filia lucos
Adſiduo reſonat cantu, tectiſque ſuperbis

Urit

SERVII.

8. ADSPIRANT AURAE IN NOCTEM. Quia, ut diximus, temporum mutatione, ventus vel minuitur vel augetur. IN NOCTEM autem, [11] aut circa noctem. Et quotiens [12] tempus exprimitur, accuſativum [13] regit iſta praepoſitio.

9. LUNA NEGAT. Litotes: nam dicit, large praeſtat, ut inf. 261. *Munera nec ſperno*. TREMULO SUB LUMINE. Ita enim mobilitas aquae facit videri.

10. CIRCAEAE RADUNTUR LITORA TERRAE. Ut diximus ſupra III. 386. mons iſte [14] antea inſula fuit: paludibus enim a continenti [15] ſegregabatur: quas excluſit limus de Albanis montibus fluens. Et dicebatur [16] *Aeaeus*, ab horrore tranſeuntium, [17] quod homines mutabantur in feras. In hoc ſummo oppidum fuit, quod & [18] *Circaeum* dictum eſt, [19] [a *Circe*,] & *Circaei*: nam utrumque Livius dicit.

11. DIVES. Non addidit cujus rei, cum ſoleat, ut IX. 16. *Dives equûm, dives pictai veſtis & auri*. INACCESSOS. Inacceſſibiles, inaccedendos: nam Ulyſſes illuc venit. Ergo *inacceſſos*, [20] [non ad quos nullus acceſſit; ſed] ad quos nullus debeat accedere, ut III. Georg. 5. *Aut illaudati neſcit Buſyridis aras:* hoc eſt illaudabilis: nam ab Iſocrate conſtat eſſe laudatum.

12. RESONAT CANTU. Reſonare facit. [21] [Hoc ex Homero Odyſ. K. 210.

> Εὗρον δ' ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης,
> Ξεστοῖσι λάεσσι, περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ.
> Ἀμφὶ δέ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι, ἠδὲ λέοντες,
> Τοὺς αὐτὴ κατέθελξεν, ἐπεὶ κακὰ φάρμακ' ἔδωκεν.

Et paullo poſt 221.

> Κίρκης δ' ἔνδον ἄκουον ἀειδούσης ὀπὶ καλῇ,
> Ἱστὸν ἐποιχομένης μέγαν, ἄμβροτον, οἷα θεάων
> Λεπτά τε, καὶ χαρίεντα, καὶ ἀγλαὰ ἔργα πέλονται.]

SUPERBIS. Nobilibus, propter antiquam oppidi magnitudinem.

VARIORUM.

ne alter Hamburgicus. HEINS.

7. TENDIT ITER. Vid. ad II. Aen. 321.

Ibid. RELINQUIT. *Reliquit* prior Mentelius, Rottendorphii tres, & alii quatuor. *portuſque relinquit* Gudianus. HEINS. *Reliquit* Parrhaſ. Witt. Regius, & Ed. Venet.

8. CURSUM. *Curſus* vetuſtiores noſtri, ut Mediceus, Gudianus, uterque Mentelii, cum aliis ſenis. HEINS. *Curſum* tamen Horatii Interpres Cruquianus Epod. X. vid. inf. ỳ. 196. *candida* etiam Ovidio dicitur Epiſt. XVIII. 61.

9. TREMULO SUB LUMINE. Vid. ad Val. Flac. V. 109. ubi imitatur hunc locum. & Rutilium I. Itin. 284. & Macrob. VI. 4. Horat. II. Od. 5. ut *nocturna renidet Luna mari*. ubi Acro hunc locum citat. vid. & inf. VIII. 22. & Ovid. XVIII. Ep. 59. BURM.

12. RESONAT. *Reſonant* Sprotianus. *reſonat*

eſt

11 deeſt L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. Dan. repetitum ex praecedenti *autem*. cogitabam aliquando aliquid excidiſſe, & legendum *aut uſque in*, (vel *per*) *aut circa noctem*. nam *in noctem* notare uſque in noctem ſatis conſtat. ſic Sueton, Aug. XXXIII. *jus dixit adſidue, & in noctem nonnunquam*. Tib. LXXIV. *in multam noctem pertinaciter luxit*. & alibi. ſed *ad noctem mediam*, pro circa dixit idem in Nerone cap. XLVII. ſed in Aug. LXXVIII. *ad multam noctem permanebat*, pro uſque in. *per noctem* vero totam fere notat. ut I. Aen. 305.

> *At pius Aeneas per noctem plurima volvens,*
> *Ut primum lux alma data eſt*, &c.

& ita paſſim. BURM. 12 deeſt V. 13 gerit L. 14 antehac Voſ. Steph. ante I. 15 ſegregabantur V. R. credo autem vitioſum locum. quomodo enim ex Albanis montibus, qui hinc longe diſtant, limus in paludes has deflueret? quare aut *Circaeis montibus* legendum, aut alio modo ſanandus hic locus. vide vero Cluver. Ital. Ant. lib. III. cap. V. p. 993. & ſeqq. BURM. 16 Eteus L. Etheus R. Aetheus V. Lipſ. vid. lib. III. 386. & Muncker. ad Hygin. fab. CXXVII. 17 quam R. 18 Circectum Voſ. Circaetum R. L. 19 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. 20 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. 21 deſunt iisdem & Lipſ.

Urit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenuis percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus iraeque leonum,
Vincla recuſantum, & ſera ſub nocte rudentum:
Saetigerique ſues, atque in praeſepibus urſi
Saevire, ac formae magnorum ululare luporum:
Quos hominum ex facie Dea ſaeva potentibus herbis
Induerat Circe in voltus ac terga ferarum.
Quae ne monſtra pii paterentur talia Troës

De-

SERVII.

13. ODORATAM. Pro odoriferam. [22] Et hoc ideo, quia uſus olei apud majores non fuit, praecipue in Italia.

14. ARGUTO PECTINE. Garrulo, ſtridulo, ſonanti, ut VII. Ecl. I. *Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis.* PERCURRENS PECTINE TELAS. Aut manu percurrens: aut ictu pectinis, ut videmus: aut quia apud majores ſtantes texebant: ut hodie linteones videmus. Eſt autem Homeri, qui ait Iliad. A. 31. ἱστὸν ἐποιχομένην.

15. GEMITUS IRAEQUE. Gemitus iraſcentium leonum: ἐν δίᾳ δυοῖ.

16. SERA SUB NOCTE. [23] Quaſi eo tempore, quo naturali libertate uti conſueverunt. *Sub ſera nocte*, per noctem ſeram. RUDENTUM. Naturaliter RU longa eſt. Perſius III. Sat. 9. *Findor ut Arcadiae pecuaria rudere dicas.* Syſtolen ergo fecit. *Ruditus* autem proprie eſt aſinorum clamor, ut [24] *grunnitus*, porcorum; ranarum, *coax*: quae nomina a ſono vocis conſtat eſſe compoſita.

17. PRAESEPIBUS. Caveis, ubi aluntur: non enim re vera praeſepia habent.

19. DEA SAEVA. Aut per ſe: aut herbis potentibus ſaeva. Circe autem ideo Solis fingitur filia, quia clariſſima meretrix fuit: & nihil eſt Sole clarius. [25] [Et hoc ex Homero Odyſ. K. 135.

Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ', ἔνθα δ' ἔναιε
Κίρκη ἐϋπλόκαμος, δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα,
Αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος Αἰήταο.
Ἄμφω δ' ἐκγεγάτην φαεσιμβρότου Ἠελίοιο,
Μητρός τ' ἐκ Πέρσης, τὴν Ὠκεανὸς τέκε παῖδα.]

Haec libidine ſua, & blandimentis homines in ferinam vitam ab humana deducebat: ut libidini & voluptatibus operam darent: unde datus eſt locus fabulae. Aperte Horatius I. Epiſt. II. 25. *Sub domina meretrice* [26] *fuiſſet turpis & excors.*

20. IN VULTUS AC TERGA FERARUM. [27] Corrumpebatur enim in illis ſenſus [28] [& vultus:] animus namque idem manebat. Odyſ. K. 239.

Οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς, φωνήν τε, δέμας τε,
Καὶ τρίχας, αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος, ὡς τὸ πάρος περ.

21. PII PATERENTUR TROES. Ergo impii, qui pertulerunt. Impii autem, propter occiſa Solis armenta.

VARIORUM.

eſt reſonare facit. vid. ad Sil. XIV. 30. Cl. Drakenb. & *reſonare* cum accuſativo conſtrui vidimus ad Ovid. II. Amor. VI. 6. Eclog. I. 5. *ſilva reſonat Amaryllida*, ut hic Circe reſonat lucos. BURM.

13. NOCTURNA IN LUMINA. *Nocturno in lumine* Mediceus. ſed pro vulgata ſtat ſcriptura Aruſianus Meſſius. *nocturna ad lumina* Leidenſis. HEINS.

22 hoc autem ideo Voſ. 23 quaſi ſub nocte, quo L. 24 grannitus R. 25 deſunt L. V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 26 *fuiſſe* L. Voſ. R. Steph. Dan. 27 corrumpebantur Dan. Fabr. al. enim, deeſt Voſ. Steph. Dan. 28 deſunt L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. in vultus R. Homerica deſunt L. Voſ. R. V. Lipſ.

Delati in portus, neu litora dira ſubirent;
Neptunus ventis inplevit vela ſecundis:
Atque fugam dedit, & praeter vada fervida vexit.
Jamque rubeſcebat radiis mare, & aethere ab alto
Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis:
Quum venti poſuere, omniſque repente reſedit
Flatus, & in lento luctantur marmore tonſae.
Atque hîc Aeneas ingentem ex aequore lucum

Pro-

SERVII.

23. NEPTUNUS VENTIS IMPLEVIT VELA SECUNDIS. Phyſice autem locutus eſt: motu enim aquae ventus creatur, ut videmus [29] [in bombis organorum.]

24. PRAETER VADA FERVIDA. Periculoſa navigantibus: & eſt Tmeſis.

26. IN ROSEIS FULGEBAT LUTEA BIGIS. *Lutea*, eſt crocei coloris, ut IV. Ecl. 44. *Croceo* [30] *mutabit vellera luto*. Unde multi jungunt *inroſeis*, id eſt, [31] non rubicundis, ne ſit contrarium. Tamen ſecundum Homerum dictum eſt, qui interdum *ῥοδοδάκτυλον*, id eſt, *roſei coloris digitos habentem*, interdum *κροκόπεπλον* dicit Auroram: id eſt, *crocei coloris veſte circumdatam*.

27 CUM VENTI POSUERE. Cum ortu diei quievere: *poſuere* enim, quievere eſt: ſicut contra, *ferre*, flare dicimus, ut III. 473. *Fieret vento mora nequa ferenti*, id eſt, flanti. OMNISQUE REPENTE RESEDIT FLATUS. *Omnis*, id eſt, & qui ripae eſt, & qui pelagi, qui *altanus* vocatur.

28. TONSAE. *Tonſae*, remi dicti, a decutiendis fluctibus: ſicut *tonſores*, a *tondendis* & decutiendis capillis.

29. LUCUM PROSPICIT. In quo erat fluminis [32] numen: diximus I. enim 441. nunquam ſine religione eſſe *lucum* a Virgilio poſitum.

VARIORUM.

HEINS. *Odoratum* Oudartii. *nocturno in lumine* Zulichemius a manu ſecunda. vulgata eſt apud Macrob. v. 12. & recte. *in* enim finem notat, cur urat, ut centies alibi. BURM.

16. RUDENTUM. *Rugentum* primus Moreti a manu ſecunda. & ita Bigotianus, *ſub nocte*, per noctem. ut infr. 87.

18. FORMAE. *Forma* Francianus.

20. IN VOLTUS AC TERGA. *In terga vultuſque ferarum* Montalbanius. *Induerat Circe vultus* alter Voſſianus. *induerat vultus Circe* Hamburgicus alter. HEINS. *Circe vultus* Bigotianus & Zulichemius. *induerat Circe vultus* Lutatius ad Stat. IV. Theb. 549 in editione Lindenb. ſed in Crucei rectius, & Rufinian. de Schem. Lex. p. 34. vulgatum agnoſcit, & Macrob. v. 8. BURM.

21. PATERENTUR. *Patiantur* Bigotii.

22. DIRA. *Dura* ſecundus & tertius Moreti.

25. MARE, ET. Deeſt copula Dorvill.

27. CUM. Schol. Horat. *Tum.* & Schol. Stat. I. Theb. 207. qui *tunc venti poſuere omnes repente.*

28. LUCTANTUR. *Luctatur* Mentelii prior. lentum marmor hic opponitur commoto ventis & aeſtu mari. Lucan v. 434. *Aequora lenta jacent.* vid. ad Nemeſ. Cyneg. 276. *tonſas* eſſe vocabulum ab impia cohorte fictum, & non niſi tribus Poëtis fuiſſe uſitatum, Lucretio, Maroni & Statio dicit Harduinus: ex quibus tribus Stephanus in Theſauro adduxit loca, unde noſter eruditionem ſuam ſaepe inſtruxit. non legit ergo Lucanum, Val. Flac., Rutil. nec alios, apud quos paſſim occurrit, umquam inſpexit. Barth. ad Stat. v 340. putat *tunſas* olim ſcriptum, & a *tundendo* deductum. BURM.

29. Hrc.

29 deſunt L. inbomis V. R. ſed organorum deeſt huic & Lipſ. poſterioris aevi manum agnoſco. 30 *mutavit* V. 31 inrubicundis V. 32 nomen Dan. unde receperunt Cummel. & Emmen. ſed omnes ſcripti & editi olim *numen*. quare operae pretium non erat monere Servium mendoſum hic eſſe, ut fecit Brouckh. ad Propert. II. I. 42. qui alias editiones tunc conſuluiſſe non videtur. BURM.

Proſpicit. Hunc inter fluvio Tiberinus amoeno,
Vorticibus rapidis & multa flavus arena,
In mare prorumpit. Variae circumque ſupraque
Adſuetae ripis volucres & fluminis alveo
Aethera mulcebant cantu, lucoque volabant.
Flectere iter ſociis, terraeque advertere proras
Inperat, & laetus fluvio ſuccedit opaco.
Nunc age, qui reges, Erato, quae tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit ſtatus, advena claſſem

SERVII.

30. HUNC INTER. Per hunc. Terentius Eun. IV. II. I. *Dum rus eo, coepi egomet mecum inter vias.* Eſt autem crebra Frontonis elocutio. AMOENO. Umbroſo, ſylvis circumdato.

31. MULTA FLAVUS ARENA. Epitheton proprium. Et ſciendum, exitum Tyberini fluminis naturalem non eſſe, niſi circa Oſtiam, [33] ubi prima Aeneas caſtra conſtituit: nam aliter non procedit quod ait IX. 468. *Murorum in parte ſiniſtra Oppoſuere aciem: nam dextra cingitur amni.* Poſtea enim in Laurolavinio caſtra fecit ingentia, quorum veſtigia adhuc videntur.

33. ASSUETAE RIPIS VOLUCRES. Bono compendio uſus eſt.

34. AETHERA MULCEBANT CANTU. Lenibant. Corporalia enim ſunt elementa, ut diximus ſupra VI. 724. non enim mulcetur, niſi quod corporale eſt. Supra enim ait VI. 726. *Totamque infuſa per artus.*

37. NUNC AGE. Hinc eſt ſequentis operis initium. Ante dicta enim ex ſuperioribus pendent. [34] ERATO. Vel pro Calliope, vel pro qualicumque Muſa poſuit ſane. QUAE TEMPORA RERUM. Quia, ut diximus ſupra III. 587. ſecundum Lucretium, tempora, niſi ex rebus colligantur, per ſe nulla ſunt.

38. LATIO ANTIQUO. Quia duo ſunt, vetus & novum: ſicut & [35] in Jure lectum eſt.

VARIORUM.

29. HIC. *Hinc* Zulichemius & Wittian. *ingenti* Menagii alter.

30. HUNC INTER. *Et inter* Dorvill.

31. VORTICIBUS. *Verticibus* Mediceus & caeteri fere omnes, exceptis quarto Moretano, Schefferio & Hamburgenſi. HEINS. Ita & Regius & Excerpta noſtra. nihil refert *verticibus*, an *vorticibus* ſcribas. vid. ad I. Aen. 117. & alibi ſaepe. BURM.

32. PRORUMPIT. *Praecipitat*, pro diverſa lectione annotatum in tertio Moretano. non male. ſed enim Naſo lib. XIV. Metam. 447. qui hunc Maronis locum manifeſte eſt aemulatus,

Tecta deae lucoſque petunt, ubi nubibus umbra,
In mare cum flava prorumpit Thybris arena.

Prorumpit etiam a Diomede hoc loco agnoſcitur, & a Macrobio lib. III. Saturn. cap. I. HEINS. vid. ad lib. I. 246. Primam in *ſupra* hic corripi con-

33 inobi R. 34 ſane Erato pro Calliope poſuit V. R. L. Voſ. Steph. al. varie pro Calliope poſuit Lipſ. omiſſis reliquis. pro Calliope poſuit vel pro qualicumque muſa Fabr. 35 neſcio ubi in juris voluminibus occurrat. Cujacius X. Ob. 35. non videtur accurate haec verba Servii explicuiſſe, & confudiſſe geographicam deſcriptionem finium veteris & novi Latii, de quibus hic agit Servius, & jus vetus & novum Latii, ſive juris Latini, quod duplex genus civium faciebat, veteres & novos cives, de quibus egi in differt. de vectigal. P. R. cap. XI. & dubitarem, an non & Servius confuderit regionem Latii & juris Latini. falſos etiam fines dedit Latio novo & veteri Servius ad 1. Aen. 6. Cluver. Ital. Ant. lib. III. cap. 1. ad lib. 1. 6. habet Servius diſcrimen & fines veteris & novi Latii. ubi ex ſui ſeculi conſuetudine loqui eum exiſtimat J. Gothof. ad L. XII. Cod. Theod. de Poenis. quo Campania & Latium ſolebant jungi, & Latium poſtquam acceſſerit Campaniae, vocari deſivit. aut etiam Campania Romana appellata, & diſtincta a Campania felici. BURM.

Quum primum Auſoniis exercitus adpulit oris,
Expediam, & primae revocabo exordia pugnae.
Tu vatem, tu, Diva, mone. Dicam horrida bella:
Dicam acies, actoſque animis in funera reges,
Tyrrhenamque manum, totamque ſub arma coactam
Heſperiam. Major rerum mihi naſcitur ordo:
Majus opus moveo. Rex arva Latinus & urbis
Jam ſenior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno & nympha genitum Laurente Marica

Ad-

SERVII.

40. EXORDIA PUGNAE. Cervi interitum.

42. ACTOS. Aut collectos, aut re vera compulſos: quod eſt veriſimile, propter illud: *Longa placidas in pace regebat.*

43. TOTAMQUE SUB ARMA COACTAM. Collectam, ut III. Ecl. 20. *Tityre coge pecus.* *Totam* autem Hyperbolicōs dixit.

47. HUNC FAUNO, ET NYMPHA GENITUM LAURENTE MARICA ACCIPIMUS. Quidam deus eſt [36] *Fatuellus:* hujus uxor eſt *Fatua.* Idem *Faunus*, & eadem *Fauna.* Dicti autem ſunt *Faunus* & *Fauna* a vaticinando, id eſt, fando: unde & *fatuos* dicimus inconſiderate loquentes. Ergo *Faunae* [37] & *Fatuae* nomen quaſi aſperum fugit Poëta: & *Maricam* dicit uxorem fuiſſe *Fauni.* Eſt autem *Marica*, dea [38] Littoris Minturnenſium, juxta Lirin fluvium. Horatius III. Od. 17. *Et* [39] *innantem Maricae littoribus tenuiſſe Lirin.* Quod ſi voluerimus accipere uxorem *Fauni Maricam*, non procedit. Dii enim topici, id eſt, locales, ad alias regiones [40] nunquam tranſeunt. Sed poteſt dictum eſſe per poëticam licentiam, *Laurente Marica*; cum ſit [41] Minturnenſium. Dicunt alii per *Maricam*, Venerem intelligi debere; cujus fuit ſacellum juxta *Maricam*, in quo erat ſcriptum: [42] ΝΑΟΣ ΤΗΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ. Sane Heſiodus Latinum, [43] Circes & Ulyſſis filium dicit: quod & Virgilius tangit dicendo XII. 164. *Solis avi* [44] *ſpecimen.* Sed quia temporum ratio non procedit, illud accipiendum eſt Hygini, qui ait [45] Latinos plures fuiſſe, ut intelligamus Poëtam abuti (ut ſolet) nominum ſimilitudine.

VARIORUM.

contra uſum notat Markl. ad Stat. II. Silv. II. 122. ſed & Ovid. I. Met. 255. *Ille ſupra ſegetes.* & Lucretius V. 552. *Terra, ſupra ſe quae ſunt.* & ſine dubio ſaepe alii, in quorum codicibus *ſuper* & *ſupra* commutantur paſſim. *ſuperque* Wittian. *ſuprema* Gudianus a m. pr. BURM.

34. AETHERA. *Aequora* Serv. ad IV. Aen. 524.

Ibid. VOLABANT. *Sonabant* apud Diomedem legas libro III. Inſt. Gramm. aliter codices Maronis ſcripti. HEINS.

35. SOCIIS. Legitur & *ſocios*, ut ad infinitivum referatur, & ſit ejus antecedens. FABRIC. *Socios* Mentel. prior a m. pr. Claudian II. de Laud. Stil. 452. *Imperat omnes pone ſequi.* ubi plura dicemus. ſimilis variatio conſtructionis ſupr. lib. III. 234. *avertere* Ald. & Junt. BURM.

38. ANTIQUO FUERIT. *Fueret* Giphanius, cum in libris nonnullis antiquis inveniſſet *fuerat.* quem vide Indice Lucret. in *fueret.* HEINS. *Antiquus* Moretanus pr. male. vid. Cluver. Ant. Ital. lib. III. 1.

41. TU, DIVA. *Tum* Francianus. *Dic horrida bella, dic acies.* alter Voſſianus.

44. MAJOR. *Et major* ſecundus Rottendorphius. dictum vero per Hypallagen poteſt capi, pro majorum

36 Fatuelus V. Voſ. R. Steph. Faunus L. mox Faunuis eſt, eadem V. 37 vel Fatuae V. 38 litoralis V. 39 *innantem* L. 40 non V. R. L. Voſ. 41 Minturnenſis Lipſ. Steph. Dan. Fabr. al. 42 NHON. Steph. Dan. Fabr. al. ſed ex Commelino ſumpſit Maſvic. 43 Circis Voſ. L. R. 44 *ſpeciem* Voſ. Dan. male. vid. Brouckhſ. ad Propert. IV. XI. 39. 45 Latinas R.

Adcipimus. Fauno Picus pater: iſque parentem
Te, Saturne, refert: tu ſanguinis ultimus auctor.
Filius huic, fato Divom, prolesque virilis
Nulla fuit, primaque oriens erepta juventa eſt.
Sola domum & tantas ſervabat filia ſedes,
Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.
Multi illam magno e Latio totaque petebant
Auſonia: petit ante alios pulcherrimus omnis
Turnus, avis atavisque potens: quem regia conjunx

Ad-

SERVII.

48. ACCIPIMUS. Propter varias opiniones hoc adjecit, ut Salluſtius Catil. VI. *Urbem Romam, ſicuti ego accepi, condidere atque habuere* [46] *in initio Trojani.*

49. ULTIMUS AUCTOR. Primus: ut ſupremum, ſummum dicimus. Terent. Adelp. II. I. 4. *Pro ſupreme Jupiter.*

51. PRIMAQUE ORIENS EREPTA JUVENTA EST. Per tranſitum [47] tangit hiſtoriam: Amata enim duos filios, voluntate patris Aeneae ſpondentes [48] Laviniam ſororem, factione interemit: unde & *erepta* dixit, quaſi per vim. [49] [Hos alii coecatos a matre tradunt, poſtquam amiſſo Turno Lavinia Aeneae juncta eſt.] FATO autem, dicit voluntate: nam dii id fantur, quod ſentiunt; non ut homines, de quibus lectum eſt Salluſt. Catil. X. *Aliud clauſum in pectore; aliud in lingua promptum habere.*

53. JAM MATURA VIRO, JAM PLENIS NUBILIS ANNIS. Non eſt [50] iteratio; ſed ſecundum Jus dictum: in quo & ex annorum ratione, & ex habitu corporis aetas comprobatur. Primum ergo ad habitum; ſecundum [51] ad annos pertinet.

54. LATIO. *Latium*, pars eſt Auſoniae: unde dixit primo quod minus eſt, [52] ſic intulit: *Totaque petebant Auſonia.*

56. PETIT ANTE ALIOS PULCHERRIMUS. Aut *ante alios* petit, aut *pulcher* ante alios. MIRO AMORE. Nova intemperantia.

VARIORUM.

jorum rerum ordo naſcitur. ſic ambiguam lectionem faciunt ſententiae diverſae Criticorum apud Livium lib. I. cap. I. an legendum ſit, *ad majora* (vel *majorum*) *rerum initia ducentibus fatis.* Suet. Caeſ. VII. *miſſionem petiit ad captandas majorum rerum occaſiones.* Galb. X. *ad quos de majore re referretur.* BURM.

46. REGEBAT. *Gerebat* primus Moretanus. *in bella gerebat* alter Hamburgicus. vid. VIII. 325. *arva* & *urbes* dixit. ut alibi *urbes* & *terras.* vid. ad I. Georg. 25. *placidus* Dorvill. BURM.

47. ET NYMPHA. *Ex nympha* Leidenſis unus. *Larente* Leidenſis alius. *Mirica* Bigotianus.

48. ISQUE PARENTEM TE, SATURNE, REFERT. *Parentem* hic non de patre capit, quaſi Picum generaverit Saturnus, ſed pro primo auctore ſanguinis, ut mox addit. videatur Marianus Valguarnera in Antiquitatibus Panormitanis in Theſauro Ital. Tom. X. part. XIII. pag. 123. ubi multa egregia de regibus his antiquis Latii commentatur. ita *patres* de majoribus inf. ỷ. 372. & *patres*, *proavos* non ſemper habita gradus proprii ratione, dici docet Serv. ad VIII. 54. vid. & Gronov. Obſerv. in Script. Eccleſ. cap. XVII. *patriſque parentem* Parrhaſ. BURM.

50. HUIC. *Hinc* Venetus.

51. EST. Deeſt Bigotiano.

52. TANTAS SERVABAT FILIA SEDES. Ita Nonius Marcellus cum ſcriptis. at Scholiaſtes Statii

46 deeſt V. L. Voſ. R. & ita fere ſemper variant codices, quia *ho*, ſequenti voce iteratur. vid. ad Sueton. Caeſ. IV. BURM. 47 tangitur hiſtoria Dan. 48 deeſt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 49 deſunt Lipſ. V. L. Voſ. R. Steph. 50 iteratum V. L. R. Voſ. Lipſ. Dan. 51 deeſt praepoſitio L. 52 ſicut Fabr. ſ. dein. ſic.

Digitized by Google

Adjungi generum miro properabat amore;
Sed variis portenta Deûm terroribus obſtant.
Laurus erat tecti medio in penetralibus altis,
Sacra comam, multoſque metu ſervata per annos:
Quam pater inventam, primas quum conderet arces,
Ipſe ferebatur Phoebo ſacraſſe Latinus,
Laurentiſque ab ea nomen poſuiſſe colonis.
Hujus apes ſummum denſae (mirabile dictu)
Stridore ingenti liquidum trans aethera vectae,
Obſedere apicem; &, pedibus per mutua nexis,

Exa-

SERVII.

58. SED VARIIS. Propter apes, [53] & incendium, [54] & oraculum Fauni. PORTENTA. Signa, quae ſunt media: a *portendendo*: nam & bona & mala ſunt *portenta*.

59. LAURUS ERAT. Latinus, poſt mortem fratris Lavini, cum [55] Lavinium amplificaret, ab inventa lauro, Laurolavinium id appellavit. IN PENETRALIBUS. *Penetrale*, eſt omnis interior pars domus; licet ſit intecta: unde *laurum* in penetralibus fuiſſe non eſt mirum.

60. METU. Religione, [56] quae naſcitur per timorem.

61. PRIMAS CUM CONDERET ARCES. *Primas*, circa laurum [57] ſcilicet: nam jam civitas fuerat.

65. TRANS AETHERA. *Aethera* pro aëre poſuit.

66. OBSEDERE APICEM. Verbum oppugnationis eſt *obſedere*, quo [58] uſus ſignate propter bellum futurum. PER MUTUA. Invicem: & eſt abſolutum. [59] Meliſſus, qui de Apibus ſcripſit, ait: *Duobus pedibus ſe tenent: &* [60] *duobus alias ſuſtinent.*

VARIORUM.

tii Theb. I. 572.

Tantos ſervabat nata penates.

HEINS. Sed ad ℣. 393. habet vulgatam. *ſola* vero hic non notat, quaſi nemo praeter illam domi eſſet, ſed *ſola* eſt *unica*. vid. Barth. ad Stat. VI. Theb. 533. BURM.

53. VIRO, JAM. *Viro, & jam* Wittian.

54. ILLAM. *Jam* Tertius Rottendorphius a manu prima. *magno Latio* Parrhaſ. & Wittian.

55. ANTE ALIOS. *Ante omnes p. unus* ſecundus Moreti.

56. AVIS. Vid. ad lib. X. 201. & Schol. Stat. I. 392.

57. MIRO. *Magno* Bigotii.

59. MEDIO. *In medio, in p.* Montalbanius, Dorvill. Leidenſis & Parrhaſ. *in medio p.* Oudartii. *alto* primus Moreti. vid. ad lib. IV. 494.

60. COMAM. *Coma* agnoſcitur a Nonio in *metus*, quomodo duo Rottendorphii, & alter Hamburgicus: imo etiam Mentelianus prior a manu ſecunda. ſed praeſtat Graeciſmus Maroni familiaris. HEINS.

63. LAURENTISQUE. *Laurenteſque* Aruſianus Meſſius. *nomen illis Virgilius poſuit.* lib. VII. Aen. 63. *Laurenteſque ab ea nomen poſuiſſe colonis*, quomodo & Gudianus a manu ſecunda, cum duobus aut tribus aliis recentioris notae. HEINS. Vid. ad II. Aen. 614 ſed hic *Laurentis* poteſt eſſe accuſativus pro *Laurentes*, ut & Wittian. habet.

64. SUMMUM. *Lauri denſe* Uratiſlavienſis. *thalamum denſae* Mediceus a manu prima. *denſae ſummum* Parrhaſ. *denſe* Wittian. *mirabile viſu* Bigotii.

65. TRANS.

53 deſunt hic copulae duae V. R. L. Voſ. 54 & propter Baſil. mox, ſunt media: nam Lipſ. 55 Luvinium urbem ampl. Lipſ. mox, ab inventa lauro L. Voſ. R. 56 quae nata eſt Fabr. Baſil. forte rectius, ut reſpiciat ad dictum illud, *Primus in orbe Deos fecit timor.* vid. ad II. Aen. 715. & ad fragmento Petronii. BURM. 57 ſupple Dan. 58 uſus eſt V. L. Voſ. R. Steph. 59 Meliſus Dan. 60 *duobus alis* ſe Steph. Fabr. al. *duobus aliis ſuſt.* Voſ. *duobus aliis ſe* Lipſ.

Examen ſubitum ramo frondente pependit.
Continuo vates, Externum cernimus, inquit,
Adventare virum, & partis petere agmen eaſdem
Partibus ex îſdem, & ſumma dominarier arce.
Praeterea, caſtis adolet dum altaria taedis,
Ut juxta genitorem adſtat Lavinia virgo,
Viſa (nefas) longis comprendere crinibus ignem;
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari:
Regaliſque adcenſa comas, adcenſa coronam,
Inſignem gemmis: tum fumida lumine fulvo

In-

SERVII.

68. VATES. Divinus; per quam autem artem non dixit, nec nomen ejus; ſed datur intelligi e conjecturis eum quibuſdam futura dixiſſe.

69. PARTES PETERE AGMEN EASDEM. Intelligimus ab infero mari apes veniſſe; unde & Trojani. *Partes* autem *eaſdem* ſummitates rerum petere dicit, ſicut apes apicem lauri, [61] per quam advenarum victoria [62] praenuntiatur.

71. CASTIS. Piis: & ſciendum, Latinum ſacrificaſſe [63] juxta aſtante Lavinia.

73. NEFAS. Abſoluta parentheſis; [64] & eſt Hypallage. COMPRENDERE CRINIBUS IGNEM. Cum ignis crines comprehendebat.

76. FUMIDA. In fumo eſt cauſa lachrymarum [65] [& belli.]

VARIORUM.

65. TRANS. *Super* Zulichemius a manu prima. *trans aequora* Wittian. Menagii alter, Venetus. & primus Moreti.

66. OBSEDERE. *Conſedere* ſecundus Moreti. *ſub mutua* Dan. Heinſ. Editio.

67. RAMO. Dubitabat Heinſius an *remo*. vid. infr. 135.

68. CERNIMUS. Subtilis nimis Donati diſtinctio, quod non cernimus virum praeſentem, ſed *externum* adventare virum dixerit: nam *cernere* ſe vates ſemper dicunt futura quaſi praeſentia ſint. Petron. bello civili, *Cerno equidem gemino jam ſtratos marte Philippos*. ubi vide. mente, non oculis cernunt. & ideo mox *veniunt*. BURM.

70. ISDEM. *Eiſdem* Dorvil.

71. DUM ALTARIA. *Quum altaria* apud Nonium ter occurrit. ſed aliter in ſcriptis Maronis noſtri exemplaribus. HEINS. *E caſtis* prior Hamburg. *adolet dum* etiam Lutat. ad Stat. I. Theb. 514. ubi explicans verbum *adolere*, dicit, ſignificare *votis*, vel *ſupplicationibus numen auctius fieri*. ubi malim, *lumen*, flammam nimirum ignis in altari accenſi augeri. nam addit *adolere* eſſe accumulare, quod numini non convenit, ſed recte igni, & altari, quod cumulatur taedis, donis & aliis igni injectis. & quod lib. V. 54. dixit *ſtruere altaria donis*. & Lucret. IV. 1230.

Multo ſanguine maeſti
Conſpergunt aras, adolentque altaria donis.

& Feſtus in *adoleſcit*, dicit tunc fieri *altare*, *& ex eo, quod in illo ignis excreſcit*, &c. BURM.

72. ET JUXTA. *Ut juxta genitorem adſtat* in primis Rottendorphio & Moretano, quod arridet. HEINS. Et ita Regius, Dorvill. & Wittian.

73. COMPRENDERE. Vid. ad Ovid. Ibin ꝟ. 605. mox *cremare* Montalbanius a manu ſec.

75. REGALESQUE. *Regales accenſa* alter Hamburgicus, Leidenſis & primus Moreti. ſtulte culpat Harduinus hic Maronem, quod filiae regis coro-

61 quod autem in laurum ſedere oſtenditur advenarum futura victoria Fabr. Baſil. 62 nuntiatur Steph. enuntiatur V. L. Voſ. R. Lipſ. 63 deeſt Dan. juxta ſtante L. Voſ. R. V. Lipſ. 64 eſt autem Dan. Par. eſt, eſt Steph. mox, crines comprehendas Lipſ. 65 deſunt L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al.

Involvi, ac totis Volcanum ſpargere tectis.
Id vero horrendum, ac viſu mirabile ferri:
Namque fore inluſtrem fama fatiſque canebant
Ipſam; ſed populo magnum portendere bellum.
At rex ſollicitus monſtris, oracula Fauni,
Fatidici genitoris, adit, lucoſque ſub alta
Conſulit Albunea: nemorum quae maxuma ſacro
Fonte ſonat, ſaevamque exhalat opaca mephitim.
Hinc Italae gentes, omniſque Oenotria tellus,

In

SERVII.

77. VULCANUM SPARGERE. Incendium [66] bellicum ſignificat: his autem duobus hoc ab augurio diſtat [67] Aſcanii: fumo, & aſperſione flammarum.

81. FAUNI. Faunus, ἀπὸ τῆς φωνῆς dictus; quod voce, non ſignis oſtendit futura.

82. LUCOSQUE. In lucis.

83. SUB ALBUNEA. [68] In Albunea. ALTA. Quia eſt in Tyburtinis altiſſimis montibus. Et *Albunea* dicta eſt ab aquae qualitate, quae in illo fonte eſt: unde etiam nonnulli [69] Leucotheam volunt. Sciendum ſane, unum nomen eſſe fontis & ſylvae.

84. SACRO FONTE. Nullus enim fons non ſacer: [70] [propter attributos illis deos, qui fontibus praeeſſe dicuntur.] MEPHITIN. *Mephitis*, proprie eſt terrae putor, qui de aquis naſcitur ſulphuratis: & eſt in nemoribus gravior ex denſitate ſylvarum. Alii *Mephitin*, deum volunt [71] [Leucotheae connexum: ſicut eſt Veneri Adonis; Dianae Virbius. Alii *Mephitin* Junonem volunt,] quam aërem eſſe conſtat. Novimus autem putorem non niſi ex corruptione aëris naſci: ſicut etiam bonum odorem de aëre incorrupto, ut ſit *Mephitis*, dea odoris graviſſimi, id eſt, grave olentis.

85. HINC ITALAE GENTES. Commendatio oraculi [72] ipſius. OENOTRIA TELLUS. Propne Sabinorum tractus; [73] [ab Oenotro rege.] INCUBUIT. *Incubare* dicuntur proprie hi, qui dormiunt ad accipienda reſponſa: unde eſt (Plaut. Curc. II. II. I. 6.) *Ille incubat Jovi*, id eſt, dormit in Capitolio, ut reſponſa poſſit accipere.

VARIORUM.

coronam dat, quam pro regio inſigni nondum uſitatam dicit; nec foeminarum in capitibus conſpici in nummis, niſi ſeculo demum XIII. & hinc efficere ſe putat, poſt id tempus impoſtores Aeneida compoſuiſſe. Pudet talis imperitiae. an ignoravit ſacrificantes coronatos fuiſſe, ſive reges, ſive privati forent? probarem hoc pluribus, ſi vel pueri ignorarent. BURM.

76. LUMINE. *Lumina* Menag. alter, *lumina fulva* alter Hamburg. *fulvave fumo* Dorvil. vid. ad II. Aen. 683. *ac totum* Menagianus alter.

77. ID VERO. *Hoc vero* quatuor Moretani, primus tertiuſque Rottendorphii, Leidenſis, prior Hamburgicus, & Menagianus alter, etiam prior Mentelianus a manu prima, & a ſecunda Mentelius alter. HEINS. Ita Regius, Parrhaſ. & Pugetianus.

80. PORTENDERE. *Protendere* Mentelii prior a manu prima. *telum* Hugenii a manu prima.

81. SOLLICITUS MONSTRIS. Antiquum Donati Exemplar, *Monſtrorum*, ut *ſecurus pelagi*, *Egregius animi*. FABRIC. *Ac rex* Menagianus prior. Claudian. II. in Eutr. 339. *ſollicitus ſcenae*.

84. FON-

66 bellum V. bellium R. belli Fabr. al. 67 ab Aſcanio R. 68 in Alb. futura Voſ. Steph. 69 Leucatheam Voſ. R. vide Brouckh. ad Tibul. II. v. 69. ubi & *Albunam*, & *Albuneam* dictam docet. vid. Cluver. Ital. Aot. lib. II. cap. X. p. 726. 70 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 71 deſunt Voſſ. 72 deeſt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 73 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. Edit. quaedam *Oenotrio*. Maſviciana *Oenotreo*.

Digitized by Google

In dubiis reſponſa petunt. Huc dona ſacerdos
Quum tulit, & caeſarum ovium ſub nocte ſilenti
Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit,
Multa modis ſimulacra videt volitantia miris:
Et varias audit voces, fruiturque Deorum
Conloquio, atque imis Acheronta adfatur Avernis.
Hîc, & tum pater ipſe petens reſponſa Latinus,
Centum lanigeras mactabat rite bidentis,
Atque harum effultus tergo ſtratiſque jacebat
Velleribus. Subita ex alto vox reddita luco eſt:

Ne

SERVII.

87. SUB NOCTE SILENTI. Per noctem ſilentem: [74] [id eſt, per noctis ſilentium, cum omnes tacent.]

90. VARIAS AUDIT VOCES. Scilicet propter multa ſimulachra, petentibus oracula apparentia. FRUITUR. Paſcitur: quod de rebus tantum bonis dicimus.

91. ACHERONTA AFFATUR AVERNIS. Poteſtates, quae ſunt in Acheronte, ad quem per Avernum venitur. Hoc autem ideo, quia Faunus infernus dicitur deus: & congrue: nam nihil eſt terra inferius: in qua habitat [75] Faunus. Hinc eſt, quod eum Horatius inducit nocentem, dicens III. Od 18. [76] *Levis incedas*, [77] *abeaſque parvis Aequus alumnis*.

92. PATER IPSE. Aut honoris eſt; aut [78] [re vera] [79] pater Laviniae.

93. CENTUM. Aut pro qualitate fortunae: unde & RITE dixit: [80] aut finitum pro infinito poſuit.

94. TERGO. Pro tergoribus, id eſt, coriis.

VARIORUM.

84. FONTE. *Ponte* Porphyr. ad Horat. I. Od. 7. ſed Commentator Crucquianus, *fonte*.

Ibid. MEPHITIN. *Mephitim* codices noſtri omnes fere exhibent, cum Mediceo, qui, *ſaevumque mephitin*. *mephitim* autem a Virgilio eſſe ſcriptum Priſcianus aſſeverat libro VII. ſic *Leucaſpim* libro VI. monet occurrere, *Thybrim* VIII. Falarim IX. *Tigrim* VI. *Tiberim Fabarimque*, & *Mephitim* VII. *Opim* XI. Eclog. I. *Ararim* & *Tigrim* habemus. Ecl. III. non ſemel *Alexim* & *Daphnim*. paſſim in Bucolicis, ut codices etiam veterrimi agnoſcunt. vide annotata ad Eclog. II. 73. Cariſius *Parim*, *Irim* & *Tigrim* Virgilium dixiſſe obſervat; *mephitim* etiam Aruſianus in *Halare* exhibet, & Eutyches II. Grammaticus. ſed Scholiaſtes Perſii Sat. III. 99. ad illum locum, *Gutture ſulphureolente exhalante mephites*, agnoſcit *ſaevam mephitin*. HEINS. *Mefitim* quatuor Moretani & Excerpta noſtra. *mefitin* Wittian. *exaltat* Mentelii prior a manu prima. *ſervamque* Aruſianus.

85. OMNISQUE. *Omnis* Leidenſis & Mentelii prior. *Hic Italae* Francianus. *petiit* prior Hamburgicus.

86. CONTULIT. Lege, *Cum tulit*, propter ſententiam. FABRIC. Prior Voſſianus, *attulit*. opinor, *ut tulit*. *contulit* tres Moretani. HEINS. *Cum tulit* plurimi. *contulit* Vratiſlavienſis, Zulichemius, Francianus. Dorvill. Wittian. & alii & Ald.

88. PELLIBUS. *Pellicibus* Dorvill.

89. VOLITANTIA. *Pallentia* ſecundus Moreti. repetitum ex I. Georg. 477. ſed male. vide Lucret. lib.

74 deſunt iisdem. & mox, petentibus o. ap. deſunt Lipſ. 75 deeſt iisdem. 76 *levis* L. V. R. 77 *abeſque* R. Heinſius volebat, *ſaveaſque*. 78 deeſt V. L. R. Voſ. Lipſ. 79 propter Laviniam Fabr. al. 80 aut certe finitus ſit pro infinito, id eſt multus Fabr. al.

Ne pete connubiis natam ſociare Latinis,
O mea progenies, thalamis neu crede paratis.
Externi veniunt generi, qui ſanguine noſtrum
Nomen in aſtra ferent, quorumque ab ſtirpe nepotes
Omnia ſub pedibus, qua Sol utrumque recurrens
Adſpicit Oceanum, vertique regique videbunt.
Haec reſponſa patris Fauni, monituſque ſilenti
Nocte datos, non ipſe ſuo premit ore Latinus:
Sed circum late volitans jam Fama per urbis
Auſonias tulerat; quum Laomedontia pubes

Gra-

SERVII.

97. Thalamis nec crede paratis. Propter Turnum.

98 Venient. Melius Veniunt, ut jam eos venire ſignificet. Generi. Plurali uſus eſt pro ſingulari.

99. A stirpe. [81] *Stirpem*, cum de genere dicimus, tantum foemininum eſt; cum de arbore, & maſculini generis & foeminini invenitur, ut xii. 77. *Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum.* Contra Horatius iii. Od. 29. [82] *Stirpeſque raptas, & pecus, & domos.*

100. Sub pedibus. Sub imperio ſuo ac poteſtate.

102. Monitusque. Alibi *monita* dixit: ut viii. 336. *Carmentis Nymphae monita, & deus auctor Apollo.* Non ipse suo premit ore Latinus. Quo a ſe repelleret generos.

104. Sed circum late volitans. Tmeſis eſt, circumvolitans.

VARIORUM.

lib. iv. 42. & Lucan. vii. 199. & infr. lib. x. 641. BURM.

92 Tum. *Dum* ſecundus Rottendorphius. *tunc* plurimi. *ſic &* primus Moreti: *hic & tamen* Francianus, qui & *Latinis.*

93. Mactabat. *Mactavit* ſecundus Rottendorfii, & Gudianus a manu ſecunda.

95. Subita. In libro vetuſtiſſimo A. Colotii ſcriptum eſt, *ſubito.* URSIN. *Subito* Mediceus. & mox, *thalamis neu crede paternis.* non *nec.* & ita caeteri ſcripti codices noſtri, & priſcae editiones agnoſcunt. *Subito* etiam in priore Hamburgenſi, altero Voſſiano & tertio Rottendorphio. ſed non placet. HEINS. *Subit* Gudianus a manu prima *ſubito exalta* Wittian.

96. Sociare. *Sociaſſe* Cledonius lib. ii. Art. Gramm. exhibet. HEINS.

97. Neu. *Nec* Ed. Amſtel. *ne* Wittianus.

98. Veniunt. *Venient* Mediceus cum Pierianis: at vero Mentelianus, prior Voſſianus & ſex alii, *veniunt*, quod praeſtare Servius etiam monet. ſic Caſſandra vaticinans apud Naſonem v. Epiſt. 117. *Graja juvenca venit.* HEINS. *Veniunt* Wittian. & fuit in Regio. ſed eraſa litera factum *venient*, ut reliqui & Ed. Venet.

99. A stirpe. *Ab ſtirpe* Mediceus cum Gudiano. vide libr. viii. 130. pro *nomen ferant* Leidenſis, *ferent*, quod ſequentia admittendum monent: praeſertim ſi τὸ *veniunt* recipimus. HEINS. *Ferent* Zulichemius, Venetus, Wittian. Oudartii & Francianus. *ab ſtirpe* etiam lib. i. 626. ubi vide.

101. Aspicit. Helenius *reſpicit.* FABRIC. Uterque Oceanus hic rectius orientale & occidentale mare intelligitur, quam apud Ovid. i. Art. Amator. 173. *uterque* Parrhaſ. Interpres Crucquianus Horatii ad iv. Od. ult. vitioſe exhibent, *Quem ſol inter utrumque recurrens Reſpicit Oceanum.* BURM.

103. Suo.

81 *ſtirps* V. 82 hae *ſtirpes* L. Voſ. R. Steph. et *ſtirpes* V. cum *ſtirpeſque* Baſil.

Gramineo ripae religavit ab aggere claſſem.
Aeneas, primique duces, & pulcher Iulus,
Corpora ſub ramis deponunt arboris altae:
Inſtituuntque dapes, & adorea liba per herbam
Subjiciunt epulis, (ſic Juppiter ille monebat)
Et Cereale ſolum pomis agreſtibus augent.
Conſumtis hîc forte aliis, ut vertere morſus

Exi-

SERVII.

109. ADOREA LIBA. *Ador*, proprie eſt genus farris. *Liba* autem, ſunt placentae de farre, [83] melle, & oleo, ſacris aptae.

110. SUBJICIUNT EPULIS. Subponunt in epularum locum. [84] IPSE. Qui per Harpyiam vaticinatus eſt, ut III. 251. *Quae Phoebo pater omnipotens.*

111. ET CEREALE SOLUM. *Solum*, [85] dicitur omne quod aliquid ſuſtinet: unde de mari ſupra ait V. 199. *Subtrahiturque ſolum:* [86] [& Ovidius primo Metamorphoſeon ẏ. 73. *Aſtra tenent caeleſte ſolum.*] Sic nunc panicias menſas, id eſt, [87] epularum ſuſtentaculum, *ſolum* vocavit.

112. FORTE ALIIS. Abundat *forte.*

VARIORUM.

103. SUO. *Suos* Menagii prior.

105. LAOMEDONTIA. *Laomedontea* Mentelii duo priores, Montalbanius, tertius Rottendorphius, Leidenſis & Wittian. *Laomedontii* hic ſunt Trojani, ut *Dardanidae*, de quibus vid. ad lib. V. 45. & inf. h. l. 220. Servium.

106. CLASSEM. Vel *funem* prior Hamburgenſis.

108. SUB RAMIS. *Deponunt ſub ramis* Dorvillian.

109. PER HERBAS. *Per herbam* noſtri codices maxima ex parte. neque aliter agnoſcit Nonius in *ador*, & Priſcianus libro VI. Moretani tamen, alter Voſſianus, duo Hamburgici, alter Mentelianus, primus Rottendorphius, & tres alii pro vulgata ſcriptura ſtabant. HEINS. Ut & Regius, Parrhaſ. & Dorvill.

110. JUPPITER IPSE. Sprotianus, prio Hamburgicus, alter Menagianus, Moretanus tertius, & tertius Rottendorphius, *Jupiter ille*, quod agnoſcit Priſcianus libr. XII. *aliae modo demonſtrativae, modo relativae, ut ille, ipſe. Ille demonſtrativum Terentius in Eunucho, viden' tu illum Thais? relativum Virgilius* VIII. *ſic Juppiter ille monebat.* idem libro XVII. *ille quoque, cum eſt relativum, tam de abſente quam de praeſente poteſt accipi, ut ſic Juppiter ille monebat.* & ita Pierius ex pervetuſto Mediceo codice. infr. 558. *Haud pater ille velit, ſummi regnator Olympi*, ubi pari modo, *pater ipſe*, in plerisque editis, & ſcriptis nonnullis legebatur. libr. II. Aen. 778. *nec te comitem aſportare Creuſam Fas aut ille ſinit, ſuperi regnator Olympi.* libr. X. 875. *Sic pater ille deum faciat.* in Ecl. V. 64. *Deus ille Menalca.* lib. XII. 725. *Juppiter ille.* ex MſT. Bigotii in Sulpiciae Satyra.

Dic mihi, Calliope, quid nam pater ille deorum
Cogitat.

tum apud Silium lib. III. 181. *Reſpexiſſe veto: monet hoc pater ille deorum.* in fragmento Corneliae Gracchorum matris, quod Schottus Cornelio Nepoti a ſe recenſito ſubjunxit, ſi non eſt ſpurium: *Ne ille ſinat Juppiter, te ea perſeverare, nec tibi tantam dementiam venire in animum.* Plautus Amphitr. I. I. 305. *Quod ille faciat Juppiter, ut ego hic hodie raſo capite, calvus capiam pileum.* Curcul. Act. I. Sc. I. *nec me ille ſirit Juppiter*, ſic enim malo quam *ſinit*, quod legi metricae adverſatur. Pſeudolo IV. I. 16. *ita ille faxit Juppiter.* Apulejus Met. III. *ſed tandem mihi inopinatam ſalutem Juppiter ille tribuit.* Tibullus I. El. IV. 19.

Gratia magna Jovi, vetuit pater ille valere,
Juraſſet cupide, quidquid ineptus amor.

ſic puto pro *ipſe* legendum. pari modo apud Naſonem.

83 ex melle V. R. Voſ. Steph. & melle L. Fabr. al. 84 ILLE V. L. Voſ. R. Lipſ. 85 deeſt Fabr. 86 deſunt V. L. Lipſ. 87 menſarum V.

Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,
Et violare manu maliſque audacibus orbem
Fatalis cruſti, patulis nec parcere quadris;
Heus! etiam menſas conſumimus? inquit Iulus.
Nec plura adludens. Ea vox audita laborum
Prima tulit finem, primamque loquentis ab ore

Eri-

SERVII.

115. FATALIS CRUSTI. Ad negotium reſpexit Aeneae, cui hic erat finis laborum. *Cruſtum* autem, & *cruſta:* neutraliter dicimus de his, quae comedi poſſunt. Horatius I. Sat. I. 25. *Ut pueris olim dant cruſtula blandi Doctores.* Juvenalis IX. Sat. 5. *Nos colaphum incutimus lambenti* [88] *cruſtula ſervo.* Foeminino autem genere fragmenta dicimus, quae comeſſe non poſſumus, ut III. Georg. 360. *Concreſcunt ſubitae currenti in flumine cruſtae.* QUADRIS. [89] Aut menſis: & eſt Antonomaſia: nam ſupra *orbem* dixit: aut *quadris*, fragmentis [90] accipimus, ut Juvenalis V. Sat. 2. *Ut bona ſumma* [91] *putes aliena vivere quadra.*

117. ADLUDENS. Aut vacat *ad:* & ludentem ſignificat. Aut certe *adludens*, ad reſponſi fidem verba componens. LABORUM FINEM. Scilicet maritimorum: nam in terra multa paſſurus eſt, ut ait Sibylla VI. 84. *Sed terrae graviora manent.*

118. PRIMAMQUE LOQUENTIS AB ORE ERIPUIT PATER. Hoc eſt, adhuc loquente Aſcanio intellexit famem, quam fata praedixerant.

VARIORUM.

ſonem Epiſtola Hypſipyles VI. 151. corrigendum puto:

Medeae Medea forem, quod ſi quid ab alto
Juſtus ades votis Juppiter ille meis.

ubi *Juppiter ipſe*, parum concinne in editis, ſcriptiſque circumfertur exemplaribus. Propertius lib. II. Eleg. 22.

Illa meis tantum non umquam deſit ocellis,
Incendat navem Juppiter ille licet.

ſic editio Douzae filii omnium emendatiſſima, at ſcripti, quos vidi, codices conſtanter, *Juppiter ipſe.* Claudianus Gigantomachia,

Sentiat ille meas tandem Saturnius iras.

& mox,

Rex ille ſilentum Lethaeo invehitur curru:

ubi *rex ipſe* perperam reponit Barthius. Valer. Flac. lib. I. 344.

Detque ſequi nunc ille diem, det Juppiter, oro,
Ille ſuper.

ita enim iſta caſtiganda eſſe cenſeo. idem libro V. 305.

Qualiter ex alta cum Juppiter arce coruſcat
Pliadas ille movens.

ubi nonnulli *inde*, perperam. Columella praefatione, *Rerum naturam primus ille mundi genitor perpetua fecunditate donavit.* ſic lego ex veteri codice, non *humi naturam*, nam de tellure mox ſequitur. Lucretius lib. V. initio, *Deus ille fuit, Deus, inclyte Memmi.* ſic malo cum ſcriptis, quam *ipſe.* Ovid. I. Met. 79. *Ille opifex rerum.* Apulej. de doctrina Platonica, *quae cum inordinata permixtaque eſſent, ab illo aedificatore mundi Deo.* mox, *ceterum ille rerum ordinator, ita reverſiones ſiderum, ortus, obitus, moras progreſſuſque conſtituit.* Servius ad lib. X. 707. *antiqui ille vel magnitudini, vel nobilitati aſſignabant.* vide de uſu eleganti τῦ *ille* G. Canteri Nov. Lection. lib. III. cap. 26. & annotata noſtra ad Claudian. IV. Conſ. Honor. 284. HEINS. Ita jam vel cupidiſſimo harum lautitiarum ſatisfactum puto; & ſi vidiſſet haec Heinſiana, quae periiſſe credebat, Brouckhuſius, parciore manu ex horreo ſuo penum eruditam promſiſſet ad Tibul. I. IV. 19. notandum vero Servium ad lib. II. Aen. 779. ſuperfluum hoc pronomen *ille* pronuntiare, ſed ex notis apparebit, in Mſſ. haec ibi non legi, quare ab inſcio grammatico adſuta eſſe puto, qui videbat verſus ineptorum Poëtaſtrorum ſaepe illis tibicinibus fulciri. BURM.

112. CONSUMPTIS HIC. *Conſumtis jam forte epulis* Venetus. praeterea in primo Rottendorphio,

ver-

88 *cruſtula* V. 89 autem V. 90 accipiamus V. 91 *poteſt* L.

Eripuit pater, ac ſtupefactus numine preſſit.
Continuo, Salve fatis mihi debita Tellus,
Voſque, ait, o fidi Trojae ſalvete Penates.
Hîc domus, haec patria eſt. Genitor mihi talia, (namque
Nunc repeto) Anchiſes fatorum arcana reliquit:
Quum te, nate, fames ignota ad litora vectum
Adciſis coget dapibus conſumere menſas;
Tum ſperare domos defeſſus, ibique memento

Pri-

SERVII.

119. NUMINE PRESSIT. Oraculi [92] fide ab Heleno & Anchiſa praedicti. *Preſſit* autem vocem Aſcanii; [93] quo poſſet ipſe numina deprecari.

120. FATIS MIHI DEBITA TELLUS. Bona Periphraſis eſt, ne *fatalis* diceret, quod eſt medium: & in precibus nihil ambiguum eſſe debet.

121. O FIDI TROJAE SALVETE PENATES. Aeneae ſcilicet, non Trojae, quam nequivere ſervare.

122. HIC DOMUS. Aut familia, ut III. 85. *Da propriam Tymbraee domum.* Aut ordo eſt: Hic eſt patria, hic domus: ante enim patria [94] eſt, & ſic domus.

123. [95] [NUNC REPETO, ANCHISES &c. Nuſquam legimus, quod Anchiſes praedixerat fame in Italia laboraturos Trojanos.]

125. ACCISIS. Undique [96] [conciſis vel] conſumptis: & hoc eſt apud nos AM, quod apud Graecos ἀμφὶ, [97] [& hoc *acciſi*, valde undique *caeſi*, id eſt, ἀμφίκοπτοι.] Hinc eſt VII. 565. [98] *Amſancti valles*, id eſt, undique ſancti.

VARIORUM.

vertere morſu, pro *verti*. adi annotata lib. II. Aeneid. 207. ubi complura ejuſce locutionis exempla congeſſimus. HEINS.

113. PENURIA *Paenuria* Mentelii prior & Leidenſis. *edendi* paſſivo ſenſu exponit Tan. Faber ad Lucret. lib. I. 384.

115. CRUSTI. *Cruſtae* Bigotianus. vid. Schol. Horat. I. Sat. I. 25.

116. HEUS. *Heu* Parrhaſ. *conſumimus* idem, Wittian. & Francian.

117. NEC PLURA ADLUDENS. Opinor diſtinguendum, *nec plura adludens ea vox*, &c. HEINS. Sed vulgata ſana eſt diſtinctio. & Iulus adludens, id eſt ſubridens, vultu blando & ridenti haec pronuntiat. nam *adludere* eſt idem quod μειδιᾷν apud Graecos, vel μειδιᾶν. ſic Juſtin. I. 4. *velut ad notam adluſit*. Claudian. VI. Conſ. Hon. 83. *Adludens genitor*. Gunther. Ligur. I. 71. *His gaudens adlude Philippe labellis*. & hinc etiam, *Taurus ſingulas adludens*, apud Lactant. in argum. Met. Ovid. II. fab. 13. ubi vide Muncker. & hinc ad res inanimatas, undas, ventos, arbores &c. transfertur. vid. ad Ovid. IV. Met. 342. Valer. Flac. VI. 664. Claudian. II. in Rufin. 328. Hodie *adludere* uſu valuit de eo, qui in voce aliqua aut locutione ad aliquid reſpicit, aut ex alio ſcriptore quid ſibi ſumit. quae verbi recens ſignificatio impoſuit Heinſio, ut crederet haec verba Iuli reſpexiſſe Harpyiarum dicta. BURM.

118. PRIMAMQUE. *Primumque* Menagii prior. *primaque* ſecundus Rottendorphius & Dorvill.

119. ERIPUIT. *Corripuit* non male in Veneto. HEINS. Segraeus puerile pronuntiat ex pueri ore praedictis Harpyjarum fidem fieri, qui, quomodo hunc nodum ſolvat viderit. ſed ego ad ominoſas voces, quocumque caſu, & a quocumque prolatas, ex quibus ſuperſtitioſi omen captabant, referri debere puto. quas ab Iulo coeptas proferri, ne plura innominata adderet, interrumpit Aeneas. ſic Paullus Aemilius ex ore filiae admodum parvulae dicentis, *Perſam periiſſe*, arripuit omen de Rege Perſa

92 fidem Lipſ. mox, vocem deeſt R. 93 quo p. ipſa V. 94 eſt ſic domus V. R. L. Voſ. Dan. eſt ſi domus Steph. eſt quam ſic domus Fabr. al. 95 non reperi hanc notam, niſi in Maſvicii editione. & certe non Anchiſes, ſed Harpyiae haec praedixerant. lib. III. 255. 96 deſunt Lipſ. deinde, ac q. a. Graecos *am* V. L. R. Voſ. Dan. Fabr. al. an q. a. G. *quod* Steph. 97 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 98 *amciſi* V. R. in Lipſ. a m. ſ. *amſciſſi*, i. e. u. *ſciſſi*.

Digitized by Google

Prima locare manu molirique aggere tecta.
Haec erat illa fames: haec nos ſuprema manebat,
Exitiis poſitura modum.
Quare agite, &, primo laeti cum lumine Solis,
Quae loca, quive habeant homines, ubi moenia gentis,
Veſtigemus, & a portu diverſa petamus.
Nunc pateras libate Jovi, precibuſque vocate
Anchiſen genitorem, & vina reponite menſis.

Sic

SERVII.

128. HAEC ERAT ILLA FAMES. Ac ſi diceret. Hoc fuerat timendum periculum: quod pericula [99] determinat.

131. HABEANT. Habitent. Hoc enim frequentativum eſt, ab eo, quod eſt *habeo*. UBI MOENIA GENTIS. Laurolavinium [1] ſignificat.

133. NUNC PATERAS LIBATE JOVI. Ab eo, quod continet, id quod continetur.

134. ANCHISEN GENITOREM. Bene Jovem & Anchiſen, qui cauſſa oraculi fuerunt. REPONITE MENSIS. Aut timore verborum Aſcanii interrupta renovate: aut *reponite*, frequenter ponite, id eſt, crebro [2] libate, bibite.

VARIORUM.

Perſa vincendo. vid. Valer. Max. I. v. 3. tentabar etiam, ut *arripuit* emendarem, quo verbo utuntur, ubi dicentis verba probant, ut Terent. Eun. III. v. *ſubmonuit Parmeno, quod arripui.* Cicer. III. de Finib. 4. *aliquid ex mea reſponſione arripere cupienti, non reſpondebo ad ſingula.* ubi paullum alio ſenſu capitur: & ita vulgo, *accipere omen* occurrit, ſed *arripere* majorem celeritatem & impetum notat. etſi vero infr. 186. varietas in his verbis ſit, nihil tamen mutare audeo, quia & *eripuiſſe* poteſt dici, prohibuiſſe, ne plura forte inominata ſubjungeret Iulus, & ideo *preſſit*, forte manu ſua, os Aſcanii. *numine dixit* Parrhaſ. vid. ad III. Aen: 363. BURM.

122. HAEC PATRIA. *Hic patria eſt* quinque Veteres, ſed minoris rei. HEINS. Et Parrhaſ. & Wittian. *eſt* deeſt Veneto.

Ibid. NAMQUE NUNC REPETO. Haec verba parentheſi includenda. FABRIC.

123. RELIQUIT. *Canebat* Parrhaſ.

125. ACCISIS. Montalbanius pro diverſa lectione, *ambeſis*, ut & Pierius invenit in quibuſdam, hoc habuimus lib. I. 257. variavit hic loci Maro locutionem ſollemniter, ut demonſtratum jam eſt ad lib. V. 486. HEINS. *Aſſumptis* Bigotianus. *accenſis* Gudianus a manu prima.

Ibid. CONSUMERE. Vide Heinſ. ad Ovid. XV. Met. 236.

126. SPERARE. *Superare* Sprotii & alter Hamburgenſis *ſpirare* Leidenſis a manu prima. *domus* multi. *defixus* Ed. Venet.

127. TECTA. *Tecto* Francianus. *moliri aggere* Trappius explicat, una cum aggere. *moliri* eſt fundamenta urbis ponere. ut Flor. I 7. nam moenia non poſſunt poni ſine aggere, id eſt aggeſta terra. vid. infr. ỳ. 158. BURM.

128. HAEC ERAT. *Haec erit* Menagianus alter. ita *ſic erit*, pro *ſic erat* apud Naſonem, de quo ad Amorum lib. I. El. 2. egimus. HEINS.

Ibid. HAEC NOS. *Haec vox* Vratiſlavienſis. *manebat* Francianus, Wittian. & Parrhaſ. *ſuprema monebat*. Ed. Venet. & apud Servium ad lib. III. 395. nec improbat Maittaire.

129. EXITIIS. Neſcio an melius ſit, *Exiliis*, id eſt erroribus vagis. vid. ad lib. II. Aen: 780. ſed & vulgata poteſt, de peſtilentia & aliis modis, quibus aliquot ſocii periere, intelligi. *modum* hic finem notat. vid. ad Ovid. IV. Triſt. I. 28. & Lucan. X. 42. Horat. I. Od. 17.

Quem criminoſis cumque volet modum
Pones Iambis.

ubi

99 determinet L. terminat Fabr. al. 1 dicit Dan. 2 deeſt L. V. R. Voſſ. Steph. contra *bibite* deeſt Lipſ. & Baſil.

Sic deinde effatus frondenti tempora ramo
Implicat, & Geniumque loci, primamque Deorum
Tellurem, Nymphaſque, & adhuc ignota precatur
Flumina: tum Noctem, noctiſque orientia ſigna,
Idaeumque Jovem, Phrygiamque ex ordine Matrem,
Invocat; & duplicis Coeloque Ereboque parentes.
Hîc Pater omnipotens ter coelo clarus ab alto
Intonuit: radiiſque ardentem lucis & auro
Ipſe manu quatiens oſtendit ab aethere nubem.
Diditur hic ſubito Trojana per agmina rumor,

Ad-

SERVII.

135. TEMPORA RAMO IMPLICAT. [3] Diebus feſtis ita epulabantur.

136. GENIUMQUE LOCI. Apollinem vult intelligi: in tutela enim ejus tota fuerat regio, ut ſup. 61. [4] *Quam pater inventam primas cum conderet arces, Ipſe ferebatur Phoebo ſacraſſe Latinus.* Aliter iniquum eſt, ſi, cum omnes invocet, Apollinem praetermittat; praeſertim cum Helenus dixerit III. 395. *Aderitque vocatus Apollo.* PRIMAMQUE DEORUM. Quia ipſa eſt Mater deorum.

137. NYMPHASQUE, ET ADHUC IGNOTA PRECATUR FLUMINA. Bonum ordinem ſequitur. Sic alibi VIII. 71. *Nymphae Laurentes, Nymphae, genus amnibus unde eſt.*

138. NOCTEM, NOCTISQUE ORIENTIA SIGNA. Quae noctem ſequuntur, ut Nymphas [5] flumina. Invocat enim ſibi conjuncta.

139. PHRYGIAMQUE EX ORDINE MATREM. Aut contigue, quia Idaeum dixerat Jovem: aut certe [5] * rite, id eſt, more ſolemni.

140. DUPLICES. Duos. CAELO autem, Venerem: EREBO, Anchiſen.

141. CAELO CLARUS AB ALTO. In ſerenitate, quod eſt augurii: [6] nam ſi caelo nubilo fuerit, cauſſa eſt.

142. RADIISQUE ET AURO. Radiis aureis. ARDENTEM NUBEM. Alii fulmen *nubem ardentem* dicunt, ut Lucanus X. 503. *Atque ardens aëre ſolo*, quos hoc loco ſecutus eſt. Alii fulmen dicunt aëris ſciſſione ardentem rimam; quos alibi ſequitur dicens VIII. 392. *Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.*

VARIORUM.

ubi non recte Crucquius interpretari videtur: dat enim Horatio puellae optionem, quo modo velit Poëtam deſinere iambos criminoſos ſcribere, & ſcriptos abolere. BURM.

130. CUM LUMINE. *Cum limine* Moretanus ſecundus. videantur annotata lib. VI. 255. HEINS. *Primum* idem Moreti, & primus Rottendorphius. de praepoſitionis *cum* in ſimilibus uſu vid. ad Ovid. III. Amor. XIV. 7. BURM.

131. HABEANT. *Habitant* Bigotianus & Oudartii. *quaeve habeant* Dorvill.

133. VOCATE. *Notate* Pugetianus.

135. SIC DEINDE. *Sic demum fatus* alter Hamburgicus. *affatus* Zulichemius, Leidenſis & ſecundus Moreti, Vratiſlavienſis & Excerpta noſtra. *tempora lauro* Menagii alter, Hamburgicus & primus Moreti: ſimilis diverſitas VIII Ecl. 82. vid. ſup. 67.

138. NOCTIS. Voſſius volebat *noctuque. horrentia* Parrhaſianus.

140. COELOQUE. *Coelo* Dorvil.

142. RADIISQUE. *Radiis* Dorvil.

143. MA-

3 diebus enim f. i. e. id eſt coronati V. diebus f. i. e. id eſt cornonati L. Voſ. Lipſ. & Steph. *coronati* omittunt Baſil. & Maſvic. epulabantur coronati P. Dan. & Fabr. 4 *Quae pater* Steph. Dan. 5 deeſt Baſil. 5 * *ordine*, id eſt Lipſ. a m. ſec. 6 nam in nubibus cauſſa eſt V. L. R. Lipſ. nam in nubibus fulminis cauſſa eſt Fabr. al.

Digitized by Google

Adveniſſe diem, quo debita moenia condant.
Certatim inſtaurant epulas, atque omine magno
Crateras laeti ſtatuunt, & vina coronant.
Poſtera quum prima luſtrabat lampade terras
Orta dies; urbem, & finis, & litora gentis
Diverſi explorant: haec fontis ſtagna Numici,
Hunc Thybrim fluvium, hîc fortis habitare Latinos.
Tum ſatus Anchiſa delectos ordine ab omni
Centum oratores auguſta ad moenia regis

Ire

SERVII.

146. CERTATIM INSTAURANT EPULAS. Id eſt: *Et vina reponite menſis.*

147. VINA CORONANT. Pro pateris: ut alibi III. 524. *Magnum cratera corona Induit.* MAGNO autem OMINE, caeleſti dicit. Alibi III. 974. *Nam te majoribus ire per altum Auſpiciis manifeſta fides.*

150. HAEC FONTIS STAGNA NUMICI. Iſta jam ab incolis [7] diſcuntur. Quod autem ait *fontis ſtagna*, verum eſt: nam Numicus, ingens ante fluvius fuit: in quo repertum eſt cadaver Aeneae, & conſecratum. Poſt paulatim decreſcens, in fontem [8] redactus eſt, qui & ipſe ſiccatus eſt, ſacris interceptis. Veſtae enim libari non niſi de hoc fluvio licebat.

152. ORDINE AB OMNI. Ex omni qualitate dignitatum: quod apud Romanos in legatione [9] mittenda, hodieque ſervatur.

153. AUGUSTA AD MOENIA. Augurio conſecrata. Hinc paulo poſt illud eſt: *Tectum auguſtum, ingens.* Et niſi in auguſto loco conſilium ſenatus habere non poterat: unde templum Veſtae non fuit augurio conſecratum, ne illuc conveniret ſenatus, ubi erant virgines: nam haec fuerat regia Numae Pompilii: ad Atrium [10] autem Veſtae conveniebat, quod fuerat a templo remotum.

VARIORUM.

143. MANU. *Manum* Mediceus. mendoſe. HEINS. Vid. Stat. III. Theb. 320. & ibi Lutatium qui *nubem* fulmen interpretatur.

144. DEDITUR. *Diditur* eſt differtur, ſpargitur. ejus activo *didit* utitur Horatius lib. II. Serm. II. 67. participio *diditus* Catullus in Mallii Epithalamio. FABRIC. *Deditur* ſcripti omnes, niſi quod in tribus, *dicitur*. in uno Sprotiano *editur* exaratum offendi. pro *rumor* Venetus *murmur*. etiam pro diverſa lectione Gudianus & prior Hamburgicus. HEINS.

145. CONDANT. *Condent* Regius, Sprotianus, & duo Rottendorfii.

146. OMINE. *Agmine* prior Hamburgenſis & Bigotianus. *ordine* Zulichemius. Servius hic *magnum omen* coeleſte interpretatur, & Scholiaſtes apud Statium IX. Theb. 630. metuendum, malum explicat. Barth. manifeſtum, irrefutabile.

147. CRATERAS LAETI. *Crateram* Moreti ſecundus. vid. ad lib. I. 724.

149. URBEM. *Et urbem* Wittian.

150. DIVERSI. *Diverſa* Menagii prior a manu prima.

Ibid. HAEC FONTIS. *Hic* Parrhaſ. & Wittian.

151. HIC FORTIS. *Hinc* primus Rottendorfius *fortis. & habitare* Dorvill.

153. AU-

7 diſcunt Baſil. dicuntur Voſ. 8 reductus L. & mox, *ſacris interceptus*, huc referebat Ovid. III. Faſt. II. ubi de Ilia Veſtali ſe lavante agit, & non ex Tiberi, ſed ex Numicio aquas petiviſſe oſtendit Heinſius. Cluverius in Ital. Ant. lib. III. III. p. 893. citat hunc locum, & oſtendit ad libamina & ſacra hinc aquam etiam Romam perlatam. idem cenſebat Cl. Dorvillius, & verum puto, licet ingenti aquarum copia Veſtalibus opus fuiſſe credendum ſit, ut totus fons exſiccatus fuerit. BURM. 9 dimittenda Baſil. 10 ſane Veſtae conveniebatur Steph. Dan. Fabr. al. errare vero Servium, qui ipſam aedem Veſtae putat fuiſſe regiam Numae, quae fuit juxta aedem Veſtae, uti notavit Cruquius ad Horat. I. Od. 2.

Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes:
Donaque ferre viro, pacemque expoſcere Teucris.
Haud mora: feſtinant juſſi, rapidiſque feruntur
Paſſibus. Ipſe humili deſignat moenia foſſa,
Moliturque locum; primaſque in litore ſedes,
Caſtrorum in morem, pinnis atque aggere cingit.
Jamque iter emenſi, turres ac tecta Latinorum
Ardua cernebant juvenes, muroque ſubibant.

An-

SERVII.

157. FOSSA. Sulco: & ſunt iſta reciproca: nam & *ſulcum* ponit pro foſſa, ut II. Georg. 289. *Auſim vel tenui vitem committere ſulco*, id eſt, foſſa.

158. MOLITURQUE LOCUM. [11] Praeparat: [alias fabricat, ut III. 6. *Et Phrygiae molimur montibus Idae.*] PRIMASQUE IN LITTORE SEDES. Ideo *primas*, quia imperium Lavinium tranſlaturus eſt. Et ſciendum, [12] civitatem, quam primo fecit [13] Aeneas, Trojam *dictam*, ſecundum Catonem & Livium: quod [14] ipſe dicit IX. 644. *Nec te Troja capit.*

159. CASTRORUM IN MOREM. Brevem ſcilicet. PINNIS ATQUE AGGERE CINGIT. Muro, in quo [15] pinnae ſunt: & eſt Synecdoche. *Aggere* autem, [16] foſſa.

160. JAMQUE ITER EMENSI, TURRES AC TECTA LATINORUM. [17] Hypermetrus verſus.

161. MUROQUE SUBIBANT. Alibi per accuſativum, ut X. 798. *Aeneae ſubiit mucronem*, [[18] *ipſumque morantem Suſtinuit.*] Et hoc ſecundum naturam eſt: nam, *it ſub mucronem*, dicimus: nam per dativum figuratum eſt.

VARIORUM.

153. AUGUSTA. *Anguſta* Venetus.

154. RAMIS. *Ramos* tertius Mentelius. & Parrhaſ. a m. pr. ut & Regius. Heinſius malebat, *ramo.*

155. VIRO. *Viros* primus Rottendorphius. Gudianus a manu ſecunda repetebat, *jubet. pacem expoſcere* Francianus.

158. MOLITUR. Eſt terra mota fundamenta jacit, vid. ſupr. ℣. 127.

Ibid. PRIMASQUE. *Primas* Leidenſis.

160. EMENSI. *Emenſis* Gudianus a manu prima.

Ibid. AC TECTA LATINORUM. *Et tecta Latini* Mediceus, ut & in Pierianis & noſtris multis aliis. ſed *Latinorum* Mentelii & Menagii codices probe, dictum libr. III. 674. infra, *ſe fatis ambobus Teucriſque venire Latiniſque. Et tecta* etiam in Mediceo priore, Menagio, tertio Rottendorphio, Schefferio & uno Moretano. HEINS. *Et tecta* Wittian. *Latinorum* Francian. Parrhaſ. & Wittian. quod probat etiam Schol. Horatii I. Sat. VIII. 43. *Latini* Ed. Mediol. Ald. & al. *tecta domorum* Ed. Venet. repetitum ex lib. XII. 132. BURM.

161. MUROQUE SUBIBANT. *Muroſque* prior Mentelianus. etiam Leidenſis pro diverſa lectione. ſed aliter Aruſianus Meſſius: *ſubeo illam rem.* Virgil. IV. Aen. 599. *quem ſubiiſſe humeris confectum aetate parentem.* Idem Aen. VIII. 367. *haec limina victor Alcides ſubiit. ſubeo illi rei.* Aeneid. VII. *muroque ſubibant.* in Gudiano pro diverſa ſcriptura, *muroque propinquant.* HEINS. *Muroſque* Wittian. vid. ad lib. VIII. 125. & IX. 371. ſic *ſuccedere tumulos* XI. 103. vid. ad Ovid. XIII. Met. 611. & ad Gratii Cyneg. 105.

162. ET

11 locum parat L. R. locum praeparat Voſ. praeparat Lipſ. Steph. Dan. omnes omiſſis *alias* &c. aliis. id eſt parat alias &c. Fabr. *praeparat* non habet Baſil. 12 civitates in V. 13 deeſt L. R. Baſil. *primo* non habet Voſſ. 14 & ipſe V. L. Baſil. 15 pennae V. 16 ſed agger non eſt foſſa. forte legendum, *aggere en foſſa.* inde enim egeſta terra fiebat agger. ſed *autem* eſt ex Dan. 17 Hypermetros V. Voſ. 18 deſunt Fabr. al.

Ante urbem pueri, & primaevo flore juventus,
Exercentur equis, domitantque in pulvere currus:
Aut acris tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, curſuque ictuque laceſſunt.
Quum praevectus equo longaevi regis ad auris
Nuntius ingentis ignota in veſte reportat
Adveniſſe viros. Ille intra tecta vocari

Im-

SERVII.

162. PUERI ET PRIMAEVO FLORE JUVENTUS. Bene Romanae militiae exprimit morem: nam poſt pubertatem armis exercebantur: & ſexto decimo anno militabant. Quo etiam [19] ſolo ſub cuſtodibus agebant. Nec eſt contrarium, VIII. 325. *Longa populos in pace regebat:* nam licet in pace [20] eſſet, exercitium tamen vigebat armorum.

163. DOMITANTQUE IN PULVERE CURRUS. Equos ſub curribus.

164. ACRES ARCUS. Fortes: & eſt [21] *καταχρηστικῶς*: nam acrimonia, mentis eſt; [22] [non autem inanimatarum rerum, ut *arcuum*.] LENTA. Mollia. ICTU. Jaculatione.

167. INGENTES. Ex ſtupore nuntii laus oſtenditur Trojanorum. [23] Et bene novitatis oſtendit opinionem: ingentes enim eſſe, quos primum [24] vidimus, opinamur.] REPORTAT. Aut RE [25] vacat: aut RE pro AD poſuit, ut ſit adportat.

168. INTRA TECTA VOCARI. Diſſentit hoc loco a Romana conſuetudine: nam legati ſi quando incogniti venire nuntiarentur, primo quid vellent, ab exploratoribus requirebatur: poſt ad eos egrediebantur magiſtratus minores: & tunc [26] demum ſenatus [27] extra Urbem poſtulata noſcebat, & ita, ſi viſum fuiſſet, admittebantur. [28] Sed hoc prudenter fecit: Latinum namque memorem vult eſſe reſponſi, & avidum ſatis ad externos videndos: [29] [per quos promittebatur felicitas.]

VARIORUM.

162. ET PRIMAEVO. Et *privo* Oudart. *primoque in flore*. Bigot.

163. EXERCENTUR. *Exercetur* Gudianus a manu prima. *in* deeſt primo Mentelii. *domitant* Bigotianus.

166. QUUM PROVECTUS. *Cum praevectus*, in codicibus noſtris & Pierii conſtanter & vere. Aſſerui hunc loquendi modum exemplis compluribus ex Livio, Lucano, Silio allatis ad Claud. II. Raptus Prof. ŷ. 122. quae tamen loca partem potiſſimam mendoſa in vulgatis exemplaribus circumferuntur. HEINS. Saepe haec verba permutata: ſed *praevehi*, quum plerumque pro *praetervehi* ſumi ſoleat, vide Gron. ad Liv. XXIX. 32. & Drakenb. ad XXIV. XLIV. 10. hic vero nuntius non praetervehebatur Trojanos a litore ad urbem tendentes: ideoque *praevectus* exponere deberet, ante Trojanos ſtudens in urbem venire, & peregrinorum adventum nuntiare, antequam ipſi venirent. vide de hoc verbo praeter laudatos Oudendorp. ad Lucan. VII. 342. & quae nos dicemus, de permutatione *τῶν pervehi*, *praevehi*, & *provehi*. hic tamen non male *provectus* poſſet locum ſuum tueri, quia *praevehi* pro ante vehi, ante ire, neſcio an dicatur. & ad adſpectum advenientium Trojanorum, ex illa juvenum exercentium turba aliquis equo provectus videtur fuiſſe ad Regem, qui in urbe erat. BURM.

167. IN VESTE. *In* deeſt tertio Menteliano. *reportant* alter Hamburgenſis. *reportat*, recte, quia ſine dubio emiſſus erat ad famam claſſis adpulſae. nam ŷ. 196. jam *audiviſſe* adventum dicitur Rex.

vel

19 deeſt Voſ. f. quouſque ſub c. agebant. ſic Horat. Art. Poet. *Imberbis juvenis tandem cuſtode remoto Gaudet equis.* vel intelligendum, ut primo illo tyrocinii anno rector & cuſtos illis adjungeretur, reliqua militia ſibi commiſſi, ſine rectore agerent: ſic Aſcanio & juvenibus Aeneas dedit lib. IX. 173. *Rectores juvenum & rerum dedit eſſe magiſtros.* BURM. 20 eſſent Steph. Dan. Fabr. al. 21 catachreſticos V. 22 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. vid. ad lib. IX. 665. 23 deſunt R. 24 videmus V. Voſ. L. Lipſ. 25 vacat, aut adportat L. R. omiſſis reliquis: aut adportat. ut re pro ad ſit poſitum Fabr. vid. ad lib. IX. 193. 26 deeſt V. 27 extra moenia V. 28 ſed hoc Virgilius non ſine ratione praetermiſit V. Lipſ. 29 deſunt R. per quos et pr. f. Lipſ. Fabr. al.

Imperat, & ſolio medius conſedit avito.
Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis,
Urbe fuit ſumma, Laurentis regia Pici,
Horrendum ſilvis & religione parentum.
Hîc ſceptra adcipere, & primos adtollere faſcis
Regibus omen erat: hoc illis curia templum,
Hae ſacris ſedes epulis: hîc ariete caeſo
Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis.
Quin etiam veterum effigies ex ordine avorum
Antiqua e cedro; Italuſque, paterque Sabinus,

Vi-

SERVII.

169. SOLIO MEDIUS CONSEDIT. Ut ſupra I. 510. diximus, *ſolium*, eſt veluti armarium de uno ligno ad regum tutelam; ſecundum alios, a *ſoliditate* dictum; ſecundum Aſprum, per Antiſtoechon [30] [quod *ſolum unum* capit:] quaſi [31] *ſodium*, a *ſedendo*: nam & *ſella*, quaſi *ſedda* dicta eſt.

170. TECTUM AUGUSTUM, INGENS. Domum, [32] quam in Palatio diximus IV. 410. ab Auguſto factam, per tranſitum laudat: & quaſi in Laurolavinio fuiſſe commemorat.

172. HORRENDUM. Venerandum; non quod [33] horrori ſit.

173. HINC SCEPTRA ADCIPERE. Hoc in Palatio fiebat.

174. CURIA TEMPLUM. Quia, ut diximus ſupra, *curia* niſi in augurato loco [34] non erat.

175. ARIETE CAESO. Hoc ſacrificium in janua Palatii fiebat feſtis diebus.

176. PERPETUIS MENSIS. Longis, ad ordinem exaequatis ſedentium: majores enim noſtri ſedentes epulabantur: quem morem habuerunt a Laconibus & Cretenſibus, ut Varro docet in libris de Gente populi Romani: in quibus dicit quid a quaque [35] traxerint gente [36] [per imitationem.]

177. EX ORDINE. Prout ſibi ſucceſſerant. Sane intelligendum eſt, ita ut nati fuerant, ſic eorum imagines fuiſſe compoſitas.

178. EX CEDRO. Quod lignum non facile conſumitur vetuſtate. Hoc genus ligni [37] tineam neſcit: corruptionemque ex antiquitate non ſentit: [38] [unde *cedria*, quae chartam reſervat. Hinc eſt illud Perſ. I. Sat. 56. *Et cedro digna locuti.*] Aut *Cedria* [39] *perunƈta*, quoniam ligna cuſtodit ac conſervat.

VARIORUM.

vel quia in finibus ſolebant ſpeculatores ſemper habere. ideoque vana eſt Servii nota. ita XI. Aen. 511. exploratores *reportant*, & hoc libro 285. *pacem reportant* legati ad Latinum. BURM.

168. INTRA. *Inter* Mentelii prior & alter Menagii. mox, *medio* alter Hamburgenſis.

171. SUMMA. *Media* Leidenſ. & Venetus, etiam Menagianus prior pro diverſa ſcriptura. HEINS. *Media* Parrhaſ. *mediae* Dorvill.

172. HORRENDUM. *Horrendum eſt* codices

Ser-

30 deſunt L. V. Lipſ. quod ſolum, id eſt unum, Voſ. 31 ſolium a ſedendo R. Voſ. ſedium a ſ. L. Steph. Baſil. 32 in Palatio, quam ſupra quaſi in Laurolavinio vult fuiſſe L. R. 33 horroris Dan. 34 non eſt Dan. 35 transtulerit V. traxerit Fabr. Baſil. 36 deſunt L. R. Baſil. 37 tinea neſcit L. Voſ. R. V. Steph. Dan. quaſi *tinea* eſſet, vel nominativus caſus, ut ſit, tinea neſcit lignum hoc, vel a *tineam* accuſativus pluralis. ſed nulla auctoritate, quare poſſet *tineas neſcit* legi. aliter Fabr. nempe, tineae neſcit corruptionem, quod & antiquitatem &c. & Baſil. niſi quod habeat, quod ex antiquitate non ſentit. ſed lignum, non tinea, corruptionem ſentire poteſt. niſi tineae corruptionem intelligamus, a tinea ortam, ut *vulnus Ulixi* II. 436. & ſimilia. vide de *Tineis* ad Nemeſ. Cyneg. 209. BURM. 38 deſunt L. V. R. 39 perunƈtae V. L. Voſ. R. Fabr. perunƈtae Steph. Dan. perunƈta ligna Baſil. cuſtodita conſervat Lipſ. L. Voſ. R. Steph. Dan. ali.

Digitized by Google

Vitiſator, curvam ſervans ſub imagine falcem,
Saturnuſque ſenex, Janique bifrontis imago,
Veſtibulo adſtabant: aliique ab origine reges,
Martiaque ob patriam pugnando volnera paſſi.
Multaque praeterea ſacris in poſtibus arma,
Captivi pendent currus, curvaeque ſecures,
Et criſtae capitum, & portarum ingentia clauſtra,
Spiculaque, clipeique, ereptaque roſtra carinis.
Ipſe Quirinali lituo, parvaque ſedebat

Suc-

SERVII.

179. VITISATOR. Non inventor vitis; ſed qui genus vitis demonſtravit Italis populis. SUB IMAGINE FALCEM. Aut ſtatuae exprimit geſtum: ut dicat: Ita tenebat falcem, ut eam ſub vultu haberet: aut *ſub imagine*, [40] ſub theca dicit, quae falcis ſimilis eſt. [41] [Quare *ſub imagine falcem*; cum imagine enim pictus eſt Saturnus. Solvitur: aut *ſub* pro *in* poſuit: aut ipſius quoque falcis non veritas, ſed imago, vagina quaedam falcis putatur.]

180. SATURNUSQUE SENEX. Antiqui reges nomina ſibi plerumque vendicabant deorum. Ergo *Saturnus*, rex fuit Italiae: nam & ſupra ait: *Veterum effigies ex ordine avorum.* [42] Et infert: *Aliique ab origine reges.* Hinc eſt, quod apud Cretam eſſe dicitur Jovis ſepulchrum. [43] Gabalus etiam, Romanus imperator, Solem ſe dici voluit: nam *Heliogabalus* dictus eſt.

181. AB ORIGINE REGES. Pro, Aboriginum reges; ſed eſt metro prohibitus.

182. PUGNANDO VULNERA PASSI. Quaſi reges.

183. SACRIS IN POSTIBUS. Ubi ſpolia conſecrabantur.

184. CAPTIVI. Pro, captivorum: nota figura eſt.

185. CRISTAE. Galeae: a parte totum poſuit.

186 EREPTAQUE ROSTRA CARINIS. Bene de omni genere praeliorum ſpolia illic demonſtrat fuiſſe.

187. QUIRINALI LITUO. *Lituus*, eſt [44] incurvum augurum baculum, quo utebantur ad deſignanda caeli ſpatia: nam manu non licebat. *Quirinalem* autem, ex perſona ſua dixit, qualem poſtea Quirinus habuit: nam tunc adhuc non fuerat Romulus. Vel *lituum*, dicit regium baculum, in quo poteſtas eſſet dirimendarum litium.

VARIORUM.

Servii ad. VI. 10.

173. HIC. *Hinc* Moretani omnes, prior Voſſianus, uterque Mentelii, tres Rottendorphii, & quatuor alii: etiam Gudianus a manu ſecunda. HEINS. *Hinc* etiam Wittian. Regius, Parrhaſ. Dorvill. & Edd. Med. & Juntae. *& primos tollere* etiam Wittian.

174. TEMPLUM. *Templo* Bigotianus. quod eſt, in hoc templo ſenatus ſolebat haberi.

175. SACRIS. *Sacrae* Menagius, & Hamburgenſis priores & Parrhaſ. *ſacris aedes* Venetus, & tertius Rottendorphius a manu prima. *haec* alter Rottendorphius, Wittian. Ed. Mediol. *hic* Ed. Venet.

176. PERPETUIS. Daviſius ad Caeſar. I. de Bell. Gall. 40. exponit, quae ab initio ad finem caenaculi excurrunt. ſed puto intelligi menſas longas, oppoſitas menſis ſingulis, quae in tricliniis poſtea ſingulis convivis apponebantur. vid. ad Petron. cap. XXXIV. quum hic ordine longo adſiderent, non accumberent in lectis. BURM.

178. Ex

40 ſubjectis L. ante vocem lacuna vacua. ineptam vero hanc imaginis pro theca explicationem, & ab homine nugaci profectam cenſet Caſtalio Decad. VIII. Obſerv. 7. 41 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 42 iterum infert. Dan. 43 Gabalus & Elingabalus V. R. L. Aliogabalus Voſ. *Elagabalum*, vel Alagabalum vocandum plurimi contendunt. vide Caſaub. & Salmaſ. ad Lamprid. Heliogab. principio. 44 incurvus R. baculus Steph. Fabr. al. ſed utrumque dicitur.

Succinctus trabea, laevaque ancile gerebat
Picus, equûm domitor: quem capta cupidine conjunx
Aurea percuſſum virga, verſumque venenis,
Fecit avem Circe, ſparſitque coloribus alas.
Tali intus templo Divom patriaque Latinus
Sede ſedens Teucros ad ſeſe in tecta vocavit:

At-

SERVII.

188. SUCCINCTUS TRABEA. Toga eſt augurum, de cocco & purpura. ANCILE. Scutum breve. Regnante Numa, caelo hujuſmodi ſcutum lapſum eſt: & data reſponſa ſunt, illic fore ſummam imperii, ubi illud eſſet. Quod ne [45] aliquando poſſet auferri, aut ab hoſte cognoſci, per Mamurium fabrum multa ſimilia fecerunt: cui & diem conſecrarunt, [46] quo pellem virgis feriunt ad artis ſimilitudinem. Dicimus autem *hoc ancile*, & *haec ancilia*. *Anciliorum* vero uſurpavit Horatius III. Od. 5. *Anciliorum, & nominis, & togae oblitus*. [47] [Septem [48] fuerunt paria, quae imperium Romanum tenerent: acus Matris deûm; quadriga fictilis [49] Vejorum; cineres Oreſtis; ſceptrum [50] Priami; velum Ilionae; Palladium; ancilia.]

190. AUREA CONJUX. [50] * [Sic conjungendum:] nam aliter non ſtat verſus. Et *aurea* per Ironiam dixit. *Conjux* vero, non quae erat; ſed quae eſſe cupiebat, ut IV. 53. *Quos ego ſim totiens jam dedignata maritos*. Fabula talis eſt: Picum amavit [51] Pomona, dea pomorum, & ejus volentis eſt ſortita conjugium. Poſtea Circe, cum eum amaret, & ſperneretur, irata eum in avem, picum [52] Martium, convertit: nam altera eſt pica. Hoc autem ideo fingitur, quia augur fuit: & domi habuit picum, per quem futura noſcebat: quod & Pontificales indicant libri. Bene autem huic ſupra *lituum* dedit: quod eſt augurum proprium: nam *ancile* & *trabea* communia ſunt cum Diali, vel Martiali, [53] ſacerdotibus.

VARIORUM.

178. EX CEDRO. *E cedro* Mediceus & ceteri vetuſtiores noſtri, cum Pierianis melioribus. in Moretanis quatuor aliiſque totidem, & in Leidenſi, *Antiqua cedro*. & ita legas apud Probum lib. I. Art. Gramm. apud Scholiaſten Statii Theb. II. 215. *Antiquae cedri*. certe Mentelianus prior ex noſtris, *Antiquae cedro*. mox, *curva ſub imagine* alter Voſſianus. Nonius *ſub imagine*, ſub vagina interpretatur, inepte, ut ſolet. HEINS. *Antiquo cedro* Wittian. *antiqua cedro* Ed. Venet. *ex cedro* Mediol. Ald. *antiquae cedro* Dorvil. *e* coaluit cum *a* praecedentis vocis.

180. SENEX. *Senes* Francianus, ut ad Italum & Sabinum quoque referatur. in Ind. Erythraei *Pater Latinus* pro *Saturnus* perperam editur, in *Vitiſator*.

Ibid. BIFRONTIS. *Biformis* ſecundus Rottendorphius, & a manu ſecunda Hugenianus.

181. VESTIBULO. *Veſtibulum* Zulichemius a manu prima.

182. QUI OB. Ex Servio, qui non ipſos reges, ſed quaſi reges explicat, legendum cum Romano codice & editis omnibus videtur, *Martiaque ob* &c. ut diſtinguantur a regibus. & ita major numerus imaginum auguſtiorem faciebat ſedem regiam. denique vulneratos pro patria reges paucos reperias: & hoc Servius indicat, *quaſi reges*, quae aequato regibus honore ibi ſtatuas ſibi poni meruerunt. forte ad Caeſarem reſpicit, cui *ſtatua inter reges* poſita, teſte Suetonio cap. LXXVI. ſic lib. X. 133. *quaſi dux* Aſcanius inter duces reliquos, dicitur a Servio. BURM.

183. SACRIS. *Sacriſque* Oudartii.

185. CLAUSTRA. *Caſtra* Oudartii.

186. EREPTAQUE. *Arreptaque* Venetus.

187. IPSE QUIRINALI. Reprehendit hunc ver-

45 deeſt V. ne aliquando hoſtis agnoſceret, R. Lipſ. Baſil. omiſſis aliis. 46 quo pellem feriunt R. quod V. *quo peltam virgis* feriunt, legebat Ill. Cuperus IV. Obſerv. 2. probante *Le Moyne* in Variis Sacris ad Polycarpi Epiſt. T. II. p. 365. 47 deſunt V. L. R. Lipſ. Fabr. al. 48 fuerunt. per quae L. R. tenerent Steph. tenent Voſ. Dan. 49 Vejentorum Voſ. Steph. Dan. 50 Priamive, Ilione Voſ. Steph. Dan. 50 * deſunt Lipſ. 51 Pomana V. 52 maritum Steph. Dan. 53 ſacerdote Voſ. L. R. Lipſ. Steph. Fabr. al.

Digitized by Google

Atque haec ingreſſis placido prior edidit ore:
Dicite, Dardanidae, (neque enim neſcimus & urbem,
Et genus, auditique advertitis aequore curſum)
Quid petitis? quae cauſſa rates, aut cujus egentes
Litus ad Auſonium tot per vada caerula vexit?
Sive errore viae, ſeu tempeſtatibus acti,
(Qualia multa mari nautae patiuntur in alto)

Flu-

SERVII.

194. PLACIDO PRIOR EDIDIT ORE. Bene *placido:* legatorum enim fuerat, ut ipſi ante loquerentur. Sic in ſecundo 279. *Ultro flens ipſe videbar.*

195. DICITE, DARDANIDAE. Aut ex veſte eos Trojanos eſſe cognoſcit, quae erat propria gentium ſingularum: aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus famam, quae eos venire praenuntiaverat, eandem etiam Trojanos eſſe dixiſſe: unde infert: AUDITIQUE ADVERTITIS AEQUORE [54] CURSUS. *Dardanidae* autem, ac ſi diceret, [55] cognati.

198. VADA CAERULA. *Caerulum*, eſt viride cum nigro, ut eſt mare.

199. ERRORE VIAE, SEU TEMPESTATIBUS ACTI. Duo quaerit: Si voluntate veniſtis, quid petitis? Si neceſſitate, tempeſtas vos, an error [56] advexit?

200. QUALIA MULTA. Ad duo reſpexit, errorem, & neceſſitatem.

VARIORUM.

verſum Julius Hyginus, tamquam τὸ *ſuccinctus* cum lituo conjunxiſſet Maro. ſed A. Gellius lib. v. cap. 8. docet loquendi modum eſſe perſimilem iſti, cum dicimus, *M. Cicero homo magna eloquentia*, atque id genus alia complura. Gellium ſolens compilavit Macrobius lib. VI. cap. 8. HEINS. Vid. ſupr. v. 817. H. Steph. diſſ. de Criticis p. 205. rectius deficere unum verbum putat, quod *lituo* reſpondeat. & hoc familiare Virgilio. vid. I. Aen. 321. III. 260. infr. 478. VIII. 260. & ſaepe alibi hoc Servius notat, ut multi viri docti hoc obſervarunt. Barth. ad Claudian. I. in Rufin. 49. putat *cingi* pro armari poni. ut II. Aeneid. 520. *cingi telis*. ſed aliud eſt *cingi telis*, aliud *ſuccinctus lituo* & *trabea*, quae teli aut armorum vice non fungi poſſunt, ideoque nec hanc figuram admittunt. Senec. de vita Beata XVII. *pretioſa veſte ſuccingitur*. ſed ſi Gellio accedere libet, erit ſubintelligendum *inſignis*, *conſpicuus* lituo, & ſuccinctus trabea. vid. ad Lucan. VI. 636. & ſolet noſter ablativis ita uti. vid. I. Aen. 71. 75. 189. & centies alibi. praeterea in illo loco Virgilii gladius intelligitur, ut patet ex ỷ. 510. ubi *cingitur ferrum* Priamus, id eſt enſem: quo proprie etiam cingi dici poſſunt milites, quia lateri per zonam accommodabatur. lib. II. Aen. 393. Ovid. II. Faſt. 13. *Nec galea tegimur nec acuto cingimur enſe*. telum vero pro enſe ſumi patet ex Ovid. IV. Met. 665. *teloque adcingitur unco*. & ita in lege XII. Tabul. & Cornelia de Sicariis *telum* etiam accipitur. BURM.

Ibid. PARVAQUE. Vel *fulvaque* Zulichemius, ſed *parva* reſpectu togae, quae magna & totum corpus ambiens veſtis erat.

188. GEREBAT. *Ferebat* Venetus. mox, *equis domitor* ſecundus Rottendorphius. *cupidine gentis* primus Hamburgicus.

190. AUREA. Fallitur Servius hic, & ad I. Aen. 492. eſt enim in duas ſyllabas contracta vox. ut I. Aen. 698. ubi etiam Synaereſin agnoſcit.

191. CIRCE. *Circae* Gudianus, Leidenſis & tertius Mentelius. vid. infr. ỷ. 282. *fixit avem* Hugenianus.

194. INGRESSIS. *Ingreſſus* Venetus. ut ſit quomodo lib. IV. 107. ſed alius erat Latini animus, atque ibi Veneris. *atque hic* Dorvill.

195. DARDANIDAE. Poterat ſcire ex Dardano deſcendiſſe Trojanos, & conjecturam capere hos eſſe illos Dardanidas, qui tot erroribus acti jam ad litora ſua appulerant. ſic & Dido jam ſciebat

Ae-

[54] *Curſum* V. *claſſem* Baſil. [55] o cognati V. L. Voſſ. R. [56] adduxit Dan.

Digitized by Google

Fluminis intraſtis ripas, portuque ſedetis;
Ne fugite hoſpitium, neve ignorate Latinos,
Saturni gentem, haud vinclo nec legibus aequam,
Sponte ſua veteriſque Dei ſe more tenentem.
Atque equidem memini (fama eſt obſcurior annis)
Auruncos ita ferre ſenes, his ortus ut agris
Dardanus Idaeas Phrygiae penetrarit ad urbis,

Threï-

SERVII.

201. PORTUQUE SEDETIS. Ante enim pro portu erat [57] illic exitus fluminis.

202. NE FUGITE. Ne fugiatis. NEVE IGNORATE. Ne ignoretis.

203. SATURNI GENTEM. Laus generis.

204. SPONTE SUA, VETERISQUE DEI SE MORE TENENTEM. Xenocratis [58] eſt, qui, cum primus Philoſophiae ſcholam aperuiſſet (quod antea in porticibus [59] de Philoſophia tractaretur) & interrogatus eſſet: [60] quid praeſtare poſſet diſcipulis, reſpondit: [61] *Ut id voluntate faciant, quod alii jure coguntur.* VETERIS. Antiqui: ac ſi diceret, aurei ſeculi imagine vivimus.

205. FAMA EST OBSCURIOR ANNIS. Ac ſi diceret, niſi eſſet, [62] jam vos ſciretis.

206. AURUNCOS ITA FERRE SENES. Apud veteres Hiſtoriae hoc genus fuit, ut majores natu anteacta poſteris indicarent: quod hic indicat locus. Lucanus apertius, cum eſſet de Antaeo narraturus, ait IV. 592. *Cognita per multos docuit rudis incola patres.* Quia adhuc nec Annales erant, nec Hiſtoriae. *Aurunci* vero, Italiae populi antiquiſſimi fuerunt. *Ferre* autem, quaſi cum oſtentatione jactare.

207. DARDANUS. Juppiter cum Electra, Atlantis filia, [63] Corithi regis Italiae [64] uxore, concubuit. Sed ex Jovis ſemine natus eſt Dardanus; ex Corithi [65] Iaſius. Dardanus profectus ad Phrygiam, Ilium condidit: Iaſius vero Thraciam tenuit, ubi eſt Samos: quam [66] hic Samothraciam nominavit: nam Junonis alia eſt Samos inſula. Quanquam civitas Thraciae, quae eſt in Cephalenia, [67] Same dicatur: unde poſtea, cum reſponſum eſſet III. 96. *Antiquam exquirite matrem:* & Aeneas Italiam peteret, profectus [68] ad Thraciam, Samothracas deos ſuſtulit, & pertulit ſecum propter originem matris, [69] [quod ſuperius I. 381. & III. 167. plenius dictum eſt.] IDAEAS PHRYGIAE PENETRAVIT AD URBES. [70] Quia erant & Cretae, addidit *Phrygiae*, [71] [ad diſcretionem.]

VARIORUM.

Aeneadas ante eorum adventum, lib. I. 565. audierat vero Trojae excidium, fama jam late ſparſa, ut infra Ilioneus ℣. 225. toto orbe auditum ait. de veſte vix vero ſimile: nam nuntius, *ignota* veſte viros veniſſe reportabat, ℣. 107. ergo Trojanorum ignorabat veſtes. BURM.

196. CURSUS. *Curſum* ſcripti, excepto Moretano ſecundo. recte. HEINS. Vid. ſup. ℣. 8.

198. PER VADA CAERULA VEXIT. *Per vada fervida* Moretanus tertius. quomodo & alibi locutum Maronem recordor. *texit* etiam in Mediceo a manu prima. HEINS. *Per tot* Venetus. *litus & Auſonium* Francianus, *fervida* repetitum ex ℣. 24. *lu-*

57 deeſt V. 58 hoc eſt V. Voſ. mox, cum antea Lipſ. 59 Philoſophi tractarent Steph. Dan. ambulantes Philoſophi tractarent Voſ. aut ambulantes P. t. V. 60 qui praeſtare potuiſſet diſcipulis ſuis V. diſcipulis deeſt L. R. ſuis habene & Fabr. al. 61 ut id homines V. L. R. Lipſ. Baſil. 62 etiam V. 63 Corinthi, bis V. ſed priore loco tantum. Corinti Voſ. reliqui variant, Coriti. Coryti, Corythi. 64 deeſt V. 65 Aſius V. 66 deeſt V. & Samothraciam Baſil. 67 Samo V. L. Voſ. R. Samos Lipſ. Steph. Dan. ſed Same Fabr. al. quod rectum puto & a Maſvicio receptum. vid. ſupr. III. 371. & Heinſ. ad Ovid. Rem. 264. idem Maſvicius quae eſt Cephalenia edidit, ſecutus Commel. & Emmeneſ. mendoſas editiones. 68 detrachia Samotracas V. ad Th. eſt Voſ. R. ad Thraciam eſt, & de Thracia Sam. d. ſ. Lipſ. 69 Deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Fabr. al. 70 quia erat & Cretae L. Voſ. V. qui erat Cretae R. quia erant Idae & Cretae Dan. Fabr. 71 deſunt L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al.

Threïciamque Samum, quae nunc Samothracia fertur.
Hinc illum Corythi Thyrrhena ab ſede profectum
Aurea nunc ſolio ſtellantis regia coeli
Adcipit; & numero Divorum altaribus addit.
Dixerat. Et dicta Ilioneus ſic voce ſecutus:
Rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus actos

Atra

SERVII.

209. CORYTHI. Oppidum & mons, [72] dicta a rege [73] [Corytho, ut putatur a quibuſdam,] patre [74] Dardani [75] [ibi ſepulto.]

211. [76] ADDIT. Auget, adjectione ſcilicet [77] nominis ſui.

212. VOCE SECUTUS. Plerumque enim conſentimus & taciti.

213. REX. Conciliatio ab honore; deinde a genere.

VARIORUM.

24. *lituſque Auſon.* Dorvil.

201. PORTUQUE SEDETIS. *Portuſque* Francian. ſed imitatur Rutilius lib. I. Itin. 185.

Cunctamur tentare ſalum, portuque ſedemus.

portus fere dici oſtia fluviorum vidimus ad Ovid. II. Amor. XIII. 10. eleganter Claudianus VI. Conſ. Honor. 495.

—— *Jamque ora Padi, portuſque relinquit Flumineos.*

BURM.

202. NE FUGITE. *Nec* Mediceus. HEINS.

203. VINCLO NEC LEGIBUS. *Et legibus* Commentator Crucquianus ad Horat. I. Sat. III. 98. *aut vinclo* Dorvill. eſt vero pro *vinclo legum* dictum. ſenſus autem, ſponte ſua, non legibus, aequitatem colere. ut de Scythis Juſtinus lib. II. 2. *Juſtitia gentis ingenii cultu, non legibus.* ita Senec. I. de Ira. 27. *bonos ad legem* vocat, qui niſi legibus coacti eſſent, minime boni eſſent. quod dictum ſapientis Stoici egregia oratione Cl. Schultingius illuſtravit. BURM.

205. EQUIDEM. *Idem* Menagii prior. *eadem* alter Hamburgicus. Heinſius in ora, *fama etſi:* ſed nihil movendum. ſenſus enim eſt, ob longe remotum tempus, quo Dardanus huc venit, obſcuriorem eſſe famam. *annis* eſt propter annos, tempus longum, ut Ovid. VI. Faſt. 103. *obſcurior aevo fama. annis* autem pro longo tempore vidimus ad Nemeſ. IV. Ecl. 24. BURM.

206. AURUNCOS. Miror hic caſtigantium negligentiam: nam excudentium digne ſatis excuſari non poteſt. Legendum eſt, *Aruncos:* nam *Aurunci* & *Arunci* populi ſunt diverſi, & in enumeratione copiarum infra, & loco & duce ſunt ſeparati. *Arunci* ſunt Latini, Rutulis vicini, quorum dux Turnus auctor belli. *Aurunci* Campaniae, Calenis & Sueſſânis finitimi, vel (ut poſteriores tradiderunt) ipſi Sueſſani, quorum princeps Haleſus, Turni ſocius. unde in lib. X. occurrit, *Haleſus Auruncaeque manus.* FABRIC. *Aruncos* Francianus, Wittian. Excerpta noſtra & Leidenſis, Edd. Ald tantum & Dan. Heinſ. *Auſonios* Vratiſlavienſis a manu prima.

207. PENETRAVIT. *Penetrarit* primus Moretanus, ut & Pierianus. quod amplector. HEINS.

208. SAMUM. *Samom* Mediceus, ἀρχαϊκῶς. in aliis omnibus *Samon.* vide annotata lib. IV. 670. mox bene, *Corythi ab ſede* in vetuſtioribus libris, jam monuimus lib. III. 170. HEINS. *Corithi Choriti, Chariti, Coriti,* codices MſT. *Coriti Cyrena* Excerpta noſtra. *Tirrenaque* Francianus. *hunc illum* prior Hamburgenſis.

211. ADDIT. *To auget* perperam ex codicibus quibuſdam eſt amplexus Pierius: invenimus quidem nos & illud ipſum in priore Menagiano, Sprotiano,

72 dicti Dan. dictus Steph. Fabr. al. 73 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Fabr. al. 74 deſunt iisdem. bis ſepulto dicti Dan. 75 nominis dubito an non praeſtet numinis. 76 AUREA. Quomodo dicit illum & coelo eſſe, ſi apud inferos hunc vidit Aeneas, ait enim VI. 650. *Iluſque Aſſaracuſque & Trojae Dardanus auctor* ſolvitur, quod tribus tria reddidit. Animam coelo, corpus terrae, umbram inferis. Fabr. al. ſed omittunt reliqui & ipſe Maſvicius. 77 dubito, an non praeſtet *numinis.*

Atra ſubegit hiems veſtris ſuccedere terris,
Nec ſidus regione viae lituſve fefellit.
Conſilio hanc omnes animiſque volentibus urbem
Adferimur pulſi regnis, quae maxuma quondam
Extremo veniens Sol adſpiciebat Olympo.
Ab Jove principium generis: Jove Dardana pubes
Gaudet avo. Rex ipſe Jovis de gente ſuprema
Troïus Aeneas tua nos ad limina miſit.
Quanta per Idaeos ſaevis effuſa Mycenis
Tempeſtas ierit campos; quibus actus uterque

Euro-

SERVII.

214. SUCCEDERE TERRIS. Ut II. 723. *Succedoque oneri.*

215. NEC SYDUS. Aſpectus ſyderum: nam tempeſtatem ſupra dixit: [78] [nec eſt bis idem poſitum.]

217. URBEM ADFERIMUR. Ad urbem [79] ferimur.

218. EXTREMO VENIENS. Id eſt, primo: nam alias *rediens* diceret. [80] [non *veniens*.]

220. DARDANA PUBES GAUDET AVO. Generis origine: nam avus non eſt Trojanorum Jupiter; ſed Aeneae [81] ſolius, per Venerem.

222. QUANTA PER IDAEOS. Ad illud reſpondit: *Auditique advertitis aequore curſum:* id eſt, non mirum eſt haec te audiſſe, quae univerſus orbis agnovit.

223. TEMPESTAS. Vis bellorum. ACTUS. Conliſus.

VARIORUM.

tiano, Montalbanio, tertio Rottendorphio, quarto Moretano, Leidenſi, priore Voſſiano & Schefferio, etiam a manu prima in altero Mentelio. ſed vetuſtiores magno numero, *altaribus addit.* ita tamen, ut τὸ *auget* pro diverſa lectione ut plurimum margini adſcriptum exhibeant. certe Servius & *addis* hic manifeſte agnoſcit, & *auget* interpretamenti loco ſubjungit. Gudianus liber optimus, *& numero Divorum altaribus addit.* optime, ſi quid video. *altaribus* in altaribus, per altaria, & refer ad regiam coeli. *Decus addite divis* habemus VIII. 301. Plinius lib. XXV. 1. *At hercule ſingula quoſdam inventa numero deorum addidiſſe.* Valer. Flac. IV. 416. de Iſide:

Haec procul Io
Spectat ab arce Phari, jam divis addita.

Senec. Hercul. Octav. 1. 881.

Regna Thebarum petam,
Novumque templis additum numen canam.

idem Octav. 529.

Poſt fata conſecratus & templis datus.

Auſon. in Caeſaribus:

Addidit Auguſtum divis matura ſenectus.

Addere ignes domo caſtigavimus ad Valer. Flac. e conjectura lib. II. 136. vide & ad Sil. III. 350. ita forte apud Varronem lib. 1. de R. R. cap. 49. *tum de pratis ſtipulam raſtellis eradi, atque addere foeneſiciae cumulos*, non *cumulum*. HEINS. *Numerum* Dorvil. Ed. Venet. & Mediol. ſed haec *auget*, ut multi alii codices.

212. ET DICTA. *Et dictum* in Mediceo a manu prima. & ab eadem Gudianus, *dicto*. HEINS. *Locutus* ſecundus Moreti. vid. ad VI. Aen. 76. *ſecutus eſt* Wittian.

214. TECTIS. *Terris*, non *tectis*, codices omnes, uno Veneto excepto. HEINS.

Ibid. SUCCEDERE. *Succumbere* ſecundus Moreti.

221. MI-

78 deſunt L. R. Lipſ. Fabr. al. 79 referimur L. R. Lipſ. Baſil. 80 deſunt L. R. Lipſ. 81 deeſt L. R. V. Lipſ. Baſil.

Europae atque Aſiae fatis concurrerit orbis,
Audiit, & ſi quem tellus extrema refuſo
Summovet Oceano, & ſi quem extenta plagarum
Quatuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.
Diluvio ex illo tot vaſta per aequora vecti
DIs ſedem exiguam patriis lituſque rogamus
Innocuum, & cunctis undamque auramque patentem.
Non erimus regno indecores: nec veſtra feretur

Fa-

SERVII.

224. FATIS. Per tranſitum: [82] & excuſat Trojanos, & Graecorum laudem minuit.

225. TELLUS EXTREMA. Ut eſt Britanniae, & omnium inſularum Oceani. REFUSO autem refluo, ut Lucanus indicat I. 409. [83] [*Quaque jacet littus dubium, quod terra fretumque Vendicat alternis vicibus, quum funditur ingens Oceanus, vel quum refugis ſe fluctibus aufert.*] [84] Et eſt Homeri Odyſſ. M. I.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον Ὠκεανοῖο
Νηῦς, ἀπὸ δ᾽ ἵκετο κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο.

226. ET SI QUEM EXTENTA PLAGARUM QUATUOR. Audierunt etiam illi, qui ſeparantur Zona ea, quae eſt in medio quatuor, id eſt, fervens. Significat autem Antipodas.

227. INIQUI. [85] [Intemperati, vel] ardentis.

228. DILUVIO EX ILLO. Ex illa vaſtitate. [86] Alii diſtinguunt, & mutant ſenſum, ut ſit: Quos dirimit plaga Solis ardentis, ex quo mundus eſt conſtitutus: hoc eſt, ex quo chaos eſſe deſiit. [87] [TOT. Pro, multa.]

229. DIIS SEDEM EXIGUAM PATRIIS. Pia & verecunda petitio. LITUSQUE ROGAMUS INNOCUUM. Non quod nulli noceat; ſed [88] quod vindicatum nulli poſſit nocere. Aliter *ſerpentes innocuos* dicimus.

230. CUNCTIS UNDAMQUE AURAMQUE PATENTEM. Iſta enim communia ſunt.

231. INDECORES. *Decus decoris*, [89] *pecus pecoris*, *nemus nemoris*, *o* in genitivo correptum eſt: omnia enim in US exeuntia neutra, in genitivo ſingulari penultimam corripiunt, excepto *pelagus*, quod Graecum eſt; unde & [90] *ulceris* dicitur ſecundum regulam: licet de hoc nomine aliud auctoritati [91] placuerit. *Decor* vero *decoris* facit penultimam in genitivo productam: omnia enim in *or* exeuntia in genitivo producuntur, exceptis v. *arbor*, *marmor*, *memor*, *immemor*, *aequor*: unde quaeritur, *indecores*, a quo ſit nominativo; ab eo, quod eſt *indecus*; [92] [non poteſt venire: quia lectum non eſt, & quia *decus*] neutrum regit genus, non maſculinum: reſtat, ut [93] dicatur ab eo, quod eſt *indecor*, venire *indecores*: nam & lectum eſt: ſed *decor decoris* facit, producta penultima, quam

Vir-

82 & Trojanos eximit culpa & Graecorum deterit Trojanos laudem Voſſ. Steph. Dan. & eximit & Gr. deterit laudem V. vel eximit culpa Trojanos, & Graec. vertit laudem Lipſ. *deterit* veram lectionem credo, alias ex gloſſa natas. eo verbo hoc ſenſu utitur Horat. 2. Od. 6. *laudes deterere culpa ingenii.* & alii. BURM. 83 deſunt L. V. R. Voſſ. Lipſ. Steph. Dan. 84 eſt hoc Homeri Voſſ. Steph. Dan. Fabr. Graeca deſunt Mſſ. omnibus. 85 deſunt V. vid. ad lib. v. 45. 86 poſt illud diluvium diſtinguunt V. alii hic diſtinguunt V. L. R. Lipſ. Baſil. 87 deſunt V. L. Voſſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 88 cui vindicato Dan. quod vindicato R. cujus vindicat Grotius notis ad lib. II. II. §. 13. de Jur. Bell. & Pac. 89 facit ſicut *pecus* R. V. facit, *decor decoris*, ſed hic *indecor* dicimus, hic *indecus* non poſſumus dicere. unde *indecores*, cum *co* brevis ſit, aut ſyſtole eſt, aut certe dicimus nominativum non inveniri, ut in multis nom. fit. nam *indecus* lectum non eſt, quod & melius eſt. nam ſyſtole ſine exemplis fieri non debet L. R. Steph. Fabr. al. reliqua debentur Danieli. in Voſſiano eadem manu haec praemittebantur. Ab hoc loco uſque ad illum, *jam ſyſtole fine*, &c. non habuit ille codex, per quem iſte conſcriptus. ſed in quodam antiquo iſto ordine quo hic inſertum eſt continetur. nam imperitia ſcriptoris confudit iſta, quemadmodum cetera. pro arbitrio ergo tuo lege, *decus decoris*, &c. 90 *vulgeris* V. *vulgus*, *vulgaris* Voſſ. 91 tacuerit V. mox, penultima producta Lipſ. 92 deſunt V. 93 dicandus V. Voſſ. & mox, *decor* venire Voſſ.

Digitized by Google

Fama levis, tantive aboleſcet gratia facti:
Nec Trojam Auſonios gremio excepiſſe pigebit.
Fata per Aeneae juro, dextramque potentem,
Sive fide, ſeu quis bello eſt expertus & armis;
Multi nos populi, multae (ne temne, quod ultro
Praeferimus manibus vittas ac verba precantia)
Et petiere ſibi & voluere adjungere gentes.
Sed nos fata Deûm veſtras exquirere terras

240 Im-

SERVII.

Virgilius corripuit. Ergo aut [94] Syſtole eſt; aut certe dicendum hujus nominis nominativum non inveniri, ſicut in multis nominibus fit, quod & melius eſt: [95] nam [96] Syſtole ſine exemplo fieri non debet. Verecunde autem hoc dicit, ſua conjunctione etiam ornari Italos.

232. ABOLESCET. [97] Abolebitur: & uſus eſt inchoativa forma, cum opus non eſſet.

233. TROJAM. Id eſt, Trojanos.

234. FATA PER AENEAE JURO. [98] Quem jam novit Latinus, oraculo ſcilicet Fauni, per quod audivit ſupr. ℣. 98. *Externi veniunt generi.*

235. SIVE FIDE, SEU QUIS BELLO EST EXPERTUS, ET ARMIS. In his enim dextera comprobatur, [99] [fide & virtute.]

237. VITTAS. [1] Quae religabantur ad ramum. [2] [Alibi VIII. 128. *Et vitta comptos voluit praetendere ramos.*]

VARIORUM.

221. MISIT. *Mittit* in priore Hamburgico. HEINS. *Nunc ad limina* primus Moreti. *ad lumina* Zulichemius.

223. TEMPESTAS. v. Barth. ad Stat. III. Theb. 229.

224. CONCURRERIT. *Concurritur* Parrhaſ. totum hunc locum, ut editur, profert Commentator Crucquianus ad Horat. II. Od. I.

226. EXTENTA. *Extrema* Venetus. *exempta* Menagii prior. *extentaque* primus Rottendorphius.

230. UNDAMQUE. *Auramque undamque* Sprotianus.

231. VESTRA. *Noſtra* Oudartii. pro *feretur*, *fatetur* Venetus. *tantique* Gudianus & nonnulli alii, & editi. *aboleſcit* Mentelii prior & tertius, & Regius a manu prima. *abolevit* Hugenianus. Heinſius malebat, *abolebit*. BURM.

233. PIGEBIT. Longe diverſo ſenſu, atque etiam commodiore, ſi quid judico, in altero Menteliano, a manu prima, *pigebat*, ut ad Dardani in Phrygiam adventum referatur, de quo paullo ante agebat noſter 207. & ſequentibus. HEINS. *Accepiſſe* prior Hamburgicus, Dorvill. & Leidenſis. *Auſonio* etiam Francianus.

234. FATA PER AENEAE JURO DEXTRAMQUE POTENTEM. Aperta Ciceronis imitatio. & quod Virgilius de Aenea, id Cicero de Julio Caeſare ſcribit lib. VII. Ep. 5. *Totum hominem tibi trado, de manu (ut ajunt) in manum tuam iſtam, & victoria & fide praeſtantem.* Obſerva autem imitationis ſimilitudinem, nam ab Oratore Ilioneo, cui tacito judicio confert Ciceronem, iſta de Aenea dicuntur. Haec tum nota erant eruditis, & Poëtam in gratia ponebant apud Auguſtum, cujus laudes quavis occaſione praedicat. FABRIC.

235. FIDE. *Fidem* primus Moreti & a manu prima prior Hamburgicus. qui &, *in armis.* male. vid. ad lib. I. 545. BURM.

236. MULTAE. *Et multae* Parrhaſ.

237. PRAEFERIMUS MANIBUS. *Proferimus* Venetus & alter Hamburgicus. male, multa de his vittis

94 ſyſtole eſt, aut certe dicimus Voſ. dicimus V. Lipſ. 95 nam *indecus* lectum non eſt, quod & Voſ. qui priora habebat. ut V. ſed hinc repetebat, *indecores*, *decus decoris* facit &c. ut in L. & R. conferri debet nota ad lib. XI. 423. ubi fere eadem notantur. 96 ſyſtolen ſine exemplo V. ſyſtole ſine exemplis Voſ. 97 abolebit, & reliqua deſunt V. 98 quas V. mox, *venient* Lipſ. 99 deſunt L. Voſ. R. Steph. 1 quae pendebant in ramo religatae Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 2 deſunt L. R.

Digitized by Google

Imperiis egere ſuis. Hinc Dardanus ortus
Huc repetit, juſſiſque ingentibus urguet Apollo
Tyrrhenum ad Thybrim, & fontis vada ſacra Numici.
Dat tibi praeterea Fortunae parva prioris
Munera, reliquias Troja ex ardente receptas.
Hoc pater Anchiſes auro libabat ad aras:
Hoc Priami geſtamen erat, quum jura vocatis
More daret populis; ſceptrumque, ſacerque tiaras,
Iliadum-

SERVII.

241. HUC REPETIT. Scilicet Dardanus, id eſt, Aeneas, qui & Dardanus, ut diximus ſupra IV. 159. vocabatur. Et bene *repetit*, [3] [non *petit*, [4] quaſi ſua. INGENTIBUS. Deliis, quae magna conſtat fuiſſe.]

243. FORTUNAE PARVA PRIORIS. Bene medium tenuit: nam ne laudare videretur, ait *parva*, ne deformaret, (nam durum eſt aliquid ab infelicibus accipere) ait: *Fortunae prioris*.

245. HOC PATER ANCHISES AURO LIBABAT AD ARAS. Pateram ſignificat.

246. HOC PRIAMI GESTAMEN ERAT. Diadema dicit: nam ſceptrum [5] dicturus eſt.

247. SACERQUE TIARAS. Pileum Phrygium dicit. Et ſciendum, *hic tiaras* per uſurpationem dictum: nam *haec tiara* dicitur. Melius ergo Juvenalis VI. 516. *Et Phrygia veſtitur bucca tiara.*

VARIORUM.

vittis habet Guellius, qui eſſe quoſdam notat, qui *manibus* non Trojanorum, ſed Latini intelligunt, cujus manibus vittas has inſererit. ſed *praeferre* hanc opinionem ſatis refutat. eſt enim hoc verbum in ſacris uſitatum, de eo qui aliquid ſacri ante ſe fert & oſtendit. ſic Suet. Tiber. XLIV. *acerram praeferens miniſter*. Ovid. II. Art. Amor. 330:

Praeferat & tremula ſulphur & ova manu:

& hinc *praefericulum* vas, quod Feſtus deſcribit. hinc & *praetendere* lib. VIII. 128. in hac re, & ita alii. BURM.

Ibid. PRECANTUM. *Precantia* eleganter Mediceus & Mentelianus uterque, & caeteri caſtigatiores ex noſtris & Pierianis. ſic in Georgicis III. 449. *vivaque ſulphura*, ubi & *ſulfura viva* repoſuerunt. & lib. VI. Aen. 33. *quin protinus omnia Perlegerent oculis.* ubi *omne* & *omnem* in editis ſcriptiſque codicibus compluribus male circumfertur. Naſon. Met. 482.

Neve truces animos per verba precantia flectat.

in Gudiano a manu ſecunda, *vittaſque & verba precantia.* in Venet. *vittaſque precantia regno.* HEINS. *Precantis* Bigotianus. *praeferimus m. ac verba precantia victas.* Ed. Venet. *Praef. m. vittas ac verba precantia.* Mediol. & Ald. ſaepe Ovidius habet, *verba precantia.* ut Index monſtrat. ſed locus, quem laudat Heinſius, eſt ex ejus conjectura, non ex ſcriptis & editis. ut docui in notis. ſic & *verba rogantia* XX. Epiſt. 33. & *ſolantia* XI. Met. 685. & ſimilia. BURM.

239. SED NOS. *Et nos* Dorvil.

240. HINC. *Hic* Montalban.

241. HUC. *Hunc repeti juſſis ing.* Menagii prior. *juſſis* etiam ſecundus Moretanus & ſecundus Rottendorfius. *Hinc* Venetus. *hic* Servius Danielis ad IV. Aen. 159.

242. THYBRIM. *Tiberim* Dorvill.

243. NUMICI. *Timici* Menag. alter. *Thimici* ſec. Rottend.

245. AD ARAS. *Ad auras* Menagii prior. *Huc pater* etiam tert. Rottend.

246. GESTAMEN ERAT. Omnia, quae corpore vel manibus geſtamus, hac voce indicari ſolent. & ideo varie ſaepe adhibetur. ſic de ſceptro *geſtamen* dicit Val. Flac. III. 344. de clypeo noſter lib. III. 286. Val. Flac. I. 760. & ita alii.
Sta-

3 deſunt V. non petit, ſed repetit Dan. non petit ſcilicet quaſi Lipſ. 4 quaſi ad ſua Dan. Fabr. al. 5 paulo poſt dicturus V.

Iliadumque labor veſtes.
Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
Obtutu tenet ora, ſoloque inmobilis haeret,
Intentos volvens oculos. Nec purpura regem
Picta movet, nec ſceptra movent Priameïa tantum,
Quantum in connubio natae thalamoque moratur:
Et veteris Fauni volvit ſub pectore ſortem.
Hunc illum fatis externa ab ſede profectum
Portendi generum, paribuſque in regna vocari
Auſpiciis; huic progeniem virtute futuram
Egregiam, & totum quae viribus occupet orbem.
Tandem laetus ait: DI noſtra incepta ſecundent,

Au-

SERVII.

250. OBTUTU TENET ORA. Ordo eſt: Latinus defixa tenet ora: & *obtutu*, id eſt, intuitu ſolo haeret immobilis.

251. INTENTOS VOLVENS OCULOS. Cogitantis eſt geſtus. [6] ſic de Boccho [7] [Maurorum rege,] Salluſtius Jug. CXIII. *Vultu &* [8] *oculis pariter atque animo* [9] *variis.*

252. REGEM PICTA MOVET. [10] Quippe regem: [11] & hoc eſt, labor Iliadum.

256. PORTENDI. [12] [Porro tendi,] praedici, ſignificari.

257. PARIBUS AUSPICIIS. Pari poteſtate: & tractum eſt ex comitiis, ut diximus in quarto, ℣. 102.

259. DII NOSTRA INCEPTA SECUNDENT. [13] Antiquo more locuturus de publicis rebus, id eſt, [14] pace, & nuptiis filiae, facit ante deorum commemorationem, ſicut etiam [15] in Catonis orationibus legimus. Hinc eſt in Divinatione [16] Ciceronis cap. XIV. *Si quid ex aliqua vetere oratione eſt, Jovem ego optimum* [17] & *maximum.* Ipſe etiam Virgilius alibi XI. 301. *Praefatus divos ſolio rex infit ab alto.*

VARIORUM.

Statius V. Theb. 417. *Palladios oleae Mopſi geſtamina ramos Extulit.* ubi Barthius in Scholiaſte habet, *quibus cinxerat caput.* ſed ramos illos manu, non capite praeferre ſolebant, & Iaſon ibi fungitur vice Mopſi. quare dubito de illa explicatione. Hic Servius & alii *diadema* volunt intelligi. ſed quum *tiaras* ſequatur, cogitandum eſt, an caput, & tiara & diademate cinctum, habuerit Priamus: quare ego malim de veſte quadam regia, quia indutus jus reddere conſueverat, & quia mox *purpura picta* memoratur, ea hic deſiderari videtur. *picta* vero eſt Phrygia, inde enim acu pingere veſtes ortum eſſe conſtat. *veſtes* vero *Iliadum labor*, quae ſequuntur de ſtragulis pictis purpura, & auro conſpicuis, ut ſolebat, intelligo, quo ſenſu quum paſſim occurrunt, nihil amplius addere melius erit. BURM.

248. VE-

6 ſic de hoc Salluſtius L. R. de Bocco Fabr. Baſil. Boccho, Africae rege Lipſ. 7 deſunt Voſ. V. Steph. Dan. al. 8 *oculi* V. 9 *varus* V. in Salluſtio legitur, *vultu, colore at motu corporis pariter, atque animo varius.* 10 ideo non movebat Latinum, quia Rex erat, & in purpura eſt Aliadum labor. V. 11 & in purpura labor Iliadum Voſ. Steph. Dan. 12 deſunt V. L. R. Lipſ. Baſil. Barthius ad Stat. IX. Theb. 583. in Mſſ. legi ait, *protendi, praetendi, praedici, ſignis ſignificari.* 13 ſecundum priſcam conſuetudinem locuturus de publica utilitate Dan. locuturus eſt R. locuturus de publica utilitate Lipſ. a m. ſec. 14 paſchae & nuptiis R. ecce manum Monachi. de pace & de regiis nuptiis Dan. Fabr. de pace & nuptiis filiae, & de regiis nuptiis Baſil. 15 in omnibus Catonis traditionibus L. R. Lipſ. Baſil. in om. C. orationibus V. Fabr. in om. C. rationibus Steph. 16 deeſt V. Lipſ. 17 deeſt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Fabr. al.

Digitized by Google

Auguriumque ſuum. Dabitur, Trojane, quod optas.
Munera nec ſperno. Non vobis, rege Latino,
Divitis uber agri Trojaeve opulentia deerit.
Ipſe modo Aeneas (noſtri ſi tanta cupido eſt,
Si jungi hoſpitio properat, ſociuſve vocari)
Adveniat; voltus neve exhorreſcat amicos.
Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.
Vos contra regi mea nunc mandata referte.
Eſt mihi nata, viro gentis quam jungere noſtrae,
Non patrio ex adyto ſortes, non plurima coelo
Monſtra ſinunt: generos externis adfore ab oris,

Hoc

SERVII.

260. AUGURIUM. Propter [18] ea, quae dicta ſunt ſupra. QUOD OPTAS. Id eſt, pax.

261. NEC SPERNO. Quia dixerat: *Fortunae parva prioris Munera.* Et eſt [19] Litotes, id eſt, libenter accipio.

262. UBER AGRI. Ubertas. [20] Alibi II. Georg. 234. *Pecorique & vitibus almis Aptius uber agri.* Et eſt major petitione promiſſio: nam illi [21] tantum littus petierant.

266. PACIS ERIT. Foederis: ab eo, quod ſequitur, id quod praecedit. TYRANNI. Graece dixit, id eſt, regis; nam apud eos *tyranni* & *regis* nulla diſcretio eſt; licet apud nos incubator imperii, *tyrannus* dicatur. [22] [Sane apud Graecos *hic* & *haec* [23] *tyrannos* declinatur.]

268. EST MIHI NATA. Male multi arguunt Virgilium, quod Latinum induxit ultro filiam pollicentem: nec oraculum conſiderantes, quia Italo [24] dari non poterat; nec Aeneae meritum, quem decebat rogari: nam antiquis [25] mos fuit meliores generos rogare. Sic Terentius Andr. I. I. 72. *Hac fama impulſus Chremes, ultro ad me venit, unicam gnatam ſuam* [26] [*cum dote ſumma filio uxorem ut daret.*] Heſiodus etiam Περὶ γυναικῶν, inducit multas Heroidas optaſſe nuptias virorum fortium.

269. SORTES. [27] Modo abuſive pro oraculis poſuit: nam non proprie dicuntur *ſortes*. Hic autem a Fauno oraculum, non *ſortes* acceperat. PLURIMA CAELO MONSTRA SINUNT. Aut per augmentum dixit: aut [28] & alia viſa intelligamus: nam duo, non ſunt plurima.

VARIORUM.

248. VESTES. *Veſtis* Sprotian. Rottend. pr. & Venetus. & pro diverſa lectione Hamburg. pr.

250. OBTUTU. *Obtuitu* Francianus & Venetus. ſed *obtutu* tuetur Lutatius ad Stat. I. Theb. 493. ubi, *obtutu gelida ora premit.* id eſt fixo adſpectu. ita ſupr. lib. I. 495. & XII. 666. ubi eadem varietas.

253. IN CONNUBIO. *In* deeſt Zulichemio. *in connubia* Venet. in quo & alio ordine hi verſus. *Quantum*, &c. *Et veteris*, &c. *Intenſos*, &c. *Picta*, &c.

254. FAUNI VOLVIT. *Volvit Fauni* primus Moretanus. HEINS.

255. A SEDE. *Ab ſede* potiores. dictum lib. I. Aen.

18 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 19 figura Liptotes V. Liptotes Steph. Dan. al. 20 tibi V. 21 deeſt V. 22 deſunt V. declinatur autem etiam *haec Tyrannos* L. R. Lipſ. declinatur autem *hic* & *haec Tyrannos* Lipſ. Baſil. decl. autem apud Graecos *hic* & *haec Tyrannos* Fabr. 23 Tyrannus Steph. Dan. 24 penitus dari V. 25 ſemper mos V. 26 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 27 deeſt V. deinde, nam ducuntur ſortes, & hic a F. Lipſ. 28 etiam alia viſa ſignificat V.

Digitized by Google

Hoc Latio reſtare canunt, qui ſanguine noſtrum
Nomen in aſtra ferant. Hunc illum poſcere fata
Et reor, & (ſi quid veri mens augurat) opto.
Haec effatus, equos numero pater eligit omni.
Stabant ter centum nitidi in praeſepibus altis.
Omnibus extemplo Teucris jubet ordine duci

In-

SERVII.

271. Hoc Latio restare canunt. Hoc [29] Italiam manere ſignificant: nam [30] ſic dicimus, hoc *mihi reſtat*, id eſt, *manet me illa res*.

273. Mens augurat. *Auguro* dicimus ſecundum Plinium, cum praeſagio mentis futura colligimus; *auguror* vero tunc, cum futura veris captamus auguriis.

274. Numero omni. [31] Utrum equorum numero, an legatorum? Sed ſi de equis trecentis dixit, perite locutus eſt: nam in legione non niſi trecenti equites erant, [32] [quae [33] [tamen legio] habebat [34] ſex millia virorum. Per quod oſtendit, unam habuiſſe legionem Latinum.] [35] Item alio IX. 370. *Tercentum ſcutati omnes Volſcente magiſtro*.

275. In praesepibus altis. Multa non propter ſe, ſed propter aliud dicuntur: nam per *praeſepia alta*, equorum magnitudo monſtratur. Homerus Iliad. Γ. 228. [36] τανύπεπλος Ἑλένη, id eſt, longas veſtes habens.

276. Ordine. Pro meritis ſingulorum.

VARIORUM.

Aen. 270. HEINS. Ita Ed. Venet.

Ibid. Profectum. And. Schottus II. Obſerv. 59. *provecto* legit. inepte & contra metrum. *hinc illum* Parrhaſianus.

256. Generum. Codd. Mſſ. apud Serv. III. Aen. 184. *generos* habent.

Ibid. Paribusque. *Paribus in regna* prior Menagianus, & Schefferius. etiam alter Mentelianus a manu prima. HEINS *Vocari ominibus* Oudartii a manu ſecunda. nihil muta. vid. IV. 102.

257. Hinc. *Huic progeniem* Mediceus, uterque Menteſius, caeterique fere omnes. deinde. *totum quae viribus occupet*, omiſſo τῷ *&* duo Moretani principes, primus Rottendorphius, prior Hamburgicus & alter Voſſianus. HEINS. Omittunt & Leidenſes & Dorvil. qui & *hinc*. ut & Ed. Mediol.

259. Laetus ait. *Victus ait* in Menagiano. HEINS. *Veſtra incepta* ſecundus Moretanus, & a manu ſecunda alter Hamburgenſis.

260. Auguriumque. *Auſpiciumque* Menagius prior.

261. Nec sperno. Id eſt libenter accipio, per λιτότητα, ut recte Servius. ſic Ovid. XVII. Epiſt. 71. *utque ea non ſperno*. Auſon. Moſell. 30. *Non hoc ſpernat opus Gortynius ales*. ubi vid. virum doctum in Obſerv. Miſc. Crit. Vol. X. Tom. II. p. 193 Horat. II. 15. *Nec fortuitum ſpernere ceſpitem Leges ſinebant*. & ita alii paſſim. BURM.

Ibid. Non vobis. *Nec vobis* Parrhaſ.

262. Trojaeve. *Trojaeque* Sprotii, Gudii & Montalbanus.

263. Cupido est. Omittitur verbum ſubſtantivum in altero Voſſiano. HEINS.

264. Si jungi. *Adjungi h. properet* Oudartii. *ſociuſve* plurimi. *ſociiſque* alter Hamb. *ſociiſve* Rottend. pr.

265. Exhorrescat. *Abhorreſcat* Wittian.

266. Pars. *Par* Venetus.

268. Gentis. *Noſtrae q. j. gentis* Menagii prior.

269. Patrio. *Patriae* Venetus a manu prima. & Excerpta noſtra & Parrhaſ. mox, *ſinant* Leidenſis a manu prima. *externis nam affore* Venetus. *affore regnis Hic Latio*, Menagi. prior. *nam fore*

ab

29 Italiae L. R. Lipſ. Baſil. 30 ſi Steph. *mi reſtat* R. 31 id eſt, tercenties perite dixit Lipſ. Baſil. de trecentis, & perite, nam L. Steph. DCCCC. & perite, nam V. R. Voſ. ſed puto priores numeros DC. eſſe pro *de* & legendum, *de trecentis*, ut alii. 32 deſunt L. R. ad *item*. 33 deſunt V. Lipſ. 34 VI. virorum V. 35 unde & alibi R. L. Lipſ. Steph. al. 36 Τανύπεπλος, id eſt per longas veſtes Steph. Fabr. & al. niſi quod hi Τανύπεπλοι. in Mſſ. Graeca erant deformata turpiter. ſed, per longas veſtes habent V. R. L. Voſ.

Inſtratos oſtro alipedes pictiſque tapetis.
Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent:
Tecti auro, fulvum mandunt ſub dentibus aurum.
Abſenti Aeneae currum geminoſque jugalis,
Semine ab aetherio, ſpirantis naribus ignem,
Illorum de gente, patri quos daedala Circe

Sub-

SERVII.

277. TAPETIS. [37] Tertio declinatur hoc nomen, [38] *tapetum tapeti*, ut *templum templi*: [39] Unde eſt, *pictis tapetis*, hoc loco. Item, *hoc tapete*, [40] [*hujus tapetis*,] ut *ſedile*, *ſedilis*,] unde eſt IX. 325. *Qui forte tapetibus altis Exſtructus*. Declinatur & Graece ὁ τάπης, τῦ τάπητος: unde eſt IX. 358. *Pulchroſque tapetas*, [41] [τὺς τάπητας.]

278. DEMISSA MONILIA PENDENT. Suſpendenda pronuntiatio eſt, [42] & ambitus major eſt: nam *monilia* non niſi [43] hominum dicimus, quae nunc ad laudem pro phaleris poſuit.

282. PATRI QUOS DAEDALA CIRCE. Ingenioſa: & hoc fingit eam feciſſe. Tractum autem eſt de Homero, qui tales equos habuiſſe inducit Anchiſen Iliad. E. 265. [[44] Τῆς γάρ τοι γενεῆς, ἧς Τρωΐ περ εὐρύοπα Ζεὺς Δῶχ' υἷος ποινὴν Γανυμήδεος· οὕνεκ' ἄριστοι Ἵππων, ὅσσοι ἔασιν ὑπ' ἠῶ τ' ἠέλιόν τε.] Et bene eſt compoſitum [45] ad illud, quod ſupra ait: *Trojaeve opulentia deerit*: [46] [ut Trojanis nihil de priſca rerum copia [47] abeſſe videretur.] GENTEM autem de equis abuſive dixit, [48] quod eſt hominum proprium.

VARIORUM.

ob oris. Parrhaſianus.

272. FERANT. *Ferent* Menagii prior & Leidenſis a manu ſecunda. *expoſcere* Oudarti editiones quaſdam *paſcere*, ſed vitioſe, habere notat Steph. in Schediaſm. pag. 76. ſed non reperi tales editiones.

273. VERI. *Verum* Sprotianus.

274. NUMERO. Pro ex, vel ab numero. imitatus Statius VI. Theb. 129. *numero dux legerat omni.* vid. ad Valer. Flac. V. 327. *eligat* alter Hamburg. BURM.

276. OMNIBUS. Ita omnes quos vidi codices, & editiones. Catroeus vero edidit *omnes*, nec unde petierit, indicat, & hinc Poëtam ſibi contrarium fingit, qui antea electos ex numero omni, id eſt trecentis, dixerit, nunc omnes equos jubeat ordine duci. ſed quis non videt ex trecentis fuiſſe centum electos, quos jubet duci omnibus Teucris ad ſe miſſis, id eſt centum illis oratoribus? his omnibus dat equos, in quibus ſublimes redeunt ad Aeneam, qui pedites venerant ad Latinum. Aeneae mittit currum & geminos jugales. miror inſignem temeritatem. BURM.

277. INSTRATOS. *Inſtructos* Venetus, & mox, *ſtrati auro*, non *tecti*. HEINS. Vulgata eſt apud Senec. Epiſt. LXXXVII. Ita variant codices apud Livium lib. XXI. 27. *praeter eos, quos inſtructos frenatoſque impoſuerant in naves.* ubi Gronovius *inſtratos* malebat. vid. notas & ad cap. 54. BURM.

279. TECTI. *Strati* Parrhaſianus.

282. DE GENTE. Ita & III. Georg. 74. dixit *gentem* de armentis. vid. ad Phaedr. I. Fab. II. ubi & *genus* ita poni docuimus. Juſt. IX. 2. *viginti millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam miſſa.* BURM.

Ibid. CIRCE. *Circae* Leidenſis & tertius Mentelii. vid. ſupr. 191. Commentator Crucquianus Horat. I. Sat. VI. 77.

—— *Quos illi daedala Circe*
Suppoſita de matre ſatos furata creavit.

ſed Macrob. VI. 6. vulgatam habet, & *creavit* pro creari fecit poſitum docet. & cap. IV. *daedalam Circem* dixiſſe Ilium in Theutrante notat. BURM.

284. Do-

37 tertia V. tertiae declinationis hoc nomen, nam L. ſecundo Fabr. al. 38 hoc *tapetum* V. 39 deſunt V. L. R. id *unde*. 40 deſunt V. 41 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 42 ut creſcat ambitus V. Lipſ. 43 in hominibus V. 44 deſunt V. L. Lipſ. 45 propter illud V. 46 deſunt L. R. Baſil. 47 deeſſe videatur V. Lipſ. abeſſe videatur Voſ. Steph. 48 quum *gens* hominum ſit Dan.

Subpoſita de matre nothos furata creavit.
Talibus Aeneadae donis dictiſque Latini
Sublimes in equis redeunt, pacemque reportant.
Ecce autem Inachiis ſeſe referebat ab Argis
Saeva Jovis conjunx, auraſque invecta tenebat:
Et laetum Aenean, claſſemque ex aethere longo
Dardaniam Siculo proſpexit ab uſque Pachyno.

Mo-

SERVII.

283. NOTHOS. Materno ignobiles genere. Eſt autem nomen hoc Graecum: [49] nam Latine quemadmodum [50] dicatur, non eſt.

284. DONIS DICTISQUE LATINI. Et equis, & pacis, nuptiarumque promiſſione.

286. INACHIIS SESE REFEREBAT AB ARGIS. Bene, *Inachiis*: non enim una eſt Argos: fuit [51] enim & in Italia, quam Diomedes condidit, quae primo [52] [*Argi*, poſt] [53] *Argyrippa*, poſt *Arpi* dicta eſt. Fuit & in Theſſalia. Lucanus VII. 355. [54] *Ubi nobile quondam, Nunc ſuper Argos erat.* Fuit & haud longe ab Athenis, [55] quod a ſiti *Argos Dipſion* dictum eſt: apud quos magna erat ſocietas inter [56] eos, qui [57] uno puteo utebantur: unde & *fratrias* dixerunt, ἀπὸ τοῦ φρέατος, quas *tribus* vocamus. Ei notandum, quod, ubicumque bonus ſequitur eventus Trojanos, Juno [58] removetur: & congrue, quaſi numen inimicum, quod praeſens poſſet nocere.

187. AURASQUE INVECTA TENEBAT. Per elementum ſuum ibat.

289. ABUSQUE. *Abuſque*, & *aduſque*, uſurpative dicimus: praepoſitio enim nec adverbio jungitur, nec praepoſitioni; *uſque* autem, aut praepoſitio eſt, aut adverbium.

VARIORUM.

284. DONIS DICTISQUE. In Servio Lipſienſi erat, *dictis doniſque. laeti donis dictiſque* Dorvill.

287. AURASQUE. *Auras* Menagii prior. *invicta.* Mentelii prior. *curaſque inventa* Francianus.

288. EX AETHERE LONGE. *Longo* Mediceus. pariter in Georg. III. 113. *longus Olympus* ex fide membranarum vetuſtiorum. plura diximus ad Ovidii Metam. I. 255. Valer. Flac. lib. III. 43. *Dant aethere longo Signa tubae.* Statius Theb. XII. 659.

Armorum lux victa perit; & in aethera longum
Frangitur.

HEINS. *Longo* etiam Hugenianus. *ab aethere longe* Parrhaſ. *longe* etiam Dorvill. & Wittianus.

289. PROSPEXIT ABUSQUE PACHINNO. Servius ait, praepoſitionem in compoſitione nec praepoſitioni jungi, nec adverbio. ſed jungitur praepoſitioni. ut in Perſa: *Aſpice deprocul in conſpectum.* Item in Marmore Veronenſi: PETIMUS NE QUIS NOS INQUIETET EX ARCA NOSTRA, NEQUE ABANTE ALITER PONAT, NEC COMMOVEAT. Similiter apud Propertium II. II. 52.

Hic dominam exemplo ponat inante meam:

jungitur adverbio, ut *abuſque* apud Virgilium. *derepente* apud Terentium Hecyr. IV. I. 3. *ſubpoſteaquam* apud Ciceronem. FABRIC. Scabrities haec eſt, nec veteres adverbia & praepoſitiones in unam vocem contraxerunt, ſed duabus vocibus diſtinxerunt; & *uſque ad*, & *ab*, vel *ad uſque* & *ab uſque* ſcripſerunt. ut & *uſque in.* vide quae notavi ad Sueton. Calig. XVII. ſic nec *inante* dixiſſe oſtendi ad Ovid. II. Met. 524. & Broukh. ad Propertii locum a Fabricio laudatum. nec *deprocul* in Plauti emendatis codicibus legitur; ſed in Perſa IV. II. 6. exſtat, *abſcede procul e conſpectu*, ex emendatione virorum doctorum. vid. Gronovii notas. & confirmatur alio loco ibid. Act. IV. VII. 17.

ubi

49 latinitate deficic V. in latinitate deficit Dan. vel; aliter in Latinitate deficit Lipſ. 50 dicas Fabr. al. 51 namque V. 52 deſunt Voſ. primo Agri Fab. 53 Argirpipa V. 54 mobile V. arat Fabr. al. legendum *arant.* 55 quodam ſiti Argo R. 56 eos ſcilicet V. 57 primo puteo R. & Lipſ. a m. ſec. cui & deeſt. & mox, *ubicumque.* an *privo*, ut ſaepe alias. 58 longe fuiſſe inducetur V. removet v. f. & congrue R. credo illas literas *v. f.* eſſe pro *ur.* ut *removetur* fuerit.

Digitized by Google

Moliri jam tecta videt, jam fidere terrae:
Deſeruiſſe rates. Stetit acri fixa dolore.
Tum quaſſans caput, haec effundit pectore dicta:
Heu ſtirpem inviſam, & fatis contraria noſtris
Fata Phrygum! num Sigeïs occumbere campis,
Num capti potuere capi? num incenſa cremavit
Troja viros? medias acies, medioſque per ignes
Invenere viam; at (credo) mea numina tandem

Feſſa

SERVII.

290. JAM FIDERE TERRAE. [59] [Per dativum jungendum, aliter non procedit,] ut IX. 378. *Fidere nocti.*

291. STETIT. Quod ſolet eſſe [60] cogitantum.

293. FATIS. Voluntatibus.

295. CAPTI POTUERE CAPI? [61] [Cum felle dictum eſt: nam, ſi hoc removeas, erit oxymorum. [62] Dicit autem, omnia, quae contigerunt, non videri contigiſſe: quia non obfuerunt. [63] *Capti* autem *capi*] ſic dixit, ut Cicero III. in Verr. 18. *Ut in uberrima Siciliae parte, Siciliam quaereremus.*

297. AT CREDO MEA NUMINA TANDEM. Nec fatigata deſtiti; nec ſatiata requievi.

VARIORUM.

ubi itidem eſt, *abſcede procul e conſpectu*, ſine varietate notata a Commentatoribus. *derepente* origine ſua eſt ablativus a *repens*, & ita ſejungi debet, *de repente*, ut *ſubito* & *de ſubito*. quibus ablativis adverbialiter uſi fuere. *ſubpoſteaquam* neſcio ubi Cicero dixerit, forte in loco corrupto. nec Voſſius inter reliqua ponit lib. IV. de Analog. cap. XXIII. ceterum, *Pachino*, *Pachyno*, *Pachiuno*, *Pachynno* varie eſt in ſcriptis. ſed apud Serv. ad I. Aen. 35. & VI. 385. *Pachyuno* eſt in Mſſ. BURM.

290. FIDERE TERRAE. Linacer, *fidere terra.* ſed lectio vulgata Priſciani eſt, ut infra, *fidere nocti.* FABRIC. *Terra* Priſcianus lib. XVIII. ubi τὸ *fidere* tam cum ſexto, quam tertio caſu conjungi oſtendit. Aruſianus tamen Meſſius *terrae* agnoſcit. *fidens fugae* Virgilius XI. 351. *fugae fidens & caelum territat armis. fidens fugae.* III. Georg. 32. *fidentemque fuga* Parthum. *fidere illius.* Virg. Aen. X. 659. *Regina tui fidiſſima. huic rei.* idem Aen. VII. *jam fidere terrae.* in altero Menagii, *fidere terrae*: etiam in Moretano pro diverſa lectione. ſed *fidere* mutandum non eſt. lib. X. *fidens curibus clauſis.* HEINS. Conjecerat olim, *findere terram.* vid. XI. 351.

292. EFFUDIT. *Effundit* praeſtantiores noſtri. quod & Donatus exhibet ad Terent. Adelph. Act. I. Sc. 2. qui praeterea, *hanc effundit pectore vocem.* HEINS. *Dum quaſſans* alter Hamburgicus. vide Lucret. II. 1164. & ibi Lambin.

293. FATIS. *Factis* Waddel. Anim. Critic. p. 23. ſed de fatis diverſis egimus ad Ovid. I. Epiſt. 28. ad Lucanum, & alibi ſaepe.

Ibid. CONTRARIA. Vid. ad lib. IX. 136.

295. NUM. *Non* Sprotii, Bigotii & Wittian. *ſuccumbere* Mentelii prior & Menagii alter, *non capti* Menagii prior, Venetus Bigotii, Wittian. & duo alii. *nunc* Mediceus & Mentelii prior & a manu ſecunda. *nunc* & mox idem, *nunc incenſa. non* Venetus & Wittian. *creavit* Excerpta noſtra. *aut incenſa* Bigotii. *cremarat* Leidenſis. *non* & hic eſt in Parrhaſ. Catroeus hic in Virgilium invehitur, quod puerili imitatione hujus Oxymori ex Ennio dignitatem Epici carminis foedaverit. ſed quoties non ea figura Homerus & Tragici uſi fuere? ſed quia delicata Francorum gens haec non admittit, nec in vernaculam vertere linguam poteſt, hinc mavult latine reddere, an potuerunt captivitatem evadere. Manil. IV. 30.

Captus & a captis orbis foret.

non

59 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. dativo, aliter non, ut V. dativo ait. ut &, *fidere n.* Lipſ. 60 cogitantium Fabr. al. cogitantum, id eſt *ſtare* Dan. 61 deſunt Voſ. 62 dicta V. 63 capit autem caſſus R.

Feſſa jacent, odiis aut exſaturata quievi.
Quin etiam patria excuſſos infeſta per undas
Auſa ſequi, & profugis toto me opponere ponto.
Abſumtae in Teucros vires coelique mariſque.
Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vaſta Charybdis
Profuit? optato conduntur Thybridis alveo,
Securi pelagi atque mei. Mars perdere gentem

In-

SERVII.

299. PATRIA EXCUSSOS. Satis ſignate locutus eſt.

300. ME OPPONERE PONTO. Plus eſt, quam ſi diceret tempeſtates. ME autem, per [64] phyſiologiam imbres, tonitrua, tempeſtates.

302. AUT SCYLLA MIHI. Bene MIHI: ac ſi diceret: Etiam quae per ſuam naturam ſolent nocere, me rogante, [64] * minime obfuerunt.

303. CONDUNTUR TYBRIDIS ALVEO. [65] *Condi* proprie dicuntur, qui ſibi ſtatuunt civitatem. *Conduntur* ergo, ſedem ſtabilem locant. [66] [Salluſtius, *Parte conditor orbis terrarum.*] Et ſunt propria verba, quae nulla ratione mutantur: nam ut *ſacerdotes creari*, *virgines capi*, dicimus.

304. PELAGI. Propter illud VI. 84. *Sed terrae graviora manent.* MARS PERDERE GENTEM. [67] Bene belli & vaſtationis quaerit exempla in rebus hujuſmodi: ſicut in primo, naufragii. [68] Pirithous, Lapitharum rex, cum uxorem [69] duceret, vicinos populos Centauros, etiam ſibi cognatos, & deos omnes, excepto Marte, ad convivium convocavit: unde iratum numen immiſit furorem, quo Centauri & Lapithae in bella venerunt.

VARIORUM.

non male legeretur per interrogationem *non capti potuere capi?* an urbe capta Troes non potuere comprehendi & occidi, ut nullus evaderet? nam aliter Oxymorum poſtularet, *num capti potuere capere?* ſcil. Graecos. ſic Senec. de Vitra beata, de feris, venatu captis, quae dominos laniant, & *captae ceperunt*. BURM.

297. AT CREDO. Cenſeo rectius eſſe, *An, credo, mea numina tandem Feſſa jacent, odiis aut exſaturata quievi?* dicit enim ſe nec fatigatam deſtitiſſe, nec ſatiatam quieviſſe. *An credo*, in Ironiis vim habet. ut in Phormionem Act. V. Sc. ult. annotavimus. FABRIC. *At* Menagii prior & Wittian. *mea munera* Menag. alter. nihil muto. ſic *at puto*. vid. ad Suet. Veſp. XXIII. *credo* ironice poni vidimus ad VI. 848. BURM.

298. ODIIS AUT. *Haud* a Cariſio lib. I. Inſt. Gramm. agnoſcitur: ſed receptam lectionem Macrobius lib. IV. Saturn. cap. 2. eſt amplexus in ultima Pontani editione; nam vetuſtiores cum Cariſio faciunt: qui & recte illa proxime praecedentia, *medioſque per ignes Invenere viam*, ſine interrogationis nota legi oportere docet. *aut exſaturata* etiam in vetuſtioribus noſtris membranis comparet. HEINS. *Feſſa jacent odiis, aut* Vratiſlavienſis. *odiis haud exſaturata quierunt* Parrhaſ.

300. OPPONERE. *Exponere* Menagianus prior cum Pierianis. vide locum a me emendatum in Senecae Herc. Oetaeo 878. lib. III. Adv. 2. HEINS. *Me toto* Venetus, Dorvill. *me* deeſt alteri Hamburgenſi.

302. SYRTES. *Syrtis* duo Leidenſes, Hugenianus & primus Rottendorphius. *aut vaſta* Leidenſis in Catulli loco Carm. LXV. 156. legitur,

Quae Syrtis, quae Scylla vorax, quae vaſta Charybdis?

Voſſius edidit *Scylla rapax*: ut apud Ovid. XII. Epiſt.

64 Periſologiam Dan. *Περισσολογίαν* Fabr. al. 64 * vel, non potuerunt nocere Trojanis Lipſ. 65 ita condi dicuntur, qui ſtatuunt civitatem V. Salluſtii verba vitioſa. ſed in fragmentis ex libro IV. in Epiſtola Mithridatis legitur, *peſte conditor orbis terrarum*: & hic *peſtem* habet V. in R. L. Voſ. erat *ſte*, id eſt *per te*, ut clare in Lipſ. unde fecerunt *parte*. *parte conditor* Fabr. Douza, *peſti conditos*, id eſt in exitium orbis, quod praeferrem, in Lipſ. mox, virgines capidici. ita *condi* dicuntur, qui ſtatuunt civitatem. BURM. 66 deſunt Baſil. 67 hoc loco vaſtationis & belli quaerit templum in rebus hujuſmodi. dicit, potuit exempla, dicens Mars potuit illam delere gentem. item Diana Lipſ. a m. ſec. 68 Perithaeus R. 69 deduceret Steph. Dan.

Inmanem Lapithûm valuit: conceſſit in iras
Ipſe Deûm antiquam genitor Calydona Dianae:
Quod ſcelus aut Lapithas tantum, aut Calydona merentem?
Aſt ego magna Jovis conjunx nil linquere inauſum
Quae potui infelix, quae memet in omnia verti,
Vincor ab Aenea. Quod ſi mea numina non ſunt

Ma-

SERVII.

306. ANTIQUAM GENITOR CALYDONA DIANAE. Oeneus, Calydonis rex, de primitiis omnibus numinibus ſacrificavit, excepta Diana, quae irata aprum immiſit, qui cuncta [70] vaſtabat, donec a Meleagro occideretur. CONCESSIT autem, ideo dixit, ut oſtenderet minora numina, niſi impetraverint, nocere non poſſe. Statius de Venere: *Infandum natae* [71] [*conceſſit honorem.*]

307. QUOD SCELUS AUT LAPITHIS TANTUM, AUT CALYDONE MERENTE? Haec eſt vera lectio: ſic & [72] ſenſus procedit, ut uterque ablativus ſit: nam ſi *Calydona* legas, vitium erit, nec ſenſus [73] procedet. Scelus, autem, pro poena poſuit: ab eo, quod praecedit, id quod ſequitur, ut II. 229. *Et ſcelus expendiſſe merentem.*

309. QUAE POTUI INFELIX. Id eſt, nocens, [74] irata, ut contra: *Sis felix*, id eſt, propitia: ut etiam diximus ſupra.

VARIORUM.

Epiſt. 123. legitur. BURM.

303. CONDUNTUR. *Potiuntur* Venetus. ſed alterum praeſtat. ſic lib. V. 243. habuimus, *condi portu*. HEINS. *Potiuntur* eſt ex interpretatione: ita enim Nonius in *condere* exponit. aliter Servius, ſed puto male. non enim urbem in alveo, ſed ripa poſuere. BURM.

304. PERDERE. *Prendere* Leidenſis. & mox, *potuit* Bigotianus. & ita Schol. Stat. II. Theb. 563. ſed *valuit* Serv. ad I. Aen. 39. vid. ad Suet. Calig. XXXIV. BURM.

305. IRAS. *Iram* Francianus. & ita Lutatius ad Stat. V. Theb. 277. *in iras* i. d. *antiquas* Parrhaſ.

307. QUOD SCELUS AUT. In omnium vetutiſſimo Mediceo, a manu ſecunda:

Quod ſcelus aut Lapithas, tantum aut Calydona merentem.

fortaſſe ſcripſerat Maro,

Quod ſcelus aut Lapithis, tantum aut Calydoni merenti?

ut tertium caſum corripuerit ad exemplum Graecorum, quomodo *Colchidi* apud Naſonem in Ponticis & *Palladi* apud Statium Achil. torſit hic locus mirifice Priſcianum, cujus verba ex libro XVII. adſcribam. *His conjunctionibus inveniuntur contraria quaedam apud auctores, ut apud* Virgilium VII. *Quod ſcelus aut Lapithis tantum aut Calydona merentem. ſed melius hic quoque in quibuſdam Codicibus invenitur, quod ſcelus aut Lapithis tantum aut Calydone merente? vel aut Lapithis tantum, aut Calydona merentem.* paullo poſt idem duplicem hujus loci denuo ſcripturam agnoſcit. *aut Lapithis tantum aut Calydone merente*, & *aut Lapithas tantum & Calydona merentem.* apud Scholiaſten Statii Theb. I. 401. legitur *Calydona merentem.* Macrobius, qui praecedentia hunc locum & ſubſequentia accurate expendit, lib. IV. Saturn. cap. 2. hos duos aut tres verſus, quod mireris, omiſit; ſed cap. V. ejuſdem libri profert, & quidem ſic, ut *Calydone merente* cum vulgatis agnoſcat; niſi quod mendoſe illuc circumfertur in vulgatis exemplaribus, *conceſſit in aras.* ſed *iras* bene Thuaneus codex. in priore Hamburgico, Menagiano altero, & tertio Moretano pro diverſa lectione, *Lapithas & Calydona merentem.* quomodo Moretanus ſecundus in ipſo contextu. *merentes* etiam pro diverſa lectione prior Hamburgicus. *Lapithis & Calydona merentem* Sprotianus. *Calydone merentem* Montalbanius. *Calydona merente* Gudianus, prior Mentelius, Venetus & a manu prima prior Rottendorphius. ſi *Lapithas & Calydona merentem* vel, quod malim, *merentes*, admittimus, ut tam Lapithas quam Calydo-

na

70 vaſtavit V. Lipſ. 71 deſunt R. 72 vel caſus V. ſic & caſus praecedit Baſil. ſic & ſenſus praecedit Fabr. 73 praecedit V. Baſil. 74 deeſt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al.

Magna ſatis; dubitem haud equidem implorare quod uſquam eſt.
Flectere ſi nequeo Superos, Acheronta movebo.
Non dabitur regnis, eſto, prohibere Latinis,
Atque inmota manet fatis Lavinia conjunx.
At trahere, atque moras tantis licet addere rebus:
At licet amborum populos exſcindere regum.
Hac gener atque ſocer coëant mercede ſuorum.
Sanguine Trojano & Rutulo dotabere, virgo:
Et Bellona manet te pronuba. Nec face tantum

Ciſ-

SERVII.

311. IMPLORARE QUOD USQUAM EST. Ac ſi diceret, etiam humilia. Quod autem Juno ubique alieno uti introducitur auxilio, phyſicum eſt: natura enim aëris per ſe nihil facit, niſi aliena conjunctione, ventorum ſcilicet, qui creant nubes [75] & pluvias.

315. ATQUE MORAS TANTIS LICET ADDERE REBUS. Oſtendit deos [76] retardare poſſe fata; non penitus tollere, ut VIII. 399. [77] *Decemque alios Priamum ſupereſſe per annos.* Quae autem dicit, etiam a Creuſa dicta ſunt, ut II. 783. *Regnumque & regia conjux Parta tibi.*

318. SANGUINE TROJANO, ET RUTULO DOTABERE VIRGO. [78] Ambitioſae execrationes.

319. NEC FACE TANTUM. Tantummodo.

VARIORUM.

na merito plexas deſignet, ſubaudiendum erit praecedens verbum *perdidit*. quod tantum ſcelus aut Lapithas, aut Calydona merentes perdidit. HEINS. Immo *conceſſit* intelligendum puto cum Pierio. *Calydoni* vero, ultima brevi, vix probare audeo, quum in *Colchidi*, *Palladi* & ſimilibus ſyllaba penultima corripiatur, in *Calydoni* producatur. quare diſſimilia exempla videntur. *Quod merentem* vero capiendum eſt, ut apud Terent. Andr. I. I. 112. *Quid commerui? Lapithis tantum a Calydone merente.* Edd. Venet. & Mediol. *Lapithas tantum Calidone merente* Dorvil. & Wittian. Haec reſpexiſſe puto Statium lib. VII. Theb. 203. ubi Juppiter Baccho dicit;

Quin etiam invitus magna, ulciſcendaque paſſis,
Aut Lapithas Marti, aut veterem Calydona Dianae
Expugnare dedi.

ubi vide Barthii notas. ſi *ſcelus* cum Servio pro poena poſitum ſit, probare poſſem lectionem, a multis proditam,

Quod tantum ſcelus merentem (vel *merentes*)
Calydona aut Lapithas.

vide ad Valer Flac. II. 294. *Quod tantum* illuſtravimus ad Lucan. I. 660. *concedere* vero *in iras.* recte & Latine dici docebunt notae ſummi Gronovii ad Liv. XXXIII. 19. BURM.

308. LINQUERE. *Vergere* Menagii prior. *& quod potui.* ſed *quae* agnoſcit Serv. ad I. Aen. 330.

310. AENEA. Interrogationis notam ponit ſecundus Moreti, & alter Mentelii. *vincar* Mediceus a manu prima.

311. USQUAM EST. Τὸ *eſt* eleganter a priore Mentelio, primo tertioque Rottendorphiis relegatur. in Voſſiano altero, *explorare*. HEINS. *Explorare* etiam Hugenianus & prior Hamburgicus. *aut equidem* Mentelii prior. *eſt* deeſt Parrhaſ.

313. DABITUR REGNIS, ESTO. *Eſto regnis.* Ita mutatumus ex Heinſianis & Francianus. ſed Donatus ad Terent. Eun. III. I. 6. vulgatum ordinem agnoſcit. BURM.

315. AT TRAHERE. *Attrahere* Dorvill. *haec trahere* Lutatius ad Stat. IV. Theb. 677. credidit ille forte *trahere* abſolute non poſſe poni, quod etiam barbarum pronuntiat Harduinus: ſed an non *moras* utrique verbo poteſt accommodari, *trahe-*

re

75 & pluviae L. R. 76 tardare V. 77 vixque alios V. vixque alius R. mox, dixit Lipſ. 78 ambitioſa exſecratio L. ambitioſam exſecrationem Voſ. R. Baſil.

Ciſſeïs praegnans ignis enixa jugalis:
Quin idem Veneri partus ſuus, & Paris alter,
Funeſtaeque iterum recidiva in Pergama taedae.
Haec ubi dicta dedit, terras horrenda petivit:
Luctificam Alecto Dirarum ab ſede ſororum
Inferniſque ciet tenebris: cui triſtia bella,
Iraeque, inſidiaeque, & crimina noxia cordi.
Odit & ipſe pater Pluton, odere ſorores

Tar-

SERVII.

320. CISSEIS. Regina Hecuba ſecundum Euripidem Hecub. 3. filia *Ciſſei*, [79] quem Ennius, Pacuvius, & Virgilius ſequuntur. Nam Homerus, [80] [loquens de Aſio, Hecubae fratre,] *Dymantis* dicit: Αὐτοκασίγνητ۞ Ἑκάβης, υἱὸς δὲ Δύμαντος, Ὃς Φρυγίῃ ναίεσκε ῥοῇς ἐπὶ Σαγγαρίοιο. Ovidius etiam XI. met. 761. *Proles enixa Dymantis.*] Haec ſe facem parere in ſomniis vidit, & Parin creavit, qui cauſa fuit incendii. Ergo nunc hoc dicit: *Talis erit Veneri partus ſuus:* nam ſicut per Parin [81] Troja injuria conſumpta eſt, ſic per Aeneam reliquiae Trojanorum. Comparatio autem injurioſa: nam Veneri Hecubam, Parin Aeneae, Helenam Laviniae [82] comparavit. JUGALES. Conjugales, matrimonio [83] conceptos.

321. IDEM. Talis, ſimilis.

322. FUNESTAEQUE ITERUM RECIDIVA IN PERGAMA TEDAE. Sic tedae recidivae, [84] [ut Pergama.]

324. LUCTIFICAM ALECTO. Graecus accuſativus eſt. Hujus autem declinationis tres [85] tantum caſus uſurpamus, [86] genitivum ut Ἀληκτοῦς, *Alectus*, nominativum, & accuſativum, ut Ἀληκτώ, *Alecto*.

327. ODIT ET IPSE PATER PLUTON. Venerationis eſt, *ipſe pater:* nam Furiae, Acherontis & Noctis filiae ſunt.

VARIORUM.

re & addere moras? trahere moram dixit Ovid. IX. Met. 766. & *moram* hic agnoſcit Servius ad VIII. Aen. 398. & *addere moram* idem Ovidius XIX. Epiſt. 8. ſed ſit abſolute poſitum, ut paſſim verba activa ſine caſu occurrunt. ſi enim *trahi* ſimpliciter dicuntur quibus per moras quaſi illuditur, ut Lucan. IV. 222. *trahimur ſub nomine pacis*, & ita *trahere* ſimpliciter pro curru trahere, quae vox quum praeceſſiſſet, debuiſſet dicere, *bis ſenis equis illum trahentibus.* Sueton. Aug. XCIV. vide plura apud Heinſ. ad III. 207. & lib. I. Aen. 511. *operum laborem Partibus aequabat juſtis aut ſorte trahebat.* ubi *trahebat* abſolute ponitur, id eſt ſorte nomina virorum ex urna trahebat. nam *trahere laborem* ſi conjungas, erit dubia locutio, & idem eſt, quod lente laborare, ut III. Georg. 97. *fruſtraque laborem Ingratum trahit.* BURM.

316. EXSCINDERE. Hamburgenſis alter ex noſtris *excedere*, pro *excidere*. dictum lib. IV. 425. HEINS. *Excindere* Wittian *excidere* Hugenianus. *ac licet* prior Hamburgicus & Regius.

317. HAC GENER. Mediceus denuo repetit τὸ *at*. *At gener atque ſocer.* HEINS. Et Dorvill. & Wittian. *coiant* Mentelii prior, *hac gener*, *inde ſocer* Bigotianus. *f. Hac gener atque ſocer coëant mercede, duorum ſanguine, Tr.* &c. ut *Turni* & *Aeneae* caedem indicet, quibus deſponſata Lavinia fuerat. ita apud Phaedr. Prol. lib. III. pro *ſuos duos* conjecimus eſſe legendum. cogitaſſe Virgilium etiam de Caeſare & Pompejo credebat Cl. Dorvillius, quia alias etiam hiſtorias Romanas ob-

ſcure

79 Ciſſei ut in Ἑκάβη. Πολύδωρ۞ Ἑκάβας παῖς γεγὼς τῆς Κισσέως. Fabr. al. 80 ſecundum Homerum ſiſia Dimantis fuit. Dan. ambitioſa exſecratio eſt. Steph. haec fere tranſcripta ſicut in Scholiis in Statii Achill. I. 22. ſub nomine Lutatii. illa vero, *loquens d. H. H. fratre.* & mox, verba Homeri deſunt MSſ. Steph. & Dan. mox etiam, in ſomniis, deeſt Lipſ. 81 Troja inj. conſumpta ab eſt Voſ. Lipſ. a m. ſec. Steph. Troja conſumpta eſt L. Fabr. al. 82 comparat. V. L. Voſ. R. Steph. al. 83 & ſanguine conceptos Dan. 84 deſunt Dan. ſic recidivae, ut Pergama. Baſil. 85 deeſt V. L. Voſ. R. 86 nominativum, genitivum & accuſativum, ut *Alecto*, *Alectus*, *Alecto* V.

Digitized by Google

Tartareae monſtrum: tot ſeſe vertit in ora,
Tam ſaevae facies, tot pullulat atra colubris.
Quam Juno his acuit verbis, ac talia fatur:
Hunc mihi da proprium, virgo ſata Nocte, laborem,
Hanc operam, ne noſter honos, infractave cedat
Fama loco: neu connubiis ambire Latinum
Aeneadae poſſint, Italoſve obſidere finis.
Tu potes unanimos armare in proelia fratres,

At-

SERVII.

330. HIS ACUIT VERBIS. Inritavit, [87] [& inſtigavit] ejus inſaniam.

331. PROPRIUM. Aut tibi aptum: aut certe perpetuum, indefeſſum, uſque ad finem perducendum. Et ſciendum, ideo Furiae nihil pro praemio dari: quia praeſtatur hoc ipſum Furiae, ut bella commoveat: & ut dicatur defendiſſe Junonem.

332. INFRACTA. Aut valde fracta: aut quae fuit antehac ſemper infracta, ut XII. I. *Turnus ut infractos adverſo Marte Latinos.*

333. CEDAT FAMA LOCO. Vincatur. Cicero II. Catil. I. [88] *Loco ille motus eſt, cum eſt ex urbe depulſus.* AMBIRE LATINUM. Amplecti, circum retinere: & dictum eſt [89] non ab *ambitu*: nam *ambio ad illum* dicimus, non *ambio illum.*

335. TU POTES [90] UNANIMES. A majore ad minus.

336. VERSARE. Vertere: & uſus eſt [91] frequentativo ad vim augendam.

VARIORUM.

ſcure tangit. vid. Serv. ad II. Aen. 135. & alibi. BURM.

319. ET BELLONA. *At* Leidenſis. mox *praegnas* a manu prima Gudianus, Mentelii ſecundus & tertius, & Regius.

320. CISSEIS. *Praegnans Ciſſeis* Lutat. ad Statii I. Achil. 22.

324. ALECTO. *Allecto* Mediceus & caeteri omnes noſtri. *Divarum ab ſede Dearum Evocat.* eſt apud Cariſium lib. I. ſed *ſororum* utique praeſtat, etſi *Dearum* quoque Gudianus, Mentelianus prior, Voſſianus prior, alter Hamburgicus, & alter Menagianus, & a manu prima Mediceus exhibebant. HEINS. *Lethificam Alecto, & Dirarum* Parrhaſ. *Luctiferam* prior Hamburgenſis. *ſorores* recte Furias vocat. vid. ad Ovid. IV. Metam. 470.

328. TARTAREAE. Merula ad Ennii lib. I. Ann. p. 154. credit Virgilium hic & alibi, Enniana voce *Tartarinae* uſum. ſed puto Virgilium potius ſecundum uſum locutum, ut obſervat Servius infr. ad ℣. 514. ubi de Enniana voce cogitaſſe videtur. BURM.

329. TAM SAEVAE. *Quam ſaevae* prior Voſſianus. HEINS. *Tot ſaevae* alter Menagii, Zulichemius, Parrhaſ. & prior Hamburgicus pro varia lectione.

Ibid. PULLULAT ATRA. *Pullulat ora* Sprotianus. quod placet Heinſio & Catroeo. mox, *hic acuit dictis* Sprotian. & Ed. Venet.

331. HUNC. *Nunc* prior Voſſianus & Moretanus tertius. HEINS.

Ibid. VIRGO SATA NOCTE. Scaliger ad Varron. de L. L. p. 122. *Paludam* intelligit.

333. NEU. *Non* Venetus.

334. ITALOSVE. *Italoſne* Vratiſlavienſis. *poſſent* etiam Mediceus. *Italoſque* ſecundus Rottendorfius.

335. UNANIMES. *Unanimos* Mediceus & caeteri

87 deſunt V. 88 deeſt V. 89 non *ob ambitum* dixit L. V. R. Steph. *ob ambitu*, pro *ab* Voſ. nam *ob ambitum*, hoc dixit Fabr. al. hic ſine dubio aliquid vitii haeret: nam Servius ad. IV. Aen. 283. *ambio illum* recte dici docet: hunc vero locum profert, ut oſtendat etiam *ambio illam rem* dici. *ambio ad illum* nondum legi. haereo. in Lipſ. eraſa veteri ſcriptura, erat. Neque nuptiis imperandis Latinum poſſint amplecti, & circum retinere: non *ob ambitum* enim dixit *ambire*, nam *ambio ad illum* dicimus, cum *ob ambitum* dicitur, & ſignificatur cupio. non *ambio illum*: cum vero *ambio illum* dicimus, ſignificat inſidiis circumvenio, ut hic. BURM. 90 INANIMOS. V. L. Voſ. R. 91 frequentativa V.

Digitized by Google

Atque odiis verſare domos: tu verbera tectis
Funereaſque inferre faces: tibi nomina mille,
Mille nocendi artes. Fecundum concute pectus,
Disjice conpoſitam pacem, ſere crimina belli:
Arma velit, poſcatque ſimul, rapiatque juventus.
Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis
Principio Latium, & Laurentis tecta tyranni
Celſa petit, tacitumque obſedit limen Amatae:

Quam

SERVII.

337. TIBI NOMINA MILLE. Id eſt, facies, ut II. 558. *Et ſine nomine corpus. Mille* autem, ſecundum [92] Euripidem, in cujus tragoedia dicit [93] Furia, non eſſe unius poteſtatis, [94] [ſed plurimarum,] [95] ſe Fortunam, ſe Nemeſin, ſe Fatum, ſe eſſe Neceſſitatem. [96] Ita dicit etiam Aſper.

338. FOECUNDUM CONCUTE PECTUS. Plenum malitiae [97] efficacia.

339. COMPOSITAM PACEM. Quam [98] ſupra Latinus dederat. CRIMINA BELLI. Cauſſas, ut X. 188. *Crimen, amor veſtrum.*

341. EXIN. [99] [Statim, & eſt] adverbium ordinis. GORGONEIS autem peſſimis, ſaevis, a Gorgone.

343. TACITUM. Pro tacite; bene autem OBSEDIT, quaſi quae inſidiabatur.

VARIORUM.

teri vetuſtiores. ſic lib. IV. initio 8. *unanimam ſororem* ex optimis membranis habuimus. apud Claudianum *fratres unanimi* non ſemel occurrunt. hoc etiam loco *unanimos* Giphanius ex ſcriptis Indice Lucretiano in *proclivus*. HEINS. *Unanimes* Schol. Stat. lib. I. Th. 74. & Ed. Venet. & Ald. & codices multi.

336. VERSARE. Vid. ad II. Aen. 63. Trappius *evertere* reddit.

Ibid. VERBERA. Flagella interpretatur Dorvillius. vid. inf. 451.

337. FACES. *Acies* Oudartii. *tu nomina* Wittian.

338. FECUNDUM CONCUTE PECTUS. Imitatus Statius I. Achil. 543.

Tende animum vigilem, fecundumque erige pectus. ubi Scholiaſtes hunc Virgilii locum adducit, ſed in editione Lindenbr. vitioſiſſima, depravatum. idem VIII. Theb. 171. *Fecundaque pectora veri.* Sil. Ital. II. 539. *poenarum quidquid & irae Pectore fecundo coquitur tibi.* ubi plura ex Maronis imitatione. BURM.

339. DESJICE. *Diſſice* fere omnes ſcripti. vid. Guell. *disjice* Ed. Venet. & Gevart. II. Elect. 4. vid. I. Aen. 70.

340. ARMA VELIT. *Velit* animis, *poſcat* voce, *rapiat* manibus. inſigni brevitate haec tria jungit Poëta.

341. EXIN. *Ex hinc* Francianus & Parrhaſ. ita ſaepe apud Sueton. variatur. vid. ad Galb. 6. inf. VIII. 306.

Ibid. INFECTA. *Infacta* Gudianus. *infecta medullis* Menagii prior.

342. TYRANNI. *Latini* Parrhaſ.

343. OBSEDIT LIMEN AMATAE. Vetus nomen Latinum. ita Pontifex Maximus cum virginem capiebat Veſtalem, *Amata* inter capiendum ab illo appellabatur, quoniam quae prima capta eſt, hoc fuiſſe nomine traditur. Gellius Noctium Atticarum lib. I. cap. 12. ubi formulam Veſtalis capiendae habes, ſed apud Dionyſium Halicarnaſſeum, Plutarchum in Numa, & Feſtum,

alia

92 Euripidis Oreſtem, in cujus L. 93 furiae non ſe unius eſſe V. furias non eſſe L. R. Baſil. 94 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. 95 ſed ſe Fortunam, Nemeſin, fatum, neceſſitatem V. ſed ſe eſſe F. N. F. N. Voſſ. Steph. ſed Fortunam, ſed N. ſed F. ſed eſſe neceſſitatem Fabr. poſt *poteſtatis*, erat Lacuna in L. plurimarum. * ita factum ſecundum neceſſitatem. ita Aſper Baſil. 96 ita Aſper Voſ. R. Lipſ. Steph. 97 efficacis Baſil. 98 deeſt V. 99 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al.

Quam ſuper adventu Teucrûm Turnique hymenaeis
Femineae ardentem curaeque iraeque coquebant.
Huic Dea caeruleis unum de crinibus anguem
Conjicit, inque ſinum praecordia ad intima ſubdit:
Quo furibunda domum monſtro permiſceat omnem.
Ille, inter veſtis & levia pectora labſus,
Volvitur adtactu nullo, fallitque furentem,
Vipeream inſpirans animam. Fit tortile collo
Aurum ingens coluber, fit longae taenia vittae,
Innectitque comas, & membris lubricus errat.
Ac dum prima lues udo ſublabſa veneno

Per-

SERVII.

345. [1] [FEMINEAE. Vehementiſſimae, & impatientes.] CURAEQUE, IRAEQUE COQUEBANT. Perverſo ordine reſpondit: nam ira in Trojanos eſt; cura vero de nuptiis, & primo [2] adventu Teucrorum. [3] [*Coquebant* vero, macerabant.]

346. HUIC DEA. [4] Figura ὑπέρβατον: namque talis eſt ordo: Huic dea unum anguem in ſinum conjicit, & uſque [5] ad intima ſubdit praecordia, quae ſunt loca cordi vicina, quibus ſenſus percipitur. ANGUEM autem injecit, partem ſui, id eſt, furoris.

349. LEVIA. Pulchra.

350. ATTACTU NULLO. Sine morſu, [6] [ſine ſenſu.] FALLITQUE FURENTEM. Injicit furorem ſine accipientis ſenſu. *Furentem* autem, [7] ut furore teneatur: [8] nam nondum furebat.

352. TAENIA VITTAE. *Taenia*, eſt vittarum extremitas.

354. UDO SUBLATA VENENO. Hypallage [9] in ſenſu: venenum enim *udum* dixit, quod eſt de udo corpore: namque ſerpentum uda ſunt corpora, adeo ut, [10] qua eunt, viam humore deſignent.

VARIORUM.

alia omnia de primis Veſtalibus, qui *Amatae* in eo numero non meminerunt. caeterum in Gudiano & Mentelio altero a manu prima, *obſidit*, ut tertiae ſit conjugationis verbum, quo amat uti Virgilius. ſic paullo ante habuimus, *Italos obſidere fines.* & lib. IX. 159. *excubiis obſidere portas.* lib. XI. 516. *bivias obſidunt milite fauces.* ſic & *conſidere*, de quo verbo egimus ad Eclog. V. 3. & *inſidere*, de quo Aeneid. I. 79. *obſidere* ex membranis etiam lib. XII. 133. HEINS. *Obſidit* Bigotianus.

344. ADVENTU. Eryth. indic. *adventus* habet.

346. HUIC. *Hinc* Venetus.

347. SUBDIT. *Subdens* primus Rottendorphius. *mittit* Menagii prior.

349. ET LEVIA PECTORA. *Levia* Mentelii prior. *laevia* Gudianus. *devia* tertius Rottendorphius. *corpora* Venetus. mox *attractu* prior Hamburgicus & ſecundus Rottendorphius. *intactu* Gudianus a manu prima. *ac tactu* Zulichemius & Hugenianus. *a tactu* Francianus.

351. INSPIRANS. *Spirans* in Mediceo. HEINS.

353. INNECTITQUE. *Annectitque* Francianus.

354. UDO. Recte. ſimilis hypallage in hac voce inf. 533. *udae vocis iter. at dum* Menagianus prior, alter Hamburgicus, & Wittian.

355. PER-

1 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. ul. 2 adventum Teucrorum dixerat V. L. Voſ. R. Steph. al. 3 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. 4 figura perturbata V. L. R. Voſ. Steph. Dan. 5 ad ultima L. 6 deſunt L. R. Fabr. al. 7 quod Dan. 8 deeſt V. 9 ſenſus Dan. in ſenſu, veneno udo Lipſ. 10 quaqua Voſ.

Pertentat ſenſus, atque oſſibus implicat ignem;
Necdum animus toto percepit pectore flammam;
Mollius, & ſolito matrum de more, locuta eſt;
Multa ſuper nata lacrimans Phrygiiſque hymenaeis:
Exſulibuſne datur ducenda Lavinia Teucris,
O genitor? nec te miſeret nataeque, tuique?
Nec matris miſeret, quam primo aquilone relinquet
Perfidus, alta petens abducta virgine, praedo?
At non ſic Phrygius penetrat Lacedaemona paſtor,
Ledaeamque Helenam Trojanas vexit ad urbes.
Quid tua ſancta fides, quid cura antiqua tuorum,

Et

SERVII.

357. SOLITO MATRUM DE MORE LOCUTA EST. [11] Nondum ad plenum furebat: unde per muliebrem iracundiam miſta aſperitate loquebatur: nam hoc eſt, *matrum de more:* Paulo poſt [12] enim vero furore quatietur.

359. EXSULIBUSNE DATUR? Propter [13] diſſuaſionem [14] ſignate loquitur, *exſules* vocans eos, qui propria regna repetebant. DUCENDA. Abducenda. PRAEDO. Quaſi piratam dicit hominem diu [15] in mari morantem.

363. AT NON SIC PHRYGIUS. Legitur [16] & AN NON; ſed hoc abſolutum eſt. Si autem AT legeris, [17] copulativa particula eſt, ad ornatum ſolum pertinens. Horatius Epod. V. I. *At o deorum quidquid in coelo regit Terras, & humanum genus.*

VARIORUM.

355. PERTENTAT. *Praetentat* Zulichemius.

356. PERCEPIT. *Totam praecepit corpore* Venetus. *flammas* tertius Mentelius & Regius.

357. LOCUTA EST. Non agnoſcit ſubſtantivum verbum Mediceus. HEINS.

358. SUPER NATA. *Super natae*, nimirum hymenaeis, quatuor Moretani, alter Voſſianus, tres Rottendorphii, alter Mentelius, Sprotianus & Montalbanius, quomodo infra 398. *natae Turnique canit hymenaeos.* at in Mentelii priore, *ſuper natae lacrimis.* HEINS. *Super natae lacrimans* Regius & Wittian.

360. NATAEQUE. *Gnatique* mendoſe apud Probum Art. Gramm. *Gnataeque* nonnulli ex noſtris vetuſtioribus. deinde, *Nec matris miſerae* in Veneto. HEINS.

361. PRIMO. *Primum* Regius, duo Rottendorfii, & Leidenſis.

362. ABDUCTA. *Abrepta* ſecundus Rottendorphius. HEINS. *Adducta* Parrhaſ. *abrepta* apud Serv. ad x. Aen. 774. quidam codices.

363. AT NON. *An non* Mediceus, & alii quatuor aut quinque minoris rei. ſed fruſtra: ut monebimus lib. IX. 144. in eodem Mediceo, *Phrygios.* HEINS. *At num* alter Hamburgicus. *Phrygios* etiam Mediceus. *penetrat* pro *penetravit* capit Trappius. ut lib. XI. 403. *tremiſcunt* pro tremuerunt.

364. VEXIT AD ARCES. *Ad urbes* Mediceus, cum caeteris omnibus. quod ipſum Donatus quoque & Beda agnoſcunt, ubi agunt de tropis. nec non Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. III. Od. 3. &

11 Iracundia: nam hoc eſt matrum de more mixta aſperitate loquebatur. nam paulo &c. L. R. ſed hic, iracundiam Baſil. haec iracunde nondum ad pl. f. unde per muliebrem iracundiam. (nam eſt de matrum more) mixta aſ. loq. nam paulo Fabr. 12 deeſt V. L. Voſ. R. Baſil. *vero* deeſt Steph. Dan. 13 diſſuaſiones V. 14 figurate Steph. Dan. 15 in mare R. 16 *annon ſic.* ſed V. L. Voſ. R. 17 inceptiva V. & puto rectius, ex Horatii exemplo. vid. Heinſ. ad Ovid. XII. Epiſt. I. & ita noſter. 2. Aen. 340. vel legendum, non eſt copulativa. BURM.

Et conſanguineo toties data dextera Turno?
Si gener externa petitur de gente Latinis,
Idque ſedet, Faunique premunt te juſſa parentis;
Omnem equidem ſceptris terram, quae libera noſtris
Diſſidet, externam reor, & ſic dicere Divos.
Et Turno, ſi prima domus repetatur origo,
Inachus Acriſiuſque patres, mediaeque Mycenae.
His ubi nequidquam dictis experta, Latinum
Contra ſtare videt, penituſque in viſcera lapſum
Serpentis furiale malum, totamque pererrat;

SERVII.

366. QUID CONSANGUINEO. Filius enim eſt Veniliae, ſororis Amatae.

367. SI GENER EXTERNA PETITUR DE GENTE LATINIS. De qualitate tranſit [18] ad finem: nam [19] vult Turnum extraneum eſſe [20] definire per callidam argumentationem: quia imperio Latini non [21] ſubjacet; cum oraculum de Latinis omnibus caverit. Poſtea etiam [22] huic argumento alia ſubvenit argumentatione, Turnum Graecum eſſe, [23] [ab Acriſio ortum] commemorans: per quod duas res agit latenter: nam dicendo originem conſiderandam, docet & Turnum Graecum eſſe, [24] ab Inacho & Acriſio; & Aeneam Latinum [25] a Dardano.

368. PREMUNT TE JUSSA. Urgent, [26] in hoc compellunt. [27] [JUSSA. Sortes, oracula.]

372. INACHUS ACRISIUSQUE PATRES. Danaë, Acriſii regis Argivorum filia, poſtquam eſt a Jove vitiata, pater eam intra arcam incluſam praecipitavit in mare: quae delata ad Italiam, inventa eſt a piſcatore cum Perſeo, quem illic enixa fuerat, & oblata [28] regi, qui eam ſibi fecit uxorem: cum qua etiam Ardeam condidit, a quibus Turnum vult originem [29] ducere.

VARIORUM.

3. & lib. IV. Ode 9. HEINS. Et Francianus & Wittianus.

365. CURA. *Jura* Parrhaſ. *& jura* Venetus. ſic haec tria jungit Ovid. II. Ep. 31.

Jura, fides ubi nunc, commiſſaque dextera dextrae?

Stat. I. Achil. 463.

Jura, fidem, ſuperos, una calcata rapina.

& alibi has voces commutatas vidi, apud Lucanum & Claudianum. nil tamen moveo. *& cura* Wittian. & Venetus. male. vid. ſupr. IV 368. & ſaepe alibi ad Ovidium & Lucanum. BURM.

367. GENER. *Genus* Parrhaſ. *patitur* alter Menagii.

369. LIBERA. *Subdita* Parrhaſ.

370. DISSIDET. *Deſidet* Regius. male. eadem varietas apud Senec. Oedip. 620. ubi Gronovius docet *diſſidere* procul remotum eſſe. BURM.

Ibid. DICERE. *Poſcere* Mediceus a manu prima. etiam Gudianus pro diverſa lectione. quod non eſt de nihilo. ut lib. VIII. 512. *quem numina poſcunt*. & paullo ante 477. *fatis huc te poſcentibus affers*. lib. XI. 901. *ſaeva Jovis ſic numina poſcunt*. ſed & *dicere* pro praedicere, de quo ad Eclog. I. 17. HEINS. *Poſcere* Parrhaſ. apud Tacitum XI. Ann. 3. *caritatem annonae dixiſſet*, ubi alii, & ipſe Heinſius *praedixiſſet* corrigunt, niſi quod hic *praedixiſſe*. Etſi quidam mallet *poſcere* etiam

18 ad definitionem Fabr. 19 deeſt & mox, argumentationem contendit, dicens eum imperio Latini non ſubjacere V. 20 diffinire Steph. Dan. 21 ſubjaceat Baſil. 22 huic occurrit L. R. Baſil. occurrit Fabr. 23 deſunt V. R. ortum vero deeſt L. Voſ. Lipſ. Steph. mox, res ait latenter Lipſ. 24 ab Inacho Acriſio Voſ. Steph. eſſe ab Acriſio Lipſ. Graecum omiſit Dan. 25 eſſe a Steph. 26 in hoc loco Dan. 27 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. al. 28 Regi Pilumno, qui eam Fabr. al. 29 deducere V.

Tum vero infelix, ingentibus excita monſtris,
Inmenſam ſine more furit lymphata per urbem:
Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent: ille actus habena
Curvatis fertur ſpatiis: ſtupet inſcia ſupra
Inpubeſque manus, mirata volubile buxum:
Dant animos plagae. Non curſu ſegnior illo
Per medias urbis agitur populoſque feroces.
Quin etiam in ſilvas, ſimulato numine Bacchi,

Ma-

SERVII.

377. SINE MORE FURIT. Sine exemplo: & [30] hoc jam contra decus eſt regium. LYMPHATA. Percuſſa furore Lympharum, ſicut [31] *Cerritos* a *Cerere* dicimus.

378. TURBO. [32] Catullus *hoc turben* dicit, [33] ut *hoc carmen*. Hic turbo, unde *turbinis* facit: nam ſi *turbonis* [34] ſit, erit a proprio nomine genitivus: [35] ſut Horatius I. Sat III. 110. *Turbonis in armis.*

382. IMPUBISQUE MANUS. Aut multitudo puerorum: aut a parte totum poſuit, ut pro manu puerum ipſum intelligas.

385. SIMULATO [36] NUMINE BACCHI. Talem patiebatur furorem, ut ſperaret ſe Liberi ſacra celebrare: non enim ipſa ſimulabat, quod eſt ſanorum: nam & paulo poſt dicturus eſt 405. *Alecto ſtimulis agit undique Bacchi.*

VARIORUM.

etiam firmari ex II. Aen. 121. *quem poſcat Apollo.* BURM.

371. TURNO. *Turni* Sprotianus & Montalbanius. *Aeterno ſi* Parrhaſ. *ſi prima domo* MſT. Servii ad VI. Aen. 88. mox, *Acriſiuſque pater* Oudartii. & ita citat Interpres Crucquianus Horatii ad lib. II. Od. 3. BURM.

374. LAPSUM. *Lapſum eſt* Montalbanius, & ſecundus Rottendorfius.

376. INGENTIBUS EXCITA MONSTRIS. *Magnis exercita monſtris*, pro diverſa lectione Gudianus. HEINS. Mox *Ingentem ſine* Oudartii, quae gloſſa eſt. forte *incenſam*, nam Statius qui ex fonte Virgiliano ſua, teſte Lutatio, derivavit, IV. Th. 382. *Erectam attonitis implet clamoribus urbem.* BURM.

378. CEU QUONDAM. De hac comparatione vid. Segraeum, & H. Steph. diſſert. de Criticis pag. 113.

Ibid. SUB VERBERE. Chariſius apud Siledum legit *verber*: attamen ait ſtulte dictum. FABRIC. *Sub verbera* Ed. D. Heinſii. *toto* etiam Menagii prior. vid. III. Georg. 106. & Loenſ. VII. Ep. 23. & Brouckh. ad Tibul. I. V. 3. ad Ovid. Ibin 161.

379. MAGNO. *Magni* alter Hamburgicus. *in magno* Francianus & Regius & tertius Rottendorfius.

381. STUPET INSCIA. Longe elegantius Mediceus & Mentelii uterque, & caeteri noſtri, duobus aut tribus recentioribus exceptis, *ſtupet inſcia ſupra*, *Impubeſque manus.* quod in ſuis etiam Pierius invenit. τὸ *ſupra* graphice deſignat pueros turbini intentos & quodammodo incumbentes, prae ſtudio & ardore luſus: praeterea, *impubiſque*, uterque Hamburgicus, Menagianus prior & Moretanus tertius. HEINS. *Curvatus* & *ſupra*

30 hoc etiam L. Fabr. al. vide de hoc decoro H. Steph. Diſſert. de Criticis pag. 105. 31 *Ceritos* Steph. Dan. al. *Cyrritos* Voſ. R. *Ceveritos* Dan. 32 pro Catullo, legendum eſſe Tibullum, apud quem lib. I. Eleg. V. 3. Julius Romanus legendum eſſe *Turben* contendit, notaverat Nanſius. ſed vide ibi notas Brouckhuſii. 33 ut *carmen* eſt V. 34 facit V. 35 deſunt V. L. Voſ. R. Baſil. & Lipſ. qui etiam, *genitivus*, non habet. 36 NOMINE. Dan.

Majus adorta nefas, majoremque orſa furorem,
Evolat, & natam frondoſis montibus abdit;
Quo thalamum eripiat Teucris, taedaſque moretur:
Evoe Bacche, fremens, ſolum te virgine dignum,
Vociferans. Etenim mollis tibi ſumere thyrſos,
Te luſtrare choros, ſacrum tibi paſcere crinem.
Fama volat: Furiiſque adcenſas pectore matres
Idem omnis ſimul ardor agit, nova quaerere tecta.
Deſeruere domos: ventis dant colla comaſque.
Aſt aliae tremulis ululatibus aethera conplent,
Pampineaſque gerunt incinctae pellibus haſtas.
Ipſa inter medias flagrantem fervida pinum

Su-

SERVII.

388. [37] QUO. Ut.

389. EVOHE BACCHE. [38] Bacchantis vox eſt.

390. TIBI SUMERE [39] THYRSOS. Pro [40] ſumebant: & ſunt infiniti pro indicativis.

396. PAMPINEAS HASTAS. Pampinis tectas. INCINCTAE PELLIBUS. [41] Nebridum ſcilicet.

397. PINUM SUSTINET. Facem pineam; [42] ut fiebat in Liberalibus.

VARIORUM.

ſupra Francianus. *curvatus f. ſp. ſtupet inſcia turba* Dorvill.

383. NON. *Nec* Parrhaſianus. *ipſo* prior Hamburgenſis.

384. AGITUR. *Agitat* Zulichemius, ſuperſcripto *ſe*.

385. SILVAS. *Silvis* Wittianus, & Mediceus a manu prima. ſed *ſilvas* plerique. ut mox 404. *inter ſilvas*.

386. ADORTA. *Adorſa* Gudianus, alter Mentelius, duo Voſſiani, tres Rottendorphii, & alii quinque aut ſex. ſimilis ſcripturae diverſitas occurrit libr. VI. 397. HEINS. *Orſa furorem* Francianus, an *auſa. adorta* Parrhaſ. vid. ad lib. VI. 397. *majoremque exorſa* Ed. Venet.

387. EVOLAT. *Avolat* primus Moretanus. HEINS. *Montoſis frondibus* Menagii primus. *addis* ſecundus Moretanus. hic verſus in Parrhaſiano codice poſtponitur ſequenti.

388. QUO THALAMUM. *Qui* in altero Hamburgico ἀσχημόνως. vide lib. I. Aen. 680. HEINS. *Thalamo* Moreti primus a manu prima. male. vid. lib. IV. 18.

389. EUOHE. Acclamatio Bacchica εὐοῖ. Alii dictum volunt, quaſi εὖ υἱέ. his enim verbis Jovem gratulatum Bacchi filio, re bene geſta, ex bello Giganteo revertenti. FABRIC. Scripti vetuſtiores *Euhoe*; ſed cum Graecis ſit εὐοῖ, recte Pierius vidit *Evoe* per diphthongum ſcribi oportere. ſic in vetuſtiſſimo Germanici Arataeorum codice *Arctoe* pro Ἄρκτοι. & in Terentianis membranis *Adelphoe*, *Adelphi*. & in Cenſorino *Spartoe* pro Σπαρτοί. HEINS. Wittian. & Ed. Venet. *Euhoe* Medic Franc. vid. Torr. ad Horat. II. Od. 145. *Heuhoe Bacche furens* Menag. prior.

390. ETENIM. *Suadet* Menagius prior.

391. CHOROS. Aut eſt Ellipſis, *Te*, id eſt, propter te, tui honoris cauſſa: aut, *Te luſtrare choro*, quod eſt in duabus editionibus antiquis, Veneta,

37 quod ait euhoe L. 38 Bacchantum V. 39 *Thyrſus*, genus eſt Cymbali in modum feneſtrae quadratae factum, quod ab utraque manu tenetur, & tam aperiendo, quam etiam claudendo ſonat. Graece enim feneſtra *Thyrſis* dicitur V. Lipſ. Inepti hominis expoſitio, qui confudiſſe videtur Θύρσον & Θύριον, quod pro feneſtra poni apud Graecos ſolet. BURM. 40 ſumebat V. Tyrſos ſumere, id eſt *ſumebat* &c. Lipſ. 41 nebridas V. nebridarum Voſ. Steph. 42 ſicut in liberalibus fit Dan. fiebat V.

Suſtinet, ac natae Turnique canit hymenaeos,
Sanguineam torquens aciem; torvomque repente
Clamat: Io matres, audite ubi quaeque, Latinae.
Si qua piis animis manet infelicis Amatae
Gratia, ſi juris materni cura remordet;
Solvite crinalis vittas, capite orgia mecum.
Talem inter ſilvas, inter deſerta ferarum,
Reginam Alecto ſtimulis agit undique Bacchi.
Poſtquam viſa ſatis primos acuiſſe furores,
Conſiliumque omnemque domum vertiſſe Latini:
Protenus hinc fuſcis triſtis Dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur urbem

Acri-

SERVII.

398. NATAE TURNIQUE CANIT HYMENAEOS. Hic aperte expreſſit dementiam: nam cum conſecraverit filiam Libero, hymenaeum canit ejus ac Turni. [43] [*Hymenaeum* autem, nunc] carmen nuptiale [44] dixit.

399. TORVUM. [45] torve. Io. Vox clamantis: & eſt tragicus ſermo.

401. PIIS ANIMIS. Id eſt, maternis.

403. CRINALES VITTAS. Quae ſolarum matronarum erant: nam meretricibus non dabantur.

406. ACUISSE FURORES. Ut ſupra 330. *Quam Juno his acuit dictis.*

407. CONSILIUMQUE OMNEMQUE DOMUM VERTISSE LATINI. Quod habuerat, ut, filiam [46] dando Aeneae, bella removeret, quae ſignificaverat fumus augurii.

VARIORUM.

neta, quam emendavit Baptiſta Egnatius, Argentoratenſi, quam Nicolaus Gerbelius. FABRIC. *Choro* Leidenſis & Excerpta noſtra. *choris* Ed. Mediol. in Vratiſlav. ſequebatur hunc verſum hemiſtichium, *Reginam accenſam.* & *luſtrare* Francian. *paſcere*, nutrire exponit Lutatius ad Statii III. Theb. 255. ubi videndus Barthius, qui virgines nupturas crinem conſecraſſe docet. & ideo nunc paſcebat, poſtea retondendum. *creſcere* primus Rottendorfii a manu ſecunda. BURM.

392. ACCENSAS PECTORE. Conjeceram diu a manu Virgiliana eſſe, *accenſas pectora*, ſollemni Poëtis Graeciſmo. quod poſtea totidem literis a Rottendorphiano vetuſtiori confirmatum animadverti, & a Moretano ſecundo. HEINS. Et Hugenianus, *pectora.*

394. DOMOS. *Domus* in Gudiano alteroque Mentelio, & primo Rottendorphio. HEINS.

395. AST ALIAE. *Aſt illae* Mediceus a manu ſecunda. HEINS.

397. FERVIDA. *Vertice* ſecundus Moreti.

399. TORQUENS. *Volvens* Scholiaſtes Statii Theb. IV. 378. quomodo, IV. Aeneid. 643. noſter de Didone. *volvens* etiam in Sprotiano legebatur. HEINS.

400. UBICUMQUE. Priſcianus legit, pro *ubicumque*, *ubi quaeque*, nec aliter manuſcriptum noſtrum. FABRIC. *Ubi quaeque* ſcripſi noſtri vetuſtiores, cum omnibus Pierianis, & Priſciano, qui *ubi quiſque* dici ex hoc Maronis loco evincit, & probat Voſſius de Analog. lib. IV. cap. 9. forte, *ubi quaque*. in priſcis tamen editionibus exſtat, *audite ubicunque*, quomodo Voſſianus alter, prior Menagianus & Venetus, eamque ſcripturam plu-

ribus

43 deſunt V. 44 dicit V. Hymenaeus a. n. c. n. dicitur Dan. 45 torve dixit V. 46 donando V.

Digitized by Google

Acriſionaeis Danaë fundaſſe colonis,
Praecipiti delata noto. Locus Ardea quondam
Dictus avis: & nunc magnum manet Ardea nomen.
Sed fortuna fuit. Tectis hîc Turnus in altis
Jam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Alecto torvam faciem & furialia membra
Exuit: in voltus ſeſe transformat anilis,
Et frontem obſcaenam rugis arat. Induit albos

Cum

SERVII.

410. ACRISIONEIS DANAE. Patronymicon eſt: [47] [nam filiam Acriſii ſignificat;] [48] non *Acriſioneis colonis:* [49] ſola enim venerat, non cum colonis.

411. PRAECIPITI DELATA NOTO. [50] Intra arcam, ut diximus ſupra. [51]

412. MAGNUM TENET ARDEA NOMEN. Bene alluſit: nam *Ardea*, quaſi *ardua* dicta eſt, id eſt, magna & nobilis: licet Hyginus in Italicis urbibus ab augurio avis [52] *ardeae*, *Ardeam* dictam velit. Illud namque Ovidii in [53] Metamorphoſi XIV. 574. fabuloſum eſt, incenſam ab [54] Annibale *Ardeam*, [55] in hanc avem eſſe converſam. Sciendum tamen, *Ardeam* [56] per Antiphraſin dictam, quod brevitate [57] pennarum altius [58] non volat. Lucanus: V. 553. *Quoque auſa volare, Ardea ſublimis pennae confiſa natanti.*

416. MEMBRA EXUIT. Bene *exuit:* nam dii, cum volunt videri, induunt ſe corporibus, propter mortalium oculos: nam incorporei ſunt.

417. ALBOS CUM VITTA. Id eſt, etiam vittas albas.

VARIORUM.

ribus exemplis adſtruebam olim curis prioribus ad Naſonis lib. II. Art. Amat. 627. Livius tamen lib. XXIV. *quantum copiarum & ubi quaeque eſſent.* Naſo lib. III. Amor. Eleg. X. 5. *Te Déa munificam gentes ubi quaeque loquuntur.* ita illic omnium optimus Puteaneus codex, quod curis prioribus monere neglexi. & ita in loco lib. II. Art. Amat. quem modo deſignabam, caſtigandum eſſe audacter aſſevero, *Scilicet excuties, omnes ubiquaeque puellas,* cum in vulgatis ac ſcriptis vetuſtioribus legatur, *omnes ubiquaeque puella eſt.* in nonnullis etiam membranis haud contemnendis, *omnes ubicumque puellas.* plura qui deſiderat conſulat annotata doctiſſimi Gronovii ad Plauti Aulular. II. II. 21. qui & in Soteriis Rutilii apud Statium, ſcribendum opinatur, *legeſque urbeſque ubi quaeque togatae.* Idem nos pronuntiamus de altero loco Statii Theb. XI. 183. ubi nunc circumfertur, *conveniant ubicumque nurus matreſque Pelaſgae.* caeterum in editione Juntarum Florentina ex veterrimo codice caſtigata, *matres audite, ubi quaeque Latinae.* HEINS. *Ubicumque* tuetur Barthius ad Statii ultimo loco adductum verſum. & habent Dorvill. Parrhaſ. & Ed. Venet. *ubique* Wittian. *audite quaeque* Francianus.

406. POSTQUAM. *Pluſquam* ſecundus Menagii.

407. CONSILIUMQUE. *Conciliumque* Montalbanius. HEINS.

408. FUSCIS. *Fulvis* in priore Menagiano. opinor, *furvis alis.* HEINS. Sed *fuſcas* alas Nocti

dat

47 deſunt V. R. L. Voſ. Lipſ. 48 nam male putant, *Acriſioneis colonis.* Voſ. Steph. Dan. nam *Acriſioneis* R. refutat hic Servium *Salmaſ.* Exercit. Plin. pag. 41. qui oſtendit, *Acriſioneis* non poſſe eſſe patronymicum, ſed legendum *Acriſionaeis colonis.* quem vide. 49 cum ſolam eam inveniſſe conſtet. V. Lipſ. a m. ſec. 50 intro V. 51 & ut a plurimis dicitur Dan. vid. ſupr. 372. 52 deeſt R. L. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. *Ardeam*, vero deeſt V. Hyginum vero, qui hic & alibi apud Servium de urbibus Italiae ſcripſiſſe dicitur, diverſum eſſe ab Hygino, qui fabulas ſcripſit, & antiquiorem cenſet Delrius ad Senec. Herc. Fur. ℣. 337. BURM. 53 Metamorphoſeos V. L. R. Voſ. 54 ab Aenea dicit Ovid. XIV. Metam. 574. vide Salmaſ. d. l. & Micyll. & Ciofan. ad Ovid. loca. 55 & in hanc Fabr. al. 56 κατὰ antif. L. R. Voſ. Fabr. al. 57 pinnarum, & mox, *pinnae* L. Voſ. R. V. 58 volare non poteſt V. Lipſ. a m. ſec. in Lucano legitur, *quaque auſa.* & ita hic Lipſ.

Cum vitta crinis: tum ramum innectit olivae.
Fit Chalybe, Junonis anus templique ſacerdos;
Et juveni ante oculos his ſe cum vocibus offert:
Turne, tot incaſſum fuſos patiere labores,
Et tua Dardaniis tranſcribi ſceptra colonis?
Rex tibi conjugium, & quaeſitas ſanguine dotes
Abnegat: externuſque in regnum quaeritur heres.
I nunc, ingratis offer te, inriſe, periclis:

Tyr-

SERVII.

418. RAMUM INNECTIT OLIVAE. Aut coronam accipit: aut ramum [59] illigat vittis. Quod aperte in octavo ℣. 128. oſtendit. [60] *Et vitta comptos voluit praetendere ramos.* Supra etiam ℣. 237. *Praeferimus manibus vittas.*

419. JUNONIS ANUS TEMPLIQUE SACERDOS. [61] [Ordo eſt: ut] Junonis templi anus ſacerdos.

421. FUSOS PATIERE LABORES? Probus de Temporum connexione libellum compoſuit, in quo docet, [62] quid cui debeat accommodari: ex quo intelligimus, hanc, quam fecit, arduam eſſe connexionem: nam *patiere* futuri temporis eſt; *fuſos* vero participium eſt praeteritum. Dicit autem: Patieris, ut tot tui labores fundantur incaſſum, id eſt, in irritum cadant. *Incaſſum* autem tractum eſt [63] a *caſſibus*, id eſt, retibus.

422. TRANSCRIBI. Tradi. [64] Sermo autem hic tractus eſt de pecunia: nam *ſcribi*, eſt dari. Horatius II. Sat. III. 69. *Scribe decem* [65] *Nerio. Non eſt ſatis: adde Cicutae.* [66] *Reſcribi*, reddi. Horatius ibid ℣. 76. *Dictantis quod tu nunquam reſcribere poſſis.* [67] [Terentius Phorm. V. VII. 29. *Argentum illud denuo reſcribi jube, Phormio.*]

424. QUAERITUR HAERES. De Jure traxit, ut non *generum*, ſed *heredem* diceret: nam per coëmptionem facto matrimonio ſibi invicem ſuccedebant.

VARIORUM.

dat lib. VIII. 369. ubi nulla in ſcriptis varietas.

409. QUAM. *Qua* Parrhaſ. vid. ad ℣. 477.

410. ACRISIONEIS. Immo *Acriſionaeis*, ab *Acriſio*, *Acriſione*; quomodo in elegia Maronis ad Meſſallam, *Non Inachis Acriſione.* inde Ἀκρισιωναῖος. aut nugatur, aut depravatus eſt hoc loco Servius, qui *Acriſionaeis* male cum *colonis* conſtrui, & eſſe patronymicum contendit. HEINS.

Ibid. DANAE. *Dane* nonnulli codices & Edit. Ald. & Juntina. *Daphe* Vratiſlavienſis.

412. MAGNUM. *Tantum* alii apud Taub. male. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. I. 293.

Ibid. TENET. *Manet* in ſcripis omnibus, excepto Sprotiano & priore Voſſiano. HEINS. *Tenet* Bigotianus, & Mediceus a manu prima.

413. FORTUNA FUIT. Id eſt decidit ab antiquo flore, ut nomen tantum ſuperſit. male Catrocus. Stat. V. 27. *Tranſierit fortuna licet.* ita *fuimus Troes*, *fuit Ilium* II. 325. alio ſenſu lib. IX. 14. III. 16. BURM.

414. MEDIAM NIGRA. *Media nigram* Gudianus. HEINS. *Capiebat* ſecundus Moreti. an, *jam media nigram. jam nigra mediam* Francianus. *media nigra* Parrhaſ. Regius & Wittianus.

416. EXUIT, IN VOLTUS. *Exit, & in vultus* eſt in Pierianis quibuſdam, ut lib. VIII. 65.

Hic mihi magna domus celſis caput urbibus exit. ſi tamen locus ille eſt ſanus. lib. XI. 750. *vim viribus exit.* ſed enim cum & codices noſtri omnes pro recepta ſtent lectione & alias monuerim, ſollemne huic noſtro Maroni eſſe, ut τὸ *&* faciat ſubintelligi prolatae orationi, vulgatam lectionem ſollicitare non auſim. HEINS. *Exuit, in vultus & ſe*

Ve-

59 ligat V. 60 *ut vitta* V. in fine addit Lipſ. nam niſi vittae eſſent albae, ſicut & crines, non diceres, *induit albos cum vittae, ut vitta.* ſed, *induit albos crines vitta.* 61 deſunt L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Fabr. al. ordo, ut Junonis Dan. 62 quod V. R. Steph. Dan. 63 a retibus. quae *caſſes* vocantur Dan. 64 ſermo hic tractus de V 65 *Manerios* V. *Annerio* Voſ. *Anerio* R. *a Nerio* L. ut legi debet. 66 *ſcribi* vero reddi V. *reſcribere* reddi Voſ. *deſcribere* reddi R. 67 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan.

Tyrrhenas, i, ſterne acies: tege pace Latinos.
Haec adeo tibi me, placida quum nocte jaceres,
Ipſa palam fari omnipotens Saturnia juſſit.
Quare age, & armari pubem portiſque moveri
Laetus in arma para, & Phrygios, qui flumine pulchro
Conſedere, duces, pictaſque exure carinas.
Coeleſtum vis magna jubet. Rex ipſe Latinus,
Ni dare conjugium, & dicto parere fatetur,
Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.
Hîc juvenis, vatem inridens, ſic orſa viciſſim

Ore

SERVII.

426. TYRRHENAS, I, STERNE ACIES. Ut IV. 381. *I, ſequere Italiam ventis.* Sane notum eſt, [68] bello multum potuiſſe Tyrrhenos, & fuiſſe praecipue infeſtos Latinis, ut VIII. 55. *Hi bellum aſſidue ducunt cum gente Latina.*

427. HAEC ADEO TIBI ME. [69] Addidit auctoritatem, quia ſcit [70] anui credi difficile. *Adeo* autem valde, ſcilicet juſſit, ut Terentius Eun. I. II. 124. *Adoleſcentem adeo nobilem.*

430. LAETUS. Alacer, [71] feſtinus: nam laetari non poterat, qui perdebat uxorem. Sic ſupra in primo 35. *Vela dabant laeti.* FLUMINE PULCHRO. Ut ſupra 30. *Fluvio Tyberinus amoeno.*

432. CAELESTUM VIS MAGNA JUBET. Aut per [72] definitionem, ipſa Juno eſt vis deorum: aut per [73] augmentum ſualit, [74] primo per ſe; deinde per Junonem; poſtremo per omnium vim deorum.

434. TURNUM EXPERIATUR IN ARMIS. [75] [Id eſt, probet] contra ſe, quem pro ſe laborantem [76] probare non potuit.

435. HIC JUVENIS VATEM IRRIDENS. Caluit, quia juvenis. Horatius III. Od. 27. *Non ego hoc ferrem calidus juventa Conſule Planco.*

VARIORUM.

Venetus. *exit & in* Francian.

418. INNECTIT. *Nectit* Gudianus a manu prima.

419. CHALYBE. *Chalibe, Calibe, Calibae, Chalibae* varie in ſcriptis legitur. *Chalibo* Francianus. ordinem recte conſtituit Servius, ne *Junonis anus* dicatur, quod inepte jungit Harduinus, ut materiem calumniandi haberet. poſſet & conſtrui, fit Chalybe anus, & ſacerdos templi Junonis.

420. JUVENI. *Juvenem* Venetus & Zulichemius.

422. TRANSCRIBI. *Tranſcribis* alter Hamburgicus. *Dardaneis* primus Moreti.

424. ABNEGAT. *Denegat* Venetus. *heros* Vratiſlavienſis. *aeternuſque* Dorvil. BURM.

426. I, STERNE. *Inſterne* Mediceus a manu ſecunda. *proſterne* Parrhaſianus. *Tyrrhenas ſterne* Regius.

Ibid. TEGE PACE. In pleriſque veterum, *tege*, uno Menagiano excepto: & ita Terentianus Maurus exhibet. & *i, ſterne.* cum in multis veterum ſit, *inſterne.* HEINS. *Tege* eſt protege, defende. vid. Barth. ad Stat. V. Theb. 82. ut operam ejus bello & pace irritam dicat.

427. JACERES. *Jacerem* Anonymus Miſc. Obſerv. IV. Vol. Tom III. p. 379. ſed vindicat vulgatam lectionem alter vir doctus, quem conſule ibidem. BURM.

430. IN ARMA PARA. Liber Colotianus *jube.* URSIN. *Jube* Mediceus. perperam, cum ſubſequatur mox, *Coeleſtum vis magna jubet.* mox *τὸ & in* priore Menteliano omittitur, non male, &

more

68 in bello V. 69 addit V. L. Voſ. Lipſ. 70 aggredi difficile V. a m. ſec. angredi R. 71 feſtivus Fabr. al. 72 diffinitionem Steph. Dan. Fabr. al. 73 argumentum V. 74 primum V. 75 ſentiat V. Lipſ. deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 76 non probavit Dan. Baſil. laborantem deeſt L. Voſ. R. Steph.

Digitized by Google

Ore refert: Claſſis invectas Thybridis alveo
Non (ut rere) meas effugit nuntius auris.
Ne tantos mihi finge metus: nec regia Juno
Inmemor eſt noſtri.
Sed te victa ſitu verique effoeta ſenectus,
O mater, curis nequidquam exercet, & arma
Regum inter falſa vatem formidine ludit.
Cura tibi, Divûm effigies & templa tueri:
Bella viri pacemque gerant, quîs bella gerenda.
Talibus Alecto dictis exarſit in iras.

Ac

SERVII.

440. VICTA SITU SENECTUS. Temporis longinquitate, ex qua naſcitur *ſitus*. VERIQUE EFFOETA. [77] Caſſa veritatis.

441. O MATER. [78] Irriſionis eſt, [non honoris.]

442. FALSA VATEM FORMIDINE LUDIT. [79] Quia *vatem*: nam eam defendebant a bellis, ſi non aetas, ſaltem religio [80] ſacerdotii.

445. EXARSIT IN IRAS. Communis ſermo habet, *ardeo illa re*; ſed figuratius, *ardeo in illam rem* dicimus: & eſt ſpecialis [81] Cornelii elocutio.

VARIORUM.

more Maroniano. nec aliter Schefferianus, qui & *jube*. HEINS. Deeſt *&* tertio Mentelio a manu ſecunda, & Regio. *parat* alter Hamburgenſis, ſed ultima litera ſubnotata. *jube* habet Servius ad I. Aen. 35. BURM.

433. CONJUGIUM. *Conubium* in ſecundo Rottendorphio. HEINS.

435. HIC. *His* Venetus. mox, *ora refert* Sprotianus.

436. UNDAM. *Uuda* Mediceus, prior Mentelianus, duo Rottendorphii, aliique totidem. in primo Moretano aliiſque duobus, *uudas*. at Mediceus & Gudianus pro diverſa lectione, *Thybridis alveo*. ut & prior Voſſianus, quod verum opinor. Adeantur omnino, quae ad libr. XV. Metam. 624. Naſonis adnotamus. Eamdem ſcripturam in veterrimo Vaticano aliiſque pluribus Pierius invenit. initio hujus libri de Thybri ỳ. 33.

Aſſuetae ripis volucres, & fluminis alveo
Aethera mulcebant cantu.

& hoc ipſo libro ỳ. 303. *optato conduntur Thybridis alveo*. HEINS. *Undam* Wittian. Edd. Venet. & Mediol.

438. NE TANTOS. *Nec* prior Hamburgenſis & Dorvill.

440. EFFOETA. Et hoc culpat, & barbaram eſſe orationem ait Harduinus, non capiens metaphoras & locutiones Poëticas. Tu vates, inquit, forſan olim vera elocuta es, quum florente aetate eſſes, nunc effoeta es veri, nec potes amplius efferre, & quaſi parere vera non magis, quam effoetae terrae fruges edunt. ſic *effoetae vires* lib. V. 396. *effoeta ſenectus* VIII. 508. & quae id genus plura. an genitivus offendit, quia *foeta armis* dixit lib. II. 238. ſed & Claud. Bell. Get. 25. *foetas novales Martis*, & Stat. VIII. Theb 232. *foetos cruenti Martis agros*. & Silius XVII. 380. *praecordia foeta belli*, ut plurimae editiones, alii *bello*. nihil ergo barbari hic. BURM.

444. GERENT. *Gerant* Mediceus cum Menagiano priore & Sprotiano, primo ac tertio Rottendorphio, Leidenſi, tertio Moretano. *gerunt* alter Menagianus & ſecundus Rottendorphius. caeteri

noſtri

77 cauſſa V. L. R. 78 irriſio eſt, non honor Dan. non honoris deeſt L. R. Lipſ. 79 bene *falſa formidine*, namque eam defendebat V. defendebat, etiam Fabr. al. 80 ſacerdotis Dan. 81 Cornelium Frontonem intelligebat Cl. Dorvilius.

At juveni oranti ſubitos tremor occupat artus:
Deriguere oculi: tot Erinnys ſibilat hydris,
Tantaque ſe facies aperit: tum flammea torquens
Lumina cunctantem & quaerentem dicere plura
Repulit, & geminos erexit crinibus anguis,
Verberaque inſonuit, rabidoque haec addidit ore:
En, ego victa ſitu, quam veri effoeta ſenectus
Arma inter regum falſa formidine ludit:
(Reſpice ad haec:) adſum dirarum ab ſede ſororum:

Bella

SERVII.

446. Oranti. Loquenti: unde etiam *oratores* dicimus. Tremor occupat artus. Vicinitate ſcilicet Furiae: nam tremor furoris eſt.

448. Tantaque se facies aperit. [82] Semoto anili vultu, quem finxerat, & quo ſe induerat. Sic ſupra de Venere I. 405. *Et vera inceſſu patuit dea.*

450. Geminos erexit crinibus angues. Similes: nam omnes [83] eam dixit erexiſſe, non duos.

451. Verberaque insonuit. Pro, verberibus inſonuit, id eſt, per verbera. [84] Rabido ore. Habitum futurae orationis oſtendit.

454. Respice. Multi hic diſtinguunt, & ſuperioribus jungunt, ut ſit ſenſus: Reſpice eam, quam dicis falſa deludi formidine. Ad haec adsum. Id eſt, [85] ad regum arma, & ad bella. Quomodo ergo dicis, quod [86] ſuperflue his inferar rebus, ad quas veni? Alii respice ad haec legunt, ut ſit quaſi demonſtrantis, *Reſpice*, [87] [*bella &*] *lethum gero.*

VARIORUM.

noſtri & Pieriani omnes pro vulgata ſtant lectione. HEINS. *Gerent* Francian. & Ed. Venet. & ita vir doctus in Muſcel. Obſerv. Critic. Vol. I. p. 16. ſed vide ab alio adſertam vulgatam lectionem. reliqua *quis bella gerenda*, cum Heumanno lubens abjicerem, nam a ſciolo adjecta ſupplendo verſui videntur. imitatur Ovidius Epiſt. XIII. 84.

Bella gerant alii, Proteſilaus amet.

bella ferant hic Wittian. BURM.

446. At. *Et* Wittian. *aut* Menagii prior.

Ibid. Subitos. *Subitus* Mediceus. verum concinnius legas omnino, *ſubitos artus*. quam conjecturam poſtea confirmavit Mentelianus prior, in quo *ſubito* a manu prima, a ſecunda *ſubitos*. *ſubito* alter Mentelius, primus Rottendorphius, & Venetus. HEINS. & Francianus. *ſubitus* Wittianus Dorvill.

447. Deriguere. Sic Mediceus & Gudianus: non *diriguere* dictum libro III. 260. HEINS. Iterum hic ex Stephani Theſauro ſapit Harduinus, qui dicit hoc verbum ſoli Virgilio & Ovidio, ejus admiratori, uſurpatum: quia Stephanus ex illis ſolis exempla adfert. at ſi Manilium, Lucanum, Statium, Claudianum & alios legiſſet, ibi reperiſſet. & in proſa Quinctil. Decl. XII. 8. *animus malis deriguerat*. Pacatus Panegyr. 19. *deriguit in mortem.* plura adferre puerilis laboris eſſet. BURM.

Ibid. Erinnys. *Crinis* Francianus.

450. Geminos. An *gelidos*? nam *geminos* hic pro ſimilibus de tanta turba ſerpentum cum Servio exponere durum & obſcurum videtur, quum *geminos ſerpentes* alibi de duobus dicat, lib. II. 203. VIII. 289. & 697. Ovid. IX. Epiſt. 21. Met. V. 642. & alii. *frigidos* vero ſerpentes propter venenum noxium dici notum. vid Ecl. III. 93. & ibi Emmen. & hinc Servius inf. ỳ. 716. *frigidam* Nurſiam dici, quod venenoſa & nocens eſſet, notat. vid. & VIII. 697. quare vel Alecto duos tantum ex pluribus, quibus caput cinctum erat, ere-

[82] remoto Voſ. [83] eadem Voſ. dicit V. Fabr. al. eam dicit, non duos L. R. [84] Rapido. V. [85] adſum ad V. [86] ſuperfluo hic V. ſuperfluo his L. Voſ. R. [87] deſunt V.

Bella manu letumque gero.
Sic effata facem juveni conjecit, & atro
Lumine fumantis fixit ſub pectore taedas.
Olli ſomnum ingens rumpit pavor! oſſaque & artus
Perfundit toto proruptus corpore ſudor.
Arma amens fremit; arma toro tectiſque requirit.
Saevit amor ferri, & ſcelerata inſania belli:
Ira ſuper, magno veluti quum flamma ſonore
Virgea ſubgeritur coſtis undantis aëni,

Ex-

SERVII.

455. FACEM JUVENI CONJECIT. Satis conſiderate *facem juveni* [88] *injecit*, quae cito exardeſcit & deſinit. Supra vero ỳ. 344. *Amatae ſerpentem injecit*: quod in mulieribus ſemper viget venenum.

457. ATRO LUMINE FUMANTES CONJECIT TAEDAS. Atri luminis [89] taedas, ut I. 75. *Et pulchra faciat te prole parentem*. *Atro* autem *lumine*, furiali, inferno; alias ratione caret, *ſub pectore*, ubi fellis [90] locus eſt, id eſt, iracundiae.

460. FREMIT. Cum clamore depoſcit. Bene autem AMENS, quia in thoro requirebat.

461. SCELERATA INSANIA BELLI. Nihil enim tam inſanum, quam deſiderare id, per quod poſſis perire.

463. VIRGEA. De [91] [viminibus, vel] virgis facta: unde eſt flamma validior. COSTIS autem, lateribus, [92] [ut I. Georg. 273. *Tardi coſtas agitator aſelli*.] Et bene antiquum reſpexit morem: nam ollas non ſuſpendebant: ſed poſitis circum circa ignem adhibebant.

VARIORUM.

erexiſſe eſt ſtatuendum, qui terribiles ſufficiebant ad incutiendum horrorem, vel *gelidos* legendum. facilis vero harum vocum confuſio. ut apud Ovid. IV. Met. 624. *Gelidas Arctos* dixit, ubi alii *geminas*. & Stat. IV. Theb. 654. *Gemina bruma*, ubi in Mſſ. eſt *gelida*. BURM.

451. VERBERAQUE. *Verbereque* Montalbanius: & ita Servius videtur legiſſe, ut lib. V. 579. *inſonuit flagello*. unde recte Cl. Dorvilium ſupr. ỳ. 336. *verbera* flagella interpretatum eſſe patet. vid. & VI. 570. nam flagellis & facibus armatas Furias oſtendit ſtatua Romae in Capitolio. vide quae diximus ad Val. Flac. II. 105. & ita de turbine, qui flagello vertitur, *verbere ſub torto volitare* dixit ſupr. 378. vid. & ſupr. ỳ. 136. BURM.

Ibid. RAPIDOQUE. *Rabidoque* praeſtat, quod in Mediceo aliiſque nonnullis, ut & Gudiano & priore Menteliano a manu ſecunda legitur. lib. VI. 80. *os rabidum fera corda domans*. HEINS. *Rabido haec* Francianus.

452. QUAM VERI. *Verique effoeta* Donat. ad Terent. Eun. VI. 2. *non ego victa* Lutat. ad Stat. V. Theb. 108.

455. GERO. Vel *cano* Zulichemius.

456. ET ATRO. *Alto* Parrhaſ. quod poſſet Harduini cenſuram evadere, qui nec atrum lumen, nec noctem albam dici poſſe ait. ſed Servium non recte legit. ille enim non dicit *ratione carere*. ſed niſi infernum, furiale intelligamus, eſſe abſurdum. Ovid. XI. Ep. 103.

Ferte faces in me, quas fertis Erinnyes, atras.

ubi vide notas noſtras. BURM.

457. SUB. *De* tertius Rottendorphius. *flammantes* Parrhaſ.

458. RUPIT. *Rumpit* codices praeſtantiores. HEINS. & Francianus & Wittian.

Ibid. OSSAQUE ET ARTUS. *Oſſaque ductus* ſecundus Moreti.

459. PER-

88 *conjecit* Steph. Dan. 89 deeſt Steph. Dan. 90 & iracundiae locus eſt V. 91 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. 92 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. ſed hic in ſine notae poſuit repetita explicatione τῦ *coſtis*.

Exſultantque aeſtu latices; furit intus aquaï
Fumidus atque alte ſpumis exuberat amnis:
Nec jam ſe capit unda; volat vapor ater ad auras.
Ergo iter ad regem polluta pace Latinum
Indicit primis juvenum, & jubet arma parari,
Tutari Italiam, detrudere finibus hoſtem:
Se ſatis ambobus Teucriſque venire Latiniſque.
Haec ubi dicta dedit, Divoſque in vota vocavit;

Cer-

SERVII.

464. FURIT INTUS AQUAI FUMIDUS [93] ATQUE AMNIS. Id eſt, fumidus aquae amnis: nec immerito: nam poteſt eſſe & alterius rei amnis, ut *Fluvios videt* [93 *] *ille cruoris.* Hanc autem Diaereſim Tucca & Varus fecerunt: nam Virgilius ſic reliquerat: *Furit intus* [94] *aquae vis, Fumidus atque alte ſpumis exuberat amnis:* quod ſatis aſperum fuit. [95] [Notandum, quod in toto Virgilio non reperiuntur, niſi quatuor diaereſes; hoc loco; & in tertio 354. ut *Aulai in medio libabant pocula Bacchi:* & in VI. 747. ut: *Aurai ſimplicis ignem:* & in IX. 26. *Dives pictai veſtis & auri.*]

466. NEC JAM SE CAPIT UNDA. [96] Melius, quam ſi diceret: *Nec jam vas undam capit.* [97] [Homerica eſt comparatio Il. Φ. 361. Ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ, Κνίσην μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο Πάντοθεν ἀμβολάδην, ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κεῖται.]

467. ERGO. Id eſt, quia ſic incenſus eſt. POLLUTA PACE. Vel ſua, vel Trojanorum.

468. INDICIT. [98] Signate verbum bellicum poſuit.

471. IN VOTA VOCAVIT. [98 *] Quia nuncupatis votis bella ſumebant.

VARIORUM.

459. PERFUDIT. *Perfundit* complures. Mediceus tamen & Voſſiani duo, & Sprotianus, *perfudit.* HEINS. *Profundit* primus Rottendorf. *praeruptus* multi codices, inter quos Regius, Wittian. & Parrhaſ. & Ed. Venet.

460. AMENS. *Tumens* Montalbanius. ſed II. Aen. 315. *Arma amens capio. tectoque* ſecundus Rottendorphius.

463. SUGGERITUR. *Surgentur* Francianus.

Ibid. UNDANTIS AENI. Ab Homero deſumta comparatio. Iliad. Φ. 362. & qua etiam uſum notavit Cl. Dorvillius Q. Calabrum lib. V. 381. ubi λέβης eleganter dicitur μαίνεσθαι: ſcilicet non olla, ſed aqua in olla contenta, ut hic *furit aquai amnis.* & apud Homerum, Ζεῖ. BURM.

464. AQUAI. *Aquae vis* lectio a Virgilio relata; nec eam mutandam judico. & Poëtae ipſius judicium, cum Probi & Macrobii, tum etiam Tuccae & Vari antepono. Similitudo eſt Homerica, verbis pleniſſima, & varietate copioſa. Quod ſi quis contendere vult, illi Pythagoreorum quaſi voce reſpondeo, ὁ Ποιητὴς ἔγραψε. FABRIC. *Aquae vis,* ita & in ſuis omnibus ſcribi teſtatur Pierius, nec aliter videtur agnoviſſe Macrobius lib. V. Saturn. cap. 11. At Mediceus longe veterrimus, & Mentelius alter, & a manu prima ſecundus Rottendorphius, tum pro diverſa lectione Leidenſis primus tertiuſque Rottendorphii ejuſdem, *furit intus aquai,* quam ſcripturam agnoſci a Servio manifeſtum eſt. etſi locus ejus in vulgatis exemplaribus mendoſus

cir-

93 id eſt aquae amnis, nec V. id eſt fumidus aquae amnis, nec V. Baſil. Fabr. fumidus aquae amnis. nec Voſ. R. fumidus atque amnis, nec Steph. Dan. *amnis* & exuberat Lipſ. 93 * antequam reperiſſem unde haec ſumſiſſet Servius, tentabam, *fluvios videt ire cruoris*, ut ad Val. Fl. II. 233. talia adducta ſunt. ſed poſtea reperi apud Lucan. IV. 785. *Fluvios non ille cruoris Membrorumque videt lapſus*, unde petitum credo. apud eumdem etiam VII. 292. *videor fluvios ſpectare cruoris.* utrobique vide, quae adnotavi. BURM. 94 *aquae amnis*, & *exuberat*, ut aquae amnis V. R. Steph. Dan. al. ſed ultima, ut *aquae*, deſunt L. 95 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. 96 etiam melius V. 97 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 98 figurate Steph. Dan. 98 * quia n. votis, id eſt, acceptis militum ſponſionibus, quibus devovebant in bellum, bella ſ. Lipſ. a m. ſec.

Certatim ſeſe Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium formae movet atque juventae;
Hunc atavi reges; hunc claris dextera factis.
Dum Turnus Rutulos animis audacibus inplet,
Alecto in Teucros Stygiis ſe concitat alis;
Arte nova ſpeculata locum, quo litore pulcher
Inſidiis curſuque feras agitabat Iulus.

Hic

SERVII.

473. HUNC DECUS EGREGIUM FORMAE MOVET. [99] Turni ſcilicet decus: nam hoc dicit: Alios pulchritudo Turni; alios nobilitas; alios virtus movebat ad bellum: nam hoc eſt, ANIMIS AUDACIBUS IMPLET, [1] [id eſt, fortibus]: [2] [adfectione ſui injicit omnibus magnanimitatem.] [3] [Quidam haec ad ſingulos, qui ſe in arma hortabantur, referri volunt.]

477. ARTE NOVA. Dolo. SPECULATA LOCUM, QUO LITTORE. Pronomen pro nomine ponitur, non pro nominibus: unde [4] modo nove inter duo nomina, unum pronomen poſuit: nam recte *quo loco* [5] diceret: & hoc ſemel tantum fecit.

478. INSIDIIS CURSUQUE. Curſu [6] agitabat: nam [7] *inſidiis* circumvenimus, [8] [non agitamus.]

VARIORUM.

circumfertur. Pierius pro *aquae amnis* in Servio reponit *aquae vis*, & probat Voſſius de Analogia lib II. cap. 3. male etiam gloſſa primi Moretani: *Aquae vis appoſuit Tuſcus* (lege *Tucca*) *quia nimis aſpere ſonuit aquae amnis quod Virgilius prius ibi poſuit*. ſtat & pro vera ac genuina lectione Valerius Probus lib. I. Art. Gram. ejus verba en tibi. *Diaereſis ſive Diazeuxis, cum in duas ſyllabas una diducitur. ut dives pictai veſtis & auri, quam declinationem Virgilius quatuor tantum locis poſuit in Aeneide. Aulai in medio. & atque aurai ſimplicis ignem. & furit intus aquai & dives pictai veſtis & auri.* Quid quod Cornutus ſive alius quicumque Scholiaſtes Satyrarum Perſii, qui ſub Cornuti circumfertur nomine, ad illud Poëtae *Lunai portus eſt operae cognoſcere.* hoc loco, *furit intus aquai* manifeſte agnoſcit. ſed & in margine editionis Gryphianae Macrobii, quam ex vetuſtis exemplaribus caſtigatam eſſe titulus teſtatur, pro *aquae vis* annotatum eſt *aquai*, & *humidus* pro *fumidus*. imitatus & Prudentius Apotheoſi *medicae purgamen aquai.* ita ſcripſi. Petrus Scriverius legebat, *Exſultante aeſtu latices erugit aquai*, quod apud Macrobium libello de differentia Graeci & Latini verbi haec reperiſſet, *Eructat frequentativum a principali Erugit aquae vis.* ſed male. Virgilius enim hunc Lucretii locum cogitabat ex lib. VI. 1042.

Exſultare etiam Samothracia ferrea vidi,
Et ramenta ſimul ferri, furere intus ahenis.

apud noſtrum de mari turbato Aen. lib. I. 107. *furit aeſtus arenis*. Statius I. Silv. IV. 122.

Cymba minor, cum ſaevit hiems, pro parte furentes
Parva receptat aquas.

HEINS. *Aquae vis* Wittian. Francian. Dorvil. & Parrhaſ. & Edit. Venet. vide Steph. Schediaſm. pag. 58. & notas ad Quinctil. I. de Inſt. Orat. I. 7. pag. 89. BURM.

465. SPUMIS. *Spumans* Bigotianus. *fumis* Leidenſis.

468. INDICIT. *Inducit* Venetus.

Ibid. ET JUBET. Τὸ *&* abeſt a primo Hamburgico. HEINS.

469. ITALIA alter Menagii. *Italiam & detrudere* prior.

470. LATINISQUE. Copula deeſt Franciano, Sprotiano, Dorvill. Gudiano & alteri Hamburgico. ſed habet Nonius in *venire*, qui *venire* explicat, *imminere.* ſed *venire* hoſtilem animum notat. vid ad Phaedr. I. Fab. 21. & I. Aen. 26. BURM.

572. CER-

99 Dauni & Turni Baſil. 1 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. 2 deſunt Dan. 3 deſunt V. R. L. Voſ. Lipſ. Steph. Fabr. al. 4 deeſt L. R. Voſ. Steph. Dan. 5 dicerent R. 6 agitamus V. 7 ſi inſidiis Dan. 8 deſunt R. L. Voſ. Steph.

Hic ſubitam canibus rabiem Cocytia virgo
Objicit, & noto naris contingit odore,
Ut cervum ardentes agerent: quae prima laborum
Cauſſa fuit, belloque animos adcendit agreſtis.
Cervus erat forma praeſtanti & cornibus ingens,
Tyrrhidae pueri quem matris ab ubere raptum
Nutribant, Thyrruſque pater, qui regia parent
Armenta, & late cuſtodia credita campi.

Ad-

SERVII.

479. CANIBUS RABIEM. Studium mutavit in rabiem.

480. NOTO ODORE. Cervino: ſolent enim ita inſtitui. Horatius I. Epiſt. II. 65. *Venaticus ex quo* [9] *Cervinam catulus pellem latravit in aula.*

481. MALORUM CAUSSA FUIT. Hoc eſt ſup. 40. *Et primae revocabo exordia pugnae.*

482. ANIMOS ACCENDIT AGRESTES. Plus eſt, quam ſi *agreſtium* diceret [10] *animos.*

483. CORNIBUS INGENS. [11] [*Ingens*; & ad praeſtantem formam pertinet, & ad magnitudinem cornuum.]

484. TYRRHIDAE PUERI. *Tyrrhi* filii: & ut diximus ſupra VI. 760. alludit ad nomen: nam *Tyrrhus* dictus eſt paſtor, apud quem Lavinia peperit.

485. CUI REGIA PARENT ARMENTA. Magiſtrum hunc pecoris vult fuiſſe, & ſaltuarium: nam hoc eſt: *Et late cuſtodia credita campi.* Magiſter autem pecoris eſt, ad quem omnia pertinent animalia. Cicero V. Verr. 7. *Nominat* [12] *hominem, quem magiſtrum pecoris eſſe dicebat.*

VARIORUM.

472. CERTATIM. *Certanti* Francian.

475. DUM TURNUS RUTULOS ANIMIS. *Dum Turnus animis Rutulos* primus & ſecundus Rottendorphii, primus & ſecundus Moretani, prior Voſſianus, alter Mentelii, prior Hamburgenſis. HEINS. Ita & Leidenſis, Dorvill. tertius Mentelii & Francianus. *animos Rutilis* Regius. BURM.

476. SE. *Seſe* Wittian.

477. SPECULATA LOCUM, QUO LITORE. Rectius fuiſſet, *quo loco.* Nove autem, inter duo nomina, unum pronomen poſuit. Hoc ſemel tantum feciſſe Virgilium ait Servius. ſed & paulo ante ỷ. 409.

Audacis Rutuli ad muros, quam dicitur urbem.

FABRIC. *Qua* Oudart. pro varia lectione.

479. COCYTIA. *Cocitica* Francianus.

481. AGERENT. *Agitent* Venetus.

Ibid. PRIMA MALORUM. *Laborum* Mediceus, prior Mentelianus, Gudianus, prior Voſſianus. & alii quatuor & Sprotianus. in tribus aliis pro diverſa lectione *laborum* etiam legebatur, quomodo vetuſtiores etiam Pieriani. vide lib. IV. 169. ſic lib. X. 863. ex vetuſtis membranis, *Turnique laborum Ultor eris mecum.* lib. XI. 361. ex vetuſto codice, *caput horum & cauſſa laborum.* HEINS. *Qui prima* prior Hamburgicus pro varia lectione. & ita Francianus. nec male. *malorum* Serv.

482. CAUSSA FUIT. Antea dixit VI. 93.

Cauſſa mali tanti conjux iterum hoſpita Teucri.

ergo hic *cauſſa* eſt occaſio quae in arma concitavit Latinos v. Segraeum. vel cauſſa belli hujus inter Latinos & Trojanos, quod voce *laborum* indicat.

482. ANIMOS. *Animas* primus Rottendorphius. *incendit* prior Menagius. *concendit* Bigotii.

483. FOR-

9 *Tempore cervinam pellem l. l. a.* legitur in Horatio. 10 deeſt R. agreſtium etiam Fabr. al. 11 deſunt L. lacuna relicta. in R. erat tantum, & ad imaginem cornuum in V. erat, pertinens. 12 *ſervum* legitur in Cicerone. an haec gloſſatoria eſt expoſitio? nam *homo* pro ſervo aliquoties poni ſolet, & quidem ſaepius a Cicerone. ſic I. Verr. 36. *multos formoſos homines reliquit.* vid. Paſſerat. ad Orat. pro Quinctio cap. XIX. ſic ICtus in l. XLI. §. 10. de Legat. 3. *ſorori legavit homines*, quos poſtea *mancipia* vocat. & ita in lege Aquilia qui alienum *hominem* occiderit, a Juſtiniano dici, quem ICti *ſervum* vocant, l. 2. ff. ad L. Aquil. docuit Fileſac. Select. I. 17. & exemplis aliis illuſtrat. Stat. V. Silv. II. 91. *hominum cui cura ſuerum.* *diceret* etiam in Cicerone. *dicebat* Lipſ. BURM.

Digitized by Google

Adſuetum imperiis ſoror omni Silvia cura
Mollibus intexens ornabat cornua ſertis,
Pectebatque ferum, puroque in fonte lavabat.
Ille, manum patiens, menſaeque adſuetus herili,
Errabat ſilvis; rurſuſque ad limina nota
Ipſe domum ſera quamvis ſe nocte ferebat.
Hunc procul errantem rabidae venantis Iuli

Con-

SERVII.

487. SYLVIA. Bonum puellae ruſticae nomen formavit.

489. PECTEBATQUE FERUM. Quadrupedem, ut II. 51. *In latus inque feri curvam compagibus alvum:* [13] [ſic dictae, quod velocitate pedum ferantur.]

490. MANUM PATIENS. *Patiens illius rei* dicimus: unde apparet unum *u* cauſſa metri eſſe detractum. MENSAE HERILI. Nove dixit: nam herum non niſi dominum dicimus; [14] niſi forte ideo dixit, quia dat ei humanum ſenſum: [15] nam ait paulo poſt: *Imploranti ſimilis.*

491. ERRABAT SYLVIS. [16] Paſcebatur, ut II. Ecl. 21. *Mille meae Siculis errant in montibus agnae.* IPSE. Id eſt, ſua ſponte.

493. [17] [RABIDAE CANES. Quare feminino genere *canes* poſuit? Solvitur: Ideo noluit maſculino *canes* nominare: quia in feminis plus ſit iracundiae.]

VARIORUM.

483. FORMA. *Formae praeſtanti* Hugenianus & primus Rottendorphius. *formae praeſtans* Bigotianus. vid. I. Aen. 71.

484. TYRRHIDAE PUERI. Lambinus ad Cicer. V. Philip. cap. 6. inter alia, quae acerbe ſatis in Victorio culpat, producit ex ejus Var. lect. XXVIII. 24. eum credere *Thyrridae pueri*, eſſe genitivo caſu capiendum, cum ſint nominativo caſu accipiendi. *Tyridae* & *Tyrus* Parrhaſ. & ita Servius ad lib. VI. 760. *Tyrrheus* Wittianus & alii. *Thyrus*, *Tirrus*, *Thirus*, *Tirius* & *Tiridae* varie in codicibus legitur.

Ibid. QUEM MATRIS AB UBERE RAPTUM NUTRIBANT. Haec deſunt Franciano.

485. TYRRHEUSQUE. *Tyrrhuſque* ſcripti noſtri, & ſic Cariſius agnoſcit, & Auctor de origine urbis Romae, *In ſilvam profugit ad magiſtrum patris pecoris Tyrrhum:* de Lavinia. ſic & paullo poſt ſemel iterumque. *Thyrruſque* legitur apud Diomedem lib. I. apud Marcianum Capellam libr. III. vetuſtus codex Leidenſis Bibliothecae, *Tyrruſque.* vulgati *Tyruſque.* alius codex, *Tirrhuſque.* perperam apud eumdem Marcianum, *Nutribat.* HEINS.

486. ET LATE. *Lati* praeſtare opinor cum Mediceo, Gudiano, Sprotiano, primo tertioque Rottendorphiis & Leidenſi. quod & veterrimus Pierii Vaticanus agnoſcit. HEINS. *Lati* Sprotianus, Gudianus primus, tertius Rottendorphius & Leidenſis, & a manu prima Mediceus. male. ita *late regem* lib. I. Aen. 25. & alibi ſaepe. *late eſt* Menagii prior. *late* Wittian. & Edd. primae Ald.

487. IMPERIIS. *In ſilvis* Menagii prior.

489. FERUM. *Feram* prior Hamburgenſis. Ed. Venet. male. ita cervum etiam *ferum* vocat Phaedrus lib. I. 12. ubi vide viros doctos. *ſectabatque* Sprotianus. vulgata apud Serv. II. Aen. 51.

490. MANU. *Manu* Sprotianus & Vratiſlavienſis cum Medic. vid ad Quinctil. Decl. CCLX.

491. RURSUSQUE. *Rurſus* Zulichemius.

493. RABIDAE. Male alii, *rapidae*, vel *rabidi*, teſte Voſſio de Analog. lib. I. c. 15. HEINS. *Rapidae* Parrh. *rabidi* Dorvil. vid. Giſan. Ind. Lucret. in *canes montivagae.* & Heinſ. ad Ovid. III. Metam. 140. ubi *rabidae* exhibet. vid. ſupr. lib. VI. 257. rogat Harduinus, unde canes Aſcanio? an Aeneas cum diis Penatibus abſtulerit Troja? ſed an non legit illum cum magno numero Trojanorum prius moras aedificandae claſſis cauſſa traxiſſe? an non ex Thracia, an non Carthagine & aliis regionibus potuit ſecum tuliſſe? unde equi, quibus Trojam lu-

13 deſunt L. R. Lipſ. Baſil. ſic dictae, deſunt Voſ. Steph. ſic dictae ferae Fabr. 14 deeſt V. 15 ut *imploranti* L. R. Fabr. al. 16 paſcebat L. R. Voſ. Steph. Dan. 17 deſunt L. V. R. Voſ. Lipſ. Steph.

Digitized by Google

Conmovere canes: fluvio quum forte ſecundo
Deflueret, ripaque aeſtus viridante levaret.
Ipſe etiam, eximiae laudis ſuccenſus amore,
Aſcanius curvo direxit ſpicula cornu:
Nec dextrae erranti deus afuit, actaque multo
Perque uterum ſonitu perque ilia venit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit,
Succeſſitque gemens ſtabulis, queſtuque cruentus
Atque imploranti ſimilis tectum omne replebat.
Silvia prima ſoror, palmis percuſſa lacertos,

Au-

SERVII.

494. SECUNDO DEFLUERET. *Secundo*, id eſt, cum aqua: unde & *adverſo* dicimus, contra aquam: nam ideo *deflueret* dixit, & *ſecundo*, [18] ideo, quia curſus fluminis poſt natantem videtur.

498. DEUS ABFUIT. Alecto deum dicit; ſicut de Venere II. 632. *Deſcendo,* [19] *ac ducente deo:* nam ut diximus ſup. 416. numina utriuſque ſexus videntur ideo, quia incorporea ſunt, &, quod volunt, aſſumunt [20] corpus. Ut autem *deum* dicamus pro *dea*, non aperte ponitur; ſed in [21] ſubauditione. ERRANTI. Licet enim certum eſſet [22] feritura, tamen bene *errantem* dixit: quia non uſquequaque ſemper certus eſt ictus. Horatius Art. Poët. 350. *Nec ſemper feriet quodcumque minabitur arcus.*

499. PERQUE ILIA. *Hoc ile*, & *haec ilia* facit. Hinc & Juvenalis V. Sat. 135. *Vis frater ab ipſis Ilibus?* Nam quod [23] Marullus, mimographus, dixit: *Tu Hectorem imitaris: ab Ilio numquam recedis*: cum de guloſo diceret, alluſit ad civitatis nomen: nam *ab ili* debuit dicere. Bene autem ea loca vulnerata dicit, quae ſtatim mortem afferre non [24] poſſent, ut domum [25] rediret, & eſſet cauſſa bellorum: nam ſi ſtatim periret, aut ipſe [26] cervus, aut vulneris auctor [27] lateret.

503. SYLVIA PRIMA SOROR. Bene puellae dat doloris impatientiam.

VARIORUM.

luſit? an non Dido dederat equum Aſcanio lib. V. 571. & an non potuit canes addere, quum vidiſſet puerum hunc gaudere equo & venatu? ineptus noſter Jeſuita nullius rei meminiſſet, niſi cujus antea injeciſſet mentionem, & nihil κατὰ τὸ σιωπώμενον reliquiſſet repetendum lectoribus, egregium certe Poëtam ſe praeſtitiſſet. BURM.

495. LEVARET. Ita legitur apud Schol. Cruequianum ad Horat. II. Od. 5. & ita Ovid. I. Amor. 6.

Aeſtus erat &c. *Appoſui medio membra levanda toro.* Stat. III. Silv. I. 63.

Domi curas mulcere aeſtuſque levare.

BURM.

496. SUCCENSUS. *Accenſus* in Gudiano & Moreti quarto. mox, *derexit* Gudianus. HEINS. *Exuviae* etiam Sprotianus. ſed *exuviae* in ſingulari neſcio an dicatur, & tunc legendum eſſet, *Exuviae, laudiſque accenſus. nimiae* Dorvil.

498. ABFUIT. *Afuit* pro *abfuit* paſſim ſcribitur in vetuſtiſſimo Mediceo, Menteliano, utroque Gudiano & caeteris vetuſtioribus. nec aliter Giphanius Indice Lucretiano ex V. C. in quo *affuit*. vide illum pag. 476. ſic in Gellianis codicibus lib. III. cap. 2. *non dicuntur afuiſſe unum diem.* lib. IX. cap. 3. *a ſtudiis humanitatis numquam afuit.* libro XIV. cap. 3. *non afuiſſe ab eis motus quoſdam tacitos & occultos ſimultatis.* apud noſtrum ſequenti libro 147. in optimis codicibus, *nihil afore credunt.* apud Prudentium Hymno Eulaliae ℣. 125.

18 ob hoc V. 19 *abducente* Voſ. *hac ducente* V. 20 deeſt L. R. 21 ſubauditionem V. 22 feriturum Steph. Dan. Fabr. al. 23 Maryllus V. Marulus L. Voſ. R. Steph. 24 poſſint V. 25 reverteretur V. 26 deeſt V. L. R. Voſ. Steph. Dan. 27 laterent V. Voſ. R.

Digitized by Google

Auxilium vocat, & duros conclamat agreſtis.
Olli (peſtis enim tacitis latet aſpera ſilvis)
Inproviſi adſunt: hic torre armatus obuſto,
Stipitis hic gravidi nodis. Quod cuique repertum
Rimanti, telum ira facit. Vocat agmina Thyrrus,
Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis
Scindebat, rapta ſpirans inmane ſecuri.
At ſaeva e ſpeculis tempus Dea nacta nocendi
Ardua tecta petit ſtabuli; & de culmine ſummo
Paſtorale canit ſignum, cornuque recurvo

Tar-

SERVII.

504. DUROS CONCLAMAT AGRESTES. Aut qui ſemper duri ſunt: aut *duros*, qui cervi interitum non dolebant.

505. PESTIS. [28] *Furia*. TORRE. *Hic torris* facit, ut *hic fuſtis*.

507. GRAVIDI. Gravis; propter nodos ſcilicet.

509. QUADRIFIDAM. Quae findi partes poſſet in quatuor. CUNEIS COACTIS. [29] Satis ſignate *coactis* dixit. Exprimit autem antiquum morem, ut I. Georg. 144. *Sed primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum.*

512. DE CULMINE SUMMO. [30] Bene *culmine:* quia de tectis agreſtium loquitur.

VARIORUM.

ỷ. 125. duo veterrimi codices, *Poena gravis procul afuerit*. nec aliter in codice Suetonii veterrimo Memmianae bibliothecae paſſim exaratum occurrit. in veterrimo Senecae Tragoediarum Florentino Phoeniſ. 463. *Hic afuit. ſed pacta ſi fratrum valent, Nunc alter aberit.* vide Petr. Victor. Caſtigation. poſteriorum in Ciceron. Epiſtolam primam Libri ad Plancum. HEINS. *Affuit* Francian. & multi alii. *abſuit* Ald. ſed *afuit* probo. Gloſſ. Mſſ. Voſſian. *afuturas*, *abſens*. vid. Cl. Drakenb. ad Liv. IV. 12. & Lambin. ad Cicer. pro Archia cap. XII.

500. INTRA. *Inter* tres Moretani & alii quatuor. ſed vetuſtiores *intra* prae ſe ferunt. HEINS. Ut & Nonius in *faucius*. *inter* Dorvil.

502. REPLERIT. *Replebat* Mediceus & Sprotianus. etiam Gudianus a manu prima. omnino concinnius. HEINS. Et ita Regius.

505. ILLI. *Olli* Mediceus, ſecundus Rottendorphius, Voſſianus prior cum primo ac quarto Moretanis. *illi* in caeteris. HEINS.

506. OBUSTO. *Aduſto* Dorvill. Menagii prior, Rottendorphii tertius, Vratiſlavienſis & Leidenſis. *armatur* Sprotianus. *abuſto* Excerpta noſtra. & Wittian. ſed vulgatam agnoſcit Scholiaſtes Statii IV. Theb. 64.

507. HIC. *Hi* Menagii prior.

508. TELUM. *Et telum ira facit* Commentator Crucquianus ad Horat. IV. Od. ult. ſed vulgata eſt apud Serv. ad I. Aen. 150. & Non. in *rimari*, ubi Editio Merceri ita diſtinguit, *quod cuique repertum Rimanti telum, ira facit.* ſed *ira dedit* Bigotian. *repertum eſt* Venetus, Rottend. ſec. Dorvil. & Wittian. BURM.

509. QUADRIFIDAM. *Quadrificam* Dorvil.

510. SCINDEBAT. Mediceus & Schefferi codex, *ſcindebant*, ut ad agreſtes referatur. HEINS. Et Nonius in *cogere*. ubi *coactis*, impreſſis, coarctatis exponit.

512. ARDUA TECTA PETIT STABULI; ET &c. Reperio hoc modo diſtinctum in antiquis, nec diſplicet iſta diſtinctio. FABRIC. Codices vetuſti diſtinguunt poſt *ſtabuli*. *Ardua tecta petit ſtabuli: & de*. HEINS. Et ita Edd. Junt. & Cerda.

513. PA-

28 Furiae. 29 ſectis coactae ſignatis dixit V. 30 bene culmo, quia Voſ. R. addunt fini notae, V. Lipſ. quae e culmis fiebant proprie, quia de tectis Lipſ. Dan.

Digitized by Google

Tartaream intendit vocem: qua protenus omne
Contremuit nemus, & ſilvae intonuere profundae.
Audiit & Triviae longe lacus, audiit amnis
Sulfurea Nar albus aqua, fonteſque Velini:
Et trepidae matres preſſere ad pectora natos.
Tum vero ad vocem celeres, qua buccina ſignum
Dira dedit, raptis concurrunt undique telis
Indomiti agricolae: nec non & Troïa pubes

Aſca-

SERVII.

514. TARTAREAM. [31] Aut terribilem, aut fortem [32] [ſecundum uſum [33] dixit.]

515. NEMUS. [34] Locus, haud longe ab Aricia, in quo [35] lacus eſt, qui *Speculum Dianae* dicitur. Et notandum, quia vocem ejus paulatim facit procedere: quod locorum indicat commemoratio.

516. [36] [TRIVIAE LACUS. Hic eſt, qui *Dianae Speculum* dicitur.]

517. SULFUREA NAR ALBUS AQUA. [37] In LX. Flaminiae eſt civitas Narnia, in montibus poſita, quibus ſubeſt *Nar* fluvius, qui Tyberino conjungitur. [38] [*Sulfurea* vero, ſulfurei ſaporis; aut *ſulfurea*, id eſt, ſubviridi. [Ideo autem dicit, *Sulfurea Nar albus aqua*, quia, dum currit, eſt ſulfurei coloris; dum hauritur, albi: & Sabini lingua ſua *Nar* dicunt *ſulfur*. Ergo hunc fluvium ideo dicunt eſſe *Nar* appellatum, quod odore ſulfureo nares contingat: ſive quod in modum *narium* geminos habeat exitus.] FONTESQUE VELINI. [39] Ultra Interamnam ſunt, [40] [in Sabinis.] Ut diximus, vox Furiae paulatim [41] proceſſit.

518. PRESSERE AD PECTORA NATOS. [42] Statius: *Preſſitque Palaemona mater*. Item econtra XI. 20. *Nec natos auſae deponere matres*.

519. AD VOCEM. Buccinae, ut III. 669 *Senſit, & ad ſonitum vocis veſtigia torſit:* [43] [nam quicumque ſonus dici *vox* poteſt. [Sed, cum Dii inferi inducantur, quare ſignum buccina datur? Solvitur: quod buccina [44] ex cornu caprae fiat, & quod ſit proprie Ditis patris hoſtia: & quia capra ſemper febriculoſa ſit: nam & [45] ipſam febrim eſſe dicunt. Ergo recte ab hac dea hoc ſignum dixit dari.]

521. AUXILIUM CASTRIS EFFUNDIT APERTIS. Id eſt, ipſa in auxilium effunditur.

VARIORUM.

513. PASTORALE CANIT SIGNUM. Huc reſpicit Columella lib. VI. 23. *cum paſtorali ſigno quaſi receptus canitur.*

514. TARTAREAM. Et hic *Tartarinam* volebat Merula. vid. ſupr. ad ℣. 428.

Ibid. INTENDIT. *Incendit* Bigotianus & a manu prima Mediceus & Menagianus prior.

515. INTREMUIT. Agnoſcitur ab Aruſiano Meſſio. etiam a Nonio Marcello in *protinus*. & a Scholiaſte Statii Theb. I. 116. idem Scholiaſtes perperam, *ſilvae ſonuere*. aliter Nonius cum ſcriptis. *ſilvae inſonuere* Voſſianus prior, Gudianus, Mentelius prior, duo Menagiani, Montalbanius & alter

Ham-

31 aut terribilem, aut horrendam Merula ad Enn. p. 154. 32 aut forte ſecundum uſum L. Baſil. vid. ſupr. ad ℣. 328. 33 deeſt L. Voſ. R. Lipſ. Steph. vel ſec. u. d. deſunt Dan. 34 eſt nemus haud Dan. ſed errare hic Servium, & nemus, in quo venabatur Iulus in litore, transferre ad mediterranea, & inde oppidum nobis exſtruere, docet Ortelius ad Cluver. Ital. Antiq. pag. 186. 35 locus V. 36 deſunt Dan. 37 in via Flaminea Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. in ſexageſimo L. ſcil. lapide credo. in LX. Flamineae miliario eſt Lipſ. 38 deſunt V. R. L. Voſ. Lipſ. Steph. ad *Fonteſque* Dan. ad *Ideo autem*. 39 ultra amnem Dan. ultra inter amnem Steph. Baſil. 40 deſunt V. L. R. Lipſ. Dan. Fabr. al. 41 procedit Dan. nam, ut diximus etiam Steph. 42 in Statio lib. I. Theb. 122. *gremioque Palaemona preſſit*. quin hunc locum in animo habuerit Servius, & *genetrix* quod praeceſſerat, in *mater* verterit, vix dubito. certe alibi non inveni. ſed ad Virgilianam locutionem, notante etiam Barthio, accedit idem lib. X. Theb. 574. *Laborataſque premunt ad pectora ceras*. & in altero Statii loco legitur, *& natos auſae deponere matres*. BURM. 43 deſunt L. R. ℣. 521. ſed V. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. deſunt a *ſed cum*, &c. 44 Ex * caprae Baſil. 45 ipſum Februum Fabr. Baſil. unde ſua hauſerit Maſvicius ignoro.

Aſcanio auxilium caſtris effundit apertis.
Direxere acies. Non jam certamine agreſti,
Stipitibus duris agitur, ſudibuſve praeuſtis;
Sed ferro ancipiti decernunt, atraque late
Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus, aeraque fulgent
Sole laceſſita, & lucem ſub nubila jactant:
Fluctus uti primo coepit quum albeſcere vento,

Paul.

SERVII.

523. DIREXERE ACIES. Ordinarunt in [46] latitudinem.

524. PRAEUSTIS. *Prae* brevis fit propter ſequentem vocalem: quod in una parte orationis factum [47] tolerabile eſt: quia compoſitus eſt ſermo.

525. FERRO ANCIPITI. Utrimque noxio. [48] Dicit autem aut gladios, aut bipennes.

526. SEGES. Terra modo, ut I. Georg. I. *Quid faciat laetas ſegetes*. Per [49] ATRAM vero, fertilem ſignificat, ut in Georgicis oſtenditur.

527. SOLE LACESSITA. [50] Naturale enim eſt, ut metallorum ſplendor plus fulgeat alia luce [51] percuſſus.

VARIORUM.

Hamburgicus. vide Aeneid. III. 561. in ſecundo Rottendorphio erat, *concutitur nemus*. HEINS. *Inſonuere* Ed. Venet. *ſonuere* Mediol.

516. AUDIIT AMNIS. *Audit & amnis* Voſſianus prior, Sprotianus & Rottendorphius ſecundus. HEINS. Et ita Ed. Venet. *audiit omnis* Menagii prior. neſcio an male. id eſt quam longe Nar fluit.

518. AD PECTORA. *Ad ubera* Oudartii, quod ex interpretatione profluxit. *at trepidae* Menagianus primus. imitationem eſſe Theocriti Idyl. XXIV. 58. credebat Dorvillius.

519. TUM VERO. *Quin* manus prima primi Moretani.

521. TROIA. *Troica* Wittian.

522. CASTRIS. Neſcio an *caſtra aperta* dici ſoleant, & non praeſtet *campis apertis*. niſi *caſtris* poſitum ſit pro *portis caſtrorum*. ut lib. VIII. 585. *Jamque adeo exierat portis equitatus apertis*. mox 540. *per campos*.

523. DIREXERE. *Derexere* Mediceus. *ſurrexere* prior Hamburgenſis pro varia lectione. *jam in certamine* Oudartii. *agreſtis* Mediceus. *nec jam* Parrhaſ.

524. STIPITIBUS. Ita ſcribendum. Vid. Noriſ. ad Cenot. Piſan. Diſſ. IV. cap. 6. *ſudibuſque* Montalb. & pr. Mentelii.

525. DECERNUNT. *Decertant* Bigotianus a manu ſecunda. vid. III. Georg. 20. *utraque late* ſecundus Menagii.

526. AERAQUE. *Armaque* Zulichemius. *triſtis ſeges* Parrhaſ.

527. SUB NUBILA. *Sub lumine*, codices fere noſtri, exceptis Mediceo, Voſſiano priore & Sprotiano: etiam Veneto pro diverſa lectione. pro *ſole laceſſita* Moreti tertius pro variante ſcriptura *ſole repercuſſa*. HEINS. *Sub lumine* Wittian. & Dorvil. *ſub lumina* Leidenſ. & Parrhaſ. *ſub limine* Regius & alter Hamburg. hanc varietatem in Virgilio credo innuiſſe Heinſium ad Sil. Ital. I. 358. vid. & ad VIII. 437. BURM.

528. VENTO. *Ponto* Mediceus noſter & Vaticanus Pierii. Gudianus quoque pro ſcriptura diſcrepante. quod & ipſum agnoſcit Macrobius V. Saturn. 13. nec aliter Maronem ſcripſiſſe crediderim. nam cum ex Iliados Δ. 422. hauſerit comparationem noſter, τὸ *primo ponto* reſpondet Homerico ἐν αἰγιαλῷ.

Ὡς δ' ὅτ' ἐν αἰγιαλῷ πολυηχεῖ κῦμα θαλάσσης
Ὄρνυτ' ἐπασσύτερον ζεφύρου ὑποκινήσαντος,

Πόν.

46 latitudine Dan. 47 intolerabile eſt, hic vero tolerabile, quia Baſil. tolerabile fit, ne eſt V. ubi latet aliquid. 48 ſignificat V. dixit Voſ. Steph. 49 *Atra* Dan. 50 nigra. fero & praeſopiſſe vis ſub vomere terram V. corrupta ex lib. II. Georg. 203. reſtituenda, *nigra fere, & preſſo pinguis ſub vomere terra*. 51 repercuſſus Fabr. al.

Digitized by Google

Paullatim ſeſe tollit mare, & altius undas
Erigit, inde imo conſurgit ad aethera fundo.
Hic juvenis primam ante aciem ſtridente ſagitta,
Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almo
Sternitur. Haeſit enim ſub gutture volnus, & udae
Vocis iter, tenuemque incluſit ſanguine vitam.
Corpora multa virûm circa, ſeniorque Galaeſus,

Dum

SERVII.

529. PAULATIM SESE TOLLIT MARE. Sic bella [52] dicit ſurrexiſſe paulatim, [53] [ſicut ventis flantibus ſenſim mare turgeſcit.]

531. HIC JUVENIS. [54] [Hic confundit nomina: nam] [55] & puerum & juvenem nonnunquam indiſcrete ponit Virgilius, ut hoc loco: nam Almonem, quem modo *juvenem* dicit, paulo poſt ait *puerum*, [56] [ut inf. 575. *Almonem puerum.*] Movet autem miſerationem ab aetate, cum dicit [57] *juvenis:* [58] a virtute; quod dicit, *Primam ante aciem:* a vulneris etiam crudelitate.

532. [59] ALMON. Bene ruſtici nomen uſurpavit a fluvio.

433. HAESIT ENIM SUB GUTTURE VULNUS. Id eſt, ſagitta, ut II. 529. *Illum ardens* [60] *infeſto vulnere Pyrrhus Inſequitur.* UDAE VOCIS ITER. Hoc eſt, udum iter vocis: non enim vox uda eſt; ſed per udam arteriarum labitur viam: unde in [61] febrientibus deficit.

535. CORPORA MULTA VIRUM CIRCA. Conſtrata ſunt. Rhetorice viles [62] trudit in medium; nobiles vero primo & ultimo commemorat loco.

VARIORUM.

Πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται αὐτὰρ ἔπειτα,
Χέρσῳ ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει· ἀμφὶ δὲ τ' ἄκρας
Κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦ[ται], ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην.

ſed Homerus deſcribit fluctum e medio mari ad litora compulſum, Maro contra fluctum a litore in alta maris ſe paullatim magis ac magis attollentem. HEINS. Neſcio an *primus pontus* hic de litori proximo debeat capi, & an non potius de ſumma aqua, quae primum ſpumis albeſcit, deinde ex imo fundo vertitur. & *fluctus* hic capiendus de ſumma aqua. quare vel *primo vento* pro *incipiente* caperem, vel ſi *ponto* placet, legerem *ſummo ponto*, ut *imo fundo* opponatur. ita has voces confuderunt librarii lib. x. 100. & 476. jam vero ad litus incipere primum a ventis excitatum motum maris vix credo, quum potius a terra remotum, ubi ventis nihil obſtat, ſummum mare incipiat agitari. ſic Ovid. IV. Met. 125.

—— Exhorruit aequoris inſtar,
Quod fremit, exigua cum ſummum ſtringitur aura.

& ita in alia re *ſummum aequor* idem eod. lib. 711. & alibi: & Poëtas initium agitati maris & tempeſtatis a ſpumis albis, quae in medio & ſummo mari conſpiciuntur, ducere manifeſte apparet ex noſtro III. Georg. 237.

Fluctus, ut in medio coepit quum albeſcere ponto,
Longius ex altoque ſinum trahit, utque volutus
Ad terras immane ſonat per ſaxa, nec ipſo
Monte minor procumbit; at ima exaeſtuat unda
Verticibus, nigramque alte ſubjectat arenam.

& ita Ovid. XI. Metam. 480.

Quum mare ſub noctem tumidis albeſcere coepit
Fluctibus.

& deinceps addit, *fulvas ex imo vertit arenas.* ubi manifeſta eſt Maronis imitatio. mare autem aliquando intermittente vento ſternitur, ſed non ut ſtatim placidum ſit, ſed ſpumis etiam ſonantibus diu albeſcat. Haec ſatis defendunt lectionem codicum, qui *ponto* praeferunt. ſed & vulgatum *vento* tueri locum poteſt. ut lib. x. 97. *flamina prima in ſilvis, venturos nautis prodentia ventos. ponto* etiam

52 dixit Dan. 53 deſunt L. R. 54 deſunt Voſ. Steph. Dan. *hic* deeſt V. 55 nam dicturus eſt de hoc Almone. puerum movet &c. L. R. 56 deſunt Voſ. Steph. Dan. Almonem puerum, a dignitate, ut, *Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus Almon.* Lipſ. 57 *puer* Baſil. 58 ab virtute dicendo V. 59 ALMO. V. R. L. Voſ. ex fluvio Dan. 60 *infertis* V. 61 febricitantibus Fabr. al. defecit V. 62 ponit. V.

Dum paci medium ſe offert: juſtiſſimus unus
Qui fuit, Auſoniiſque olim ditiſſimus arvis:
Quinque greges illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratris.
Atque ea per campos aequo dum Marte geruntur,
Promiſſi Dea facta potens, ubi ſanguine bellum

In-

SERVII.

536. DUM PACI MEDIUM SE OFFERT. [63] [Reddit cauſam:] [64] nam quid ſenex bellis intererat?

537. OLIM DITISSIMUS ARVIS. Secundum antiquum morem. Horatius II. Epiſt. III. 168. *Dives antiquo* [65] *cenſu*.

538. QUINA REDIBANT ARMENTA. Pro quinque, [65] * ſicut *bina haſtilia*.

539. [66] ET TERRAM CENTUM VERTEBAT ARATRIS. Duo dixit a Catone [67] memorata, qui, interrogatus [68] qui eſſet paterfamilias, reſpondit, eum, *qui bene paſcit*, *& bene arat:* [69] [nam paſcere per *armenta* intelligit; arare vero, per *aratra*.]

540. AEQUO DUM MARTE. Aperta contentione, bello manifeſto: nam ſic dicimus. [70] *Aequum* autem pro aequali non poſſumus dicere; cum ſoli interempti ſint Itali.

541. PROMISSI DEA FACTA POTENS. Honeſta elocutio *Potens* [71] *promiſſi*. Promiſiſſe autem eam [72] conſenſione intelligimus: nam [73] non promiſit.

VARIORUM.

etiam & *vento* varie legitur lib. I. 70. Eligat ergo Lector. BURM.

530. IMO. *Uno* Francianus. *imo &* Dorvil.

532. ALMON. Mediceus & caeteri noſtri vetuſtiores, cum Pierianis pleriſque, *Almo*. recte: nam eſt Latinum nomen, quomodo & Fluvius in Latio dictus. In carmine Hadriani:

Almo, *Theon*, *Thyrſis*, *nati ſub colle Pelori*.

in ſcriptis D. Hieronymi exemplaribus nunc *Theodotion*, nunc *Theodotio*. pari modo *Agamemno*, *Iaſo*, aliaque id genus complura. lib. VIII. 506. apud noſtrum *Tarcho* in pervetuſto codice. *Hisbo* lib. X. 384. HEINS. *Almon* Dorvill. Wittian. Edd. Venet. Ald. ita *Almo* & *Almon* variatur apud Ovid. XIV. Met. 330. vide ad II. Amor. XIV. 33. & ad Quinctil. I. 4.

533. GUTTURE. *Gurgite* alter Hamburgicus & Venetus. *exit enim* Dorvil.

Ibid. UDAE. Vid. ſupr. ℣. 354. & ad Perſ. Sat. I. 33. Cornutum. *incluſit* pro intercluſit. vid. ad Liv. XXVI. 5. II. *tenuem incluſit*. Wittianus. BURM.

535. CORPORA. An non cadavera hic ſunt, & ſupplendum circa jacent, & inter ea Galeſus. ita *corpus* Latinis & *σῶμα* Graecis dici notum. vid. Caſtal. Obſerv. Dec. X. 8. BURM.

Ibid. GALESUS. *Galaeſus*, tam hic quam infra in Mediceo & Gudiano; *Gelaeſus* Pierii Vaticanus, *Galaeſis* in Menteliano priore. vide annotata IV. Georg. 126. HEINS. Male apud Macrobium IV. Saturn. 4. Meurſius *Haleſus* legit, qui lib. X. 411. & ſeq. memoratur, ut recte obſervat Cl. Gronovius. *Caleſus* ibi in Mſſ. nomen, ut & *Almo* a fluvio, de quo vid. IV. Georg. 126. BURM.

536. MEDIUM. *Se offert medium* Montalbanius. *paci medium offert* Oudartii. *pacis medium* Parrhaſ. *cum paci* ſecundus Rottend. *ſeſe* Ald. Junt.

537. DITISSIMUS ARVIS. *Agris* Menagii prior, Parrhaſ. a m. pr. & Gudianus a manu ſecunda. *armis* alter Hamburgicus. *Auſoniis olim* Francianus. Wittian. *arvis* vero poſitum puto, pro *in Auſoniis arvis*, & *ditiſſimus* abſolute, ut ſupra ℣. II. *dives*. nam mox, *terram centum vertebat aratris*, ejus latifundia notat. vid. ad I. Aen. 393. BURM.

538. QUINA. *Et quina* ſecundus Moreti. mox, *& centum terram*. Wittian. BURM.

540. AE-

63 deſunt L. R. Baſil. 64 cur ſenex Voſ. Steph. Dan. Fabr. 65 *ſenſu* V. 65 * ſicut bina pro duo Lipſ. 66 deeſt V. L. Voſ. Steph. Dan. Baſil. vina R. contra Fabr. dat totum verſum ex uo. I. Aen. 313.* 67 narrata R. 68 quis Fabr. al. 69 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 70 nam aequo aequali n. p. accipere V. aequum autem non eſt, cum L. R. Lipſ. aequum ante aequalem n. p. dicere Fabr. al. 71 deeſt R. 72 per conſenſionem V. 73 deeſt R.

Digitized by Google

Inbuit, & primae commiſit funera pugnae,
Deſerit Heſperiam, & coeli convexa per auras
Junonem victrix adfatur voce ſuperba:
En, perfecta tibi bello diſcordia triſti.
Dic, in amicitiam coëant, & foedera jungant:
Quandoquidem Auſonio reſperſi ſanguine Teucros.
Hoc etiam his addam, tua ſi mihi certa voluntas,
Finitimas in bella feram rumoribus urbis,

Ad-

SERVII.

542. IMBUIT. Initiavit. Et bene SANGUINE: nam poteſt bellum [74] & a diſcordia, [75] vel a diſſenſione inchoari.

543. ET COELI CONVEXA PER AURAS.[76] [Probus, Aſper, Donatus, dicunt, hoc loco *per* bis accipiendum, [77] ut adloquatur Junonem *per caeli convexa*, & *per auras*.] Poteſt tamen eſſe Epexegeſis *per auras*, id eſt, *caeli convexa:* nec enim aliud ſunt *aurae*. [78] Dicit etiam quidam commentarius CONVECTA legendum, ut ſit *ipſa convecta*, quod difficile in exemplaribus invenitur.

544. VICTRIX. Voti compos. AFFATUR. Jam cum ſuperbia. Bene autem ei in principio denegavit orationem, quaſi ad ſcelera feſtinanti: quam modo tribuit poſt bella jam coepta.

545. BELLO DISCORDIA TRISTI. Juno enim belli popoſcerat ſemina. Haec ipſa etiam bella perfecit.

547. DIC IN AMICITIAM COEANT. Ac ſi [79] dicat: Ita bella commovi, ut ne tuo quidem imperio poſſint in pacem redire. Et hoc eſt, [80] [quod dicit:] *Affatur voce ſuperba.* Alii dicunt: Ego inter hos bella commiſi; tu vicinos populos foederibus junge, & [81] partibus favere compelle: quod tamen, ſi vis, ego faciam; ut [82] hinc ſit: *Ego, ſi qua ſuper fortuna laborum eſt, Ipſa regam.*

548. CERTA VOLUNTAS. Si tua in hoc conſenſit auctoritas.

VARIORUM.

540. AEQUO. Marklandus ad Statii v. Silv. II. 21. legit, *ſaevo*, & mox, *munera pugnae*, nulla neceſſitate, ſed ſola novandi cupidine, quum *prima funera* ipſe ad praecedentem ſilvam verſu 18. adſtruxerit multis, & deinde ex lib. x. Aen. 755. *aequare funera* produxerit: nullum vero exemplum profert, unde *munera pugnae* eleganter dici probet. *aequo marte* poteſt pro juſto bello capi, quia Auſonii prius aggreſſi armis erant Trojanos, unde & Galaeſus *juſtiſſimus* ſe medium obtulit. Catroeus capit pro vero bello, non quaſi ludus eſſet. vel aequo marte, favente Trojanis, quia Aenaeas filius Veneris, & proſpiceret origini Romae, quae a filio ejus Romulo condenda erat. ita Ovid. I. Triſt. II. 6.

Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

& ita millies *aequi* & *iniqui* dii, quae exemplis adſtruere puerilis eſſet diligentiae. Martem vero Trojanis faviſſe patet, quia a Diomede vulneratus dicitur ab Homero. vid. Serv. ad I. Aen. 96. & II. 163. BURM.

541. BELLUM. *Telum* prior Hamburgicus, pro varia lectione.

543. CONVEXA. Si *convexa* participium facias, egregie quadrat, etiamſi nuſquam alibi hoc participium reperiatur. ſed quid obſtat, quo minus a verbo *vebo*, dicatur & *vexum* & *vectum*, ut a *fluo*, *fluxum* & *fluctum*, a *figo*, *fixum* & *fictum*, cum derivata duplex ſupinum neceſſario poſtulent? MUSON. *Per auras* G. Canterus lib. VII. Novar. Lect. 18. aut legendum cenſet *peragrans*, aut ex Cornelii Valerii ſententia *pererrans*. Neutrum bene. HEINS. *Coeli converſa* Mediceus a manu prima. Cerda *convexa* ad Alecto refert, ut *devexus*

amnis

74 vel ad diſcordiam vel ad diſſenſionem indicari V. 75 & a Dan. Fabr. 76 deſunt Steph. Dan. 77 ut alloquitur L. Voſ. R. *at*, omittunt V. Fabr. al. 78 dicit enim commentarius L. R. 79 diceret V. Baſil. 80 deſunt L. R. Voſ. Steph. quod dixit V. 81 partibus Turni & Aeneae V. artibus Turni & Aeneae Fabr. al. 82 ideo ſit dictum V, ut hinc ſit dictum Fabr.

Adcendamque animos inſani Martis amore:
Undique ut auxilio veniant. Spargam arma per agros.
Tum contra Juno: Terrorum & fraudis abunde eſt.
Stant belli cauſſae: pugnatur comminus armis.
Quae fors prima dedit, ſanguis novus inbuit arma.
Talia connubia, & talis celebrent hymenaeos
Egregium Veneris genus & rex ipſe Latinus:
Te ſuper aetherias errare licentius auras,
Haud Pater ille velit, ſummi regnator Olympi.

Ce-

SERVII.

550. INSANI MARTIS AMORE. Homeri epitheton: [83] [Θούριον Ἄρηα]

551. SPARGAM ARMA PER AGROS. Meminit ſui: nam ſupra dixit 339. *Sere crimina belli.*

552. TERRORUM ET FRAUDIS. [84] *Terrorum*, ex morte tot hominum; *fraudis* vero, ex cervi vulneratione.

553. STANT BELLI CAUSSAE. Manifeſtae ſunt, vel [85] placent, ut XII. 678. *Stat conferre manum.*

555. [86] [TALIA CONNUBIA. Conceſſio ex indignatione]

556. EGREGIUM VENERIS GENUS. Ironicῶs dictum eſt, ut alibi IV. 93. *Egregiam vero laudem, & ſpolia ampla refertis.* IPSE LATINUS. Ac ſi diceret: quem Aeneae cauſſa cogor odiſſe: unde & Amatae nulla ſit mentio, quae eſt Trojanis inimica. Urbanus tamen totum hunc locum [87] accipit per interrogationem: VII. 552. *Terrorum & fraudis abunde eſt? Stant belli cauſſae?* [88] ut Terentii illud: *Quia plus cupio, minus credo.* Adel. IV. V. 64. [89] [*Quia tam miſere cupio, eo vereor magis.*]

557. [90] SUPER AETHERIAS. Quia dixerat: *Caeli convexa per auras.*

VARIORUM.

amnis IV. Georg. 293. quae Turnebo ex lib. XXVI. 28. ſublecta ſunt. *convexa* Sprotianus & duo Hamburgenſes, Dorvill. & alius. *connexa* ſecundus Moreti. ego cum illis facerem, qui praepoſitionem repeti debere putant, *per coeli convexa, per auras.* vid. ad VI. Aen. 692. & V. 512. & alibi. nam *coeli convexa* Virgilianum eſt, I. Aen. 608. IV. 451. ubi vide, & alibi. BURM.

545. TRISTI. Ita plurimi Codices & Edit. Juntina.

546. DIC. *Sic* Sprotian. eadem diverſitas lib. V. 551. *in amicitiam ut coëant* pr. Mentel. & tert. Rottendorf.

548. SI MIHI. *Sit mihi* Menagii prior. vid. lib. IV. 125. *tunc ſi mihi* alter Hamburgicus.

551. UNDIQUE UT AUXILIO VENIANT. *Auxilio coëant* Sprotianus, ut infra 582. *undique collecti coëant.* mox, *terrorum & fraudis*, non, *ac fraudis* ſcripti. HEINS. Copula deeſt Sprotiano & a m. pr. Veneto.

553. STANT BELLI CAUSSAE. Explico, certae ſunt, fixae ſunt. Horat. I. Od. 16. *& altis urbibus Stetere cauſſae, cur perirent Funditus.* ſic, *ſtat ſua cuique dies*, inf. X. 467.

Ibid. COMINUS. *Quo minus* Francianus. *pugnantur* Dorvill.

554. FORS. Sic Schottus, ad vitas viror. Illuſtr. cap. XIII. HEINS. *Sors* alter Hamburgicus, Venetus, Leidenſis & ſecundus Moreti. *imbuet* Parrhaſ.

555. CONNUBIA. *Conubia* Mentelianus prior. quomodo

83 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Dan. apud Homerum paſſim, Θοῦρον Ἄρηα occurrit. ut Iliad. E. 30. & ſaepe illo libro. 84 Terrores V. Terror L. Voſ. R. Steph. Dan. terrorum more Baſil. Terror ex m. t. h. fraus vero Lipſ. 85 placet V. 86 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. al. 87 vult intelligi V. Lipſ. a m. ſec. vult accipi Voſ. Steph. totum deeſt Baſil. 88 ut quaſi per gratulationem non credat, ſicut Voſ. ut ſit Terentii illud L. R. ut Terentii illud V. ſicut Terent. Dan. al. 89 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. Dan. al. ſed haec Terentiana ſunt, priora non reperi quod pl. cupio tanto m. c. u. v. m. magis credo Lipſ. 90 SUPRA V.

Cede locis. Ego, ſi qua ſuper fortuna laborum eſt,
Ipſa regam. Talis dederat Saturnia voces.
Illa autem adtollit ſtridentis anguibus alas,
Cocytique petit ſedem, ſupera ardua linquens.
Eſt locus Italiae medio ſub montibus altis
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Amſancti valles. Denſis hunc frondibus atrum
Urguet utrimque latus nemoris, medioque fragoſus

Dat

SERVII.

561. ATTOLLIT STRIDENTES ANGUIBUS ALAS. Honeſta volantis periphraſis.

563. EST LOCUS ITALIAE IN MEDIO. Hunc locum umbilicum Italiae [91] Chorographi dicunt. Eſt autem in latere Campaniae & Apuliae, ubi [92] Hirpini ſunt, & habet aquas ſulphureas, ideo graviores, quia ambitur ſylvis. [93] Ideo autem ibi aditus dicitur Inferorum, quod gravis odor juxta accedentes necat: adeo ut victimae circa hunc locum non immolarentur; ſed odore perirent ad aquam applicatae: & hoc erat genus [94] litationis. Sciendum [95] ſane, Varronem enumerare [96] quot loca in Italia ſint hujuſmodi: unde etiam Donatus dicit [97] Canuſiae eſſe, vel Lucaniae, qui deſcribitur locus circa fluvium, qui *Calor* vocatur: quod ideo non procedit: quia ait: *Italiae medio ſub montibus altis*. Hoc niſi ad totam Italiam referas, non procedit, ut ſit: Eſt in vallibus Italiae [98] montoſae: nam in hoc loco montes penitus non ſunt.

564. NOBILIS. Notus, quod & ſequentia indicant.

565. [99] AMSANCTI VALLES. Loci *amſancti*, id eſt, [1] omni parte ſancti: quem dicit & ſylvis cinctum; & [2] fragoſum torrente fluvio.

VARIORUM.

modo ſemper per ſimplex *n* in veterrimis libris ſcribitur. Reliqui noſtri cum Pierianis, *conjugia*. ſic *conixus*, *conexus*, ſimiliaque, de quibus ad Ecl. I. HEINS. *Connubia talia*, omiſſo *&*, quartus Moreti & prior Hamburgicus. *conjugia* Francianus, Regius, Wittian. Dorvill. & Parrhaſ. *celebrant* Menagianus prior. *celebret* Wittian.

558. PATER ILLE. *Ipſe* Mentelius prior, Menagianus alter, alter Voſſianus & primus Moreti. quod editos pleroſque occupavit. jam monui ſupr. ý. 110. HEINS.

559. SUPER. *Modo* alter Hamburgicus. *eſt* a m. ſec. Dorvil. *eſt* deeſt multis. vid. Fabric. ad VIII. Aen. 251.

561. ATTOLLIT. *Extollit* Parrhaſ.

562. COCYTIQUE. *Cociti petens* Francianus. *ſuper ardua* Edit. P. Danielis & primus Rottendorphius & alter Menagii.

563. EST LOCUS. Deſcribi hic locum prope Interamnam, hodie Terni, ubi Velinus fluvius per cataractas in excavatam rupem, cujus fundus conſpici vix poteſt, cenſet Ampl. Addiſſon in Itinerario ſuo p. 110. Ed. Pariſ.

Ibid. ITALIAE IN MEDIO. Libri veteres Pieriani & noſtri codices tollunt τὸ *in*. HEINS. Et Francianus. nec habet Nonius in *nobilis*. nec Ed. Venet.

564. MEMORATUS. *Memoratur* Dorvil.

565. AMSANCTI. *Ampſacti* Mediceus. *Ampſanctus*

91 Corographi V. Voſ. Coſmographi Steph. Dan. Chorographi L. vide hic Peregr. Felic. Diſſ. II. §. 29. 92 Hiſpani V. 93 propter hoc illic V. 94 Latationis Voſ. 95 tamen V. 96 quod V. Voſ. R. Steph 97 locum, quem deſcribit Poeta, Canuſiae eſſe circa fluvium V. dicit Lucaniae eſſe, quem Poeta deſcribit locum Lipſ. dicit Lucaniae eſſe, q. deſcr. locum L. Voſ. R. Steph. dicit Canuſiae vel Lucaniae, qui dicitur locus a Poëta Fabr. Canuſiae, qui dicitur locus a Poeta Baſil. mox edidit Maſvic. *hoc enim ſi ad.* quum ſcripti & editi, *hoc niſi ad.* 98 montuoſae V. L. Voſ. Steph. Dan. ſed *montoſae* utitur Virgil. inf. 744. ſic variant libri apud Frontin. I. VIII. 12. & in *monſtroſus* & *monſtruoſus* apud Sueton. Tib. XLIII. Petron. LXIX. Quinctilianum & alios. vid. etiam Heinſ. ad Ovid. VI. Faſt. 229. videndus vero Fr. Flor. Sabinus in Subceſivis Lect. II. 18. ubi Donatum erroris arguit. defendit Parrhaſ. ad Claudian. II. Rapt. 350. BURM. 99 AMSACANTI V. 1 undique ſancti V. 2 fragoſo L. Voſ. R.

Dat ſonitum ſaxis & torto vertice torrens.
Hic ſpecus horrendum, ſaevi ſpiracula Ditis,
Monſtratur, ruptoque ingens Acheronte vorago
Peſtiferas aperit faucis: quîs condita Erinnys,
Inviſum numen, terras coelumque levabat.
Nec minus interea extremam Saturnia bello
Inponit regina manum. Ruit omnis in urbem
Paſto-

SERVII.

568. Hic specus horrendum. Hoc nomen apud majores trium generum fuit. Ennius foeminino poſuit: [3] [*Sub monte ſpecus altae.*] Horatius maſculino iii. Od. 25. *Quae nemora, aut quos agor in ſpecus?* Virgilius neutro, [4] quo hodie in numero ſingulari tribus tantum utimur caſibus: [5] [*hoc ſpecus, hujus ſpecus, o ſpecus:*] [6] nam pluralem tantum a genere maſculino habemus in omnibus caſibus. Hinc eſt iii. Georg. 376. [7] *Ipſi in defoſſis ſpecubus.* Quanquam antiqui codices habeant: *Hic ſpecus horrendus.* Spiracula Ditis. Aditus, a *ſpirando*, [8] [quod ibi hoſtiae admotae concidant & moriantur.] Antiqui codices *piracula* habent, quae dicta ſunt ἀπὸ τ̃ περάτων, hoc eſt, a finibus Inferorum.

569. Vorago. Acherontis exaeſtuatio.

570. Condita Erinnys. [9] Recepta; alii Condit legunt, & *ſe* ſubaudiunt.

571. Coelumque levabat. [10] Relevabat, recreabat: [11] [cui praeſentia ſui erat oneri.]

572. Extremam Saturnia bello Imponit regina manum. Quod ſupereſt, perficit. Et eſt tranſlatio a pictura, [12] [quam manus complet, atque ornat extrema.]

VARIORUM.

ctus eſt Ciceroni, Plinio & Claudiano. in Menagiano *Amſanti*. HEINS. *Anſancti* multi. *Anxanti* prior Hamburgicus. *Amſaneae* alter. *an valles ſancti* Oudartii. *anfracti* Ed. Venet. *anſanti* Vratiſlavienſis.

Ibid. Frondibus. *Frontibus* alter Mentelii. mox, *utrumque* Menagii prior & primus Rottendorphius, Francianus, Parrhaſ. & Wittian.

566. Fragosus. *Fragoſis ſaxis* prior Voſſianus, tertius & quartus Moreti, Menagianus alter & pro diverſa lectione prior Hamburgicus, & ſecundus Rottendorphius. HEINS. Et Francianus & Parrhaſ. *utrumque l. n. m. fragoſis* Ed. pr.

567. Et torto vortice. Ita Barthius ad Claudian. p. 1163. ex vetuſto codice. noſtri omnes, *vertice*, ut & cum alibi paſſim, tum lib. i. Aen. 117. *rapidus vorat aequore vertex.* ubi tamen *vortex* a Cariſio agnoſcitur. HEINS.

568. Hic specus horrendum. *Hic ſpecus horrendus, & ſaevi* ex Mſ. & Servio Giphanius Indice Lucret. pag. 420. in Pierianis nonnullis eleganter, quomodo & ex noſtris Venetus, *Hic ſpecus horrendum ſaevi ſpiracula Ditis Monſtratur.* quorum plenus Virgilius. iv. Georg. 467. habemus *Taenarias fauces alta oſtia Ditis. & ſaevi ſ. D. Monſtratur* in Sprotiano & priore Hamburgico. At in Schefferio, in primo & ſecundo Moretano, primo Rottendorphio *&* non comparet, & *monſtrantur* legitur. Servius monet, in vetuſtis exemplaribus eſſe, *ſpecus horrendus* & *piracula:* quae deducit ἀπὸ τῶν περάτων, hoc eſt, *a finibus inferorum.* ridicule, nec minus ineptit, cum *ſpiracula* exponit, *aditus, a ſpirando, quod ibi hoſtiae admotae concidant, & moriantur,* quae tamen verba a vetuſto Servii Leidenſis codice aberant, adeo multa inculcata ſunt paſſim Servianis commentariis, quae Servii non magis ſunt, quam mea. Maronem aemulatur Solinus cap. vii. *In Laconica ſpiraculum eſt Taenaron.* plura de *ſpiraculis* & *ſpiramentis* ad Aeneid. x. 291. Plinius lib. ii. Hiſt. Nat. 93. *ſpiritus letales alibi aut ſcrobibus emiſſi, aut ipſo loci ſitu mortiferi, alibi volucribus tantum, alibi praeter hominem caeteris animantibus,*

3 deſunt Lipſ. Dan. Baſil. 4 quod hodie R. Steph. Dan. al. 5 deſunt L. Lipſ. Voſ. qui *hic ſpecus, o ſpecus.* pluralem. 6 deeſt L. R. Steph. al. 7 deeſt Steph. 8 deſunt L. Lipſ. mox, ſpiracula habent, quae dicta ſunt ἀπὸ L. Voſ. R. omiſſis aliis. a funibus L. 9 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 10 deeſt Baſil. 11 deſunt L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. praeſentia ſua Fabr. al. 12 deſunt L. R. quae manus Voſ. Steph.

Paſtorum ex acie numerus, caeſóſque reportant,
Almonem puerum, foedatique ora Galaeſi:
Implorantque Deos, obteſtanturque Latinum.
Turnus adeſt, medioque in crimine caedis & igni
Terrorem ingeminat: Teucros in regna vocari,
Stirpem admiſceri Phrygiam; ſe limine pelli.
Tum quorum adtonitae Baccho nemora avia matres
Inſultant thiaſis, (neque enim leve nomen Amatae)

Un-

SERVII.

575. FOEDATI. Cruentati. IMPLORANTQUE DEOS. Ad auxilium & ultionem.

576. OBTESTANTURQUE LATINUM. Propter caedem factam teſtem adhibent: & dicunt, auctores rupti foederis eſſe Trojanos, [13] [cum ipſi pacis jura temerarint.]

577. ET IGNIS. [14] In ipſo ſcilicet ſeditionis incendio ac fervore.

578. TEUCROS IN REGNA VOCARI. [15] Subaudis dicit. [16] Et *Teucros*, injurioſe, ac ſi diceret exules, & perfidos.

579. [17] [SE LIMINE PELLI. [18] Interiori familiaritate, ut Juvenalis III. Sat. 124. *Limine ſubmoveor.*]

580. ATTONITAE BACCHO. Veluti Baccho: Furia enim [19] agebantur. Et ſic eſt dictum, ut XI. 648. *At medias inter caedes exultat Amazon.* NEMORA AVIA. Per nemora.

581. THIASIS. Choreis. NEQUE ENIM LEVE NOMEN AMATAE. Juvenalis VI. Sat. 617. *Quae non faciet quod principis uxor?*

VARIORUM.

bus, nonnumquam & homini, ut in Sinueſſano & Puteolano ſpiracula vocant, alii Charoneas ſcrobes, mortiferum ſpiritum exhalantes. Χαρώνιον ἄντρον & Πλουτώνιον, de ſimilibus ſpiraculis apud Strabonem non ſemel occurrit. *ſpiramenta* alii, nonnulli *ſpiramina* vocant. *ſpiramentum cavernae* Juſtino IV. 1. de Aetna. Plinius lib. XXXIV. 10. *camini ſpiramentum. Caeca cavernarum ſpiramenta* Noſter I. Georg. 90. & lib. IV. 39. *in tectis tenuia cera Spiramenta linunt.* apud Statium lib. XII. 268. *reficit ſpiramina feſſi Ignis.* Columel. VIII. 8. *ejus pulli ſinguli fictilibus ollis conduntur, ſtipatiſque opercula ſupponuntur.* in antiquo libro *omnibuſque opercula ſuperponuntur.* lege, *ſpiraculiſque*, vel *ſpiraminibuſque opercula ſuperponuntur.* Lucan. lib. X. 248. *ſunt qui ſpiramina terris Eſſe putent, magnoque cavae compagis hiatus.* HEINS. *Et* deeſt Franciano, qui & *monſtratur. mons ſterilis* alter Hamburgenſis. *monſtrantur* Edd. Venet. & Mediol. Ald. & Dorvill.

569. RUPTOQUE. *Raptoque* alter Menagii. mox, *peſtiferas voces* prior Mentelii. *condit* primus Rottend. & Hamburg & Gudianus.

570. QUEIS CONDITA. *Condit* Mediceus primus, Rottendorphius, Gudianus & prior Hamburgicus, & duo Moreti, & Dorvill. a m. ſec.

571. TERRAS COELUMQUE. *Coelum terraſque* Parrhaſ. *& terras coelumque* Ald. *levavit* Wittianus.

573. IMPONIT. *Impoſuit* Gudianus a manu prima. HEINS. Sed *imponit* apud Donatum ad Terent. Andr. II. V. 1.

Ibid. IN URBEM. *In urbe* Priſcianus citat libro XVIII. HEINS.

575. FOEDATIQUE. *Foedataque* Sprotianus & Francianus.

577. ET IGNE. *Et igni* Mediceus, duo Menteliani, & Schefferius, etiam a manu prima Gudianus & ſecundus Rottendorphianus. recte omnino.

13 deſunt L. R. 14 ipſo fervore ſeditionis L. R. Lipſ. Steph. ipſi fervore ſed Voſ. in ipſo fervore V. Baſil. 15 deeſt L. R. 16 dixit perfidos, quaſi exſules R. dicit & Teucros quaſi exules dixit, vel perfidos L. accipe ac ſi V. injurioſe dictum accipe, quaſi exules ac perfidos Fabr. al. injurioſe quaſi exſules dixit & perf. Steph. quaſi diceret ex. Lipſ. 17 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. 18 interiore Fabr. al. 19 agebatur V.

Digitized by Google

Undique collecti coëunt, Martemque fatigant.
Ilicet infandum cuncti contra omina bellum,
Contra fata Deûm, perverſo numine poſcunt.
Certatim regis circumſtant tecta Latini.
Ille, velut pelagi rupes inmota, reſiſtit:
Ut pelagi rupes, magno veniente fragore,
Quae ſeſe, multis circum latrantibus undis,
Mole tenet, ſcopuli nequidquam & ſpumea circum

Saxa

SERVII.

582. MARTEMQUE FATIGANT. Praelium cum clamore depoſcunt.

583. CONTRA OMINA. Superius de [20] [apibus &] Lavinia.

584. FATA DEUM. Propter Fauni oraculum. PERVERSO NUMINE. Irato.

586. VELUT PELAGI RUPES. Cum Cicero [21] ſeditionem fluctibus comparaverit pro Milon. cap. II. [22] [*In illis dumtaxat fluctibus concionum*:] [23] bene Virgilius eum, qui reſiſtit ſeditioni, *rupem* vocavit.

589. MOLE TENET. Hic diſtinguendum; ut SCOPULI [24] nominativus pluralis ſit.

VARIORUM.

no. HEINS. *Ignis* Wittian. & plures ſcripti & editi. ſuſpectus locus, nihil enim de igni praeceſſit, tantum pugnatum fuit aequo Marte, id eſt favente Teucris. quare fortaſſe hic *caedis iniquae* ſcribi poſſet. ſed vix audeo. Cerda κατὰ σιωπώμενον, ignis mentionem fieri, quia praeter caedem etiam tuguriis agreſtium ignem immiſerunt Trojani. vix puto. BURM.

578. INGEMINAT. *Ingeminant* Venetus. *geminat* Sprotianus.

Ibid. TEUCROSQUE. Mediceus & uterque Mentelius, caeterique omnes, *Teucros in regna:* quod omnino concinnius. HEINS. Et ita Francianus.

579. LIMINE. *Limite* Parrhaſ.

581. THIASIS. *Thyrſis* Menagii prior.

583. ILICET. *Scilicet* Mediceus. *cunctis* Oudartii. *contra omnia* depravatiores libros habere notabat Heinſius. & ſollemnis eſt illa confuſio.

584. PERVERSO NUMINE. Infeſto interpretatur Crevier. ad Liv. XXI. 33. ubi *perverſas rupes* hinc illuſtrat. ſed recte Cl. Drakenb. adverſas, contrarias, cum Cerda accipit. *nomine* Mediceus. BURM.

585. REGIS CIRCUMSTANT TECTA TYRANNI. Haec lectio poſſet defendi, ſi modo *reges* cum Menagiano & priori Hamburgenſi legas. ut reges ſint primi proceres. vid. ad Val. Flacc. V. 274. & ita apud Curt. V. I. 37. *reges* recte a quibuſdam explicantur, nec opus *regulos* ibi legere. *Tyrannus* vero ſaepe tranſiit in nomen proprium regis. vid. ad Ovid. XIV. Epiſt. 23. & ſupr. 342. *circum ſtant* Francianus. ut mox, *circum latrantibus. circumdant* Ed. Venet. quomodo ſaepe variant libri. vid. ad Ovid. II. Met. 717. & ad Sil. Ital. II. 550. BURM.

587. UT PELAGI RUPES. Aut verſum, *ut pelagi*, &c. aut proxime praecedentem eſſe ſpurios habeo perſuaſum, quamquam de hoc 587. id cenſere malim: & ſane aberat is priore manu ab altero Menteliano. *pelagi rupes* in eadem comparatione bis repetitur inconcinne. Apud Macrobium lib. VI. 3. verſus proxime praecedens exſtat. HEINS. Abeſt 587. a Bigotiano manu prima. *pelagi rupis* Wittian. *pelagi moles* tres quatuorve. deinde *magno rupes* Parrhaſ.

588. LA-

20 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. al. 21 ſeditionem populi V. 22 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. ſed in marg. Lipſ. aliter legebatur. *ut in illis duntaxat fluctibus concionum;* non enim incongrue Virgilius ſedicionis obſtaculum rupem vocavit. 23 non ergo incongrue Virgilius ſeditionis obſtaculum rupem vocavit V. 24 nunc nom. L. Voſ. Steph. non nom. R.

Digitized by Google

Saxa fremunt, laterique inliſa refunditur alga.
Verum, ubi nulla datur caecum exſuperare poteſtas
Conſilium, & ſaevae nutu Junonis eunt res,
Multa Deos auraſque pater teſtatus inanis,
Frangimur heu fatis, inquit, ferimurque procella!
Ipſi has ſacrilego pendetis ſanguine poenas,
O miſeri. Te, Turne, nefas, te triſte manebit
Supplicium; votiſque Deos venerabere ſeris.
Nam mihi parta quies, omniſque in limine portus:
Funere felici ſpolior. Nec plura locutus

Sae-

SERVII.

591. Coecum consilium. Fremitui populi [25] bonum nomen impoſuit.

594. Frangimur. Permanſit in rupis tranſlatione.

595. Sacrilego sanguine. Quia bellum ſumebant contra [26] voluntatem deorum.

597. Votisque deos venerabere seris. Quia religio rigida dicit, ſemel [27] male commiſſa nulla ratione revocari, Horatius Epod. v. *Dira deteſtatio* [28] *nulla expiatur victima.*

598. Parta quies. Scilicet vicinae mortis beneficio. In limine portus. Securitas omnis in portu eſt.

599. Funere felici spolior. Exequiis tantum regalibus careo.

VARIORUM.

588. Latrantibus. *Vallantibus* alter Hamburgicus.

589. Mole tenet, scopuli. In multis exemplaribus diſtinguitur poſt τὸ *ſcopuli.* quod non procedit, niſi amplectimur quod in Leidenſi codice pro diverſa lectione erat annotatum: *mole tenet ſcopuli: nequicquam ſpumea circum Saxa fremunt.* Atque ita Sprotianus quoque. HEINS. Et Oudartii.

590. Refunditur, *Infunditur* alter Hamburgenſis. *retonditur* ſecundus Rottendorphius, pro *retunditur*. *illiſa* recte. vid. ad vi. Aen. 416.

591. Exsuperare. *Superare* ſecundus Rottendorphius. *coeptum exſuperare* Parrhaſ.

593. Testatus. *Teſtatur* in Mediceo, priore Mentelio, Gudiano aliiſque nonnullis. tum, *aras inanes* a manu prima alter Hamburgicus, prior etiam pro diſcrepante ſcriptura. ut aras foederis aut hoſpitii deſignet. ſed *aurae inanes*, ut agnoſcit hoc prolato Maronis loco Aruſianus Meſſius, quo modo lib. iv. 218. Iarbas,

Nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamque fovemus inanem.

HEINS. *Araſque p. teſtatur.* Ed. Venet. illud *aras* blanditur, & confundunt librarii has voces. vid. ad Ovid. Epiſt. i. 110. in Curiam, quod illis templum erat, vid. ſupr. 174. nam vocati erant, ubi ara erat, ut ſolebat apud Romanos. vid. Caſaub. ad Suet. Aug. xxxv. *aras* etiam Markland. probat praefat. ad Statii Silvas ex lib. xii. 496. BURM.

594. Procella. *Procellis* Montalbanius. *procellas* Mediceus.

595. Pendetis. *Pendentes* Francianus. & Dorvill. *pendetis* Mediceus.

598. In limine. *In lumine* alter Hamburgicus & Zulichemius. Marklandus ad Stat. ii. Silv. ii. 7. hoc hemiſtichium ſuſpectum habet, ſed alio loco ſe dicturum promittit. forte, *mortiſque in limine portus.* Waddel. Anim. Critic. p. 25. *amniſque in lumine*

25 bene tale nomen Dan. poſuit Baſil. 26 voluptatem V. 27 mala Voſ. 28 explabitur V. *nulla eatime victima* L.

Saepſit ſe tectis, rerumque reliquit habenas.
Mos erat Heſperio in Latio, quem protinus urbes
Albanae coluere ſacrum, nunc maxuma rerum
Roma colit, quum prima movent in proelia Martem,
Sive Getis inferre manu lacrimabile bellum,
Hyrcaniſve, Arabiſve parant, ſeu tendere ad Indos,
Auroramque ſequi, Parthoſque repoſcere ſigna.

Sunt

SERVII.

601. [29] MOS ERAT. Varro vult morem, [30] communem conſenſum omnium ſimul habitantium, qui inveteratus, conſuetudinem facit. HESPERIO IN LATIO. Hoc eſt in antiquo: nam, ut in primo ỷ. 6. diximus, duo Latia fuerunt: unde non fruſtra *Heſperio* addidit. Quod autem dicit hanc conſuetudinem antiquam fuiſſe, falſum eſt: nam a Numa Pompilio [31] primum inſtituta eſt; ſed carmini ſuo, ut ſolet, miſcet hiſtoriam. Notandum ſane, inconnexum eſſe hunc locum, ſi quis totius libri conſideret textum: nam ſupra ait 46. *Longa placidas in pace regebat*. Item dicturus eſt 723. *Ardet inexcita Auſonia, atque immobilis ante.* Et nunc dicit: *Mos erat Heſperio in Latio.* Supra etiam 184. *Captivi pendent currus*. Item 426. *Tyrrhenas, i, ſterne acies*. Quae ne ſint contraria, accipiamus Italiam primo [32] caluiſſe bellis, medio tempore quieviſſe, & ad antiquum ſtudium nunc reverti: ſicut Romani bello flagravere ſub Romulo; quievere ſub Numa; ſub Tullo Hoſtilio priſtina ſtudia repetiverunt. Hinc eſt, quod & ipſe Virgilius ait: *Longa placidas in pace regebat*; non perpetua. Item inf 693. *Deſuetaque bello Agmina in arma vocat ſubito, ferrumque retractas*. Nam retractare, eſt repetere, quod [33] omiſeras. Tale aliquid dicit de genere Syllano Salluſtius: nam volens oſtendere, antiquos majores ejus conſulares fuiſſe; vicinos vero ignaviſſimos; Syllam vero florentiſſimum, ait Jugurth. cap. XCV. *Igitur Sylla patriciae gentis fuit, familia jam extincta majorum ignavia.* QUEM PROTINUS. Jugiter, deinde: nam nunc temporis eſt adverbium; alibi loci, ut III. 416. *Cum protinus utraque tellus Una foret.*

602. MAXIMA RERUM ROMA. Imperii potita.

603. MOVENT IN PROELIA MARTEM. [34] Nam moris fuerat, indicto bello, in Martis ſacrario ancilia commovere: unde eſt in octavo 3. *Utque impulit arma.*

604. GETIS INFERRE BELLUM. Getarum fera gens etiam apud majores fuit: nam ipſi ſunt Myſii, quos Salluſtius (Fragm. incert.) a Lucullo dicit eſſe ſuperatos.

605. HYRCANISVE. [35] [Gens eſt, dicta a ſylva Hyrcania, ubi ſunt tigres.] ARABISVE PARANT, SEU TENDERE AD INDOS. [36] [Hic dativus] venit ab eo, quod eſt *hic Arabus*: nam ab eo, quod eſt [37] *hic Arabs, ab hoc Arabe, Arabibus* [38] facit: ſicut *Hiberis*: unde eſt in Lucano II. 54. [39] *Occurrit Hiberibus alter*: & *Hiberus*: nam Horatius dicit II. 20. *Diſcet Hiberus, Rhodanique potor.* Item lectum eſt [40] *Aethiopus*; ſed modo tantum *Aethiops* dicimus.

606. AURORAMQUE SEQUI. Ingenti ambitu dixit ipſum ortum diei [40] * [pro populis.] PARTHOSQUE REPOSCERE SIGNA. Hoc in honorem Auguſti poſuit, quo [41] imperante a Parthis repetita ſunt ſigna, quae Craſſus, [42] Triumvir, perdiderat. Qui cum aviditate ſua contra auſpicia bellum ſuſcepiſſet, intercedentibus Tribunis plebis, captus cum filio eſt, & necatus, infuſo in os auro,

29 hic in L. folium exciſum erat, & deerant notae ad ỷ. 677. 30 eſſe commemorat conſenſum o. ſ. habitantium, qui veteratus V. 31 primo Voſ. R. mox, incorrectum eſſe h. locum Lipſ. 32 caruiſſe R. 33 omiſerat Voſ. R. Steph. Dan. 34 quia moris V. 35 deſunt V. a ſilva Hyrcinia Baſil. 36 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. 37 *Arabis*, *Arabi*, ab hoc V. 38 ſicut *Hiberis* facit V. 39 *occurrat Hiberis alternis.* Nam V. *occurrat* Voſ. R. Steph. Fabr. al. *Iberis* legitur in Lucano. 40 Aethiops. ſed t. Aethiope V. eſt Aethiops & Aethiopus. ſed Fabr. al. ſed tantum Lipſ. 40 * deſunt Lipſ. 41 regnante V. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 42 deeſt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. Baſil. mox interced. Tr. Pl. deſunt Lipſ.

Digitized by Google

Sunt geminae belli portae (ſic nomine dicunt)
Religione ſacrae, & ſaevi formidine Martis:
Centum aerei claudunt vectes, aeternaque ferri
Robora: nec cuſtos abſiſtit limine Janus.
Has, ubi certa ſedet patribus ſententia pugnae,

Ipſe,

SERVII.

ro, [43] [cujus amore pugnaverat.]

607. SUNT GEMINAE BELLI PORTAE. Sacrarium hoc [44] Numa Pompilius fecerat circa imum Argiletum, juxta theatrum Marcelli: quod fuit in duobus breviſſimis templis. Duobus autem, propter Janum bifrontem. Poſtea captis [45] Faliſcis, civitate Tuſciae, inventum eſt ſimulacrum Jani cum [46] frontibus quatuor, [47] Unde quod Numa inſtituerat, tranſlatum eſt ad Forum tranſitorium, & quatuor portarum unum templum eſt inſtitutum. Janum ſane apud aliquos [48] [bifrontem; apud aliquos] quadrifrontem eſſe non mirum eſt: nam alii eum diei dominum [49] volunt, in quo ortus eſt & occaſus. Horatius II. Sat. VI. 20. *Matutine pater, ſeu Jane libentius audis.* Alii anni totius, quem in quatuor tempora conſtat eſſe diviſum. Anni autem eſſe deum [50] illa res probat: quod ab eo prima pars anni nominatur: [51] [nam ab Jano Januarius nuncupatus eſt.]

608. RELLIGIONE SACRAE. Tremendae, execrabiles: nam & paulo poſt 617. dicturus eſt: *Triſteſque recludere portas.*

609. [52] FERRI ROBORA. Bene addidit *ferri:* nam omne quod forte eſt, *robur* vocamus.

610. [53] [JANUS. Quidam *Janum*, *Eanum* dicunt ab *eundo*, eumque eſſe Martem; & quod apud Romanos plurimum poteſt, ideo primum in veneratione nominari. Alii *Janum* aërem credunt; & quia vocis genitor habeatur, idcirco mandari ei preces noſtras ad deos perferendas. Alii *Janum* mundum accipiunt, cujus caulae ideo in pace clauſae ſunt, quod mundus undique clauſus eſt; belli tempore aperiuntur, ad auxilium petendum ut [54] pateant: Nam quaſi mundo ei duas facies dederunt, Orientis & Occidentis; quod jam ſupra dictum eſt: alii quatuor, ſecundum quatuor partes mundi. [55] Alii *Cluſium* dicunt, alii *Patulcium*, quod patendarum portarum habeat poteſtatem. Idem *Junonius*; inde pulchre Juno portas aperire inducitur. Idem *Quirinus*; unde trabeatum Conſulem aperire portas dicunt, eo habitu, quo Quirinus fuit.]

VARIORUM.

limine portus. neſcio quo ſenſu. non ſatis haec clara mihi adparent. BURM.

599. FUNERE. *Munere* primus Moretanus. regium funus explicat etiam Gutherius de Jur. Manium lib. II. cap. 2. ego puto reſpicere commune dictum, *dicique beatus Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.* felix ergo funus ejus, qui obit ante mala & calamitates, quas praevidebat imminere patriae. vel etiam quia Pallante filio orbatus, ab eo condi & ſepeliri non poſſit. ut quaſi divinitus haec dicat. BURM.

600. RELIQUIT. *Relinquit* Menagius uterque.

601. QUEM PROTINUS, &c. Illuſtrat hunc locum Macrobius lib. III. cap. 8. ubi vetus codex Thuaneae Bibliothecae, *quem protinus una Albani coluere viri*, invito Marone, & ipſo Macrobio, ut opinor. HEINS.

602. MAXIMA RERUM. Licet in Georg. II. 534. *pulcherrima rerum* dicatur Roma, hic praefrigide dici *maxima* Harduinus notat. ſed vide quae dixi ad Lucan. V. 692. BURM.

604. MANUS. Scholiaſtes Crucquianus Horat. lib. III. Od. 24. citat,

Sive Getis inferre manus, ſeu tendere ad Indos.

deinde Chariſ. lib. I. Inſt. Gr. p. 77. *Hyrcaniſve Arabiſve parant indicere bellum. ſive inferre manus Gethis* Parrhaſ. *manum* Menagianus, Montalbanius

43 deſunt R. Baſil. 44 id eſt belli portas, Numa V. 45 Phaleris civitatibus V. Phaleris L. Steph. Dan. Faleris R. Falleris Lipſ. 46 Jovis frontibus V. 47 propter quod in foro tranſitorio (forum tranſitorum V.) conſtitutum eſt ſacrarium aliud, quod novimus hodieque quatuor portas habere V. L. Steph. Dan. 48 deſunt Voſ. apud alios b. apud alios q. V. 49 vel auctorem volunt V. vel actorem volunt Lipſ. 50 illa re probat R. 51 deſunt V. R. Lipſ. Steph. dictus eſt V. dicitur Dan. 52 FABRO V. 53 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 612. 54 pateant ? Dan. 55 Cluſivium d. a. Patulcum Dan.

Ipſe, Quirinali trabea cinctuque Gabino
Inſignis, reſerat ſtridentia limina Conſul;
Ipſe vocat pugnas: ſequitur tum cetera pubes:
Aereaque adſenſu conſpirant cornua rauco.

Hoc

SERVII.

612. IPSE QUIRINALI TRABEA. [56] [Aut regali; aut qua uſus eſt Romulus, Horatius: *Trabeati jura Quirini.*] Suetonius in libro de Genere veſtium, dicit tria eſſe genera trabearum; unum diis ſacratum, quod eſt tantum de purpura; aliud regum, [57] quod eſt purpureum, habet tamen album aliquid; tertium, augurale, de purpura & cocco. *Quirinali* ergo, [58] regali. CINCTUQUE GABINO. *Gabinus cinctus*, eſt toga ſic in tergum rejecta, [59] ut ima ejus lacinia [60] a tergo revocata [61] hominem cingat. Hoc autem veſtimenti genere [62] [veteres Latini, cum necdum arma haberent, praecinctis togis bellabant: unde etiam milites *in procinctu eſſe* dicuntur. Hoc rurſus] utebatur Conſul bella indicturus, ideo [63] quia, cum Gabii, Campaniae civitas, ſacris operaretur, bellum ſubito evenit: tunc cives cincti togis ſuis [64] ab aris ſunt ad bella profecti, & adepti victoriam. [65] [Propter quod omen tali habitu ſemper utebantur in bellis:] [66] [unde hic ortus eſt mos.]

613. INSIGNIS RESERAT STRIDENTIA LIMINA CONSUL. [67] Is, qui prior creatus eſt. *Inſignem* accipe, primo loco creatum: [68] licet alter ſimilem habeat poteſtatem.

614. IPSE VOCAT PUGNAS. Tria ſunt, ut diximus ſupra II. 157. militiae genera: Sacramentum; [69] in quo jurat unuſquiſque miles, ſe non recedere, niſi praecepto conſulis, poſt completa ſtipendia, id eſt, militiae tempora: [70] Conjuratio, quae fit in tumultu, [71] [id eſt,] Italico bello, & Gallico, quando vicinum Urbis periculum [72] ſingulos jurare non patitur; [73] ut inter Fabios fuit: Evocatio; quod genus [74] nunc tangit: nam ob ſubitum bellum evocabantur: unde etiam conſul ſolebat dicere: *Qui Rempublicam ſalvam eſſe vult, me ſequatur.*

615. CONSPIRANT CORNUA RAUCO. [75] Nam & tubae ſimul inflabantur.

VARIORUM.

banius & Sprotianus. vulgata eſt apud Schol. Horat. I. Od. 21. *Gothis* Wittian. *Hircaniſque* Ed. Mediol. *Arabum rorem* dixit Ovid. XV. Epiſt. 76. ubi vide. Rogat Harduinus, quando Romani Getis bellum intulerunt? ſed an neſcit Dacicam expeditionem jam meditatum Auguſtum A. V. C. DCXXXII. & ſequenti, & anno eodem & ſubſequent. Parthicum, ut probavit vir doctiſſimus Maſſon in vita Horatii ad eos annos? & in orientem iter propoſuiſſe, & tunc etiam Arabes ſimul ſubjicere cogitaſſe? ergo tribus vel quatuor ante Virgilii mortem annis. immo jam A. DCXXVI. & ſeq. in Arabas ex lib. I. Od. 29. & 35. expeditionem paratam idem Maſſon probat. oportet Hiſtoriae Romanae peritiorem eſſe, qui paradoxa vult vulgare. nec melioris notae eſt quod ſolaecum pronuntiat, *repoſcere Parthos ſigna*, pro a Parthis. vid. ad II. Aen. 139. *Parthoſve* Zulichem. *Parthiſque* Menagii & Hamburg. priores.

607. SUNT GEMINAE. *Sunt Gemini* caſtigabat Joh. Marius Matius Annotationibus in varios auctores: ut *Janus Geminus* intelligatur. inconcinne omnino, & contra ſcriptos. in templo Jani geminae portae, ut introitum & egreſſum templi ſimul

mul

56 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. qui hanc laciniam Servio adſuerunt, nobis etiam illa *Trabeati jura Quirini*, tamquam Horatiana obtruſerunt, ſed quae in illo non repeciuntur. credo primum, qui induxit, Ovidii illa ex lib. I. Faſt. 37. dediſſe,

Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini.

iura autem pro *cura* librarius dedit. ut ſupr. 365. BURM. 57 quod habet album aliquid mixa purpura V. 58 reguli V. 59 ut ima, eſt a Ferrar. de Re veſt part. I. lib. I. cap. 14. antea *una* legebatur. 60 deeſt R. Lipſ. Fabr. Dan. 61 humerum legebat Heinſius. 62 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 63 deeſt Dan. 64 ab agris Fabr. al. 65 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. utebatur in bellis V. 66 deſunt V. 67 inſignem accipe priori loco creatum V. is qui propter creatus, ſequentibus omiſſis R. 68 licet ſimilem habeant pot. Voſ. Steph. Dan. 69 in quo juratio, ut inter Fabios fuit R. mediis omiſſis. 70 ſcilicet viginti quinque annos Fab. al. falſum, & inepto ab homine adjectum. 71 deeſt Voſ. Steph. 72 ſingulas V. 73 ſicut de Fabiis legimus Voſ. Steph. 74 non tangit Voſ. mox, *Qui* R. *ſalvam vult* Lipſ. 75 deeſt R.

Hoc & tum Aeneadis indicere bella Latinus
More jubebatur, triſtiſque recludere portas.
Abſtinuit tactu pater, averſuſque refugit
Foeda miniſteria, & caecis ſe condidit umbris.
Tum Regina Deûm coelo delapſa morantis
Inpulit ipſa manu portas, & cardine verſo
Belli ferratos rupit Saturnia poſtes.
Ardet inexcita Auſonia, atque immobilis ante.

Pars

SERVII.

619. FOEDA MINISTERIA. Cruenta; more ſuo.

620. MORANTES. [76] Scilicet bella, [77] differentes.

622. RUPIT SATURNIA POSTES. Acyrologiam fecit, commutando Ennii [78] verſum: Nam ille ait: *Belli ferratos poſtes, portaſque refregit.*

623. IMMOBILIS ANTE. Non ſemper; ſed antehac. Poteſt tamen & immobilis [79] a Furia: nam ante [80] geſſit bella; ſed jure indicta [81] [per Feciales, [82] & Patrem patratum.]

VARIORUM.

mul comtemplaretur Janus biceps. vid. Ovidium I. Faſt. 125. HEINS.

608. ET SAEVI. *Et* abeſt a Franciano. *formidine belli* Parrhaſ.

609. AETERNAQUE. *Externaque* Parrhaſ.

611 HAS. *Haec* Mediceus a manu ſecunda. HEINS. Si *has*, fores ſcilicet, maneat, *limina ſtridentia* per appoſitionem debent ſumi: forte tamen, *ſtridenti limine.* ut mox, *cardine verſo Rupit poſtes.* BURM.

612 CINCTUQUE GABINO. *Sabino* Bigotianus a manu ſecunda. *cinctoque Gabino* Mentelii prior. *cinctuſque* Menagii prior. *inſignis* referri debet ad *Trabea cinctuque*, non ut Servius quaſi prior conſul *inſignis* dicatur, epitheto proprio. ſic IV. 144. *oſtroque inſignis & auro.* & ſaepe alibi. BURM.

614. TUM. *Cum* Sprotii & Menagii alter.

615. ADSENSU. *Accenſu* Menagii prior. Heinſ. in ora codicis, *accentu, ab ſenſu* Francianus.

617. JUBEBATUR. *Videbatur* Vratiſl. & Francianus. *reducere* Sprotianus & Menagii prior. *excludere* Ed. Mediol.

618. AVERSUSQUE. *Adverſuſque* Venetus, Bigotianus & Gudianus, cui interpretatio adjecta, id eſt, *iratus. tactuque pater, averſuſque* Parrhaſ. *averſus* Nonius habet in *Foedus.*

619. UMBRIS. *Antr s* Dorvill.

620 MORANTIS. *Per auras* prior Hamburgicus pro varia lectione. *dilapſa* Venetus.

622. RUPIT. *Rumpit* in Mediceo, primo Rottendorphio, altero Voſſiano, priore Hamburgico. etiam a manu ſecunda Gudianus. HEINS. *Rumpunt* Leidenſis & Bigotianus. *rumpit* Francianus. *ferratas portas* Parrhaſ. a m. pr.

623. ARDET INEXCITA AUSONIA. *In excitam Auſoniam* manifeſte agnoſcit Aruſianus Meſſius, *Ardet illa re.* Virg. Aen. XI. *Foemineo praedae & ſpoliorum ardebat amore. Ardet illam rem*, Virg. in Buc. *Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim. Ardet in illa re*, Salluſt. bello Catil. *ardens in cupiditatibus. Ardet in illam rem.* Virgil. *Ardet in excitam Auſoniam.* Quod non eſt de nihilo. videlicet ut *το ardet* non ad *Italiam*, ſed ad *Junonem* referatur. quamquam vetuſti codices, a me conſulti, cum vulgatis exemplaribus pertinaciter faciunt. Et ſane *inexcita Auſonia*, quam bene dicatur, alii viderint; cum jam ante bellis ea fuerit obnoxia. niſi Maro voluit, etiam illos in bellum ruiſſe, qui hactenus militiae nomen non dederant. *Ardere in excitam Auſoniam*, quomodo lib. II. 347. *ardere in praelia* lib. XI. 455. *meditari in praelia.* & plus eſt quam ſi dixiſſet *Ardere* Junonem, *in excita Auſonia.* nam etſi apud Naſonem & alios horum temporum ſcriptores frequenter occurrit *ardere in ali-*

76 deeſt Voſ. R. Steph. Dan. Id eſt diffe entes, ſcil. bella Fabr. al. 77 deeſt R. Lipſ. 78 verſus V. 79 eſſe a. 80 ceſſit V. 81 deſunt R. per f. per P. P. ſed jure indicta Steph. 82 deeſt V.

Pars pedes ire parat campis; pars arduus altis
Pulverulentus equis furit:. omnes arma requirunt.
Pars levis clipeos, & ſpicula lucida tergent
Arvina pingui, ſubiguntque in cote ſecuris:
Signaque ferre juvat, ſonituſque audire tubarum.
Quinque adeo magnae poſitis incudibus urbes
Tela novant, Atina potens, Tiburque ſuperbum,

Ar-

SERVII.

626. TERGENT. Ab eo, quod eſt *tergeo*, *terges*, [83] venit: [84] & *tergunt*, a *tergo*, *tergis*, quod de uſu [85] penitus receſſit.

627. ARVINA. Secundum Suetonium in libro de Vitiis corporalibus: *Arvina*, *eſt durum pingue*, *quod eſt inter cutem & viſcus.* [86] [Alii *arvinae* nomine laridum dicunt.]

629. ADEO MAGNAE. Valde magnae, [87] [ut Terentius Eun. I. II. 124. *Adoleſcentem adeo nobilem.*]

630. ATINA POTENS. Civitas haec eſt juxta [88] Pontinas paludes, dicta *Atina* a morbis, qui Graece [89] *ἄται* dicuntur, [90] quos paludis vicinitas creat. TYBURQUE SUPERBUM. Aut nobile: aut per tranſitum tetigit illud, quod, cum aliquando a ſenatu auxilia poſcerent Tyburtes, ſub commemoratione beneficiorum, [91] hoc tantum a ſenatu reſponſum [92] acceperunt: *Superbi eſtis.*

VARIORUM.

aliqua, *pallidus in aliqua eſſe*, id tamen ad rem amatoriam ſemper refertur. ſic quod Terentius dixerat, *in hac commotus ſum*, Eunuch. III. V. 19. agens de puella. Solinus cap. XXII. *Nulla ibi datur femina propria*, *in quamcumque ſit commotus*, *accipit uſurariam.* ubi perperam Salmaſius, adductus Terentii auctoritate, *in quacunque* reponit, niſi auctoritatem veterum codicum habet aſſentientem ſibi. meliorum enim temporum ſcriptores ſexto caſu in ſimilibus utebantur, ut jam dixi, poſterioris aevi quarto. vide ad Ovid. lib. II. Amor. Eleg. VIII. ỹ. 9. curis ſecundis. at ſeculo ad barbariem vergente aliter ſe res habuit. Nemeſianus Eclog. IV. 66. *Cum ſic in Meroën totis miſer ignibus arſi.* Sed hoc loco ſignificantius ac nervoſius multo caſus quartus adhibetur, ut inſenſi animi appareat argumentum. ſic *ardere in vindictam* rectius dixeris, quam *in vindicta.* Aeneid. XII. 71. de Turno: *Ardet in arma magis.* Cicero pro Milone: *Omnia in illum odia ardebant civitatis deſiderio mei.* HEINS. Vid. ad lib. II. 347. *inexcita* exponitur a Gloſſatore Regii codicis, *non evocata.* recte. ita Stat. II. Ach. 353.

Undique inexciti ſibi quiſque & ſponte coimus.

& Servius ſupr. ad ỹ. 601. vulgatum ſervat. & item mox, 642. *bello exciti reges*, id eſt, hoc tumultu ad arma vocati. Lucan. III. 293: *tot immenſae comites miſſura ruinae Excivit populos.* ita *venti Aeolia exciti* Noſtro lib. X. 38. Si Heinſii emendationem ſequamur, quid tunc fiet ſequenti, *atque immobilis*, quae docet *inexcita* eſſe ejuſdem caſus nominativi? BURM.

624. IRE PARAT. *Parant* Gudian. a prima manu. eleganter. HEINS. Ita & Zulichemius. *Mars arduus* idem codex a m. pr. & Menagianus alter. credebat, credo, librarius non congrue dictum *pars arduus.* ſed Manil. I. 409.

Pars hominis tergo pectus commiſſus equino.

quod non potuit placere Bentleio, qui ſine ulla auctoritate jubet reponi *pars juvenis.* quia Chiron ſenex fuerit. & ſolent veteres varie conſtruere vocem *pars*, & cum ſingulari & plurali maſculino. Livius XXIII. 44. *utraque pars avidi certaminis erat.*

83 fuit R. ſit Fabr. 84 nam *tergunt*, quod venit a *tergo* V. 85 jam receſſit Dan. 86 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 87 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. a. & ſine dubio aſſutum ex aliis locis, quibus hoc Terentianum fere ſemper adjectum fuit. vid. IV. Aen. 96. & alibi. 88 Promtinas V. pro *Pontinas*, ut rectius ſcribitur. Cluver. Ital. Ant. lib. III. p. 1042. errare Servium, & Atinam longius a Pomtinis paludibus abeſſe oſtendit, & ille *Pomptinas* ſemper ſcribit. BURM. 89 athei V. 90 quas V. 91 a ſe pro V. unde Heinſ. ſup. Romano. ſed tunc deeſt verbum *praeſtiterant*, vel ſimile. 92 accepiſſe dicunt V.

Ardea, Cruſtumerique, & turrigerae Antemnae.
Tegmina tuta cavant capitum, flectuntque ſalignas
Umbonum cratis: alii thoracas aënos,
Aut levis ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc, & falcis honos, huc omnis aratri
Ceſſit amor: recoquunt patrios fornacibus enſis.

Claſ-

SERVII.

631. CRUSTUMERIQUE. Mutavit: Nam *Cruſtumerium* dicitur. [93] [Caſſius Hemina tradidit, Siculum quendam, nomine uxoris ſuae *Clytemneſtrae*, condidiſſe *Clytemeſtrum*, mox corrupto nomine *Cruſtumerium* dictum. Alii volunt a *cruſtula panis*, quam Trojani coacti fame exediſſe dicuntur, appellatam.] TURRIGERAE ANTEMNAE. Bene muratae. *Antemnae* autem dictae ſunt, quod eas amnis praeterfluit, quaſi ante amnem poſitae.

632. SALIGNAS UMBONUM CRATES. Ut dicit Salluſtius de Lucanis lib. IV. Hiſt. [94] *Qui de vimine facta ſcuta,* [95] *recentibus detractis coriis, quaſi glutino adoleſcebant.*

633. THORACAS AHENOS. [96] Quia apud majores loricae tantum pectora tegebant, ut Statius: *Triplici ſervantur pectora ferro: Pectora; nam tergo nullus metus.*

634. LENTO DUCUNT ARGENTO. Flexili argento ducunt, id eſt, extendunt. Eſt autem [97] ſpondaicus & reciprocus verſus.

VARIORUM.

rat. ubi vide notas virorum doctorum. & talia ſaepe jam a viris doctis animadverſa ſunt. vide & ad Sueton. Caeſ. XXVII. *arduus artis* etiam Mediceus a pr. manu. BURM.

625. FURIT. *Fugit* Dorvil. a m. pr.

626. TERGENT. *Tergunt* agnoſcit Probus in Catholico p. 1486. *Tergo, tergis, terſi: lectum eſt & tergeo, unde in Virgilio utramque declinationem indifferenter invenimus: & ſpicula lucida tergunt, a tergo tergis, a tergeo terget, tergent.* Idem Probus eodem libro rurſus in hoc Maronis loco duplicem ſcripturam agnoſcit. *tergunt* ex noſtris duo Moretani, primus Rottendorphius, duo Hamburgici, Menagianus & quatuor alii. Adi annotata Aeneid. IV. 689. HEINS. *Lutea tergunt* Vratiſl. *torquent* Parrhaſ. *tergunt* Francian.

627. SUBIGUNTQUE. *Subigunt* Venetus & Bigotianus.

628. JUVAT. *Jubet* Mediceus. forte *lubet*. HEINS.

629. MAGNAE POSITIS. *Impoſitis magne* Parrhaſianus.

631. CRUSTUMERIQUE. *Cruſtumenumque* Menagii prior. *Cruſtumerumque* Ed. Ald. & Juntina.

Ibid. ANTEMNAE. Haec eſt vera ſcriptura, quam vetuſtiores libri confirmant. Ἀντέμναι Straboni, Halicarnaſſeo, Plutarcho. Ἄντεμνα Stephano. Hinc *Antemnates* Livio & Chronico Euſebiano. meminerunt ejus oppidi Varro quoque & Plinius, & Victor de viris Illuſtribus & Solinus. Varro lib. IV. de L. L. *Antemnae, quod ante amnem, qui influit in Tiberim.* quae originatio rationem ſcribendi aperte docet. HEINS. *Attennae* Parrhaſ. apud Priſcian. lib. VI. pag. 716. Cato lib. I. origin. *Antemna veterior eſt quam Roma*, legitur in editione Putſchii & emendarioribus: in priſcis *Antennantia*. in Ald. *Antemnatia*. Junt. *Antonnantia*. BURM.

632. TUTA. Heinſius in ora codicis *ſuta* conjecerat.

[93] deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph al. & eſſe merum Grammatici ingenii nugamentum pronuntiat Cluver. lib. II. 8. pag. 657. Ital. Antiq. [94] hujus fragmenti fruſta jam vidimus ad III. Georg. 155. & IV. 40. vid. Carrionem ad fragm. lib. IV. p. 490. Ed. Hackianae. [95] *recens* V *ſcuta coriis tegebant* R. Lipſ. Fabr. al. reliquis omiſſis. [96] bene thoracas: nam apud V. in Statii editionibus hic locus ex lib. VII. 311. legitur, *ter inſuto ſervant ingentia ferro Pectora.* ubi Barth. & Gronov. *ſervantem* mallent, quorum conjecturas Servius juvare poſſet. Heinſius *ſervans* corrigebat. *numquam metus*, etiam editiones. Heinſius *nuſquam*. BURM. [97] & Spondiazon & V. Voſ. Spondiazon & R. reciproci verſus, qui a fine ad caput lecti pedibus ſuis conſtant, qui & ſotadici, de quibus egi ad Quinctil. I. 8. & Ovid. II. Triſt. 411. ſed hic retro legi verſus qui poſſit non video, niſi cum hiatu, *Argento ducunt lento ocreas leves aut.* ſed ſunt nugae Grammaticorum. BURM.

Digitized by Google

Claſſica jamque ſonant: it bello teſſera ſignum.
Hic galeam tectis trepidus rapit: ille frementis
Ad juga cogit equos; clipeumque, auroque trilicem
Loricam induitur; fidoque adcingitur enſe.
Pandite nunc Helicona, Deae, cantuſque movete,
Qui bello exciti reges, quae quemque ſecutae
Conplerint campos acies; quibus Itala jam tum

Flo-

SERVII.

637. CLASSICA JAMQUE SONANT. Bene [98] poſuit amphiboliam: nam *claſſicum*, dicimus & tubam ipſam, & ſonum. *Claſſicum* autem, eſt flexilis tuba. TESSERA SIGNUM. Symbolum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur: ſcilicet propter confuſionem, [99] ut fuit in [1] exercitu Marii, [2] *Lar deus*: in Syllae, *Apollo Delphicus*: in Caeſaris, *Venus Genetrix*.

638. TREPIDUS. Feſtinus: more ſuo.

640. LORICAM INDUITUR. Dicimus [3] & *induor illa re*, [4] [& *illam rem*.]

641. HELICONA DEAE. Parnaſus, mons Theſſaliae, dividitur in Citheronem, Liberi; & [5] Heliconem, Apollinis, cujus ſunt Muſae. Eſt autem Homeri verſus Iliad. B. 484.

[Ἔσπετε νῦν μοὶ μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι·
Ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα.
Ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν οὐδέ τι ἴδμεν·
Οἵτινες ἡγεμόνες Δαναῶν καὶ κοίρανοι ἦσαν.]

[6] [MOVETE. Legitur & MONETE.]

VARIORUM.

jecerat. *tegmine* alter Menagii. vid. Barth. ad Stat. IV. Theb. III.

633. AENOS. *Aëneot* eleganter Mediceus. ſic apud Ovid. X. Met. 275.

— Non auſus eburnea virgo
Dicere Pygmalion, ſimilis mea dixit eburneae.

Pierius id ipſum quoque aliis locis inveniſſe in veterrimis membranis teſtatur. lib. XII. 414. ex vetuſto codice, *non illa feris incognita capreis.* HEINS. *Corracas* Francianus. ſupr. 609. *aerei* biſſyllabum.

634. AUT LEVIS. *Pars levis* Schol. Horat. Art. Poet. 26. ſimilis verſus apud Diomed. lib. III. pag. 495. *Aut levis lamnas lento ducunt argento.*

636. RECOQUUNT. *Recoquent* ſecundus & tertius Mentelii. *recocunt* Gudianus. *requoquont* Regius. Lucan. VII. 148.

Spiculaque extenſo Paean Pythone recoxit.

vid. ad Silium IV. 15. & infr. VIII. 624. de permutatione τοῦ *c* & *q*. vid. Gud. ad Phaedr. I. fab. 27. & III. 12. BURM.

637. TESSERA. *Teſſara* Zulichemius.

638. RAPIT. *Capit* alter Menagii. *trementes* Gudianus a manu prima. & ita Francianus. *rapidus rapit* Mediceus a manu prima.

639. CLYPEUMQUE. *Clypeum* Parrhaſ.

640. FIDOQUE. Ita inf. IX. 707. *fidelis lorica.* Lucan. VII. 139. *nec gladiis habuere fidem.* vid. ad Gratii Cyneg. 52. Lucian. Tyrannicida in fine, ξίφος μαρτυρόμενον, ὅτι μοι πιστῶς διηκόνηται. BURM.

641. MOVETE. *Monete* Sprotianus, a manu ſecunda Gudianus, a prima primus Rottendorphius, & pro diverſa ſcriptura Leidenſis, & Rottendorphius tertius. Fortaſſe nobis Maro dederit, *cantuque monete.* ne totidem verbis expreſſerit verſum qui iterum occurrit lib. X. 163. hunc verſum habet Althelm. de laude Virginum, in initio. ſed ille, *cantuſque movete.* HEINS.

642. EXCITI. *Acciti* liber Colotianus. URSIN. Et ita Mediceus & Excerpta noſtra.

Ibid. QUAE QUEMQUE. *Quemcumque* Gudianus a manu prima. *complerunt* uterque Menagius,

Bi-

98 amphilos dixit V. amphibologiam Steph. Dan. Fabr. al. 99 evitandum: Graece dicitur [illegible] Fabr. al. 1 bello Marii Voſ. R. Lipſ. Steph. Fabr. al. 2 Bar Deus R. Steph. Dan. Bardieus Voſ. 3 enim V. 4 deſunt R. 5 Heliconam Voſ. Ilicotiam R. cui deeſt, *dividitur*. Homeri verba deſunt Mſſ. 6 deſunt R. Baſil. legimus & Voſ. Lipſ. Steph.

Collis Aventini ſilva quem Rhea ſacerdos
Furtivum partu ſub luminis edidit oras,
Mixta deo mulier, poſtquam Laurentia victor,
Geryone exſtincto, Tirynthius adtigit arva,
Tyrrhenoquè boves in flumine lavit Iberas.
Pila manu, ſaevoſque gerunt in bella dolones:

Et

SERVII.

659. COLLIS AVENTINI SYLVA. In ſylva collis Aventini. Et dicendo [33] *Aventini*, oſtendit jam ante ita nominatum. RHEA SACERDOS. Alludit ad nomen matris Romuli, quae dicta eſt Ilia, Rhea, [34] Sylvia.

660. FURTIVUM. Illicite conceptum, quippe a ſacerdote. [35] Sic ait IV. Georg. 346. *Et dulcia furta.*

661. MISTA DEO. [36] *Μιγεῖσα*, Graece dixit. MULIER. [37] Compendioſe mortalem dixit: conſequens namque fuerat, ut diceret, *Miſta deo mortalis.* LAURENTIA ARVA. *Laurentum* civitas plurimum potuit: nam omnia vicina loca ejus imperio ſubjacuerunt: unde nunc ait, *arva Laurentia:* cum juxta Tyberim armenta [38] Hercules paverit. Sed ſecundum antiquum ſitum, ante Albam & Romam, Tyberis Laurentini fuit [39] territorii.

662. GERYONE. [40] *Geryones*, rex fuit Hiſpaniae, qui ideo trimembris fingitur, quia tribus inſulis praefuit, quae adjacent Hiſpaniae; Balearicae minori, majuri, & Ebuſae. Fingitur etiam bicipitem canem habuiſſe: quia & terreſtri & navali certamine plurimum potuit. Hunc Hercules vicit, qui ideo fingitur ad eum olla aerea tranſvectus, quod habuit navem fortem, & aere munitam. [41] [Hunc *Geryonem* alii Tarteſſiorum regem dicunt fuiſſe, & habuiſſe armenta pulcherrima, quae Hercules, occiſo eo, abduxit: de cujus ſanguine dicitur arbor nata, quae Vergiliarum tempore poma in modum ceraſi ſine oſſibus ferat.] Sane ſciendum, declinari *hic Geryones*, *hujus Geryonae:* unde eſt VIII. 202. *Tergemini nece Geryonae:* [42] ut *Anchiſes*, *Anchiſae:* unde [43] uſurpavit Salluſtius; *Geryonis* dicens. Veniens autem Hercules [44] de Hiſpania per Campaniam in quadam Campaniae civitate pompam triumphi ſui exhibuit: [45] unde Pompei dicitur civitas. Poſtea juxta Bajas, [46] caulas bubus fecit, & eas ſepſit: qui locus [47] *Boaulia* dictus eſt, hodieque *Baulae* dicitur. TYRINTHIUS. A [48] Tyrinthia civitate, Argis vicina, in qua nutritus eſt [49] Hercules.

663. TYRRHENOQUE BOVES IN FLUMINE LAVIT IBERAS. Admiratio, locorum longinquitate.

664. PILA MANU. *Pilum*, proprie eſt haſta Romana; ut [50] *geſa*, Gallorum; [51] [*ſariſſae*, Macedonum.] DOLONES. [52] *Dolo*, eſt aut flagellum, intra cujus virgam latet pugio: aut ſecundum Varronem, *ingens contus cum ferro breviſſimo. Dolones* autem, a fallendo dicti ſunt, quod decipiant ferro, cum ſpeciem praeferant ligni. Et multi volunt per *teretes mucrones*, *dolones* dici; per *veru Sabellum*, [53] pila ſignificari.

VARIORUM.

pr. *per agmina.* BURM.

656. HERCULE PULCHRO. Catroeus ad Herculis ſtaturam magnam refert, quia formoſum fuiſſe Herculem negat. ſed varia lectio *Hercule forti*

ex

33 *Aventinum*, oſtendit jam ante eſſe ita nom. V. *Aventi* o. j. antea ita eſſe nom. Voſ. Baſil. *ita* deeſt R. antea, id eſſe n. Dan. 34 ſylva V. 35 alibi V. ſic ait alibi Voſ. Steph. al. 36 Micnthiſa V. *μιγεῖσα θεῷ* Fabr. Migiſa antika Voſ. Maechiſa Baſil. 37 compendioſe mortalem dicere R. 38 Herculis V. Voſ. R. 39 territorium Steph. Laurentinum fuit territorium Lipſ. 40 *Geryon* ediderunt Genevenſes, qui ab ipſo Servio poterant meliora doceri. quem inſpexiſſe H[illegible]ium non credo, cui *Geryon* etiam dicitur. vid. inf. ad lib. VIII. 202. *Ebuſam* vocat mox Servius, quae aliis *Ebuſos* dicitur. 41 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 42 ſicut *Achiſe* V. 43 apparet uſurpaſſe Salluſtium, qui dixit *Gerionis* V. 44 de Hiſpaniae parte Campania, in quadam Campania civitate V. Hercules, in quidam &c. R. Voſ. Steph. Dan. 45 a quo V. ex quo Pompeja Lipſ. 46 caulam b. f & eam V. aulam R. 47 *Bou cie* vocatur V. *Bou'oe* Voſ. *Bauli* R. *Boaule* Steph. vid. ad lib. VI. 107. 48 Tyrintha V. R. Tyrinta Voſ. Tirynthe Fabr. al. 49 deeſt R. Baſil. 50 *Geſſa* Steph. Dan. Fabr. Baſil. *feſe* V. 51 deſunt R. Lipſ. 52 aut Dolonea, flagellum V. 53 refutat hoc Brouckhuſius ad Tibul. I. VII. 55.

Et tereti pugnant mucrone veruque Sabello.
Ipſe pedes tegumen torquens inmane leonis,
Terribili inpexum ſaeta, cum dentibus albis
Indutus capiti, ſic regia tecta ſubibat
Horridus, Herculeoque humeros innexus amictu.
Tum gemini fratres Tiburtia moenia linquunt,

Fra-

SERVII.

666. IPSE PEDES. Ad genus reſpicit: nam & Hercules pedes ſemper inceſſit, [54] cum equos habuerit nobiliſſimos. TORQUENS. Suſtinens, ut IV. 482. *Axem humero* [55] *torquet.*

669. HORRIDUS. Tremendus; non revera horribilis.

670. TYBURTIA MOENIA LINQUUNT. De Graecia tres fratres [56] venerunt ad Italiam, Catillus, Coras, [57] [Tybur vel] [58] Tyburtus. [59] Hi ſimul omnes unam fecere civitatem, & eam de fratris majoris nomine *Tybur* appellaverunt: licet & alias fecerint ſinguli. Nunc ergo dicit duos ad bella veniſſe, dimiſſo [60] in civitate ad cuſtodiam [61] Tyburto vel [62] Tyburte.

VARIORUM.

ex gloſſa orta, oſtendit ita *pulchrum* eſſe capiendum. vid. ad lib. IV. 149. & ita Claudian. IV. Conſ. Honor. 532. *Amphionae pulcher ſudore palaeſtrae Alcides.* Horatius IV. Od. IV. 65. ubi quum de Hydra & Hercule, & aliis monſtris praemiſiſſet, deſcendit ad Romanam gentem, *merſes profundo, pulchrior evenit.* & hoc origo a Graeco πολύχειρ, oſtendit, & eo reſpiciens Florus lib. IV. 4. *tunc etiam pulcher manu apparuit.* & haec viris doctis jam dudum probata vocis vis eſt, immo *pulcher bello* infr. 761. & a Lexicographis notata. BURM.

657. AVENTINUS. Quem nobis exhibere ſe credit J. Gronovius Tom. I. Antiq. Graecarum.

659. RHEA. *Reba* alter Hamburgicus. *Rhaea* Leidenſis. *in ſilva* Sprotianus & Leidenſis unus.

660. SUB LUMINIS AURAS. *Sub luminis oras* Mediceus & caeteri noſtri, exceptis Menagiano priore & Veneto: niſi quod in nonnullis addita aſpiratione, ſit invenire *horas.* probe. ſic Lucretiur frequenter uti & Pierius obſervat. Georgicôn II. 47. tamen, *in luminis auras* videtur verior ſcriptura. quia praeceſſerat, *lege litoris oram.* ut ſuo loco jam monuimus. lib. II. Aeneid. 91. *ſuperis conceſſis ab oris*, pro mortuus eſt. Ennius ad Romulum:

Tu produxiſti nos intra luminis oras,
O *pater, o genitor, o ſanguen Dis oriundum.*

vide Giphan. Indic. Lucret. in *ora luminis*, & *orae aetheris.* HEINS. *Liminis* alter Hamburgicus & Gudianus. *furtivum ediderat partu ſub luminis auras* Ed. Venet. *auras* etiam Wittian. diverſitas illa venit ex confuſione *o* & *au.* vide Suet. Veſp. XXII. & paſſim Grammaticos. Urſinus *oras* ex Ennio & Lucretio illuſtrat. ſed vid. ad II. Georg. 47. Catroeus *furtivo* & *oras* dedit. ſed *furtivo* in Heinſii, nec noſtris libris apparet, niſi in uno Leidenſi a m. pr.

663. IBEROS. *Hiberos* ſecundus & tertius Moretanus. HEINS. *In flumina* Gudianus.

665. ET TERETI. *Ut* Oudartii. Heinſius in ora, forte, *aut.*

666. TEGMEN. *Tegumen* Mediceus & Mentelianus prior, cum Rottendorphio primo, & ſecundo Moretano. in reliquis *tegimen.* vide lib. III. Aeneid. 584. HEINS. Quia Herculis filius, ut recte Caſtalio Obſerv. Decad. VIII. cap. 9. contra Ciacconium, qui ſigniferorum galeas leonum capitibus ornatas fuiſſe, hoc adducto loco, tradiderat. *tegmen* vero mox, ỳ. 689. ubi metrum excludit *tegumen.* ut hic Wittian. & Servius ad XII. 180. *tegmen* agnoſcit. *Tegmen* Edd. Venet. & Mediol. BURM.

667. IMPEXUM *Implexum* Regius & tertius Mentelii. *impecum* Dorvill.

Ibid.

54 dum V. 55 *torquens* V. Voſ. R. Steph. 56 venerant V. 57 deeſt Fabr. al. 58 Tyburtus Voſ. R. Steph. Dan. Catullus C. T. v. Tyburnus Lipſ. 59 Hi diverſas quidem fecere civitates, unam tamen pariter condiderunt, & eam *Tibur* de fratris majoris nomine nuncupaverunt V. & Lipſ. 60 ad civitatis cuſtodiam V. 61 Tyburno Voſ. R. Steph. Tyburte vel Tyburto Baſil. Tyburte vel Tiburno Lipſ. 62 Tybure V.

Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catilluſque, acerque Coras, Argiva juventus;
Et primam ante aciem denſa inter tela feruntur.
Ceu duo nubigenae quum vertice montis ab alto
Deſcendunt Centauri, Homolen Othrymque nivalem
Linquentes curſu rapido: dat euntibus ingens
Silva locum, & magno cedunt virgulta fragore.

Nec

SERVII.

672. CATILLUS. Unde mons [63] *Catilli*, quem *Catelli* dicunt per corruptionem, [64] [juxta Tybur.] CORAS. [65] A cujus nomine eſt civitas in Italia.

675. DESCENDUNT CENTAURI. Ex hac comparatione equites eos fuiſſe [66] intelligimus; quod tamen dicturus eſt poſtea XI. 603. *Nec non celeresque Latini: Et cum fratre Coras, & virginis ala Camillae.* HOMOLEN, OTHRYNQUE NIVALEM. Montes Theſſaliae.

677. INGENS SYLVA LOCUM, ET MAGNO CEDUNT VIRGULTA FRAGORE. [67] Cum utique cedit ſylva, cedunt & virgulta. Defectus cedit: a minore autem ad majus venire debuerat.

VARIORUM.

Ibid. CUM DENTIBUS ALBIS. De hoc epitheto vid. Quinctil. VIII. 2. & 6. & quae nos diximus ad Nemeſ. Cyneg. 176. Donatus vero ad Terentii Eun. II. III. 32. habet, *ſeta, & dentibus atris*. BURM.

668. SIC. *Tunc r. t. tenebat* Sprotianus. mox, *innixus* tertius Rottendorphius & Leidenſis. *indutus* Bigotianus.

670. MOENIA. *Limina* Parrhaſ.

671. TIBURTI. Ita Mediceus & plerique alii. Cerda tamen *Tiburni* praeferebat. ita Schol. Horat. ad II. Od. 5. *Tibur a Tiburno conditum.* BURM.

672. CORAS. *Corax* a Scholiaſte Horatii Cruequiano duobus locis agnoſcitur, lib. I Od. 7. & ad lib. I. Od. 18. ubi ſic: *ſupra oſtenſum eſt Catillum & Coracem fratres eſſe Tiburni.* *Corax* etiam hic loci agnoſcit Moreti tertius. HEINS. *Corax* Vratiſlavienſis, Parrhaſ. Wittian. *Thoras* Dorvill. *Cathillus, Cathilis, Cathillus, Catilus, Chatillus, Catthillus, Catullus* ſcripti. *Catilius, acerque* Wittian.

673. TELA. *Bella* Wittian.

675. HOMOLEN. *Tymolea* alter Hamburgicus. *Amolon* Zulichemius. *Omolen* Francianus, Wittian. & alii nonnulli. *Emalon* Parrhaſ. *nivantem* Vratiſlavienſis.

Ibib. OTHRYNQUE. *Othrymque* codices plerique, more Maroniano. Mediceus ἀρχαϊκῶς. *Othrumque*. HEINS. *Otyrumque, Othirumque, Tyrrunque, Nothumque* ſcripti diverſi.

676. LINQUENTES CURSU RAPIDO. Rurſus muto diſtinctionem. *Linquentes: curſu rapido dat euntibus ingens Sylva locum.* FABRIC. In potioribus, *linquentes curſu rapido.* HEINS. *Rabido* Excerpta noſtra.

677. CEDUNT VIRGULTA. Vir doctus in Miſcell. Obſerv. Vol. I. pag. 17. inſeliciter hic finire Poëtam deſcriptionem putat, quia nihil majus eſſe poteſt, quam *dat euntibus ingens Silva locum*, quibus non bene congruunt, *magno c. v. fragore.* ſed vide, quae alius vir doctus ibi pro Poeta reſpondit, & manifeſtum, per ſilvam intelligi arbores, quae capitibus procerorum Centaurorum locum dant, ramos reducentes a Centauris impulſos; pedibus vero virgulta conculcata & repulſa cum magno fragore cedunt. ita *virgulta ſonantia* vidimus lib. VI. 704. debemus autem Centauros hic ſemiferos nobis fingere, quorum pars, quae hominem praefert, ſilvas perrumpit obſtantes, pars inferior, quae equum refert, ungula ſua frangit virgulta, & cum fragore perequitat. hoc egregie ex-

63 Catilli q. C. Cutulli q. Cothelli d. Lipſ. dicitur V. 64 deſunt V. Voſ. Steph. al. 65 cujus nomine civitatis in V. civitas Italiae Lipſ. 66 ſignificat V. 67 FRAGORE. cum utique a minore ad m. v. debuerit Dan. & ita Lipſ. Voſ. ſed hic *fragore* non habet, & *debuerat.* defectus cedit. cum utique ſilva cedit, cedunt virgulta, a minore a. m. v. debuerit R. cedunt ſ. e. virgulta cum utique &c. debuerit Steph. Quum utique c. ſ. c. e. virgulta, a minore &c. Baſil.

Digitized by Google

Nec Praeneſtinae fundator defuit urbis,
Volcano genitum pecora inter agreſtia regem,
Inventumque focis omnis quem credidit aetas,
Caeculus. Hunc legio late comitatur agreſtis:
Quique altum Praeneſte viri, quique arva Gabinae
Ju-

SERVII.

678. NEC PRAENESTINAE FUNDATOR DEFUIT URBIS. De civitatibus totius orbis multi quidem [68] [ex parte] ſcripſerunt; ad plenum tamen Ptolemaeus Graece; Latine Plinius. De Italicis etiam urbibus Hyginus pleniſſime ſcripſit; & Cato in Originibus. [69] [Apud omnes tamen, ſi diligenter advertas, de auctoribus] conditarum urbium diſſenſio invenitur; adeo ut ne urbis quidem Romae origo poſſit diligenter agnoſci: nam Salluſtius dicit Catil. VI. *Urbem Romam, ſicut ego accepi, condidere atque habuere initio Trojani,* [70] *& cum his Aborigines.* Alii dicunt ab Evandro; ſecundum quos Virgilius VIII. 313. *Tunc rex Euandrus Romanae conditor arcis.* Alii a Romulo, ut VI. 782. [71] Ennius: *His nata auſpiciis illa inclyta Roma.* Si igitur tantae civitatis certa ratio non apparet, non mirum, ſi in aliarum opinione dubitatur: unde nec hiſtoricos, nec commentatores [72] varia dicentes, imperitiae condemnare debemus: [73] nam antiquitas ipſa creavit errorem: & [74] [plerique fundant,] plerique augent; & ad ſe transferunt nomina: quam [75] rem etiam non parvum errorem afferre manifeſtum eſt: ut ecce, Laurentum a Pico factum eſt, [76] ut ſup. 171. *Laurentis regia Pici:* item a Lavinio, Latini fratre, & *Lavinium* dictum: [77] [item a Latino, *Laurentum*] item a Lavinia, *Laurolavinum.* PRAENESTINAE FUNDATOR DEFUIT URBIS. *Praeneſte*, locus eſt haud longe ab Urbe; dictus ἀπὸ τῶν πρίνων, id eſt, [78] ab ilicibus, quae illic abundant. Ibi erant Pontifices, & Dii Indigetes, ſicut etiam Romae. Erant etiam illic duo fratres, [79] qui *divi* appellabantur. Horum ſoror dum ad focum ſederet, deſiliens ſcintilla [80] ejus uterum percuſſit: inde dicitur concepiſſe. Poſtea enixa [81] puerum juxta templum Jovis abjecit: quem virgines aquatum euntes juxta ignem inventum ſuſtulerunt: qui haud longe a fonte erat: unde [82] Vulcani dictus eſt filius. CAECULUS autem ideo, quia oculis minoribus fuit: quam rem [83] frequenter efficit fumus. Hic poſtea, collecta multitudine, poſtquam diu latrocinatus eſt, Praeneſtinam civitatem in montibus condidit. Et cum [84] ad ludos vicinos populos invitaſſet, coepit eos hortari, ut ſecum habitarent: & pro gloria jactare ſe filium eſſe Vulcani. Quod cum illi non [85] crederent, invocato Vulcano, ut eum filium comprobaret, omnis illius multitudinis [86] coetus eſt flamma circumdatus. Quo facto commoti [87] omnes ſimul habitaverunt, & Vulcani filium eſſe crediderunt. [88] Hinc eſt: OMNIS QUEM CREDIDIT AETAS: quaſi poſt dubitationem: & quia ſine dubio aetas varia in ſpectaculis [89] fuit.

682. [90] [ALTUM PRAENESTE. Cato dicit: *Quia is locus montibus praeſtet, Praeneſte oppido nomen*

68 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 69 deſunt L. R. Baſil. 70 *nam cum* V. *tumque his* Salluſtius. 71 hic ſimile vitium deprehendimus oblatum Ennio illi quod ad III. Georg. 325. emendavimus, duobus Mſſ. nam ut Ennius, *naturae arbitrii* &c. L. R. habent, unde natum illud, *en Hujus nate, auſpiciis.* Columna etiam ex lib. I. Annal. retulit, omiſſo τῷ *en*. tantum, *Hujus, nate, auſpiciis i. i. Roma.* & ex Iſidoro lib. XV. I. ſe habere notavit, atqui ille habet, Ennius, *His nata auſpiciis illa inclyta Roma.* quam veram eſſe credo lectionem. nam *nata* recte Roma dicitur, quum primum condita, unde diem *natalem* urbis colebant. & ita Manilio dicitur *nata* lib. IV. 2°. in loco corrupto, de quo egimus in Diſſert. de Jove Fulgur. cap. XIV. omnia vero Iſidori ad verbum ex Servio deſcripta ſunt. in antiquis etiam Iſidori editionibus legitur, *En Hujus, nate, auſpiciis.* ſed & Bruel in ſua editione correxit, & Gothofredus, eamque reduximus. mox in Servii nota ad ꝟ. 691. *Ennius* etiam in codice Leidenſi depravatum erat, in *enim.* BURM. 72 *varie* Baſil. 73 quia V. & ita Iſidorus. 74 deſunt V. confundunt Fabr. al. 75 deeſt Voſ. 76 nam legimus V. 77 deſunt V. 78 ab arboribus quae R. arboribus ilicibus Fabr. al. 79 ante qui D. a. Horum ſoror dum in eorum loco ad f. ſ. reſiliens V. reſiliens Baſil. diſſiliens Voſ. exiliens citat Salmaſ. Exerc. Plin. p. 46. Cerda pro *Divi*, vocabat, *digitii.* ſed vide Salmaſium. BURM. 80 deeſt R. 81 eſt puerum V. R. eſt & puerum L. eſt puerum J. c. J. abjecitque Lipſ. 82 filium eſſe dixerunt Caeculum V. 83 fumi (Rumi V.) plerumque facit acrimoria V. Lipſ. Voſ. (qui & addit frequenter efficit fumus.) 84 ludorum die V. 85 credentes V. 86 chorus Steph. coactus R. 87 Vicini populi V. 88 hinc ait Virgilius V. 89 curioſa fuit V. 90 deſunt V. Voſ. L. R. Lipſ. Steph. al. vide Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 45.

Junonis, gelidumque Anienem, & roſcida rivis
Hernica ſaxa colunt; quos dives Anagnia paſcis,
Quos, Amaſene pater. Non illis omnibus arma,
Nec clipei, curruſve ſonant. Pars maxuma glandes
Liventis plumbi ſpargit: pars ſpicula geſtat
Bina manu, fulvoſque lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti: veſtigia nuda ſiniſtri

In-

SERVII.

nomen dicit. Ergo *altum*, quia in montibus locatum.] Dicimus autem & *hoc Praeneſte: Quique altum Praeneſte viri.* Et *haec Praeneſtis*, unde eſt VIII. 561. *Cum primam aciem Praeneſte ſub ipſa Stravi.* QUIQUE ARVA GABINAE JUNONIS. [91] *Gabii*, diu in agris morati, tandem *Gabios* condiderunt: unde perite *arva* dixit, non moenia. Sane Juno illic religioſiſſime colitur. Eſt autem [92] locus haud longe ab Urbe.

683. GELIDUMQUE ANIENEM. *Anio* fluvius [93] haud longe ab Urbe eſt; ſed [94] hic euphoniam ſecutus eſt: nam Ennius *Anionem* dixit, juxta regulam.

684. HERNICA SAXA COLUNT. Sabinorum lingua, ſaxa [95] *hernae* vocantur. Quidam dux magnus Sabinos de ſuis locis elicuit, & habitare ſecum fecit ſaxoſis in. montibus: unde dicta ſunt *Hernica* loca, & populi *Hernici*. DIVES ANAGNIA. Aut fertilis: aut alludit ad hiſtoriam: nam Antonius, Auguſti ſorore contempta, poſtquam Cleopatram duxit uxorem, monetam ejus nomine in Anagnia civitate juſſit feriri.

685. QUOS AMASENE PATER. Aut paſcis; aut ſit Antiptoſis, quos paſcit Amaſenus. [96] Eſt autem fluvius, [97] [vicinus civitati Privernatum, quae eſt in Campania:] [98] [qui Anagnienſes agros inrigat.] ARMA. Scuta.

686. NEC CLYPEI. Scuta majora, [99] dicta ab eo, quod celent corpus, [1] [ἀπὸ τοῦ κλέπτειν.]

688. FULVOSQUE LUPI DE PELLE GALEROS. *Galerus*, genus eſt pilei, quod Fronto genere neutro dicit, [2] [*hoc galerum.*]

689. VESTIGIA NUDA SINISTRI INSTITUERE PEDIS. Atqui ipſe eſt in pugnantibus primus; ſed bene nudus eſt, quia tegitur ſcuto. Dextrum autem tectum [3] conveniebat eſſe, quaſi ab armis remotum.

VARIORUM.

exprimit Statius IX. Theb. 220.

Semifer aëria talis Centaurus ab oſſa
Deſilit in valles, ipſum nemora alta tremiſcunt;
Campus equum.

ubi vide Lutatium. ita contra de tacito ingreſſu noſter lib. IX. 393. *Dumis ſilentibus errat.* ceterum in Gudiano erat, *cedant.* unde Heinſius in ora codicis ſcripſerat, forte, *ſe dant.* ſed vulgata ſatis placet. BURM.

678. NEC. *Non* Parrhaſ. & Hamburgenſis alter.

681. LEGIO LATE. *Late legio* in Mediceo. HEINS. Ita & Parrhaſ. *comitantur* tertius Mentelius a manu prima.

682. PRAENESTE. *Preneſte* ſine dipthtbongo in prima ſyllaba in libris & marmoribus antiquis, ἀπὸ τῶν πρίνων, ut Servius: nam Feſti Pompeji derivatio plane inepta eſt. Virgilius hujus oppidi fuiſſe conditorem ait Caeculum, Vulcani filium: Solinus & Martianus Preneſtem Ulyſſis nepotem. FABRIC. *Praeneſte* rectius ſcripti. nam Πραίνεστον vel Πραίνεστος Graecis eſt. Feſtus, *Praeneſte, dicta eſt, quia is locus, quo condita eſt, montibus praeeſt.* HEINS.

683. GE-

91 Gabii populi V. mox, perite, deeſt V. 92 lucus Lipſ. 93 urbi proximus V. 94 hic Virgilius Eu. ſecundus. nam E. A. dicit V. dicit L. Voſ. R. V. 95 *Herne* L. Voſ. Baſil. ceterum in ſequentibus, quorum quidam *dux magnus* V. ſed *magnus* ſuſpecta mihi vox, in qua latet vel nomen proprium, vel gentis. forte, *Magius*, vel *Dux Marſus.* BURM. 96 nam Amaſenus eſt fl. Dan. Amaſenus eſt autem fl. V. 97 deſunt V. L. R. Lipſ. Steph. ſed in Voſſ. deſunt uſque ad, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. 98 deſunt iiſdem & Baſil. & puto adſcititium: nam falſum eſſe & diſtare Amaſenum ab Anagnia oſtendit Cluver. lib. III. Ital. Ant. cap. 6. pag. 981. 99 dicti Steph. Fabr. al. 1 deſunt L. Lipſ. κλέπτειν V. Voſ. κλέπτω, Steph. Fabr. κλέπτων Baſil. 2 deſunt Baſil. 3 eſſe congruum fuerat V.

Inſtituere pedis; crudus tegit altera pero.
At Meſſapus, equûm domitor, Neptunia proles,
Quem neque fas igni cuiquam nec ſternere ferro,
Jam pridem reſides populos, deſuetaque bello
Agmina, in arma vocat ſubito, ferrumque retractat.
Hi Feſcenninas acies, aequoſque Faliſcos,

Hi

SERVII.

690. PERO autem, eſt ruſticum calceamentum: [4] & traxit hoc a Graeciae more, unde iſti [5] tranſierant, & unde hoc armorum fuerat genus.

691. AT MESSAPUS EQUUM DOMITOR NEPTUNIA PROLES. Hic [6] Meſſapus per mare ad Italiam venit: unde Neptuni dictus eſt filius, quem invulnerabilem ideo dicit, quia [7] nuſquam periit, nec in bello. Ignem autem ei nocere non poſſe propter Neptunum dicit, [8] qui aquarum deus eſt. [9] Ab hoc Ennius [10] dicit ſe originem ducere: unde nunc & cantantes inducit ejus ſocios: & eos comparat cycnis. [11] *Domitor* autem *equorum*, quaſi animalium, [12] a patre inventorum: [13] [quod fuit in contentione cum Pallade, de impoſitione nominis Athenarum.]

695. HI FESCENNINAS ACIES. [14] *Feſcennium*, oppidum eſt Campaniae, ubi nuptialia inventa ſunt carmina. [15] Hi autem populi ab Athenienſibus ducunt originem. AEQUOSQUE FALISCOS. *Faliſcos* [16] Haliſcus condidit. Hi autem, immutato *H* in *F*, *Faliſci* [17] dicti ſunt: ſicut *Febris* dicitur, quae ante *Hebris* dicebatur; *Formiae*, quae *Hormiae* [18] fuerunt, ἀπὸ τῆ ὁρμῆς: nam poſteritas in multis [19] nominibus *F* pro *H* poſuit. [20] *Aequos* autem dicit, id eſt, juſtos: quia populus Romanus, miſſis Decemviris, [21] ab ipſis jura Fecialia & nonnulla ſupplementa Duodecim tabularum accepit, [22] quas habuerant ab Athenienſibus.

VARIORUM.

683. GELIDUMQUE. *Gelidum Anienem, & roſida*, Francianus. *roſcida viris* Dorvill. *roſida rivis* Wittian.

684. HERNICA. *Hernea* Excerpta noſtra.

Ibid. PASCIT. *Paſcis* in nonnullis Pierianis, quod praeſtat. HEINS. *Anagria* Venetus. *Anagnia miſit* erat in V. in Servii notis.

686. CURRUSVE. *Curruſque* ſecundus Rottendorphius.

687. SPARGIT. *Spargunt* & *geſtant* Venetus noſter a manu prima. *Geſtant* etiam in altero Hamburgico. HEINS. *Viventis plumbi* primus Moreti. *liventes* tertius Mentelii. *linquentes* Leidenſis. *geſtant* etiam Bigotianus. *geſſit* ſecundus Rottendorphius. *liventis* mutandum non eſt. id eſt *nigri plumbi*. v. Schol. Statii I. Theb. 57. & ſupr. lib. VI. 320. BURM.

688. FULVOSQUE. *Fulvoque* Venetus. quod firmari poſſet ex lib. I. 279.

Lupae fulvo nutricis tegmine laetus.

& Cerda in notis ſuis ita edidit, ſed in contextu, *fulvoſque*. & ſic eſt apud Schol. Stat. I. Theb. 305. nec *pellem* maſculino genere dici novi. BURM.

689. HABET. *Habent* ex ſcriptis & Macrobio lib. V. Saturn. cap. 18. *capitis* praeterea Mediceus. in Gudiano a manu prima, *Tegmina habent*. HEINS. Eadem varietas in *capiti* lib. X. 270. ſine varietate IX. 810. *diſcuſſaeque jubae capiti*. & modo

4 & traxit hoc de Homero L. reliquis omiſſis. in R. nihil erat, niſi, Pero autem eſt ruſticum calceamentum. 5 ſicut dictum eſt tranſierunt Dan. tranſierant, ubi hoc arm. f. g. Lipſ. & a m. f. calceamentorum f. genus. 6 deeſt L. Voſ. R. Steph. 7 nuſquam periit in bello Fabr. al. 8 quia eſt a. d. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 9 ab hoc enim dicit L. vid. ſupr. ad ✠. 678. 10 commemorat V. 11 domitorem V. 12 quae pater invenerat Dan. 13 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. 14 Feſcenninum V. L. Voſ. R. Campaniae deeſt Lipſ. 15 ducunt autem originem ab Atheſt. L. R. Steph. ducit a. o. a. Ath. V. 16 Haleſus Steph. Dan. Fabr. al. Aleſus L. R. Aleſco, Aleſus Voſ. 17 nominati V. vide Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 44. male vero Neapolis ad Ovid. IV. Faſt. 75. mutato N. in F. pro H. in F. niſi ſit operarum error. an duo populi *Faliſci* fuerint, vide praeter alios Heinſ. ad Ovid. III. Amor. XIII. I. Fontanin. Antiq. Hort. c. 4. & Ant. Maſſam de origine Faliſcorum in Theſauro Italiae T. VIII. part. 3. BURM. 18 fuerant V. 19 nominibus propoſuit R. 20 juſtos autem dicit Faliſcos V. juſtos autem dicit, quia L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Baſil. 21 inde multa jura collegit, & nonnulla V. Voſ. Steph. Fabr. ab ipſis jura F. collegit, & Baſil. 22 quas habuerant nam ab Athenienſibus L. habuerant Tabulas V. accepit. nam a A. x. hab. Tab. Voſ. Steph. Fabr. al.

Digitized by Google

Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva,
Et Cimini cum monte lacum, lucoſque Capenos.
Ibant aequati numero, regemque canebant:
Ceu quondam nivei liquida inter nubila cycni,
Quum ſeſe e paſtu referunt, & longa canoros

Dant

SERVII.

696. HI SORACTIS HABENT ARCES. *Soracte*, qui eſt mons apud [23] Hirpinos, haud [24] longe a Flaminia, [25] [de quo Horatius I Od. 9. [26] *Vides ut alta Stet nive candidum Soracte.*] FLAVINIAQUE ARVA. Locus eſt in Italia, *Flavinium* nomine.

697. ET CYMINI CUM MONTE LACUM. Et lacus, & mons, hoc nomine [27] appellantur. Sane hoc fabula habet: Aliquando Hercules ad hos populos venit, qui cum [28] a ſingulis provocaretur ad oſtendendam virtutem, [29] defixiſſe dicitur vectem ferreum; [30] [quo exercebatur: qui cum terrae eſſet affixus, & a nullo potuiſſet auferri, [31] eum] rogatus ſuſtulit: unde immenſa vis aquae ſecuta eſt, quae *Cyminum* lacum fecit. LUCOSQUE CAPENOS. [32] [Hos dicit Cato Vejentum condidiſſe auxilio regis Propertii, qui eos *Capenam*, cum adoleviſſent, miſerat:] unde & *porta Capena*, quae juxta [33] *Capenos* eſt, [34] [nomen accepit.]

698. AEQUATI NUMERO. Digeſti [35] in ordinem. Hinc [36] ſaepe *numero ſcripſi*, [hoc eſt, ordine, congruenter, ſicut [37] decebat, rationabiliter.

699. LIQUIDA INTER NUBILA. Pura; ſed nihil tam contrarium nubibus: [38] [nam liquidae non ſunt,] [39] ut in quinto diximus, ubi eſt v. 525. *Liquidis in nubibus arſit arundo:* [40] [unde *nubes* pro aëre poſuit.]

700. ET LONGA CANOROS DANT PER COLLA MODOS. Secundum Plinium, qui ait in Naturali hiſtoria: *Cycnos ideo ſuavius canere: quia colla longa habent, & inflexa: & neceſſe eſt,* [41] *eluctantem vocem per longum & flexuoſum varias reddere modulationes.*

VARIORUM.

do 668. *indutus capiti.* vide Doctiſſ. Canneg. in Diſſertat. de Aviano cap. xx. p. 305.

690. CRUDUS PERO. Reſpexit hunc locum Philoxenus in Gloſſis, *crudus pero ὠμοβόειον.* Gloſſae Iſidori, *pero, calceamentum ruſticum.* vide & Iſidorum lib. XIX. cap. ult. *peronatus arator* apud Perſium Sat. v. 102. Juvenal. Sat. XIV. 186. *quem non pudet alto Per glaciem perone tegi.* ubi Scholiaſtes Pithoei, hoc Maronis loco producto, *crurum pero* agnoſcit. ſed in codice Voſſiano bene *crudus* illic exaratum vidi HEINS.

691. MESAPUS. *Meſſaphus* Mentelii prior. *Meſaphus* Menagii alter. *Meſapus* Wittian. Edd. Venet. & Mediol. Ald. & al. *Et Meſſapus* Dorvillius.

693. POPULOS. *Animos* Bigotianus. *viros* dixit lib. VI. 815. ut inf. ỷ. 725. *mille populos* pro *viros. bella* Mediceus. mox, *retractant* Leidenſis. *retorquent* Oudartii a manu prima. BURM.

695. FESCENNINA. *Feſcellinas* Sprotianus. *Phoeſcenas* Parrhaſ.

Ibid. AEQUOSQUE FALISCOS. Legendum *Aequoſque*, qui & *Aequicoli*: erant enim & Faliſci in Etruria. Hinc viri eruditi caſtigant in Strabone, *οἱ δὲ*

Αἰκοι

23 Harpinos V. 24 longo Fabr. 25 deſunt L. R. Lipſ. Baſil. 26 *vident* Voſ. 27 appellatur Fabr. al. 28 deeſt praepoſitio Voſ. 29 dejeciſſe V. 30 deſunt V. 31 etiam Baſil. 32 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 33 *Camenos* V. *Capenas* L. *Camenas* R. Baſil. recte, & ita judicat legendum Brouck. ad Propert. IV. III. 71. qui ita Fabricii editionem habere teſtatur. vellem indicaſſet annum, quo prodiit: nam Lucii habet *Capenos.* ſed Baſil. 1551. *Camoenas* exhibet. BURM. 34 deſunt L. V. 35 in ordine, congruenter. ſic decebat R. ſicut L. Voſ. Baſil. qui addunt rationabiliter, ſed ceteris carent cum R. ordinem: congruenti ſicut decebat Lipſ. 36 eſt ſaepe V. locus male expreſſus: legendum enim videtur, hinc eſt *ſaepenumero.* hoc eſt congruenter &c. vid. notam Servii ad lib. XI. 599. unde & *frequenter* praeterrem. illud *ſcripſi* quid faciat neſcio, niſi ſit pro ſcribimus, vel dicimus. ſic & *numero* pro ordine. lib. XI. 208. Cerda explicat, numeroſe canentes vel pedem ponentes. BURM. 37 dicebat V. 38 deſunt L. R. 39 ergo nubes pro aëre poſuit, ut in quinto *liquidis* V. L. R. Baſil. non ſunt, & *liquidis* Lipſ. L. 40 deſunt L. Voſ. ut ſupra diximus R. L. unde nubes pro aëre accipiamus poſitas Steph. Dan. ergo nubes p. a. p. ut *liquidis* Baſil. 41 *eluctante voce* Dan.

Digitized by Google

Dant per colla modos, ſonat amnis, & Aſia longe
Pulſa palus.
Nec quiſquam aeratas acies ex agmine tanto
Miſceri putet: aëriam ſed gurgite ab alto
Urgueri volucrum raucarum ad litora nubem.

Ecce,

SERVII.

701. Sonat amnis et Asia. Cayſtrum [42] [in Myſia regione] dicit, qui cohaeret *Aſiae* paludi, quam cum ſignificamus, *a* longa eſt; [43] [cum ſit brevis, ſi provinciam ſignificare voluerimus,] quod ſignificatur in Georgicis, ut I. 383. *Atque Aſia circum Dulcibus in pratis rimantur prata Cayſtri:* [44] [nam, cum *Aſiam* de provincia dicimus, *a* brevis eſt, ut III. I. *Poſtquam res Aſiae*]

705. Volucrum raucarum. *Raucum*, τῶν μέσων [45] eſt, ſicut *grave olens*: nam legimus IV. Georg. 31. *Graviter ſpirantis copia Tymbrae.* Sciendum tamen, Virgilium ſecundum morem provinciae ſuae locutum, in qua bene canentes cycni [46] *rauciores* vocantur. [47] [Eſt autem haec Homeri comparatio, quam ipſe etiam de *cygnis* facit Il. B. 459. Τῶν δ' ὥς τ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ, Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων, Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι Κλαγγηδὸν προκαθιζόντων, σμαραγεῖ δέ τε λειμὼν Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.]

VARIORUM.

Αἰκανοὶ Φάλισκοι λέγουσιν ἐπὶ τῇ Φλαμινίᾳ ὁδῷ. & in Diodoro Siculo, Φαλίσκος, πόλις ἀπὸ τοῦ Αἰκανοῦ ἔθνους. cum legeretur ἀπὸ τοῦ Φαλαίκων, perperam. HEINS. In Parrhaſ. erat, *equi curruſque Faliſcos*, abundante uno pede. ſed forte *Aequiculoſque* voluit hic intrudere. *curruſque Faliſcos* Parrhaſ.

696. Flaviniaque. *Flaminiaque* Menagii prior, Montalbanius, primus Rottendorphius & Hamburgicus prior, & prior Moreti, & a manu prima Gudianus. *arma* Francianus. dubitat Cluverius an *Flavinia* a *Flavina* dictus fuerit locus, quia Silius dixit lib. VIII. 492. *Flavinam*; an ille *Flavina* a *Flavinio* fecerit, & Virgilius a *Lavinio Lavina litora*, lib. I. Aen. 2. vid. Ital. Antiq. lib. II. pag. 551. Holſten. ad Cluver. p. 63. eſſe hodie *Tiano* ſuſpicatur. alii intercidiſſe jam tempore Servii putant. Demſter. in Etrur. Regali lib. IV. 62. legit apud Silium, *Flavianam*. BURM.

697. Et Cymini. Probe Mediceus, caeterique veteres, *Cimini*, niſi quod in Gudiano, *Cymino cum monte.* etiam probe. Silius lib. VIII. 493. *Sabatia quique Stagna tenent, Ciminique lacum.* Columellae quoque eſt, *lacus Ciminus*, lib. VIII. cap. 16. ſed ſcriptum exemplar multae vetuſtatis, quo uſus ſum in Galliis, *Inde Velinus, inde etiam Sabatinus, item Volſinienſis, & Ciminius lupos auratoſque procreaverunt.* in tabula Itineraria Antonini, *Lacus & mons Ciminus* ſic & apud Vibium Sequeſtrem. apud Sotionem Κίμινος λάκκος. Κιμινία λίμνη Straboni lib. V. apud Livium libr. IX. *Ciminia ſilva, ſaltus Ciminii* & *Ciminus mons* frequenter occurrunt. meminerunt *Ciminiae ſilvae* Plinius lib. II. 92. Frontinus lib. I. Strat. 2. apud Florum lib. I. cap. 17. *Ciminius interim ſaltus in medio*, libri nonnulli *Ciminus*. HEINS. Vid. Cluver. Ital. Ant. p. 560.

699. Inter nubila. *Inter flumina* Gudianus, ſic tamen, ut & alteram lectionem margini adſcriptam exhibeat. HEINS. *Inter aëra* Parrhaſ. ex Gloſſa.

700. E pastu. *A paſtu* in nonnullis exemplaribus Macrobii lib. V. Saturn. cap. 8. HEINS. Sed *e paſtu* noſter I. Georg. 381. IV. 186. & 414.

701. Longe. *Longae* Gudianus. *longa* Venetus.

702. Pulsa. A natantibus Cygnis, vel plaudentibus aquas alis ſuis.

703. Aeratas. *Exactas* Venetus. *ne quiſquam* etiam Regius. *examine* alter Hamburgicus & Leidenſis. mox, *aethercam* Menagii prior.

704. Putet. *Putat* Mediceus a manu prima. & Dorvill.

706. Sa-

42 deſunt L. V. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 43 deſunt Fabr. 44 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 45 hoc eſt mediae ſignificationis V. Voſ. 46 *Rautiones* Voſ. forte legendum, *Rauci olores.* 47 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan.

Ecce, Sabinorum priſco de ſanguine magnum
Agmen agens Clauſus, magnique ipſe agminis inſtar,
Claudia nunc a quo diffunditur & tribus & gens
Per Latium, poſtquam in partem data Roma Sabinis.
Una ingens Amiterna cohors, priſcique Quirites,
Ereti manus omnis, oliviferaeque Mutuſcae:

Qui

SERVII.

706. Ecce Sabinorum prisco de sangui-ne. [48] Uſurpat hoc: nam *Clauſus*, Sabinorum [49] dux, poſt exactos reges cum quinque millibus clientum & amicorum Romam venit: & ſuſceptus [50] habitandam partem Urbis accepit: ex quo *Claudia*, & tribus eſt, & familia nominata. Prisco de sanguine. De antiquis Sabinis.

707. Magnum agmen. Propter quinque millia clientum.

709. Partem data Roma Sabinis. Hoc de alia traxit hiſtoria: nam poſt Sabinarum raptum, & [51] factum inter Romulum & Titum Tatium foedus, recepti in urbem Sabini ſunt; ſed hac lege, ut in omnibus eſſent cives Romani, excepta ſuffragii latione: nam magiſtratus non [52] creabant.

710. Amiterna cohors. De *Amiterno* oppido. Prisciqve Quirites. Id eſt, Sabini. *Priſci* autem ideo: quia poſt foedus [53] Tatii & Romuli placuit, ut quaſi unus de duobus fieret populis: unde & *Romani Quirites* dicti ſunt, quod nomen a Sabinorum civitate, *Curibus*, fuerat: [& [54] *Sabini* a Romulo [55] Romani [56] dicti ſunt.]

711. Ereti manus omnis. Oppidum eſt dictum a Junone, id eſt, ἀπὸ τῆς Ἥρας, quae illic colitur. Oliviferaeqve Mutuscae. Haec [57] Trebia poſtea dicta eſt, quam modo [58] Trebulam [59] dicunt: apud quam Hannibal delevit populum Romanum. Lucanus II. 45. [60] [*Quod non in Punica natae Tempora*] *Cannarum fuimus*, [61] *Trebiaeque juventus.*

712. Qui Nomentum urbem. Hoc ex ſua perſona dicit Poëta: nam adhuc civitas Nomentum non fuerat, ut in ſexto ait 773. *Hi tibi Nomentum &* [62] *Gabios.* Item VI. 777. *Haec tunc nomina erant*, [63] [*nunc ſunt ſine nomine terrae.*]

VARIORUM.

706. Sabinorum. *Sabinarum* Gudianus a manu prima. HEINS. *Cluſus* Montalbanius. vid. ad Sueton. Tiber. cap. I. *magnique ipſi* Gudian. a m. pr.

708. Nunc a quo. *Nunc e quo* Mediceus a manu prima. ut ad *agmen*, non ad *Clauſum* id referatur. HEINS. *Tribus ingens* alter Hamburgicus. mox, *poſtquam partem* Regius, tertius Rottend. & tertius Mentelii.

710. Amiterna. *Aminerna* primus Rottendorphius a manu ſecunda. *choors* Dorvill. *ipſaque Quirites*, *Creti manus.* Parrhaſ.

711. Ereti. *Hereti* ſcribendum, quia Servius & Solinus id nomen deducunt, ἀπὸ τῆς Ἥρας. Ἥρητος Stephano Byzantino eſt. HEINS. *Erecti* Zulich. *Etreti* Mentel. *Eriti* Moreti quart. *Eruti* alter

48 uſurpabat Fabr. 49 Rex V. 50 ad habitandum V. 51 facta i. b. & Sabinorum Ducem Titum T. foedera V. Titum Tacitum Baſ. Titum Tacrum antiquae editiones. 52 creabat L. R. dubito de hac exceptione, quum forte Cerites confundat cum his Sabinis, qui aequo jure cum Romanis fruebantur, unde *Romani Quirites* dicti, ut notum. & abſurdum videtur Regem ex Sabinis recipere aequo cum Romulo jure, & Sabinos deteriori jure fuiſſe Romanis. de aliis Sabinis qui cum Clauſo venerunt hoc quoque non legitur. & quum Clauſus inter patricios ſit adlectus, etiam ejus clientes fuiſſe optimo jure cives Romanos credibile eſt. vid. Sueton. Tib. I. & Liv. II. 16. *civitatem datam*, & inde *Claudiam tribum veterem dictam.* ſi tribum & civitatis jus habuerint, ergo jus ſuffragii habuerunt. BURM. 53 Titi V. L. Voſ. R. Fabr. al. Titii Steph. Dan. mox, quod nomen Sabinorum fuerat a civitate Curibus Lipſ. 54 deſunt R. Lipſ. forte legendum, Sabini Quirites, a Romulo Romani dicti ſunt. 55 deeſt Baſil. 56 vocati ſunt V. 57 Trebia, ſed emend. Triviſa V. Trivia L. R. 58 Tribulam L. Voſ. R. Steph. errare hic Servium Cerda, & Oudendorpius ad Lucan. II. 46. docent. 59 dicimus V. 60 deſunt L. Voſ. R. Steph. 61 *Triviaeque* V. L. *Tribiaeque* Voſ. 62 *Gabinos* Fabr. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Qui Nomentum urbem, qui Roſea rura Velini,
Qui Tetricae horrentis rupes, montemque Severum,
Caſperiamque colunt, Foruloſque, & flumen Himellae:
Qui Thybrim Fabarimque bibunt, quos frigida miſit
Nurſia, & Hortinae claſſes, populique Latini:

Quoſ-

SERVII.

Ibid. ROSEA RURA VELINI. *Velinus* lacus eſt [64] [circa Reate,] juxta agrum, qui *Roſulanus* vocatur. Varro tamen dicit lacum hunc [65] a Curio conſule [66] in Nartem vel Naren fluvium [67] derivatum (nam utrumque [68] dicitur) eſſe diffuſum: poſt quod tanta eſt ea loca ſecuta fertilitas, ut etiam perticae longitudinem altitudo [69] ſuperaret herbarum: quin etiam [70] [quantum per diem demptum eſſet, tantum [71] per noctes creſcebat: quod Virgilius II. Georg. 201. ad ſuam provinciam tranſtulit, dicens: *Et quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.*]

713. TETRICAE HORRENTES RUPES. *Tetricus*, mons [72] in Sabinis aſperrimus: unde triſtes homines, *tetricos* dicimus. MONTEMQUE SEVERUM. Proprium nomen montis eſt; ſicut agri, [73] *Roſeus*.

714. CASPERIAMQUE COLUNT. *Caſperia* & *Foruli*, civitates [74] ſunt. FLUMEN HYMELLAE. *Hymella*, fluvius eſt: & ſic dixit [75] [*Hymellae flumen*,] ut III. 293. *Buthroti urbem*.

715. QUI TYBERIM FABARIMQUE BIBUNT. Bene *bibunt:* nam *Tyberis* in Tuſcia oritur; ſed tranſit etiam per Sabinos: unde *bibunt*, non *poſſident* dixit. Et ſciendum, Turno dari [76] auxilium a tractu Piceni, Samnii, Campaniae, & pro parte Apuliae: omnis vero Tuſcia ſuperior, & Venetia, Aeneae praeſtat auxilium. *Fabarim* autem quem dicit, etiam ipſe per Sabinos tranſit, & *Farfarus* dicitur. Plautus: *Diſſipabo te tanquam folia* [76 *] *Farfari*. Ovidius XIV. Met. 330. *Et amoenae Farfarus umbrae*. FRIGIDA MISIT NURSIA. Piceni civitas. *Frigida* autem, aut [77] [re vera, aut certe] venenoſa, nocens. Gracchi namque ubique in [78] concionibus ſuis *Nurſinos* ſceleratos appellaverunt: & ſcimus amare Virgilium [79] hiſtoriarum rem per tranſitum tangere.

716. HORTINAE CLASSES. [80] *Hortini* equites *claſſes* dicuntur: unde & eorum tubas *claſſica* dicimus: & partes populi *claſſes* vocamus, [81] quae quinque fuerunt. POPULIQUE LATINI. Qui interant Albani montis viſcerationi.

VARIORUM.

ter Hamburg. in Dorvill. erat, *Et erti.* ſed in *er* raſura. vide Liv. XXVI. 11.

Ibid MUTUSCAE. *Trebula Mutueſca* in vetuſtis lapidibus, & in veteribus Plinii libris. *Trebulani Mutueſcani* Straboni lib. V. Τελαιέφυλος. ubi pro Τρηβέρα & Ἤρατον ſcribendum Τρηβόυλα & Ἤρητον. URSIN. *Oliviferaeque Mutuſcae* vetuſtiores libri. in nonnullis, *Mituſcae*, vel *Mutiſcae*, quod Juntarum editionem occupavit. *Muteſcae* primus Rottendorphius & ſecundus Moretanus. *Trebulae Mutuſcae* bis occurrunt apud Jul. Obſequentem cap. CII. & CIII. HEINS. *Muteſcae* Dorv. *Mutiſcae* Parrhaſ. & Wittian.

712. URBEM. Deeſt Parrhaſ.

Ibid. ROSEA. *Roſea* ſcribendum. quod agri nomen proprium: apud Varronem de R. R. lib. I. cap. 7. *campi Roſeae* a fertilitate laudantur. etiam Plinio lib. XVII. cap. 4. qui Varronem ſecutus eſt. & lib. XIX. cap. 9. meminit iterum Varro lib. II. R. R. cap. 7. &

64 deſunt Lipſ. & Baſil. 65 a quodam conſule in L. R. Lipſ. Steph. Dan. al. q. conſule, vel, ut quidam volunt, a Curio Voſ. 66 Narram vel Naſtien V. Narram, & vel Nariem L. in Naram vel Nartem Voſ. in Narriam vel Nariem R. in Narran vel Naren Steph. in Narran vel Narren Dan. in Nartam vel Narem Baſil. 67 deeſt L. V. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 68 dicimus V. 69 ſuperarit Steph. Dan. 70 deſunt V. 71 nocte L. tantum noctes R. per noctem Fabr. al. 72 in Piceno Dan. in Piceno & Sabinis Fabr. mons Sabinis Baſil. non potuit mons in Piceno & Sabinis ſimul eſſe. *Piceno* citat Cluver. Ital. Ant. lib. II. VIII. pag. 642. qui *Tetricam* ab aliis dictam docet. ubi & de Severo monte agit. BURM. 73 Roſei V. 74 fuerunt Fabr. al. 75 deſunt L. R. Hymel en Voſ. 76 auxilia V. 76 * in Plauto, niſi forte in perditis, non leguntur. ſed in Poen. Act. II. ℣. 32. legitur, *eo praeſternebam folia farferi*, ubi virgulti genus fuiſſe notant commentatores. vide & ad Ovidii locum Heinſii notas. BURM. 77 deſunt L. 78 contencionibus V. 79 hiſtoriam per V. 80 Ordines equites claſſes dic. V. 81 quas q. fuiſſe legimus Dan. & V. qui addit, ſaepius.

Quoſque ſecans infauſtum interluit Allia nomen:
Quam multi Libyco volvuntur marmore fluctus,
Saevus ubi Orion hibernis conditur undis,
Vel quum ſole novo denſae torrentur ariſtae,
Aut Hermi campo, aut Lyciae flaventibus arvis;

Scuta

SERVII.

717. INFAUSTUM INTERLUIT ALLIA NOMEN. *Allia* fluvius haud longe ab Urbe eſt: juxta quem Galli, Brenno duce, decimoquinto kalendarum Auguſtarum die deleto exercitu, poſt triduum [82] deleverunt etiam Urbem, excepto Capitolio. [83] Sane *Alia* dicitur, cui additur unum *l* propter metrum; ſicut [*reliquias*, &] *relliquias*: unde apparet bene dixiſſe Lucanum VII. 633. [84] *Quas Aliae Clades*.

718. [MARMORE. Mari.]

720. VEL CUM SOLE NOVO TORRENTUR ARISTAE. Prima aeſtatis parte: nam proprie *Sol novus* eſt octavo kalendas Januarias; ſed tunc non ſunt ariſtae, quas ab ariditate dictas eſſe conſtat.

721. HERMI CAMPO. *Hermus*, Lydiae fluvius, qui ſuperfuſus campis gignit fertilitatem: unde arenas aureas fingitur trahere. LYCIAE FLAVENTIBUS ARVIS. [85] Provincia [eſt minoris Aſiae,] fertilis frugum.

VARIORUM.

7. & Cicero ad Att. IV. 15. Feſtus locum in agro Reatino eſſe innuit. Alioqui prima in *Roſeus* corripitur. nam quod apud Corippum libr. II. in veterrimis membranis legebatur, *Roſeus aeſtatis rubra ſic veſte refulgens*, ubi agit de quatuor factionibus Circi, ſcribendum *Ruſſeus*. perperam repoſuere, *Aeſtatis roſeus*. in plurimis Maronis codicibus hic *roſcida* perperam. ut & apud Plinium lib. III. Hiſt. Nat. cap. 12. *Sabini, Velinos incolunt lacus, roſcidis collibus*, cum ſcribendum ſit *Roſeis collibus*, quod ſerus animadverto jam occupaſſe Ludovicum Cerdam. vide & Dalecamp. HEINS. *Ager Roſiae* in Mſſ. Chifletii apud Plinium. *Roſulanus* campus vocatur a Servio ad II. Georg. 201. *Roſilanus* Camill. Pereg. de Campania Felice Diſſert. III. §. 2. qui videndus, & Ampl. Addiſon. Itinerar. pag. 209. de *pertica* fabulam habet Peregrinus a Servio fictam. *Roſida* alii. *Rocida* Dorvil. BURM.

713. TETRICAE HORRENTES. *Horrentis* ſcripti, & cum iis bis Nonius, qui in *tetricus*, *Tetricae*, *ſeverae* inſcite interpretatur: nec minus inſcite idem in *Severus*, *montem Severum* intelligit *aſperum* & *trucem*. habes apud Silium lib. VIII. 419. *a Tetrica comitantur rupe cohortes*. Varro lib. II. de R. R. cap. 1. de capris: *ſunt etiam in Italia circum Fiſcellum & Tetricam montes multi*. *Tetricus* mons eſt Servio & Vibio Sequeſtro. bene idem Servius *Severum proprium nomen montis eſt. ut Roſea rura Velini*. in Veneto codice *Tetrici* legebatur. pro *Montemque Severum* Gudianus *amnemque Severum*, quod minime arridet. HEINS.

714. CASPERIAMQUE. *Caſperiamque* membranae, non *Caſperulamque*. Menagianus *Caſpiamque* mendoſe. *Caſperulam* tamen in Juntarum editione, ex vetuſtis codicibus caſtigata. idque videtur Silius Italicus confirmare, qui ad horum imitationem libr. VIII. 416.

Hunc Amiterna cohors, & Bactris nomina ducens
Caſperula. Hunc Foruli, magnaeque Reate dicatum,
Coelicolûm matri, nec non habitata pruinis
Nurſia, & a Tetrica comitantur rupe cohortes.

nec dubito ex hoc Silii loco homines male feriatos Maronianum interpolaſſe. Atqui vetuſtiſſimus Silii codex Colonienſis, cujus excerpta penes me exſtant, *Caſperiam*, non *Caſperulam*, agnoſcit. Vibius Sequeſter *Himella Sabinorum flumen prope Caſperiam*. Caeterum ex Silii loco apparet perperam

in

82 vaſtaverunt Dan. 83 ſane *Allia* additum L. propter metrum, ut *Relliquias*. Lucanus bene poſuit L. R. Voſ. (ſed hic Alia) & *reliquias* Steph. qui, additum eſt *reliquias*: Lucanus bene poſuit Lipſ. cui ſeq. nota deeſt. L. propter, deinde deſunt, *reliquias* & L. Voſ. R. Steph. al. apud Lucanum eſt *alias* ab *aliis*. 84 *Quos* Dan. errare Servium oſtenderunt commentatores Lucani: ſequens notula deeſt. 85 Provincia eſt fertilis fr. L. V. R. Voſ. Steph. Dan. al. quibuſdam *eſt* deeſt.

Digitized by Google

Scuta ſonant, pulſuque pedum tremit excita tellus.
Hinc Agamemnonius, Trojani nominis hoſtis,
Curru jungit Haleſus equos, Turnoque feroces
Mille rapit populos: vertunt felicia Baccho
Maſſica qui raſtris, & quos de collibus altis
Aurunci miſere patres, Sidicinaque juxta

Ac-

SERVII.

722. [86] [PULSUQUE PEDUM TREMIT EXCITA TELLUS. Homerus Iliad. B. 784. Ἀπὸ ποσσὶ μέγα στεναχίζετο γαῖα.]

723. HINC AGAMEMNONIUS TROJANI NOMINIS HOSTIS. Hunc Agamemnonis [87] [plerique comitem,] plerique nothum filium volunt: qui, cum veniſſet ad Italiam, audito adventu Aeneae, in bellum ruit, non amore Turni; ſed odio hoſtilitatis antiquae: unde ait: *Trojani nominis hoſtis.*

725. RAPIT POPULOS. Raptum adducit. Et jam Campaniae loca commemorat: nam *Maſſicus* mons eſt vitibus plenus. *Maſſica* autem dixit, ut *Menala.*

727. AURUNCI MISERE PATRES. Iſti Graece *Auſones* nominantur. SIDICINAQUE JUXTA AEQUORA. Ab oppido, quod *Sidicinum* dicitur.

VARIORUM.

in pleriſque Maronis codicibus *Ferulos* pro *Forulos* ſcribi. HEINS. *Ferulos* & *Forulos*, multi. *Ferolos*, Parrhaſ. *Caſpeream* Zulich.

715. FABARIMQUE. *Faberimque* Venetus. *Sabarimque* Bigotianus & Francianus. *Fabarymque* primus Rottendorphius.

716. NURSIA. *Norſia* Mediceus a manu prima. *Nyrſia* primus Rottendorphius & Moreti. *Ortinae* aliquot ſcripti meliores. *Urſinae* alter Menagii. *Nurſia* & *Cortinae* Parrhaſ. a m. pr. correctum *&* *Ortinae*. Catroeus mallet, *Hortanae*. Celeberrimus Fontaninus de Antiq. Hortae lib. I. cap. I. §. 4. *claſſes* hic de navibus capit, quia Tiberis navium capax. ſed vix credam ei tempori naves convenire. *Ortinae* Serv. ad II. Aen. 30. *claſſis* Wittian. BURM.

717. INTERLUIT. Aſconius Pedianus divinatione in Verrem *intervenit* citat quod arridet impenſe. vide ſupra lib. VI. 132. HEINS. *Interfluit* Menagii prior. *intralluit* Dorvill. *quosque ſequens* Wittian. *Halia* Parrhaſ.

718. LIBYCO VOLVUNTUR MARMORE FLUCTUS. *Litore* primus & ſecundus Moretani, primus Rottendorphius, prior Hamburgicus, Leidenſis, & alter Voſſianus. ſed alterum praeſtat. HEINS. *In Libyco* Menagii prior.

719. UNDIS. *Annis* Sprotianus.

720. VEL CUM SOLE. Miror a nemine animadverſum, legendum enim non eſt, *vel cum*, ſed *vel quam*, hoc ſenſu,

Quam multi Libyco volvuntur marmore fluctus,
Vel quam ſole novo denſae torrentur ariſtae.

i. e. quam denſae, i. e. quam multae: alioqui ſinus verborum tantum eſt. Caeterum ἀφασία, ſi legas, *vel cum ſole novo.* FABER. *Vel quot* Menagianus codex. ipſe Menagius in Amoenitat. Juris cap. XXXI. ſcribendum ſibi videri ait, *vel quam ſole novo.* HEINS. Et ita Mediceus & Ruaeus, quaſi ipſe primus inveniſſet. & Catroeus in textum recepit. Cerda de initio aeſtatis capit. & ita forte apud Val. Flac. II. 441. *Illi ſole novo laeti*, quamquam de ſerenato poſt tempeſtatem coelo etiam capi poſſit, ut ita ỷ. 403. *primum ſerenum* dixit. melius Servio conveniunt illa Ovidii ex I. Faſt. 163.

Bruma novi prima eſt veteriſque noviſſima ſolis.

ſed hic de aeſtate recte interpretantur. BURM.

722. TREMIT EXCITA. *Tremit excita* ſoli ex noſtris Montalbanius & unus Voſſianus, & a manu ſecunda Moretanus tertius. Caeteri, *pulſuque pedum conterrita tellus:* niſi quod in Mediceo, *curſuque pedum conterrita tellus.* vide annotata lib. XII. 334 HEINS. *Tremit excita* Zulichemius. *conterrita* Regius & Parrhaſ. Dorvill. & Edd. Venet. & Mediol. Ald.

724 HALESUS. *Aleſus* fere omnes ſcripti. *Halaeſus* Gudianus. *equos Aleſus* Bigotianus. *Alaeſus* Ed.

[86] deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. al. [87] deſunt V. mox idem, auditoque adventu.

Aequora, quique Cales linquunt, amniſque vadoſi
Adcola Volturni, pariterque Saticulus aſper,
Oſcorumque manus. Teretes ſunt aclides illis
Tela: ſed haec lento mos eſt aptare flagello.
Laevas caetra tegit; falcati comminus enſes.

Nec

SERVII.

728. CALES LINQUUNT. Civitas eſt Campaniae: nam in Flaminia [88] quae eſt, *Cale* dicitur. Eſt & in Gallia hoc nomine, quam Salluſtius [89] captam a Perpenna commemorat. AMNISQUE VADOSI ACCOLA VULTURNI. Fluvius, [90] qui juxta Cumas cadit in mare.

729. SATICULUS ASPER. Populus Campaniae, aſper moribus.

730. OSCORUMQUE MANUS. Capuenſes dicit, qui ante [91] Ophici appellati ſunt, quod illic plurimi abundavere ſerpentes. [92] [Nam Graece ὄφις dicitur *ſerpens*.] ACLIDES ILLIS TELA. *Aclides*, ſunt tela quaedam antiqua, adeo ut [93] nec uſquam [94] commemorentur in bello. Legitur [95] tamen quod ſint clavae, cubito ſemis factae, eminentibus hinc & hinc acuminibus: quae ita in hoſtem jaciuntur religatae loro vel lino, ut peractis vulneribus poſſint [96] redire. [97] Putatur tamen eſſe teli genus, quod [98] per flagellum in immenſum jaci poteſt.

732. LAEVAS CETRA TEGIT. Scutum loreum, quo utuntur Afri & Hiſpani. FALCATI COMINUS ENSES. Affectavit varietatem: nam conſequens fuerat, [99] [ut diceret:] *Dextras armant gladii falcati. Falcatus* autem *enſis* eſt [1] harpe, qua uſus eſt [2] Perſeus. Lucanus IX. 603. *Harpen, alterius monſtri jam caede rubentem.*

VARIORUM.

Ed. Dan. Heinſ.

726. MASSICA. *Maſica* Dorvil.

727. AURUNCI. *Arunci* uterque Hamburgicus, Parrhaſ. Zulichemius, & ſecundus Rottendorphius, & Vratiſlavienſis. qui & *Fidicinaque. Sidicinaque* primus Moreti. pro *juxta*, Bigotianus, *longe*.

Ibid. PATRES. *Senes* pro *patres* habet liber A. Colotii. URSIN. *Senes* Mediceus a manu prima. HEINS.

728. AEQUORA. *Litora* in aliis, teſte Cerda.

Ibid. AMNISQUE VADOSI. Quia ab aliis rapax, fluctus ſonorus, & mari etiam ſimilis, immo *mare* vocetur, Cerda hic *vadoſum* explicat, inſtar maris, quia & maria a Poëtis *vada* dicuntur. ſed nullo exemplo probat *vadoſum* eo ſignificatu occurrere: ſed idem fluvius circa oſtia poteſt ingens, & maris inſtar dici, qui ſuperiori parte vadoſus, id eſt exiguae aquae, & qui vado tranſiri poteſt, recte dicitur. & Poëtas eoſdem fluvios rapidos & vadoſos dicere jure ſuo, vidimus ad Valer. Flac. v. 180. ubi & de Vulturno hoc notavimus. BURM.

729. SATICULUS. *Satelicus* Venetus. *pariter Saticulus* Bigotii & Dorvill. *pariter Sapticulus* Zulichemius.

730. OSCORUMQUE. *Hoſcorumque* Editio Juntina. ſed Zulichemius *Hoſquorum. Tſorumque* Leidenſis. *Oſquorumque* Francianus.

Ibid. ACLIDES. *Aclydes* Mediceus. atque ita in optimis Silii membranis, lib. III. 362. legebatur. *Movet Arbacus arma Aclyde.* & lib. VIII. 552. *Aclydis uſus erat.* Ἀγκύλαι & Ἀγκυλίδες jaculi genus ſunt Graecis. hinc *Aclydes* videntur derivatae, vel *Acludes*. nam in veterrimo Gudiano ſic exaratum hoc loco occurrit. *Aclide* Sidon. Apollin. Panegyr. Majoriani 416. HEINS. Vid. Cl. Drakenb.

88 eſt quae Steph. Dan. Fabr. al. in Flamina Voſſ. in Flaminea L. 89 deeſt Voſ. a perna R. lege, a Perperna. vid. ad Veliej. Paterc. II. 4. & ita in Salluſt. fragm. incert. legitur. 90 deeſt Voſ. R. Steph. Dan. 91 Oſci V. L. R. Lipſ. Steph. Dan. Ὀπικοὶ Voſ. Oſici Daventr. v. Steph. in Ὀπικοὶ & *Opici* legendum. vid. Cluver. Ant. Ital. III. cap. IX. p. 1056. & ſeqq. ubi refutat ineptam etymologiam ἀπὸ τῶν ὄφεων. *Capuenſes* hic vocat Servius, quos alii fere ſemper *Campanos* vocant. vid. Cl. Duker. ad Liv. XXVII. 3. BURM. 92 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 93 nec quicquam R. melior ordo foret, adeo antiqua, ut &c. 94 commemorarentur V. Voſ. 95 tamen clavae ſubito faevis facie R. cubito & ſemis Fabr. al. 96 ad dominos reverti V. ad dominos redire Fabr. al. & Lipſ. a m. ſec. 97 putantur V. 98 quod flagello V. L. Voſ. quod flagellum R. 99 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. deinde, *armarunt* Baſil. 1 Harpen V. Arpen L. Voſ. R. 2 deeſt Dan. Perſius Steph.

Nec tu carminibus noſtris indictus abibis,
Oebale: quem generaſſe Telon Sebethide nympha
Fertur, Teleboum Capreas quum regna teneret
Jam ſenior: patriis ſed non & filius arvis
Contentus, late jam tum ditione premebat
Sarraſtis populos, & quae rigat aequora Sarnus,

Qui-

SERVII.

734. OEBALE. *Oebalus*, filius eſt Telonis & Nymphae [3] Sebethidis. Haec autem eſt juxta Neapolim. Sed Telo diu regnavit apud Capreas, inſulam [4] contra Neapolim ſitam. Filius vero ejus, [5] patriis non contentus imperiis, tranſiit ad Campaniam: & multis populis ſubjugatis ſuum dilatavit imperium.

735. TELEBOUM CAPREAS CUM REGNA TENERET. Cum teneret *Capreas*, regna Teleboarum: nam *Teleboae*, Caprearum ſunt populi, quos [6] Telo ſuo regebat imperio. [7] Quidam dicunt *Capreas* a *Capreo*, qui in illis regionibus potens fuit, nominatas.]

738. SARRASTES POPULOS. Populi Campaniae ſunt, a [8] Sarno fluvio. [9] [Conon, in eo libro, quem de Italia ſcripſit, quoſdam Pelaſgos, alioſque ex Peloponneſo convenas, ad eum locum Italiae veniſſe dicit, cui nullum antea nomen fuerit; & flumini, quem incolerent, Sarno nomen impoſuiſſe ex appellatione patrii fluminis, & ſe *Sarrbaſtes* appellaſſe. Hi inter multa oppida Nuceriam condiderunt.]

VARIORUM.

kenb. ad Sil. III. 36. *Acides* contra metrum eſt. *Alcides* Francian.

731. LENTO. *Tereti* Zulichemius & alter Menagii. *hic* Menagii prior. *tereti* ex priori verſu repetitum. *lento* Nonius in *Aclides*, qui jacula brevia interpretatur.

732. LAEVAM. *Laevas* fere omnes. *ſceptra* Menag. pr. & Sprotian. *Laeva ſcetra* Leidenſ. & Wittian. niſi quod hic *Laevum*. *Laevas ſectra* Francian. ſed *caetra* ſcribendum. vid. notas Cl. Drakenb. ad Liv. XXI. 21. *Falcati c. enſes*, & ſequens verſus in Regio erant adſcripta margini.

Ibid. COMINUS. Opponit telis, quae ejiciuntur; gladiis vero res geritur pede collato. Ovid. III. Met. 119.

Comminus enſe ferit, jaculo cadit eminus ipſe.

vid. Serv. ad I. Georg. 104. BURM.

734. TELON. *Telum* Ed. Juntina *Thelon* prior Hamburgicus. *Sebretide* Menagii prior. *Sebetide* alter ejuſdem & Wittian. *Sebetrida* Dorvill. *Sebethride* Mentelii ſecundus, & primus Rottendorphius, & tres Moretani. *leboetide* Francianus. *ſuberetide* Parrhaſ. *genuiſſe* Hugenianus.

735. CAPREAS. *Capreis* Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. X. 72. HEINS. Cerda *Capreas* facit nomen Regis. ſed *Capreas regna* per appoſitionem capienda. *Capas* Dorvillian.

736. SED NON. *Jam non* Zulichem. ſed *jam* ex ſequenti verſu irrepſiſſe puto, ideoque temere Cattoeum recepiſſe. *ſed non &* centies occurrit, ubi contrarium quid indicatur. vid. Ovid. IV. Met. 273. inf. X. 343. & alibi. *patris* Regius. BURM.

737. JAM TUM. *Jam dum* Wittian.

Ibid. DITIONE PREMEBAT. *Tenebat* Gudianus, Leidenſis, primus & ſecundus Moretanus, aliique duo. HEINS. Ita alter Hamburgicus, tres Leidenſes, Bigotianus, Mediceus & duo Moretani, Parrhaſ. & Dorvill. ſed praeceſſit ſimilis diverſitas lib. I. Aen. 236. & 622. unde huc tranſlatum opinor.

738. SARRASTES. *Sarraſtis* vetuſtiores, ἀρχαϊκῶς. Silius lib. VIII. 538.

Sarraſtis etiam populos, totaſque videres
Sarni mitis opes.

ſed lib. X. 335.

Paſſim ſigna jacent, quae Samnis belliger, & quae
Sarraſtes populi, Marſaeque tulere cohortes.

deinde, *qua rigat*, uterque Mentelius, & uterque Ham-

3 Sebethridis V. Sebetridis L. Voſ. R. Sebetidis Baſil. 4 juxta L. eadem varietas in Servio ad IV. Aen. 387. 5 patriis n. c. imperio V. 6 Telon L. Steph. Dan. 7 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Fabr. al. 8 Sarto L. Voſ. R. Steph. 9 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Baſil.

Quique Rufras Batulumque tenent, atque arva Celennae,
Et quos maliferae deſpectant moenia Abellae:
Teutonico ritu ſoliti torquere catejas:
Tegmina quîs capitum raptus de ſubere cortex:
Aerataeque micant peltae, micat aereus enſis.

Et

SERVII.

739. [10] RUFRAS BATULUMQUE TENENT. Caſtella Campaniae, [11] [a Samnitibus condita.] ARVA CELENNAE. [12] Locus eſt Campaniae, *Celenna*, ſacer Junoni.

740. ET QUOS MALIFERAE DESPECTANT MOENIA BELLAE. Multi Nolam volunt intelligi: & dicunt iratum Virgilium nomen ejus mutaſſe propter ſibi negatum hoſpitium, [13] [& [14] id aperte noluiſſe dicere;] ſed oſtendere per periphraſin: nam illic Punica mala naſcuntur: ut nunc *Bella* pro Nola poſuerit. [15] [Alii idem a Virgilio in Georgicis factum memorant, ut etiam ab Aulo Gellio traditur: qui cum a Nolanis aquam petiiſſet, uti duceret in propinquum rus, Nolanos petitum beneficium non feciſſe, Poetam offenſum, nomen urbis eorum, quaſi ex hominum memoria, ſic ex carmine ſuo detraxiſſe: nam cum primum ab eo recitatum & editum ſic eſſet II. Georg. 213. *Talem dives arat Capua, & vicina Veſevo Nola jugo: Ora* pro *Nola* mutavit, atque ita reliquit: *Et vicina Veſevo Ora jugo:*] alii volunt accipi [16] *moenia Bellae*] ut ſit Synaloepha, [17] & legatur *Moeni' Abellae.* [18] [Quidam hanc civitatem a rege Murano conditam *Moeram* nomine vocatam ferunt; ſed Graecos primum eam incoluiſſe, quae ab nucibus [19] *abellanis Abella* nomen [20] acceperit: alii quod imbelle vulgus & otioſum ibi fuerit, ideo *Abellam* appellatam: hujus cives, cum loca circa Capuam poſſiderent, orto tumultu interiiſſe, alioſque fugientes Moeranum abiiſſe, [21] [& ejus [22] incolis ſerviiſſe, & quod imbelliores fuerint, *Abellanos* dictos.]

741. CATEJAS. Tela Gallica: unde & *Teutonicum ritum* dixit. [23] [*Catejam* quidam aſſerunt teli genus eſſe tale, quale *aclides* ſunt, ex materia quam maxime [24] lenta, cubitus longitudine, tota fere clavis ferreis illigata, quam in hoſtem jaculantes, lineis, quibus eam adnexuerant, [25] reciprocam faciebant. *Catejae* autem lingua Teuthiſca haſtae dicuntur.]

742. RAPTUS DE SUBERE CORTEX. Bene *raptus*, [26] [id eſt, raptim ſublatus:] quia recens ſuberis cortex in quamvis formam tota flectitur facilitate.

VARIORUM.

Hamburgicus. etiam Moreti quartus & a manu ſecunda Gudianus. HEINS. *Sarraſtres* alter Menagius. Parrhaſ. & Wittian. *Sereſtres* Venetus. *Sarrautes* Zulichemius. *Sarraſtris* duo Leidenſes, Regius & tertius Mentelii, Dorvill. & Francianus, qui etiam, *qui rigat. qua* Wittian.

739. RUFAS. Mediceus & caeteri vetuſtiores *Rufras*. optime. Silius lib. VIII 568.

Et quos aut Rufrae, quos aut Aeſernia.

apud quem tamen in vetuſto codice Agrippino leguntur *Rufae*. Livio lib. VIII. 25. *Rufrium* eſt Samnitium oppidum. HEINS. *Rufras* Francianus. *Rufas* Wittian. *Batylumque* Mediceus a manu ſecunda. vid. Cl. Drakenb. ad Livii d. l. *Butulum* Zulichem. *Calennae* Dorvil. *Celenae* Menag. Hamb. duo & Venetus.

Ibid. BATULUMQUE. Mediceus a manu prima *Batylum*. in veterrimo Silii codice VIII. 566. *Qui Batulum Nucraſque metunt.* & ſane in Gudiano hic a manu prima, *Qui Batalum*. Mediceus etiam *Celennae*, ut & caeteri, excepto Menagiano, qui *Celae-*

10 RUFAS. Dan. Baſil. 11 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 12 Celemne L. Celemna Voſ. Junonis locus Campaniae eſt Celemne, locus ſacer Junoni Dan. 13 deſunt L. R. 14 deeſt R. L. ita Steph. Dan. 15 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. 16 deſunt L. Voſ. R. Steph. *Moenia Abellae* Fabr. al. 17 cum legimus, *Moenia Bellae* V. *Moenia Atellae* L. Voſ. R. Steph. *Moenia Bellae* Baſil. 18 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 19 *avellanis* Fabr. 20 accepit Dan. 21 deſunt Fabr. 22 ejus incolis ſtruxiſſe * & Dan. Heinſius corrigebat, & ejus incolas ſtruxiſſe Moeram. 23 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 24 lenta. . . . * cubitus Dan. *cubiti* Fabr. 25 reciproca Dan. mox, Theoſiſca Dan. Thuſca Fabr. Theotiſca Commel. & Emmen. 26 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Fabr. al.

Et te montoſae miſere in proelia Nerſae,
Ufens, inſignem fama & felicibus armis;
Horrida praecipue cui gens, adſuetaque multo
Venatu nemorum, duris Aequicula glebis
Armati terram exercent, ſemperque recentis

Con-

SERVII.

744. MONTOSAE NURSAE. Civitas in montibus poſita.

745. INSIGNEM FAMA. Bene fama: quia [27] occidetur, ut XII. 460. *Uſentemque Gyas, cadit & Tolumnius augur.*

746. HORRIDA PRAECIPUE CUI GENS. Aequicolam gentem dicit, & morum & vitae qualitate praeduram. Sane aliud pendet ex alio: ideo erant horridi; quia venabantur: ideo venabantur; quia habebant duras glebas, id eſt, infertiles: nam molles, feraces ſunt, ut in Georgicis docet II. 204. *Et cui putre ſolum, namque hoc* [28] *imitamur arando.*

VARIORUM.

laenae. multi ex noſtris *Celemnae* cum Pierianis. forte huc trahendus locus Naſonis lib. XV. 704. de *ſaxis Celenniis* nemini intellectus, nam *Celennia* vel *Celemnia* in melioribus illic membranis conſtanter exaratum eſt videre, ut illic monuimus. certe inter Campaniam & Apuliam Hirpini & Samnites, ad quos Celenna videtur ſpectaſſe, ut Abella, Rufrae Batulum. in vulgatis Naſonis exemplaribus *Ceraunia* habetur, quae hoc loco importuniſſima ſunt. HEINS.

740. MOENIA. Legendum *Moenia Abellae*: eſt enim fontis, & oppidi, & torrentis nomen in Samnitibus. oppidum in monte ſitum, Populos deſpectat, qui hic a Poëta nominantur. mons ipſe nivibus, intemperie, ventis horridus quaſi ἄελλα dictus. quod Latini modo *Abellam*, modo *Avellam* pronuntiavere. FABRIC. *Bellae* codices noſtri omnes, quam ſcripturam Servii aetate jam invaluiſſe, ex ejus commentariis liquet. ſed nullibi per Italiam *Bella* oppidum. *Abella* ſatis nota, quae Silio VIII. 545. dicitur, *pauper ſulci Cerealis Abella*. ita & illic codices vetuſti conſtanter, non *Avella*. ut & apud Frontinum de Coloniis: *Abella municipium coloni vel familia Imperatoris Veſpaſiani acceperunt juſſu.* Ἄβελλα Ptolemaeo eſt & Straboni, non Ἀύελλα. tum incolae ejus oppidi Plinio & Juſtino *Abellani*. Hinc *Abellinum* oppidum Hirporum Plinio & Frontino. Ἀβελλῖνον Ptolemaeo, & *Abellinae* nuces quae poſtea *Avellanae* Plinio lib. XV. 22. & Theophraſt. III. 15. HEINS. *Bellae* Ed. Venet. *Belae* alter Menagii. cauſſam vero Nolae patriae ſuae contra Servium agit Leo Nolanus lib. I. de Nola cap. 2. *Populus Abellinus* in lapide apud Gruter. pag. MXCIX. 2.

741. CATEJAS. *Catenas* Hugenian. *Catheyas* Wittian.

742. RAPTUS. *Rapta* Wittian.

743. AERATAEQUE. *Aurataeque* Edit. Venet. *Aeneus enſis* Serv. ad I. Aen. 299.

544. NURSAE. *Nurſas* in Aequiculis Geographorum nullus, quod ſciam, recenſet. in veterrimo Mediceo *Nerſae*. etiam in Menteliano utroque, & Gudiano & caeteris vetuſtioribus. Menagianus *Narſae*. in pleriſque recentioris notae libris *Nurſae*. HEINS. *Perſe* Franc. *Nerſae* Parrhaſ. *Perſae* Ed. Venet. & Dorvill. *Nurſae* Wittian.

745. UFENS. *Uffens* Menagii prior. vid. infr. 802.

746. MULTO. *Bello* Wittian. ſed in marg. *multo*.

747. AEQUICOLA. *Aequicula* in vetuſtis membranis, tam Maronis, quam Ovidii & aliorum. ſed parum refert. ſic in nummis antiquis, ACISCULUS, Valeriae gentis cognomen, & LARISCOLUS Accolejae. Silii etiam codices lib. VIII. *Aequiculos* faciunt. apud Frontinum de Coloniis, *Ecicylanus ager*, pro *Aequicolano*. HEINS. *Aequicola* Dorvill. Wittian. & Ed. Venet. *Aequicola* & *Aequicolus* dicitur. v. Cl. Drakenb. ad Liv. X. XIII. I. *Aequiculas* nondum reperi. vid. ad lib. IX. 684. BURM.

748. RECENTES. Quia vivebant in diem, nec componere opes norant, nec parcere parto. VIII. 317. ita de Cacio, *ſemperque recenti Caede tepebat humus*, VIII. 195. vid. lib. IX. 613. BURM.

750. MAR-

27 cum occidit Gyas Fabr. al. 28 *imitantur* Dan. Fabr. al. Maſvic. *imitantur* Voſ. R. Steph.

Digitized by Google

Convectare juvat praedas, & vivere rapto.
Quin & Marrubia venit de gente ſacerdos,
Fronde ſuper galeam & felici comtus oliva,
Archippi regis miſſu, fortiſſimus Umbro:
Vipereo generi, & graviter ſpirantibus hydris,
Spargere qui ſomnos cantuque manuque ſolebat,
Mulcebatque iras, & morſus arte levabat.

Sed

SERVII.

450. QUIN ET MARRUBIA VENIT DE GENTE SACERDOS. [29] Scilicet Medea, quando relictis Colchis Iaſonem ſecuta eſt, dicitur ad Italiam perveniſſe: & populos quoſdam circa Fucinum ingentem lacum habitantes, qui [30] *Marrubii* appellabantur, quaſi circa mare habitantes, propter paludis magnitudinem, docuit remedia contra ſerpentes. Quanquam alii [31] *Marrubios* a rege dictos velint. Hi ergo populi Medeam *Angitiam* nominaverunt ab eo, quod ejus carminibus ſerpentes angerent. Ab his nunc Umbronem veniſſe dicit, non regem, ſed ducem. Sunt autem iſti Marſorum populi.

751. FRONDE SUPER GALEAM, ET FELICI COMPTUS OLIVA. Frondibus comptus [32] feſtae olivae.

753. VIPEREO GENERI. Terrenis ſerpentibus. GRAVITER SPIRANTIBUS HYDRIS. Aquae ſerpentibus. *Graviter* autem *ſpirantibus*, ſolo nocentibus flatu. Lucanus IX. 725. *Ante venena* [33] *nocent.* SPARGERE. Conficere, ut [34] Cicero II. Catil. 10. *Et ſpargere venena didicerunt.*

755. ARTE LEVABAT. Leviores eſſe faciebat, ut I. 330. *Noſtrumque leves quaecumque laborem.*

VARIORUM.

750. MARRUBIA. *Marruvia* Mediceus, Gudianus, uterque Mentelianus, alii. *Marrivia* in Montalbanio. *Marruvium* Silio eſt libr. VIII. 907. nec variant illic codices vetuſti. *Marruvium* etiam herba per quintam vocalem ſcribitur apud Columellam in veterrimo exemplari lib. XII. cap 32. Straboni Μαρσυον. *Marubia* Menagianus. vulgatam exhibet Macrobius lib. V. cap. 15. HEINS. *Marrubia* Ald. Dorvill.

751. GALEAM. *Galea* tertius Rottendorphius.

752. ARCHIPPI. *Arcippi* alter Menagii & tertius Rottendorphius. *Archipi* Zulichemius. *Alcippi* Francianus. vide Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 42.

Ibid. MISSU. *Juſſu* Francian. Edd. Venet. & Mediol. in Dorvil. *juſſu* a ſec. m.

754. CANTUQUE MANUQUE. *Cantuque herbiſque volebat*, Tellezius apud Job. Ludolf. comment in Hiſtor. Aethiop. pag. 138. *cantu manuque* Parrhaſ. Catroeus *manu* interpretatur *geſtu* aliquo. ego objiciendo ſerpentibus offam ſoporiferam, ut de Medea & aliis, vel manu admovendo herbas & medicamina, quae in montibus quaeſierant: nam non agitur hic, ut poſtea, de vulneribus. unde *Chirurgi* dicti ſunt. BURM.

755. IRAS. *Feras* Sprotianus. *& mortes* Montalbanius a manu prima. mox *Dardanidae* Sprotianus & tertius Rottendorphius. *Dardinidae* Dorvill. alter Hamburg. verſus hic deerat tertio Rottendorphio a manu prima.

758. In

29 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. 30 Marrubi V. 31 Marrubio V. 32 ſertae L. V. Voſ. R. Steph. *Feſtae* correxit Vitius ad Gratii Cyneg. 442. & libro ſuo, ubi *feſto*. & quia ad 11. Aen. 249. *feſta frons* etiam oliva dicitur a Servio. & *feſtus frondis* laetitiam notare dicit Serv. ad VI. 716. ſed & potuiſſet monere, ita legi in antiquis & Fabric. & Baſil. Edd. ſed quia *felix* fere fertilis ſolet explicari, non feſtus, ego hic *feſtae* non moverem, quia coronam oleagineam indicat, ut ita *feſta corona*, *ſerta*, *flores*, & ſimilia dicantur, quibus caput cingitur. vide Heinſ. ad Ovid. IV. Triſt. 11. 57. & Servium ad 1. Aen. 417. BURM. 33 *nocens* V. recte, ut in Lucano legitur. in Lipſ. tantum erat ſolo nocentibus & c. priora deerant ab *Aquae*. 34 deeſt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al.

Digitized by Google

Sed non Dardaniae medicari cuſpidis ictum
Evaluit; neque eum juvere in volnera cantus
Somniferi, & Marſis quaeſitae montibus herbae.
Te nemus Anguitiae, vitrea te Fucinus unda,
Te liquidi flevere lacus.
Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello
Vir-

SERVII.

756. MEDICARI CUSPIDIS ICTUM. *Medicor il-tam rem*, & *illi rei*; ſicut *modulor*, [35] [& *moderor*, & *comitor*.]

760. LIQUIDI FLEVERE LACUS. Etiam [36] alii.

761. IBAT ET HIPPOLYTI PROLES PULCHERRIMA BELLO VIRBIUS. Theſeus, mortua [37] [priore uxore] Hippolyte, Phaedram, Minois & [38] Paſiphaës filiam, ſuperduxit [39] novercam Hippolyto: qui, cum illam de ſtupro interpellantem [40] contempſiſſet, falſo delatus ad patrem eſt, quod ei vim voluiſſet inferre. Ille [41] Neptunum patrem rogavit, ut ſe ulciſceretur, qui agitanti currum Hippolyto, immiſit [42] focam, qua equi territi eum traxerunt. Tunc Diana, ejus caſtitate commota, revocavit eum in vitam per Aeſculapium, filium Apollinis & Coronidis, qui natus erat exſecto matris ventre, ideo, quod, cum Apollo audiſſet a Corvo, ejus cuſtode, eam adulterium committere, iratus Coronidem, maturo jam partu, confixit ſagittis. Corvum vero nigrum fecit ex albo: & exſecto ventre Coronidis produxit ita Aeſculapium, qui factus eſt [43] medicinae peritus. Hunc poſtea Juppiter propter revocatum Hippolytum interemit: unde Apollo, iratus ei, Cyclopas fabricatores fulminum confixit ſagittis: ob quam rem a Jove juſſus eſt Admeti regis novem annis [44] [apud Amfriſum] armenta paſcere, divinitate depoſita. Sed Diana Hippolytum, revocatum ab Inferis, in Aritia, Nymphae commendavit Egeriae: & eum [45] *Virbium*, quaſi *bis virum* juſſit vocari: cujus nunc filium [46] cognominem dicit in bellum [47] venire: adeo omnia iſta fabuloſa ſunt: nam cum caſtus ubique inductus ſit, & qui ſemper ſolus habitaverit, habuiſſe tamen fingitur filium. Re vera autem, ut ſupra diximus v. 95. *Virbius*, eſt [48] numen conjunctum Dianae, ut Matri deum [49] Atys, Minervae Erichthonius, Veneri Adonis.

VARIORUM.

758. IN MONTIBUS. Mediceus & Mentelianus uterque, caeterique praeſtantiores τὸ *in* non agnoſcunt; ut nec plerique vetuſtiores Pieriani. in Mediceo a manu ſecunda id repoſitum erat, & verſu proxime praecedenti ab eadem manu, *ad vulnera*. credo quod τὸ *in* bis repeti non ferret, qui codicem correxit. HEINS. *In vulnere* ſex ſeptemve codices. *in montibus* Dorvil. Ed. Venet. & Mediol. Ald.

759. ANGUITIAE. *Angitiae* legitur apud Diomedem Grammaticum, & Macrobium lib. IV. Saturn. 6. *Anguitiae* in priore Menteliano & Mon-

35 deſunt V. L. Voſ. Lipſ. in Theſauro Fabri notatur (an a Buchnero neſcio, nam malo exemplo, non diſtinxerunt editores variorum additiones) legendum eſſe, ſicut *moderor*, pro *modulor*, quod hoc cum dativo non conſtruatur. BURM. 36 mali V. alibi Baſil. 37 deſunt Lipſ. L. V. R. Voſ. Steph. Dan. 38 Parſiphaae V. Paſifae L. Voſ. R. Steph. 39 deeſt Lipſ. L. V. R. Voſ. Steph. Dan. 40 contemſiſſe Voſ. ſpreviſſe L. R. Lipſ. ſciſſet R. 41 Aegaeum patrem V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. Fabr. al. Neptunum poſuit Maſvicius, neſcio onde, niſi ex aliis Mythologis. ſed quum aliis locis Servius, vel ejus librarii, diſſentiat a reliquis, temere conſentientibus codicibus nova lectio inducitur. licet pro Neptuno plures ſtent, & Aegeum obiiſſe conſtet. ille, hoc eſt Theſeus, Aegeum V. 42 tucam in litore V. 43 artis Medicinae V. R. quod neſcio an genuinum ſit, & *artis* ejecerint ſcioli. ut etiam apud Dictyn Cret. de Bell. Troj. I. 14. de Podalirio & Machaone: *acciti ad id bellum ob ſollertiam Medicinae artis*. ita Merceri liber, & probavit Vindingius. plura vide apud Muncker. ad Hygin. Fab. CCLXXIV. ubi ſimilem de Aeſculapio locum ex Vibio Sequeſtro adfert, ubi ex Mſ. Reviano legendum, *Hippolytum Aeſculapius arte Medicina reddidit vitae*. onde apparet corrupiſſe librarios in hac locutione veterum loca. ſic inf. VIII. 798. *ſecundum artis arauſpicinae libros*, in veteri codice. BURM. 44 deſunt V. L. R. Lipſ. Fabr. al. apud Afriſum Dan. pro novem annis in Scholiaſte Lucani lib. VI. 368. legi in uno Voſſiano, VII. *annis*. in alio, VIII. menſibus, vel novem annis, ut alii dicunt, docet Oudendorpius. BURM. 45 *Virvium* V. 46 cognomine L. V. R. Steph. 47 vocari L. 48 nomen V. R. 49 Atis L. Baſil. Attis Voſ. R. Steph. Dan.

Digitized by Google

Virbius: inſignem quem mater Aricia miſit,
Eductum Egeriae lucis, Hymettia circum
Litora, pinguis ubi & placabilis ara Dianae.
Namque ferunt fama Hippolytum, poſtquam arte novercae
Occiderit, patriaſque explerit ſanguine poenas
Turbatis diſtractus equis, ad ſidera rurſus
Aetheria & ſuperas coeli veniſſe ſub auras,
Paeoniis revocatum herbis & amore Dianae.

Tum

SERVII.

762. QUEM MATER ARICIA MISIT. Civitas juxta Albam. *Mater* autem, propter Auguſtum dicit, qui fuerat ex Aricina matre [50] Atia progenitus: ac ſi diceret, quae tanti auctor eſt generis.

763. EGERIAE LUCIS. Nympha in Aricino nemore, quam amicam ſuam Numa eſſe fingebat, ad [51] firmandam legum ſuarum auctoritatem.

764. PINGUIS UBI ET PLACABILIS ARA DIANAE. *Pinguis*, frequenti ſacrificio; *placabilis* autem, ac ſi diceret, non qualis ante fuit, vel illic, vel apud [52] Tauros, humano gaudens cruore: quam hiſtoriam plene in ſecundo [53] ỳ. 116. diximus, cum Iphigeniae incidit commemoratio.

765. ARTE NOVERCAE OCCIDERIT. Bene [54] vim ſceleris expreſſit ſola novercae commemoratione.

769. PAEONIIS REVOCATUM HERBIS. Aut medicinalibus, a *Paeone*, medico deorum, qui [55] Παιὰν, *Paean* ſecundum Doricos dicitur; ſecundum rationem, [56] *Paeon*: aut re vera herbam *Paeoniam* dicit, cujus Creta ferax eſt. ET AMORE DIANAE. *Amore*, id eſt, cura.

VARIORUM.

Montalbanio. in Mediceo *Anguetiae*. in Menagiano *Argiae*. in nonnullis aliis, *Argitiae*. certe Vibius Sequeſter duplicem lectionem agnoſcit. ſed ſcribendum illic, *Angitiae*, vel *Anguitiae lacus Fucini*. pro quo in vulgatis *Anguiae*, vel *Anguitiae Lucaniae*. Solinus cap. II. *Angitiae vicina Fucino occupavit*. in Silio libro VIII. 500. habes *Aeetae prolem Anguitiam*. ubi tamen *Angitiam* optimus codex. & ſic vetuſta Solini cap. II. exemplaria, *Aeetae tres filias, Angitiam, Medeam, Circen*. Gloſſae veteres *Angitia*, Μήδεια. ſane Servius Angitiam, ab angendis ſerpentibus dictam contendit. HEINS. In ſcriptis *Angiciae*, *Angitiae*, *Angutiae*. ſed *Anguitiae* in lapide Gudiano pag. LIV. 9. ubi vide notas Doctiſſimi Heſſelii Addit. pag. 17. vid. Salmaſ. Exerc. Plin.

Ibid. FUCINUS. *Focinus* Sprotian. & Montalbanus. *Fulcinus* Vratiſlavienſis, qui ſequens hemiſtichium ſupplebat, *lacus, nemoroſaque Tempe*. ut & Dorvilianus. *Fuſcinus* Francianus & Wittian.

761. PULCHERRIMA BELLO. Haec jungenda. vid. ſupr. 656.

762. ARICIA. *Ariola* Parrhaſ.

763. HYMETIA. *Humentia* duo omnium veterrimi Mediceus noſter & Vaticanus Pierii, qui *Hymettia* perperam legit a monte Atticae regionis, cujus prima ſyllaba corripitur: & ſane, ſi nomen proprium hic lateret, non indictum tranſiſſet locum Servius. Mentelianus prior tamen *Tmetia*. tertius Rottendorphius *Himetia*. in Gudiano *Humecia*. in priore Menagiano *Himecia Hymetia* primus Moretanus, & alter Mentelii, cum primo Rottendorphio, & aliis nonnullis. in caeteris *Cymetia*, *Hemetia*. in Leidenſi *Symetia*. Schefferianus & Voſſianus prior *humentia*. HEINS. *Imetia* Venetus cum gloſſa, *id eſt marmorea*. *Tmettia* Dorvil. *humentia* Parrhaſ. & Ed. Venet. & Francian. quod probat Ruaeus & Guell. & Catroeus. primam ſyllabam produxiſſe etiam Nonn. Dionyſ. XIII. 185.

50 deeſt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. matre Actia Fabr. matre Aritia Baſil. *Acia* Edd. antiq. vid. ad Sueton. Aug. IV. 51 ad adfirmandam Baſil. & Edd. antiquae. 52 Centauros L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. Tauros habent V. Baſil. etiam Edd. antiquae. recte. 53 invenies Dan. 54 *jura* in ſolo Regio inveni, unde forte Malvicius habuit. ſed perperam ſcriptum e Pio viſ. 55 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 56 Peneon L. Voſ. Lipſ. Paeneon R. Paeoneon V.

Tum Pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad lumina ſurgere vitae,
Ipſe repertorem medicinae talis & artis
Fulmine Phoebigenam Stygias detruſit in undas.
At Trivia Hippolytum ſecretis alma recondit
Sedibus, & nymphae Egeriae nemorique relegat:
Solus ubi in ſilvis Italis ignobilis aevum
Exigeret, verſoque ubi nomine Virbius eſſet.

Un-

SERVII.

772. MEDICINAE TALIS ET ARTIS. Quae etiam fata diſſolveret.

773. POENIGENAM. [57] Matris poena genitum: aliiPHOEBIGENAM legunt, ut Probus.

775. RELEGAT. Commendat ab aliis ſegregatum.

776. SOLUS. In ſolis locis: nam *ſolus* quomodo, qui filium dicitur ſuſcepiſſe? IGNOBILIS. Non vilis; ſed ignotus: [58] quanquam poſſit etiam ad illud referri, quod [59] dicunt quibuſdam artibus hominum vitam ultra fata protendi [60] poſſe: ita tamen, ut ſolam habeant vitae imaginationem: videntur enim omnia facere, nec faciunt. [61] [AEVUM. *Aevum*, eſt aetas perpetua, cujus neque initium, neque extremum naſcitur; & hoc modo *aevum*, aetatem Hippolyti poſuit. Veteres *aevum* etiam deorum vitam dicebant: nam & VIRBIUS inter deos colitur. *Virbium* autem quidam Solem putant eſſe, cujus ſimulachrum non eſt fas attingere, propterea quod nec Sol tangitur.]

777. VERSOQUE UBI NOMINE. De re facto, ut III. Georg. 148. *Oeſtrum Graji vertere vocantes.*

VARIORUM.

185. *Γείτονες Ὑμηττοῦ* docuit Cl. Dorvillius.

764. DIANAE. Vide Cluver. Ital. pag. 394.

766. OCCIDERIT. *Deciderit* prior Hamburgicus pro varia lectione. qui & *explevit*. ut & Wittianus. *ſanguine menſas* Leidenſis pro diverſa lectione. apud Ovidium paſſim illa verba *occidere*, *concidere* & *decidere* commutata reperies. vid. ad Epiſt. IV. 94. & VI. Met. 10. & IX. 10. & alibi. huic ioco vero conveniens admodum verbum *decidere*, quia mox dicitur *rurſus ad ſidera & ſuperas coeli veniſſe ſub auras*. & ſeq. BURM.

769 PAEONIIS. *Paeonis* Dorvill.

771. AD LUMINA. *Ad limina* in tertio Moretano. ut VI. Aeneid. 829. vetus codex, *ſi limina vitae Attigerint*. HEINS. *Limina* etiam Wittian. Zulichemius, Oudartii, & Leidenſis a manu prima. vid. Cerdam.

773. PHOEBIGENAM. Haec lectio Probi, & exemplarium. Servii, *Paenigenam*, & exponit, poena matris genitum. Pindarus in re maxime dubia, nomen a mortuis revocati non expreſſit, Pyth. III. 99. *Ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι ἤδη ἁλωκότα.* Eratoſthenes nominat Hippolytum, Orpheus Hymenaeum, Steſichorus Capaneum, Teleſarchus Orionem, Diodorus Orum, Epiphanius Eucleem, Pauſanias Semelen, Propertius Androgeonem, quibus alii addunt Glaucum & Tyndareum. Sunt qui plures ſimul vitae reſtitutos aſſerant. Pherecydes Delphis mortuos, Philarchus Phinei filias, Polyanthus filias Proeti: ſi in fabula convenirent omnes, fabula amplius non eſſet. FABRIC. Scholiaſtes Statii Theb III. 506. *poenigenam*, & interpretatur *per poenam matris natum*. quae ſcriptura etiam multos codices occupavit: ita enim & Mediceus. in multis etiam *Phoenigenam*. in Mentelii primo *Phoenigneam*. Servius etſi *Poenigenam* quoque agnoſcit, & *matris poena genitum* explicet, tamen a Probo *Phoebigenam* agnoſci addit, cui & nos ſubſcribimus. praeterea *in undas* omnes vetuſtiores noſtri, excepto Mediceo & a manu prima Gudiano. HEINS. *Denigenam* ſecundus Rottendorphius. vid. ad Sammonic. cap. XII. & XX. & Barth. ad Stat. III. 506. *detraxit* Dorvil. *ad undas* Ald.

776. UBI.

57 matre Steph. Dan. 58 quamquam poſſit artibus hominum vita ultra fata protendi L. R. 59 dicitur V. Fabr. al. 60 deest Voſ. Steph Dan. 61 deſunt L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al.

Digitized by Google

Unde etiam templo Triviae luciſque ſacratis
Cornipedes arceantur equi; quod litore currum
Et juvenem monſtris pavidi effudere marinis.
Filius ardentis haud ſecius aequore campi
Exercebat equos, curruque in bella ruebat.
 Ipſe inter primos praeſtanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens, & toto vertice ſupra eſt.
Cui triplici crinita juba galea alta Chimaeram
Suſtinet, Aetnaeos efflantem faucibus ignis.
Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis,

Quam

SERVII.

778. UNDE ETIAM TRIVIAE TEMPLO. Exponit τὸ αἴτιον: nam Callimachus ſcripſit Αἴτια, in quibus etiam hoc commemorat.

779. [62] [ARCENTUR EQUI. Quoniam apud quaſdam gentes ad aram equo ſedere permittebatur.]

781. HAUD SECIUS. Non ſegnius patre. Dicit autem tantae eum fuiſſe audaciae, ut nec paternae mortis terreretur exemplo.

784. VERTITUR. Id eſt, [63] agit. ET TOTO VERTICE SUPRA EST. Statius: *Et toto deſpectat pectore bellum.*

786. AETNAEOS EFFLANTEM FAUCIBUS IGNES. Nimios, quantos habet Aetna.

787. TAM MAGIS ILLA FREMENS, ET TRISTIBUS EFFERA FLAMMIS, QUAM MAGIS EFFUSO CRUDESCUNT SANGUINE PUGNAE. Legitur in Arte, quod *tam*, *magis*, *maxime*, *minus*, *minime*, poſitivo tantum jungantur: quod [64] tamen tunc [65] obſervabitur, ſi ponantur ad augmentum iſtae particulae: tunc enim vitioſam faciunt elocutionem. Caeterum ſi ad exaequationem poſitae ſint, poſſunt vel comparativo, vel ſuperlativo, vel [66] pro his gradibus ipſae inter ſe jungi. Hinc ergo eſt: *Tam magis illa fremens & triſtibus effera flammis: Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnae:* non enim ad praelationem poſitae ſunt, ſed ad exaequationem: majores enim noſtri vitia non in dicto, ſed in ſignificatione eſſe voluerunt: hinc eſt in Salluſtio Jug. XXXI. *Ita quam quiſque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt:* nam & hic exaequatio eſt, non comparatio.

VARIORUM.

776. UBI. *Ibi* Venetus & ſeq. verſ. iterum *ibi*, cum primo Hamburgico.

777. VERSOQUE UBI. *Verſo ubi nomine* ex ſuis malit Pierius, ſed aliter noſtri praeter unicum Schefferianum. HEINS.

Ibid. VIRBIUS. *Verbius* Dorvillius & Gudianus.

778. SACRATIS. *Sacratas* Dorvill.

780. PAVIDI. *Pavide* Gudianus a manu prima. *litora* Venetus. *effundere in armis* Dorvill. mox *haud ſegnius* idem & Wittian. a m. pr. Markl. ad Stat. I. Silv. II. 45. & III. III. 25. legit, *litora circum Heu! juvenem.*

784. EST. Deeſt Menagii priori. *vertice ſuper* Ed. Venet.

785. CRINITA. *Crinata* alter Menagii & Venetus.

786. EFFLANTEM. *Afflantem* Menagii prior & Francianus.

787. TAM MAGIS. *Jam* Medic. male. vid. ad III. Georg. 309. & Quinctilianus lib. IX. 3. pag. 803. inter Archaiſmos refert, ubi in altero verſu,

quo

62 deſunt iidem & Fabr. 63 ait V. ita ſaepe in Mſſ. variatur. forte legendum *agitur*. vid. ad lib. XI. 683. locus vero Statii hic adductus, eſt petitus ex lib. IV. Theb. 165. ſed ibi legitur, *& toto deſpectans vertice bellum* in altero vero loco, *& tranſcendit corpore bellum*, quae nullum ſenſum efficiunt & hic Lipſ. *toto d. corpore bellum*. BURM. 64 tantum expungebat Heinſius. 65 obſervatur V. Dan. Fabr. al. 66 pro his ipſis gradibus Fabr. pro ipſis gradibus Baſil. & al.

Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnae.
At levem clipeum ſublatis cornibus Io
Auro inſignibat, jam ſaetis obſita, jam bos,
Argumentum ingens, & cuſtos virginis Argus,
Caelataque amnem fundens pater Inachus urna.
Inſequitur nimbus peditum, clipeataque totis
Agmina denſentur campis, Argivaque pubes,
Auruncaeque manus, Rutuli, vetereſque Sicani,
Et Sacranae acies, & picti ſcuta Labici:

Qui

SERVII.

790. IO AURO INSIGNIBAT. Haec Inachi filia Argivorum fluminis fuit. Hanc amavit Jupiter: & dum cum ea eſſet, Juno ſupervenit: timens ille ne deprehenderetur, [67] Io mutavit in vaccam: & eam poſcenti dedit Junoni, ne pellicem confiteretur: cui Juno Argum, oculatum omnibus membris, [68] Areſtoris filium, cuſtodem appoſuit. Quem cum Jupiter per Mercurium interemiſſet, Juno eum in pavonem mutavit; Ioni vero immiſit oeſtrum, [69] quo diu exagitata ad Aegyptum venit, & Jovis voluntate in Iſin mutata, [70] [colique coepta eſt.] INSIGNIBAT. Signo ſuo clarum eſſe faciebat, [71] [ſua pictura inſignem faciebat.]

791. ARGUMENTUM INGENS. Aut fabula, ut Cicero: *Argumenta erant in* [72] *valvis*. Aut re vera *argumentum*, quo ſe Graecum [73] probare cupiebat. Hoc enim etiam Amata ſuperius dixit 372. *Inachus Acriſiuſque patres, mediaeque* [74] *Micenae*. CUSTOS. Ne reverti poſſet in formam priorem.

793. PATER INACHUS. *Pater* non tantum [75] ipſius Ionis; ſed auctor originis Turni.

794. TOTIS AGMINA DENSENTUR CAMPIS. Qui oculis poterant ſubjacere. DENSENTUR [76] autem, *denſeo denſes* dicimus, aliter non. ARGIVAQUE PUBES. Et hoc ad generis, ut ſupra diximus, pertinet probationem; quod eum ſequebantur Argivi.

795. VETERESQUE SICANI. Bene *veteres*: nam ubi nunc Roma eſt, ibi fuerunt [77] *Sicani*: quos poſtea pepulerunt Aborigines.

796. SACRANAE ACIES. Dicunt [78] quendam Corybantem veniſſe ad Italiam & tenuiſſe loca, [79] quae nunc Urbi vicina ſunt: & ex eo populos ducentes originem, *Sacranos* appellatos: nam ſacrati ſunt Matri deum Corybantes. Alii *Sacranas acies* [80] Ardeatium volunt, qui aliquando, cum peſtilentia laborarent, [81] ver ſacrum voverunt: unde *Sacrani* dicti ſunt. [82] [*Ver ſacrum* autem, immolationis eſt genus: mos enim Italis fuit, ut magnis in periculis addicti voverent, quaecumque proximo vere nata eſſent apud ſe animalia, immolaturos.] PICTI SCUTA LABICI. Glaucus, Minois filius, venit ad Italiam: & cum ſibi imperium poſceret, nec acciperet: ideo quod nihil praeſtabat, ſicut ejus pater praeſtiterat: zonam [83] eis tranſmittendo, cum antehac diſcincti eſſent, oſtendit ſcutum [84] militare, a quo & ipſe *Labicus* dictus eſt, & ab eo populi, ἀπὸ τῆ λαβῆς; quam Latine [85] *anſam*

67 Ionem Lipſ. mox pelicem L. Voſ. 68 Ariſtodis V. R. Steph. Dan. Ariſtidis L. Ariſtoudis Voſ. Ariſtoris Baſ. Ariſtocha Lipſ. 69 quod diu vexata V. 70 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 71 deſunt V. L. R. Lipſ. Baſil. 72 *baluis* V. 73 comprobare Steph. Fabr. Baſil. quia ſcilicet *Graecum probare* legerat in Mſſ. ut eſt in Voſſ. 74 *Miſenae* Steph. Dan. 75 ejus, ſed V. 76 deeſt L. Voſ. R. Steph. vero V. 77 deeſt R. 78 quondam L. R. a m. ſec. 79 nunc vicina Dan. 80 Ardeatum L. Voſ. R. Steph. Dan. 81 vera ſacrum L. R. verum ſacrum Voſ. Steph. noverunt R. 82 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 83 ejus V. Fabr. al. 84 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. 85 *amplam* L. V. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. hanc vocem poſterioris aetatis pro *anſa* uſurpaſſe, & hinc in Mſſ. paſſim occurrere oſtendit Valeſius ad Amm. Marcel. lib. XXI. cap. 2. aliter *Amulam* & *Amam* de vaſe ſumi, quo offeruntur in ſacris, vinum & alia, docet Cangius in Gloſſario. quae vero de *Labico* memorat Servius, apud neminem exſtare notavit olim Domit. Calder. ad Martial. lib. I. Epig. 89. dicebant vero & *Labicum* & *Lavicum*. vide Cl. Drakenb. ad Liv. II. 39. nec *Labycum* ſcribendum, ſed *Labicum*, vid. eumdem ad Sil. Ital. XII. 534. BURM.

Digitized by Google

Qui ſaltus, Tiberine, tuos, ſacrumque Numici
Litus arant, Rutuloſque exercent vomere collis,
Circaeumque jugum; quîs Juppiter Anxurus arvis
Praeſidet, & viridi gaudens Feronia luco:
Qua Saturae jacet atra palus, gelidusque per imas

Quae-

SERVII.

ſam vocamus. PICTI AUTEM SCUTA, id eſt, in bello frequenter probati: nam apud majores virorum fortium [86] picta erant ſcuta; contra inertium & tyronum pura erant: unde eſt IX. 548. *Parmaque inglorius alba*, id eſt, non picta.

797. QUI SALTUS, TYBERINE, TUOS. Non originem, [87] [ut diximus ſupra.] SACRUMQUE NUMICI LITTUS ARANT. Aut jam tunc *ſacrum*, aut Prolepſis eſt a cadavere Aeneae: nam conſecratus eſt *Numicus*, poſtquam inventum eſt illic cadaver Aeneae.

798. LITTUS ARANT. Littus fluminis, ut VIII. 83. *Viridique in littore conſpicitur ſus.* [88] [Cum ripae proprie fluminum ſint; *littora* maris, ut Ovidius I. Met. 42. *Pro ripis littora pulſant.*]

799. CIRCAEUMQUE JUGUM. Circa hunc tractum Campaniae colebatur puer Jupiter, qui [89] *Anxurus* dicebatur, quaſi ἄνευ ξυροῦ, id eſt, *ſine novacula*: quia barbam nunquam raſiſſet, & Juno virgo, quae Feronia dicebatur. Eſt autem fons in Campania juxta Terracinam, quae aliquando [90] Anxur eſt dicta.

800. ET VIRIDI GAUDENS FERONIA LUCO. Non vacat, quod addidit *viridi*: nam, cum aliquando hujus fontis lucus fortuito arſiſſet incendio, & vellent incolae exinde transferre ſimulacra, ſubito reviruit.

801. QUA SATURAE JACET ATRA PALUS. Secundum hanc lectionem revera [91] *Saturam* paludem intelligimus; ſed alii [92] ASTURAE legunt: quod ſi eſt, paludem pro flumine poſuit: nam haud longe a Terracina oppidum eſt *Aſtura*, & ejuſdem [93] cognominis fluvius.

VARIORUM.

quo magis Gothanus codex habet. ut apud Lucret. I. 557. quidam. vide ibi Lambinum. BURM.

789. AT. *Et* Sprotianus. *ad* Gudian.

790. INSIGNIBAT. *Inſignabat* Dorvill. & *jam bis* alter Menagii.

791. ARGUMENTIS. V. Bynckersh. Obſ. V. 17.

794. DENSANTUR. Vetuſtiores noſtri, quos inter & Mediceus, *denſentur*. quod & ipſum ex Britanno codice apud Macrobium lib. V. Saturn. cap. 15. expreſſit Pontanus, nec aliter apud illum membranae Thuaneae exhibent. ſic libr. X. 432. in optimo Menagiano *Extremi addenſent acies*, non *addenſant*. & lib. XI. 650. ex praeſtantioribus membranis,

Et nunc lenta manu ſpargens haſtilia denſet.

ut & lib. XII. 264.

Vos unanimi denſete catervas.

lib. I. Georg. 248.

Semper & obtenta denſentur nocte tenebrae.

& poſt. 419.

Denſet, erant quae rara modo, & quae denſa relaxat.

apud Silium Italicum lib. X. 15.

Ac Juvenem, quem Vaſco levis, quem ſpicula denſens
Cantaber urgebat, letalibus eripit armis.

ſic ſcribo, vulgo nunc circumfertur, *ſpicula denſus*. dixi nonnihil de hoc verbo ad Valer. Flac. III. 207. & VII. 628. & ad Claudianum ac Ovidium. apud Macrobium lib. VII. Saturn. 7. *laeve autem eſt mulierum corpus & quaſi naturali frigore denſetum*. cap. 7. *oſſa, dentes, cum unguibus & capillis nimia ſiccitate ita denſeta ſunt*. & cap. 12. *Nix quae nihil aliud eſt quam aqua in aëre denſeta tenuitatem ſui cum denſeretur amiſit*. vide & Voſſium III. de Analog. c. 35. HEINS.

795. AURUNCAEQUE. Scribendum *Aruncae*. vel (ut in manuſcripto) *Arruncae*. Ex hoc loco Aruncorum terras poſſediſſe Rutulos, Auruncorum Sueſſanos, colligi poſſe videtur. FABRIC. *Aurunceae* Dorvil.

Ibid.

86 depicta V. 87 deſunt L. & mox deſunt Lipſ. *a cadavere Aeneae.* 88 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. 89 Anxyrus V. R. Anxirus L. 90 Anxyres V. R. Anxiris Dan. Anxires L. Anxirus, Voſ. 91 *faturae* L. R. 92 *ſituras* V. *Aſturiae* Fabr. 93 cognomine Baſil.

Quaerit iter vallis, atque in mare conditur Uſens.
Hos ſuper advenit Volſca de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentis aere catervas,
Bellatrix. Non illa colo, calathiſve Minervae

Fe-

SERVII.

802. QUAERIT ITER VALLES. Satis ſignatis verbis expreſſit flumen anguſtum. Contra de Tyberino ait ſup. 32. *In mare prorumpit.*

803. HOS SUPER ADVENIT VOLSCA DE GENTE CAMILLA. Prudenter, poſt impletam commemorationem virorum, tranſit ad foeminas. Ita enim & de Trojanis legitur, qui ultimum Amazonum auxilium poſtulaverunt: quae res ab Homero praetermiſſa eſt. Sane jam praeſagium eſt infelicitatis futurae, quod inter ipſa principia armantur & foeminae. VOLSCA DE GENTE. De Priverno, Volſcorum [94] oppido, ut XI. 540. *Privernum antiqua Metabus cum excederet urbe.*

804. FLORENTES AERE CATERVAS. Ennius & Lucretius [95] *florere* dicunt omne quod nitidum eſt: hoc eſt ſecutus Virgilius. Aliter Acyrologia eſt. Lucretius [96] v. 1441. *Tum mare velivolum, florebat navibus pontus.*

805. CALATHISVE MINERVAE. Minerva & armorum dea eſt, & lanificii; ſed Camilla animum ad arma ſola [97] contulerat.

VARIORUM.

Ibid. RUTULI. Serv. ad I. Aen. 2. *Siculi, vetereſque Sicani* citat.

796. SARRANAE ACIES. Apud Macrobium lib. V. Saturn. cap. 15. *Stant Gauranae acies*, in ultima Pontani editione. nam vetuſtiores, Gryphiana certe, *Stant Sarranae acies.* codex Thuaneae Bibliothecae membraneus, *Stant Gaurinae acies.* HEINS. *Sarranae* Montalbanius, Zulichemius & Bigotii. *Saranae* Dorvill. *Saturnae* Menagii prior. ſed *Sacranae* vera lectio. & Servii expoſitio de Ardeatibus confirmatur egregia inſcriptione, quam Gudius habet pag. XX. 8. ubi SACERDOTES SACRANI ARDEATES memorantur, qui matri Deûm ſacra faciebant. & inſcript. ſeq. CALLISTRATUS SACERDOS ARCHIGALLUS SACRANOS MATRI D. MAGNAE IDEAE: ET MAGISTER COLLEGII SACRANI SACERD. BURM.

Ibid. LABICI. *Libyci* Menag. pr. & mox, *munici* Leidenſis.

799. ANXURUS. *Axurus* ſcribendum eſt: ſic enim in argenteis nummis notatum vidi, ubi hoc ipſum Axuri Jovis ſignum expreſſum eſt. URSIN. Forte rectius *Axurus*, ut in veteri numiſmate gentis Vibiae IOVIS AXUR. & ita apud Silium quoque lib. VIII. 393. in optimis membranis legitur, ubi nonnihil diximus. Ζεὺς Ἄξυρος, ſine novacula. Apud Aruſianum Meſſium *Juppiter Anxyrius* legitur pro *Anxyrus*, ut opinor, prolato hoc Maronis loco. & ita in nummo Caeſaris Auguſti Graeco apud Occonem p. 82. ΑΙΞΙΡΟΣ. Apud Scholiaſten Horatii Crucquianum lib. I. Sat. v. *Juppiter Anxuris*, uti & apud Macrobium lib. v. cap. 15. Symmachus lib. II. Epiſt. 6. *Emenſi haec quoque litora, quae poſt Formias in Anxurim porriguntur.* ubi in vetuſto codice *Axuriu.* apud Hyginum de limitibus agrorum, nunc *Colonia Axurnas*, nunc *Auxurna* dicitur. dixit nonnihil ad Feſtum Scaliger. certe in hoc Maronis loco codici Mediceo, omnium quotquot aut mihi aut aliis videre contigit, veterrimo, etiam nuncupatur *Juppiter Anxurus*, ut & in tertio Rottendorphio & Montalbanio. nec aliter Gudianus & Mentelianus alter a manu ſecunda. in Menagiano priore *Auxurus*, pro *Anxurus.* in Voſſianis duobus, altero Menagiano, ſecundo Rottendorphio, & primo Moretano *Anxyrus.* in aliis quatuor *Anxirus.* in Gudiano & Menteliano altero a manu prima *Anxyris*, quomodo & Mentelius prior, & primus Rottendorphius. in tribus aliis, *Anxiris.* At Scheffeianus, omnium quidem recentiſſimus, ex vetuſto tamen codice expreſſus, *quis Juppiter Anxur & arvis.* quod numiſmati antiquo optime reſpondet; & fortaſſe *Juppiter Axur*, a manu Maronis ſit. HEINS. *Anxirus* Francianus & Parrhaſ. Papias, *Anxyrus dicitur Juppiter Barbatus. Anxiris* Regius, & Ed. Venet. & Wittian. vid. hic Guellium.

800. FE-

94 oppidum V. 95 flores Voſ. 96 *florebat navibus Pontus* V. L. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. al. in quibus principium verſus deeſt. in Lucretio hodie legitur *florebat navibus pandis*, in MſT. *florebat propter odores.* & ita citavit Urſinus ad lib. I. Aen. 224. vid. Comment. Maſvicius hic *pandis* ex Lambino repoſuit, audaci incepto, ut recte notatur ab interprete Lucretii. BURM. 97 contulit L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan.

Femineas adſueta manus; ſed proelia virgo
Dura pati, curſuque pedum praevertere ventos:
Illa vel intactae ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu laeſiſſet ariſtas:
Vel mare per medium, fluctu ſuſpenſa tumenti,
Ferret iter, celeris nec tingueret aequore plantas.
Illam omnis tectis agriſque effuſa juventus,
Turbaque miratur matrum, & proſpectat euntem,
Adtonitis inhians animis: ut regius oſtro
Velet honos levis humeros, ut Fibula crinem

Au-

SERVII.

807. CURSUQUE PEDUM. Bene *pedum* adjecit, ne per equum ejus gloria minueretur, [98] [quod ei objicitur: XI. 706. *Quid tamen egregium, ſi foemina forti Fidis equo?*]

709. ARISTAS. *Ariſtae* autem ſunt primae ſpicae partes, ab eo, quod primae *areſcant*, dictae.

811. TINGERET. Mergeret, [99] ut XI. 914. *Tingat equos.*

813. JUVENTUS TURBAQUE MIRATUR MATRUM. Ante, ornatum ejus: poſt, arma dicturus eſt: unde hyſteron proteron in reſpondendo eſſe voluerunt, ut ornatum matres, viri vero arma mirentur. Sed melior ſenſus eſt, ſi, ſicut dictum eſt, accipiamus: ea enim ſexus uterque miratur, quae ſunt poſita contra opinionem, ut mirentur foeminae arma in muliere; viri ornatum in bellatrice.

814. INHIANS. Stupore quodam, [1] ore patefacto.

VARIORUM.

800. FERONIA. *Foronia* Parrhaſ.

802. UFENS. Sexius Pompejus, libri Liviani, Marmora antiqua Venetiae & Inſubriae perpetuo ſcribunt per *Ou*, ut *Ouſentina* tribus, quae ab *Ouſentibus* nomen accepit. Populi autem *Ouſentes* a fluvio. FABRIC. *Uffens* Venetus, & Leidenſis *volvitur Ufens.* vid. ſup. 745.

803. VOLSCA. *Vulſca* multi. ita MSſ etiam apud Ovid. VI. Faſt. 721. & alibi. *Voleſa* prior Hamburgenſis.

804. EQUITUM. *Comitum* alter Hamburgicus.

Ibid. FLORENTES AERE. Waddel. animadv. Critic. p. 25. *florente aetate catervae.* vid. ad Val. Flac. V. 565.

805. CALATHISVE. *Calathiſque* Parrhaſ.

808. ILLA VEL INTACTAE. Defendit hos verſus, quos citat Seneca Epiſt. LXXXV. H. Steph. diſſert. de Criticis pag. 43 ſed *volaſſet* legit, quia *laeſiſſet* ſequitur. ſed hujus variationis exempla videbis in Marklandi notis ad Statii I. Sylv. I. 100. vid. ſupr. IV. 343.

809. ARISTAS. *Arenas* alter Hamburgicus: quae voces & confuſae lib. I. Georg. 226. & ſaepe alibi. vid. ad Calpur. II. Eclog. 74.

810. TUMENTI. *Timenti* Gudian. a m. pr. –

813. MATRUM. *Patrum* prior Hamburgicus, pro varia lectione. male. vid. VIII. 592. *mirantur* Leidenſis a manu prima. *ſuſpectat* prior Hamburgicus, pro varia lectione. *perſpectat* Venetus.

Ibid. EUNTEM. Vid. ad lib. IV. 149.

814. ATTONITIS INHIANS ANIMIS. *Attonitis haeſere animis* Gudianus. non placet. HEINS.

815. UT FIBULA CRINEM. *Ut Fibula veſtem* prior Menagianus, & pro diverſa lectione primus Rottendorphius, & Moretanus tertius. HEINS. *Humeroſque leves* Venetus.

816. UT GERAT. *Aut gerat* ſecundus Moreti. & Dorvill. &c, *ut paſtoralem* Oudartii.

816. LY-

[98] deſunt V. [99] ut in *tinguas* V. [1] in ore Steph. Dan. amore pateſ. L. Voſ. Lipſ.

Auro internectat; Lyciam ut gerat ipſa pharetram,
Et paſtoralem praefixa cuſpide myrtum.

SERVII.

816. LYCIAM PHARETRAM. Quaſi Lyciam, ut legimus: *Cretenſes* [2] *egere ſagittas.*

817. PASTORALEM PRAEFIXA CUSPIDE MYRTUM. [3] [Quia hac pugnare paſtores ſolent. [4] [MYRTUM. Non haſtam myrteam, ſed ipſam myrtum.] Statius IX. Theb. 124. *Lernaeam jacit ille* [5] *trabem.*

2 deeſt L. Dan. Fabr. a'. eges R. 3 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. 4 deſunt Baſil. 5 *Trabeam* R. *Trabal* V. quaſi *Trabale*, & *Trabal* diceretur. in Statio legitur, *aut ipſe.*

Digitized by Google



P. VIRGILII MARONIS *Aeneidos.*

LIBER OCTAVUS.

UT belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Ex-

SERVII.

1. UT BELLI SIGNUM LAURENTI TURNUS AB ARCE EXTULIT. Apud majores noſtros tria erant militiae genera in bellis gerendis, nam aut Legitima erat militia, aut Conjuratio, aut Evocatio. Legitima erat militia eorum, qui ſinguli jurabant, pro republica [1] ſe eſſe facturos, nec [2] diſcedebant, niſi completis ſtipendiis, id eſt, militiae temporibus: & *ſacramentum* vocabatur, [3] [ut Aen. II. 157. *Fas mihi Grajorum ſacrata reſolvere jura.*] Aut certe ſi eſſet tumultus, id eſt, bellum

1 Deeſt V. 2 diſcedere Dan. deſcendebant Lipſ. 3 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al.

Digitized by Google

Extulit, & rauco ſtrepuerunt cornua cantu,
Utque acris concuſſit equos, utque inpulit arma;
Extemplo turbati animi: ſimul omne tumultu
Conjurat trepido Latium, ſaevitque juventus

Effe-

SERVII.

lum Italicum, [4] vel Gallicum, in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus: quia ſingulos interrogare non vacabat: qui fuerat ducturus exercitum, ibat ad Capitolium, [5] & exinde proferens duo vexilla, unum [6] roſeum, quo pedites evocabat; & unum caeruleum, quod erat equitum (nam caeruleus color maris eſt, a cujus Deo equum conſtat inventum) dicebat: *Qui rempublicam ſalvam vult, me ſequatur:* & qui conveniſſent, ſimul jurabant: & dicebatur iſta militia, *Conjuratio.* [7] [Alii album & roſeum vexilla tradunt, & roſeum bellorum, album comitiorum ſignum fuiſſe.] Fiebat etiam *Evocatio:* nam ad diverſa loca diverſi propter cogendos mittebantur exercitus. Modo ergo duo ſunt genera militiae, Conjuratio, & Evocatio: quippe [8] in tumultu. Sane incongruum non eſt, quod ſignum belli, id eſt, vexilli elevationem Turno dat: [9] aut quia de rege Latino dixerat ſupra VII. 600. *Rerumque reliquit habenas:* [10] [aut quia Turnus furore ſuccenſus maluit ipſe efficere quam jubere, ut omnes abrumperet moras: aut quia, ſicut dictum eſt, Latinus, cui ſoli imperandi hoc jus erat, abſtinuerat, & nemo, illo abſtinente, parebat. [11] [Turnus ergo ideo hujuſmodi officium arripuit: quia, etſi ipſe non imperabat, tamen prohiberi non poterat.] *Belli* autem *ſignum* generaliter dixit (nam multa ſunt) ſed *vexillum* ſignificat, quod eſt tractum a *veli* diminutione, ut *velum, vexillum.* [12] [AB ARCE. Quoniam vexillum in arce poni ſolebat, quod eſſet ſpecimen [13] imperati exercitus.]

2. STREPUERUNT CORNUA. Quae ſimul ſonabant, ut VII. 615. *Aereaque adſenſu conſpirant cornua rauco.* [14] [Thucydides lib. V. cap. 70. ait, Lacedaemonios, non cornuum tubarumve cantu, ſed tibiarum uſos. Homerus de Achaeis Iliad. Γ. 8. Οἱ δ᾽ ἄρ᾽ ἴσαν σιγῇ. Et antea de Phaliſcis VII. 698. *Regemque canebant*, dixit.]

3. UTQUE ACRES CONCUSSIT EQUOS. Hoc ad equites pertinet. [15] [Et utrum, hoc epitheton equorum perpetuum eſt, an, dum concutiuntur?] UTQUE IMPULIT ARMA. Hoc ad [16] pedites. Eſt autem ſacrorum: nam is, qui [17] belli ſuſceperat curam, ſacrarium Martis ingreſſus primo ancilia commovebat; poſt, haſtam ſimulacri ipſius, dicens: *Mars vigila.* [18] [Quidam ſane ſuos equos, & ſua arma, de Turno tradunt; ſcilicet ut caeteris eſſet exemplum.]

4. EXTEMPLO. Aut ſubito, aut re vera ex ipſo templo: id eſt, poſt divina arma commota. TUMULTU TREPIDO. Feſtino: more ſuo: [19] [non enim timere poterant, qui pericula vincebant.]

5. CONJURAT. [20] Nota, de re bona *conjurationem* dici poſſe: [21] nam *conjuratio* τῶν μέσων eſt. JUVENTUS EFFERA. Efferata per Furiam, [22] [ut VII. 340. *Arma velit poſcatque ſimul.*

VARIORUM.

1. UT. *At* Zulichemius. *ſignum belli* prior Hamburgicus.

2. STREPUERUNT. *Crepuerunt* Leidenſis.

3. EQUOS, ATQUE IMPULIT ARMA. Haec duo, de peditibus *arma*, de equitibus *equos* interpretatur Servius. & certe, ut vidimus ad lib. I. 1. *arma viroſque* ſaepe jungi, ita *arma* & *equos* non minus frequenter, ubi totum exercitum

aut

4 & V. vid. ſupr. ad II. 486. & VII 614. 5 deeſt V. 6 Ruſſeam quod Voſ. ſic lib. VII. 712. Heinſius in Corippo *ruſſeus* pro *roſeus* emendavit. 7 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 8 in tumultus R. 9 cum de R. L. dixerit V. L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 10 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. uſque ad *belli.* 11 deſunt Fabr. ad *belli.* 12 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 13 *jam parati* legit Barthius ad Stat. IV. Theb. 803. ſed confundit vexilla, quae cum ſignis etiam in exercitu erant, & hoc vexillum, quod in evocatione, qua imperabatur exercitus, id eſt milites, ut convenirent, tollebatur. & *exercitum imperare*, non in illo qui contra hoſtes ducitur; ſed in Comitiis centuriatis propriam eſſe locutionem, docuit magnus Gronovius, & eo reſpicere Servium obſcure, lib. I. Obſerv. I. 14 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. al. 15 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 16 pedites pertinet V. 17 bellorum V. 18 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 19 deſunt iiſdem. 20 notandum Dan. nota dare bona R. 21 ergo Dan. 22 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad *Meſſapus.*

Effera. Ductores primi Meſſapus & Ufens,
Contemtorque Deûm Mezentius, undique cogunt
Auxilia, & latos vaſtant cultoribus agros.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem,

Qui

SERVII.

6. PRIMI. Utrum ordine, an dignitate?] MESSAPUS ET UFENS. Bona electio perſonarum ad [23] delectum habendum; unus eques bonus, id eſt, Meſſapus [24] mittitur; alter pedes egregius, [25] [id eſt, Ufens.]

7. CONTEMPTORQUE DEUM MEZENTIUS. [26] Quis enim juſtius quam ſacrilegus contra pios & praepararet bellum & gereret?

8. VASTANT CULTORIBUS. Abducendo cultores, vaſtos & deſertos efficiunt. [27] [Salluſtius in Jugurtha cap. XLVIII. *Vaſtus ab natura & humano cultu.* Alibi fragm. incert. *Quippe vaſta Italia rapinis, fuga, caedibus:* hoc eſt, hominibus deſerta.]

9. MITTITUR ET MAGNI VENULUS DIOMEDIS AD URBEM. *Diomedes*, poſtquam reperit [28] ira Veneris, a ſe vulneratae, uxorem [29] Aegialeam apud Argos [30] [cum Cyllabaro, ut Lucilius, vel Cometa, ut plerique tradunt,] turpiter vivere, noluit reverti [31] [ad patriam: vel, ut dicitur, ab adulteris proturbatus;] ſed tenuit partes Apuliae: & edomita omni montis Gargani multitudine, in eodem tractu civitates plurimas condidit: nam & Beneventum & [32] Aequumtuticum ipſe condidit, & Arpos, quae & [33] Argiripa dicitur, ad quam nunc Venulus mittitur; non Arpinum, quam conſtat eſſe Campaniae: unde Cicero Arpinas. Sane ſciendum, Apuliam uno dictam vocabulo; ſed hujus partem, quam Diomedes tenuit, Meſſapiam & [34] Peucetiam a duobus fratribus dictam, qui illic imperarunt. [35] [Alii aliter ſentiunt de Meſſapiae nomine: in Anthedonis enim ora, quae Boeotiae eſt, mons ſtat Meſſapius, a duce Meſſapo nominatus, qui adventans in Iapygiam, ab ſe Meſſapiam regionem appellavit:] item Dauniam, a Dauno rege Apuliae: [36] [a quo hunc *Diomedem* quidam hoſpitio receptum dicunt. Sane [37] conſiderate ad *Diomedem* mittitur: movenda eſt enim indignatio & metus *Diomedi*, ut ſubveniat Latinis contra Trojanos:] [38] [Conſiderate ergo hic ad Diomedem mittitur,] ut cum vel quaſi civis adduceret, vel citius poſſit movere. VENULUS. Hunc fuiſſe conſtat [39] Argivum: [40] nam Tyburs eſt, ut ille indicat locus: XI. 757. *Praedam* [41] *Tyburtum ex agmine raptam, Portat ovans.* [42] [Hunc alii Lavini imperaſſe olim tradunt.]

VARIORUM.

aut vires bellicas deſignant. ſic Ovid. II. Amor. III. 7.

Non tu natus equo, non fortibus utilis armis.

VIII. Metam. 21.

Procerum quoque nomina norat,
Armaque, equoſque &c.

Valerius Max. IV. VI. Ext. 2. *equo ſe & armis exercuit.* & ita de Caeſare Sueton. cap. LVII. & de Tito cap. III. *Armorum & equitandi peritiſſimus*, & centies alii haec duo jungunt. apud Martial. I. Epigr. 50.

Videbis altam, Liciane, Bilbilim,
Equis & armis nobilem.

ita omnes codices. & perperam Surita *aquis* emendat, & Cerda ad Virgil. V. 260. vid. Schotti Biblioth. Hiſp. Tom. II. pag. 200. quos refutant nummi Bilbilis, quos dedit Vaillantius in Coloniis ſub Auguſto, p. 15. & 16. ubi in averſa parte eques cum haſta, & ubi opportune Vaillantius Martialis locum adduxit. hinc illa formula *equis viris*; de qua videndus Ferrarius ad Ciceron. VIII. Philip. 7. & alii ad IX. Famil. Epiſt. 7. ubi & *arma*,

23 dilectum V. R. 24 & Eufens alter V. 25 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. Dan. 26 quid enim injuſtius V. quid Steph. mox gereretur Voſ. 27 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 28 iram V. 29 deeſt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 30 deſunt V I. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 31 deſunt iisdem. 32 Ecum Tuticum V. Aequitutium Fabr. Equitutium Baſil. 33 Argirippa R. Baſil. 34 Peaucetiam V. Peucediam Fabr. 35 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 36 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 37 artificioſe Dan. 38 deſunt Dan. Fabr. & connectunt per, *vel ut eum.* ut eum vel quaſi civis poſſet movere L. R. Baſil. civis conduceret Voſſ. poſſet adducere Fabr. ſed plerique haec poſt *portat ovans* habent. ut & Lipſ. 39 Argium V. 40 non Tiburem V. nam Tybur Dan. 41 *Tyburti* Dan. Fab. ibi legitur. *ex agmine Tarchon Portat.* 42 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

Qui petat auxilium, & Latio conſiſtere Teucros,
Advectum Aenean claſſi, victoſque Penatis
Inferre, & fatis regem ſe dicere poſci,
Edoceat, multaſque viro ſe adjungere gentis
Dardanio, & late Latio increbreſcere nomen.
Quid ſtruat his coeptis, quem, ſi Fortuna ſequatur,
Eventum pugnae cupiat, manifeſtius ipſi,

Quam

SERVII.

10. CONSISTERE. Jam eſſe conditos, [43] id eſt, fundaſſe civitatem: [44] [plus eſt enim *conſiſtere*, quam *veniſſe*.

12. INFERRE. Hic invidiam facit, ut I. 6. *Inferretque deos Latio*: proprie enim inferuntur penates.] REGEM SE DICERE POSCI. Unde illud eſt inf. 38. *Expectate ſolo* [45] *Laurentum*. Et dicendo *poſci*, agit ſubtiliter: nam ſi non venit errore, ſed fato, omnem ſibi utique eſt vendicaturus Italiam; ſine dubio & Diomedis imperium. [46] [VICTOSQUE PENATES. Ut major ſit indignatio: & amat Poëta, quotiens adverſum Trojanos poſcuntur auxilia, penatibus victorum crimen adſcribere, ut apud Aeolum I. 68. *Ilium in Italiam portans victoſque penates*.]

13 VIRO SE ADJUNGERE GENTES DARDANIO. [47] [Hic metum injicit: &] bene non Aeneae dixit; ſed *viro Dardanio*; ut non ſit mirum, ſi ſequebantur hominem ſibi cognatione ſociatum, ut VII. 240. *Hinc Dardanus ortus: Huc repetit*.

15. QUID STRUAT HIS COEPTIS. Cum [48] haec jam coeperit. Et participialiter dixit, ab eo, quod eſt *incipio*, [49] *coeptus* facit: hinc eſt *coeptis*. QUEM SI FORTUNA SEQUATUR, EVENTUM PUGNAE CUPIAT. Si cum fortuna comitetur, quem finem ſuae velit eſſe victoriae, ipſum melius noſſe, qui jam antiquus eſt hoſtis. [50] [Ergo *quem*, acute pronunciandum, ut ſit ordo: quem eventum pugnae cupiat, ſi fortuna ſequatur.]

16. MANIFESTIUS IPSI. Vult autem intelligi, Aeneam etiam [51] contra Diomedem bella geſturum, non tantum propter praeſens imperium, ſed & cauſa hoſtilitatis antiquae.

VARIORUM.

arma, *equos*, *viros* jungi videbis. uti & in loco Ovidii ex Metam. laudato, codex Gronovianus. Stat. X. 6.

Illic arma & equos, ibant quibus ante ſuperbi, &c.

Horat. I. Od. 15. *quantus equis, quantus adeſt viris ſudor?* BURM.

Ibid. INPULIT. De hac ſcribendi forma vide Noriſ. ad Cenot. Piſ. Diſſ. IV. cap. 6. & hic Pierium.

6. MESSAPUS. *Meſapus* Montalb. & alter Hamburg. Wittian. & alii. *Meſappus* primus Hamb. & ita in ſequentibus variant. *Mezencius* Mentelii pr. *contemtor ſuperum* Wittian. ut variaverit more ſuo Maro. BURM.

9. MAGNI. Vid. inf. XI. 226.

10. CONSISTERE. *Conſidere* in Gudiano. ſic lib. VI. 66.

——— *Da, non indebita poſco*
Regna meis fatis, Latio conſidere Teucros.

lib. III. 162.

Cretae juſſit conſidere Apollo.

lib. XI.

Conſidant, ſi tantus amor, & moenia condant.

Georg. IV. 65.

Ipſae conſident medicatis ſedibus.

Aeneid. IV. 39.

Nec venit in mentem quorum conſideris arvis.

lib. XI. 915.

Conſidunt caſtris ante urbem.

& ſane plus eſt *conſidere*, quam *conſiſtere*, ut innuat Trojanos jam habere ſedem fixam in Latio.

ſic

43 & fundaſſe V. 44 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad REGEM ℣. 22. 45 *Laurenti* V. Baſil. 46 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 47 deſunt iisdem. 48 hinc V. haec etiam Dan. 49 *coeptos*, hinc ergo *coeptis* V. 50 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 51 deeſt V.

Digitized by Google

Quam Turno regi, aut regi adparere Latino.
Talia per Latium: quae Laomedontius heros
Cuncta videns magno curarum fluctuat aeſtu:
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partiſque rapit varias, perque omnia verſat.
Sicut aquae tremulum labris ubi lumen aënis
Sole repercuſſum, aut radiantis imagine Lunae,
Omnia pervolitat late loca, jamque ſub auras

25 Eri-

SERVII.

18. TALIA PER LATIUM. *Gerebantur*, ſubaudis: & eſt [52] forma, Ellipſis.

19. CUNCTA VIDENS. Mente pertractans: nam non [53] videbat. CURARUM FLUCTUAT AESTU. [54] [His verbis futuram praeoccupat comparationem, quae eſt Apollonii III. 754. de verbo ad verbum.] [55] [FLUCTUAT AESTU.] Utrumque verbum de mari eſt.]

20. [56] [ATQUE ANIMUM NUNC HUC CELEREM, NUNC DIVIDIT ILLUC. Vel quod ſuis copiis bellum Itali adverſus eum parabant; vel quod a Diomede vetere hoſte ſuo auxilia poſtulabant. *Celerem* autem, ad corporis comparationem, quod tardum eſt, ut VI. 720. *Iterumque ad tarda reverti Corpora.*]

23. SOLE REPERCUSSUM. Aut vacat RE; aut bene *repercuſſum*: quia primo aquam ferit; inde poſtea tendit ad tecta. RADIANTIS IMAGINE LUNAE. Negant omnes Phyſici lumen Lunae aliud ex ſe reddere; & vituperatur hoc dicto Virgilius: quod tamen tolerabile eſt: quia non Lunam, ſed imaginem dixit Lunae, quam [57] a Sole lumen accipere manifeſtum eſt. [58] [An ideo *radiantis*, ut, quoniam Luna lumen de Sole mutuatur, idem videatur etiam efficere, quae de Sole procedit.]

VARIORUM.

ſic & *conſidere terra* ex membranis Aeneid. I. 129. tamen & *conſiſtere* admitti poteſt. ut infr. h. lib. 381. de Aenea:

Nunc Jovis imperio Rutulorum conſtitit oris.

& lib. X. 76.

Indignum eſt patria Turnum conſiſtere terra.

HEINS. Ego hic *conſiſtere* non expellerem, quod verbum eos non modo poſt errores varios in Latio ſedes cepiſſe, ſed jam ſe compoſuiſſe ad armis & bello eas defendendas. perpetuo vero haec duo verba permutantur. vid. ad III. Aen. 162. VI. 67. & Ovid. X. Met. 407. BURM.

11. ADVECTUM. *Adventum* Zulichemius & Vratiſlavienſis, & Editio Juntina. *vectoſque* Leidenſis a manu ſecunda. *claſſe* Ed. Venet. *Aeneam* editi plerique.

13. SE ADJUNGERE. *Se jungere* prior Hamburgicus.

14. DARDANIO. Diſtinguit poſt, *gentes*, *Dardanium & l. L. i. nomen*, vir doctus in Miſc. Obſerv. Vol. IV. Tom. II. p. 380. ſed vindicat vulgatum alter ibidem. *increbreſcere* duo Moretani Wittian. Reg. Parrhaſ. & Edd. Junt. & Ald. vid. I. Georg. 359. BURM.

15. QUID STRUAT. Vid. lib. I. 60. *Quid ſtruat inceptis* Oudartii. *quae ſi* tertius Rottendorf. mox, *cupiet* Rottend. pr. & Dorvil. *capiat* Ed. Venet. *cupiant* Ed. Baſil.

22. TREMULUM. Vid. ſup. VII. 9.

23. RADIANTIS. *Radientis* Gudian. & primus Rottend. vid. inf. ŷ. 616. Lucret. IV. 214.

27. ALI-

52 formoſa V. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. Eclipſis Dan. L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. forte, & eſt figura, ut ſaepe alibi. 53 videbantur L. Lipſ. videbant R. 54 deſunt V. Apoll. verbum ad verbum Lipſ. 55 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 56 deſunt V. L. R. Lipſ. Steph. al. 57 ex ſole V. 58 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al.

Digitized by Google

Erigitur, ſummique ferit laquearia tecti.
Nox erat; & terras animalia feſſa per omnis
Alituum pecudumque genus ſopor altus habebat:
Quum pater in ripa gelidique ſub aetheris axe
Aeneas, triſti turbatus pectora bello,
Procubuit, ſeramque dedit per membra quietem.
Huic Deus ipſe loci fluvio Tiberinus amoeno
Populeas inter ſenior ſe adtollere frondis
Viſus. Eum tenuis glauco velabat amictu
Carbaſus, & crinis umbroſa tegebat arundo.

Tum

SERVII.

25. LAQUEARIA. Multi *lacunaria* legunt: [59] [nam *lacus* dicuntur:] unde eſt in Horatio II. Od. 18. *Nec mea renidet in domo lacunar.* [60] Non enim a *laqueis* dicitur, ſed ab eo, quod ſunt *lacus*]

27. ALITUUM. Pro, *alitum*; ſed metri cauſſa, ut diximus ſupra, [61] addidit ſyllabam.

28. SUB AETHERIS AXE. Id eſt, ſub aëre.

30. SERAMQUE DEDIT PER MEMBRA QUIETEM. Tardam: quippe in bellicis curis. [62] [*Seram* autem, pro ſero, adverbium temporis in nomen deflexum. *Dedit* autem, mire dixit, hoc eſt, indulſit quietem corpori ſuo. Ab Homero ductum eſt, qui dicit Iliad. B. 24. 'Ου χρὴ παννύχιον εὕδειν βυληφόρον ἄνδρα, Ὧι, λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.

31. HUIC DEUS IPSE LOCI. Cum ipſe fluvius Tyberinus ſit, quid ita intulit deus fluvio? Tyberinus enim, deus, genius loci.] TYBERINUS. Bene *Tyberinus*, quia ſupra dixerat *deus*: nam in ſacris *Tyberinus*; in coenolexia *Tyberis*; in poëmate *Tybris* vocatur.

33. [63] [TENUIS GLAUCA VELABAT AMICTU CARBASUS, ET CRINES UMBROSA TEGEBAT ARUNDO. Fluvialem aquam purificationi aptam latenter oſtendit in tantum, ut etiam harundinibus, quae fluminum germina eſſe non dubium eſt, purificatio rite celebretur. Ideo inventa occaſione Poëta ab harundinibus tectum fluvium inducit; ut doceat hoc etiam harundinibus in purificatione, quod per aquam, impleri poſſe, ſicut in ſacris traditur. Ideo & ubique fluminibus harundinem dat, ut lib. x. 205. *Velatus harundine glauca Mincius*, & lib. II. Georg. 414. *Ripis fluvialis harundo*. Quod autem ait, *tenuis glauco velabat amictu Carbaſus*, docet, quaedam ſacra pure a [64] linteaceis debere fieri. *Carbaſus* autem, genus lini eſt; *Linum* vero, ut ait Plinius, *melius irrigatione fluminum, quam pluvia naſcitur*. Ideo & veſtis linea fluminibus tanquam propria datur.] SENIOR. Atqui ubique eum *flavum* dixit; ſed *ſenior*, aut propter ſpumas dictum eſt: aut ad reverentiam pertinet: ſic Lucanus I. 188. de urbe Roma adhuc florente: *Turrigero canos effundens vertice crines.*

VARIORUM.

27. ALITUUM. Commentator Crucquianus ad Horat. I. Od. I. ex Virgilio laudat, *Alituum pecudumque genus Polymneia cantat*, quod neſcio an alibi exſtet in Virgilio.

28. CUM PATER. Deeſt hic verſus Franciano. *Tum* Parrhaſ. & Dorvill.

33. EUM. *Cum* Junt. & Ald. pr.

34. CAR-

59 nam in lacus dicuntur V. nam lacus dicitur Dan. Fabr. deſunt Baſil. Marklandus ad Stat. IV. Sil. II. 32. legit, *multi Lacunaria legunt, nam lacus dicuntur.* certe *lacunaria* in verſu tolerari nequit, quare, per multos intelligit alios qui vel in proſa, vel ubi patitur lex metri, uti ſolent. 60 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 61 addit V. R. 62 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. ad *Tyberinus*. ℣. 31. Baſil. habet illa *ab Homero*. ſed deinde deſunt ad *Tyberinus*. contra Daniel non habet illa *ab Homero*, uſque ad *Tyberinus*. 63 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph al. uſque ad *ſenior*. 64 linteacis Dan.

Tum ſic adfari, & curas his demere dictis:
O ſate gente Deûm, Trojanam ex hoſtibus urbem
Qui revehis nobis, aeternaque Pergama ſervas,
Exſpectate ſolo Laurenti, arviſque Latinis;
Hîc tibi certa domus: certi (ne abſiſte) Penates:
Neu belli terrere minis. Tumor omnis & irae
Conceſſere Deûm.
Jamque tibi, ne vana putes hæc fingere ſomnum,
Litoreis ingens inventa ſub ilicibus ſus,

Tri-

SERVII.

35. [65] [TUM SIC ADFARI. Subaudis, viſus.] CURAS HIS DEMERE DICTIS. Habitum futurae orationis oſtendit.

36. O SATE GENTE DEUM. Alibi VI. 322. *Deum certiſſima proles:* [66] [*&* VI. 125. *ſate ſanguine divum.* Sane interdum haec epitheta non vacant; ſed vim hortandi obtinent.]

37. URBEM QUI REVEHIS NOBIS. Ut I. 68. *Ilium in Italiam portans: urbem* [67] ergo pro civibus poſuit. *Revehis* autem, propter Dardanum, [68] [a quo Trojani deſcendunt.] [69] [AETERNAQUE PERGAMA SERVAS. Pro ſervas, & aeterna facis, id eſt, efficis ut aeterna ſint.]

38. EXSPECTATE SOLO LAURENTI. Dat adfectum etiam locis, ut I. Eclog. 39. *Ipſae te Tityre pinus, Ipſi te fontes, ipſa haec arbuſta vocabant.*

39. HIC TIBI CERTA DOMUS. Quod ſuperius ab Apolline popoſcerat, hoc nunc indicat Tyberis, ut X. 85. *Da propriam, Thymbraee, domum, da moenia feſſis.*

40. TUMOR OMNIS ET IRAE CONCESSERE DEUM. [70] [Quidam *conceſſere*, pro *diſceſſere* accipiunt. Alii ita tradunt; qui nondum conceſſerunt, ſed utiliter diſſimulant.] Sed aliqua hemiſtichia in [71] Virgilio tam ſunt ſenſu [72] imminuta, quam verbis, ut ecce hoc loco: namque non poſſumus intelligere quieviſſe omnem tumorem & iram deorum, cum & adhuc inimica ſit Juno: & ad Trojanorum perniciem addantur alia numina, [73] ut Furia, [74] & Juturna: unde mire [75] quidam concluſit hunc verſum, dicens: *Conceſſere deum profugis nova moenia Teucris.* [76] [*Conceſſere* ergo, indulſerunt, vel ceſſerunt, id eſt, permiſerunt, ut II. Ecl. 57. *Nec, ſi muneribus certes, concedat Iolas:* id eſt, permittat, indulgeat; & X. Ecl. I. *Extremum hunc, Arethuſa, mihi concede laborem.*] [77] Quod ſi ita acceperimus, ut dicat, Teucros conſtituiſſe civitatem, nec ea numina, quae irata ſunt, vetant, nihil erit contrarium: nam & ipſa Juno hoc dicit VII. 313. *Non dabitur regnis, eſto, prohibere Latinis: Atque immota manet fatis Lavinia conjux.* Hic autem ſenſus, etiamſi detrahas ſubauditionem, poteſt accipi a ſuperioribus, ut ſit: *Tumor omnis, & irae, Conceſſere deum:* ut: *Hic tibi certa domus,* [78] *certique penates.*

43. LITTOREIS INGENS. Licet poſſimus etiam de fluvio *littus* dicere; ponit tamen diſcretionem, ut [79] hic: *Sub ilicibus:* paulo poſt 83. *Viridique in littore conſpicitur ſus.* [80] Hanc autem porcam, [81] [ut diximus ſupra] III. 390. ſecum habuere Trojani, quam amiſſam in [82] Campania invene-

65 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 66 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. &c, *vigilaſne Deum gens* Fabr. & al. 67 modo V. 68 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 69 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Baſil. 70 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 71 Virgilium V. 72 immutata legit Steph. diſſert. de Criticis pag. 60. & ita Rob. Steph. edidit. 73 ut V. Voſ. Steph. al. aut Dan. numina, ut dicens conceſſere Deum p. n. m. T. & hinc deſunt ad. *Quod ſi* R. 74 equidem V. 75 ſi autem ita accipiamus, ut quidam voluerunt addere, *Conceſſere D. profugis n. m. Teucris*, ut dicat Teucros &c. L. 76 deſunt V. L. Voſ. Lipſ. Steph. Baſil. 77 quod ſi Baſil. 78 *certi* V. L. R. Voſ. Steph. al. 79 deeſt L. R. 80 porcam autem Voſ. L. Steph. ſus autem in Campania invenerunt R. omiſſis ceteris. 81 ſupra dictum eſt V. deſunt Voſ. L. 82 Campaniam V.

Triginta capitum foetus enixa, jacebit;
Alba, ſolo recubans, albi circum ubera nati.
[Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum:]
Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis
Aſcanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano. Nunc qua ratione, quod inſtat,
Expedias victor, paucis (adverte) docebo.
Arcades his oris, genus a Pallante profectum,

Qui

SERVII.

venerunt cum foetu circa Laurentum agrum: quam ideo Aeneas immolavit Junoni: quia ipſa dicitur Terra, ut eſt II. Georg. 326. *Conjugis in gremium laetae deſcendit.* Scimus autem hoc animal inimicum eſſe frugibus; ut caprum vitibus, qui Libero immolatur. [83] [Alii de ea ſue dicunt, habuiſſe eam Trojanos, & ubi primum generaſſet, ibi certam ſpem ſedis concepiſſe: alii in littore Laurenti inventam; quam ſecutos Trojanos in eum montem perveniſſe, ubi poſtea *Alba*, a colore porcae, *Longa*, a poſitione, ſit condita. Sane & *littoreis*, & *littoralibus*, dicitur.]

44. ENIXA JACEBIT. Participio utens tangit hiſtoriam.

45. [84] [SOLO RECUBANS. *Solo*, videtur abundare.]

47. EX QUO. Qua ratiocinatione. QUOD INSTAT. [85] [Quod ſolum ex laboribus [86] reſtat:] cura enim Aeneae praeſentis fuerat neceſſitatis.

51. ARCADES HIS ORIS, GENUS A PALLANTE PROFECTUM. Euander Arcas fuit, nepos Pallantis, regis Arcadiae. [87] Hic patrem ſuum occidit, ſuadente matre Nicoſtrata (quae etiam Carmentis dicta eſt, quia carminibus vaticinabatur.) [88] [Alii ipſam Nicoſtratam, matrem Euandri, cum eſſet centum decem annorum, a filio peremptam tradunt. Conſtat autem Arcadas plurimum vixiſſe, in tantum, ut quidam uſque ad trecentos annos vivendo pervenerint. Ipſe autem Euander,] dimiſſa provincia ſua [89] [exilio, non ſponte, compulſus] venit ad Italiam, &, pulſis Aboriginibus, tenuit loca, in quibus nunc Roma eſt: & modicum oppidum fundavit in monte Palatino, [90] [ſicut ait Varro: *Nonne Arcades exules confugerunt in Palatium, duce Euandro?*] Hic autem mons *Palatinus*, ſecundum Virgilium, a *Pallante*, avo Euandri, eſt dictus; ſecundum Varronem & alios, a filia Euandri, Pallantia, ab Hercule vitiata, & poſtea illic [91] ſepulta: [92] [alii a Pallante, qui de filia Euandri natus, & ibi ſepultus eſt, immaturae aetatis: alii a filio Euandri, qui poſt mortem patris ſeditione occiſus eſt:] alii [93] a *balatu* ovium *Balanteum* volunt dictum: & exinde per antiſtoichon, [94] [id eſt, mutata littera,] *Pallanteum* dictum. Sed ſi a *balatu* hoc nomen venerit, *pa* longa eſt: ſicut [95] eam Martialis ponit plerumque; ſi autem a [96] Pallante, *pa* brevis eſt, ut eam ponit ubique Virgilius, ſecundum ſuam opinionem. GENUS A PALLANTE PROFECTUM. Profectum ad has oras genus a Pallante, non, a Pallante profectum.

VARIORUM.

34. CARBASUS. *Garbaſus* Francianus.

35. TUM. *Cum* Moreti ſecundus. *adfatur* Dorvillius.

38. LOCO. *Loco Laurenti*, vel *ſolo* Mediceus.
HEINS.

83 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 84 deſunt L. R. 85 deſunt L. R. Baſil. 86 Evandri reſtat factum Voſ. Steph. 87 hic autem quum p. ſ. occidiſſet Baſil. Hic cum p. ſ. occidiſſet V. L. R. Steph. occidit Voſſ. 88 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 89 deſunt iisdem. 90 deſunt iisdem. 91 ſepulta vel certe a Pallante ejus filio illic ſepulto iisdem V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 92 deſunt iisdem. 93 a *ballatu Ballanteam* Steph. Dan. a bovium *balatu Ballanteum* V. a *balatu* pecorum L. a *balatu* ovium, *Balanteum* Fabr. al. 94 deſunt omnibus. 95 etiam V. Steph. etiam eam L. verum eſt Martialem & brevem & longam facere, ſed ubi longa eſt, male ſeduli editores duplicarunt literam *l*, & *Pallantea* dederunt, ut ſolent. 96 Palanteo V.

Qui regem Euandrum comites, qui ſigna ſecuti,
Delegere locum, & poſuere in montibus urbem,
Pallantis proavi de nomine Pallanteum.
Hi bellum adſidue ducunt cum gente Latina:
Hos caſtris adhibe ſocios, & foedera junge.
Ipſe ego te ripis & recto flumine ducam,
Adverſum remis ſuperes ſubvectus ut amnem.

Sur-

SERVII.

52. [97] [QUI REGEM EUANDRUM, QUI SIGNA. Id eſt, qui regis Euandri ſigna ſecuti, ut II. 116. *Sanguine placaſtis ventos & virgine caeſa:* pro, ſanguine virginis caeſae.]

53. IN MONTIBUS. Ut diximus ſupra, [98] eſt in minoribus illis [99] collibus. [1] [An, pro monte, an, inter montes?]

54. PALLANTIS PROAVI. [2] Confundit nomina, ut plerumque ſolet: nam avus fuit: ſic & illud [3] dixit IX. 4. *Luco tunc forte parentis Pilumni Turnus.* Et alibi X. 619. *Pilumnuſque illi quartus pater.* [4] [A quibuſdam tamen hic *Pallas*, auctor Euandrii generis, [5] *Aegei* filius fuiſſe dicitur, qui a fratre Theſeo Athenis regno pulſus, ad Arcadiam venit, & ibi regnum tenuit. Et hoc Poëta quaſi Romanis dicit: nam ad Aeneam non pertinet.

55. HI BELLUM ASSIDUE DUCUNT CUM GENTE LATINA. *Ducunt*, aut gerunt, aut in longum trahunt. [6] Et bene praeſtandorum auxiliorum exprimit cauſſam; ne magis Turno, quaſi Graeco, favere credantur.

56. FOEDERA JUNGE. Legitur & FOEDERE JUNGE.

57. RECTO FLUMINE DUCAM. [7] [Non ad naturam alvei referendum eſt: nam ait infr. 95. *Et longos ſuperant flexus*; ſed] recto fluminis itinere: [8] [quia non ſunt erraturi:] & ſic dixit, ut VI. 901. *Tunc ſe ad Cajetae recto fert littore portum.* Hoc eſt, a littore non recedens. Sic ergo & nunc [9] DUCAM, [10] a littore fluvii non recedentem ſignificat. Eſt & alia expoſitio, ut, *recto flumine*, edomito, frenato, & in [11] tranquillitatem redacto intelligamus: quod etiam fecit, ut inf. 88. *Mitis ut in morem ſtagni placidaeque paludis.* [12] [Ut ſit [13] *recto*, praeteriti temporis participium, [14] [ab eo, quod eſt *rego*.]

VARIORUM.

HEINS. *Laurentum* Serv. ſupr. ad ℣. 12.

39. CERTI. *Certive abſ.* Dorvill.

41. CONCESSERE DEUM, *profugis nova moenia Teucris.* verba haec quatuor inducenda, quamvis ſint in antiquis, & eorum Servius faciat mentionem: nam id facit ex aliorum opinione: & ſuam ipſe declarat ſententiam. FABRIC. *Tumor omnis & irae* omnes noſtri cum Pierianis, exceptis Menagiano priore, ſecundo Moretano, & Leidenſi, qui cum vulgatis *timor.* ſed alteram lectionem adſerui notis ad Claudianum Epiſtola deprecatoria ad Hadrianum PP. ℣. 7. deinde in eodem Menagiano, primo Hamburgenſi, Veneto, & a manu ſecunda Sprotiano ita ſuppletur hic verſus,

Conceſſere Deum, profugis nova moenia Teucris.

HEINS. Ita & in Vratiſlavienſi & Franciano. & Dorvill. vide Servium ad III. Aen. 340. ad Claudianum Heinſius legebat, *Tumor iraque longe Conceſſere.* illuſtrat Gronov. ad Macrob. II. Som. Scip. 16. *conceſſere* poteſt capi, ut a vaticinante Deo de reliquo tempore, uſque ad urbem conditam: non tam vehementer obſtituros deos, ſed tandem *conceſſuros. Conceſſere* hic eſt idem quod *conſedere.* ut Taubm. notat alios legere, paullatim remittunt tamquam victi. ut mox *ſupera* v. 61. *ſupera votis. Tumor* hic quod mox *minae* ℣. 60. & proprie de ira-

97 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 98 deeſt V. L. Baſil. ſunt in minoribus his (ſupraſcriptum *illis*) Voſ. R. qui *illis.* Steph. 99 colliculis V. L. Voſ. R. Steph. al. 1 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 2 confudit V. 3 duxit R. 4 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 5 Egeei Dan. 6 aut V. 7 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. mox nam aut *longos* &c. Dan. nam alvei *longos ſ. flexus* Fabr. unde *longis* habeat Maſvicius neſcio. 8 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 9 deeſt V. L. Voſ. R. Lipſ. 10 deeſt praepoſitio R. 11 tranquillitate V. 12 deſunt R. uſque ad ℣. 61. 13 deeſt V. 14 deſunt L. Voſ. Steph. al.

Surge age, nate dea; primiſque cadentibus aſtris
Junoni fer rite preces, iramque minaſque
Supplicibus ſupera votis. Mihi victor honorem
Perſolves. Ego ſum, pleno quem flumine cernis

Strin-

SERVII.

59. [15] [PRIMIS. Proprium cadentibus aſtris: cum primum nox occiderit: & dictum juxta vulgarem opinionem, tanquam oriente die occidant aſtra.]

60. JUNONI FER RITE PRECES. Sicut etiam Helenus monuit. [16] [Et ſic *fer preces*, quemadmodum *ſacra ferri* dicimus.]

61. VICTOR HONOREM PERSOLVES. Bene ei [17] adimit bellicam curam, promittendo voti fore compotem.

VARIORUM.

iratis. vid. ad Valer. Flac. VI. 2. & I. 99. Pierio reſpondet Hen. Steph. de Criticis p. 65. BURM.

42. NE VANA. *Ni vana putas* in Gudiano a manu prima. non male. HEINS. *Hoc fingere* Menagii prior. *Jamque, (tibi ne vana putes hunc fingere ſomnum) Litoreis* Parrhaſ. *ne* firmatur mutatione Silii VII. 179.

Ne falſa putes haec fingere ſomnum.

BURM.

45. ALBA, SOLO RECUBANS. In Mediceo, *Alba, ſolo recubant albi circum ubera nati*, ut ad natos referatur. HEINS.

46. HIC LOCUS. Abeſt a Mediceo Codice hic verſus. etiam a Gudiano manu prima. Quem habes cum tribus prioribus Aeneid. III. 393. ubi tamen *is locus*. HEINS. *Requies tibi certa* alter Menagii.

47. TER DENIS. *Tridenis* Menagii prior & Wittianus.

48. CONDET. *Condens* alter Hamburgicus.

50. EXPEDIAS. *Expediam* Mediceus a manu prima, item Gudianus a prima manu. HEINS.

51. HIS. *Hic* Mediceus. *bis* ſed craſo *b* Dorvillius.

55. DUCUNT. *Ducent* alter Hamburgicus.

56. FOEDERA. *Foedere* in primo Moretano & Gudiano. quod placet. HEINS. *Foedere* etiam tertius Mentelius, Francianus, & Leidenſis a manu prima. vide ad Ovid. VII. Metam. 403. inf. 169. 641. & ſup. IV. 112. Gratius Cyneg. v. 163.

Dat Venus acceſſus & blando foedere jungit.

Silius XI. 149.

Huic ſociare viro dextras & foedere jungi.

Livius XXIV. 43. *Foederibus Punicis omnia in Italia juncta viſura ſit.*

Hos adhibe ſocios & caſtris foedera junge, pr. Menagii. BURM.

57. RECTO. *Tecto* Menagii prior. vid. ad lib. VI. ỷ. penult.

58. UT AMNEM. *In amnem* Wittian.

59. SURGE AGE. *Surge ait* Mentelii prior a manu prima.

60. FER PRECES. Imitatur Valer. Flac. IV. 547. ubi vide notas. BURM.

Ibid. IRAMQUE. *Iraſque* quatuor Moretani & alii complures. vetuſtiores tamen *iramque*. HEINS. *Iraſque* Parrhaſ. Dorvill. & Wittian. ut ſupr. 40. ubi *tumor*, quae hic *minae*.

61. SUPERA VOTIS. *Donis* cum Pierianis pleriſque, Vaticano excepto, prior & ſecundus Hamburgicus, primus Rottendorphius, Venetus, Leidenſis, & Schefferius. reliqui noſtri omnes *votis*, quod omnino admittendum hoc loco. nam libr. III. 439. jam habuimus,

Junoni cane vota libens, dominamque potentem
Supplicibus ſupera donis.

HEINS. Catroeus *donis*, ut in Ed. Venet. & Ald. recepit. ſed puto male. ſic Lucan. VII. 113. *Vincis apud ſuperos votis me, Caeſar, iniquis.* ubi vide Juſt. XX. 3. *reſponſum, prius votis hoſtes, quam armis vincendos.* BURM.

Ibid. HONOREM. Servius Dan. inf. XI. 565. *honore* habet. *perſolvis* Wittian.

63. CUL-

15 deſunt V. L. Voſ. Lipſ. Steph. al. 16 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 17 ademit V.

Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem,
Caeruleus Thybris, coelo gratiſſimus amnis.
Hîc mihi magna domus, celſis caput urbibus, exit.

SERVII.

63. Stringentem ripas. Radentem, imminuentem: nam hoc eſt Tyberini fluminis proprium, adeo ut ab antiquis [18] *Rumon* dictus ſit, quaſi *ripas rumiuans*, & [19] exedens: in ſacris etiam [20] *Serra* dicebatur: unde ait nunc: *Et pinguia culta ſecantem*: in [21] aliqua etiam urbis parte [22] Terentum dicitur, eo quod *ripas terat*. [23] [Alii *Stringentem*, juxta veterem morem dictum intelligunt: *ſtringere* enim ſignificare dicunt, tactu modico praeterire; ut ipſe ait in x. 478. *Magno ſtrinxit de corpore Turui.*]

64. Caeruleus Thybris. Altus, profundus. Coelo gratissimus. [24] Pro, his, qui in caelo ſunt.

65. Hic mihi magna domus. Scilicet circa exitum ſuum: [25] [quamvis enim alibi ortus, hunc tamen locum incolo.] Alii Romam dicunt Tyberini eſſe domicilium [26] [hinc dixiſſe *magnam domum*, alii oſtia dicunt, ab hoc, quod nos, cum per diverſa diſcurrerimus officia, in domum noſtram nos recipimus, ibique requieſcimus; ut idem hic, cum per reliqua ſpatia diſcurrerit, recipiat ſe per oſtia in mare: alii *domum*, non Romam ſignificare, quae adhuc non erat, ſed regionem illam, ut oſtendat ſibi eam [27] demum electam, quae ad totam gloriam perventura ſit.] Celsis caput urbibus exit. De Tuſcia, quam illis multum conſtat floruiſſe temporibus: nam & Lucumones [28] reges habebat, & maximam Italiae ſuperaverat partem.

VARIORUM.

63. Culta secantem. *Ruentem* in ſecundo Moretano. neque aliter Avienus videtur agnoviſſe, qui fabula xxx.

Vaſtantem ſegetes, & pinguia culta ruentem,
Liquerat abſciſa ruſticus aure ſuem.

Valerius Flac. lib. III. 101.

Cui paſtor ad amnem
Spumantem uimbis, fluctuque arbuſta ruentem.

conjunxit id verbum quoque cum quarto caſu lib. IX. 516.

Immanem Teucri molem volvuntque ruuntque.

lib. I. 35.

Vela dabant laeti, & ſpumas maris aere ruebant.

lib. II. Georg. 308.

Ruit atram Ad caelum nubem.

tum libr. I. Aen. 84.

Incubuere mari, totumque ab ſedibus imum
Una Eurusque Notuſque ruunt.

lib. I. Georg. 105.

Cumuloſque ruit male pinguis arenae.

lib. III. 470. ex optimo codice, *ruit aequora turbo.* lib. X. Aeneid. 214. ex membranis,

Campos ſalis aere ruebant.

& lib. XI. 211.

Confuſa ruebant Oſſa focis.

ubi vide. Lucilius:

Ruis haec & colligis omnia furtim.

adeatur & Nonius Marcellus in *ruere*. HEINS. Sed placido nunc flumini vix *ruentum* convenire puto. licet enim hac nocte pleno alveo intumuiſſet inf. ℣. 85. non tamen damnoſum nunc debet induci. ſic, *Siler culta radens* Lucan. II. 425. vid. quae dixi ad eumdem lib. I. 399. & damnat hanc lectionem Auſonius, qui totum hunc verſum transtulit in Moſellam 460. *ſequentem* Wittian. a m. pr. BURM.

65. Hic mihi magna domus, celsis caput urbibus, exit. Omnes Interpretes hinc ſe expedire nequeunt. deinde quid hoc? *hic exit magna domus.* nugae. lege *eſcit.* ἀρχαϊκῶς, ut *fuat*, *olli* &c. loquitur Deus, nunc omnia facilia. bene autem *eſcit*, i. e. erit: nam Roma domus fluvii (vide

18 *Rumor* V. R. 19 extendens V. 20 *ſacra* R. 21 aliquam e. u. partem V. R. 22 Tarentum V. L. Voſ. R. Steph. Dan. Febr. male. vid. Rutgerſ. IV. Var. Lect. 10. 23 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 24 aliter exponit ad illa Statii I. Theb. 207. *ſummis cognati nubibus amnes* Lutatius, quia ex udore terrae nebulae oriuntur, ex nebulis nubes, ex nubibus pluviae, ex quibus amnes augentur. 25 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 26 deſunt eiſdem ad *Celſis*. 27 demum Dan. Fabr. ſed Ryckius in ora codicis *demum* conjecerat, inde Maſvicius nobis dedit. ſed praecedentia videntur *demum* exigere, ut dicat, quum per varia diſcurrerit, demum eum locum electum eſſe, ubi poſtea Roma fuit condita. malim etiam, *quae ad tantam gloriam p. ſ.* 28 regis V.

Dixit, deinde lacu fluvius ſe condidit alto,
Ima petens. Nox Aenean ſomnuſque reliquit.
Surgit, &, aetherii ſpectans orientia Solis
Lumina, rite cavis undam de flumine palmis
Suſtulit, ac talis effundit ad aethera voces:
Nymphae, Laurentes Nymphae, genus amnibus unde eſt,
Tu-

SERVII.

66. [29] [LACU FLUVIUS. Abutitur *lacus* nomine, ut mox 74. *Quo te cumque lacus. Fluvius* autem, hic ipſe ſcilicet deus alvei.]

67. NOX AENEAM SOMNUSQUE RELIQUIT. Ut III. 568. *Feſſos cum ſole reliquit:* [30] [& cito.

68. ORIENTIA SOLIS LUMINA. Pro, orientis ſolis lumina.]

69. UNDAM DE FLUMINE PALMIS SUSTULIT. Quia dicitur nox etiam ſolo ſomno polluere: unde eſt: [31] *Et noctem flumine purgat.* [32] [Secretior etiam ratio eſt: quia ſacrificaturus Superis, de vivo haurit flumine.]

71. NYMPHAE. Hic diſtinguendum, ut generalitatem ſequatur ſpecialitas; ut in Georgicis IV. 321. *Mater* [33] *Cyrene mater:* nam vitioſum eſt, poſt ſpeciem genus inferre. [34] [GENUS AMNIBUS UNDE EST. Quidam hic hypallagen putant, ut ſit, *Nymphae*, quae ab amnibus genus habetis. Sane, cum *unde* hodie ad locum referamus, veteres etiam perſonis adplicabant, ita ut ad omne genus, & ad omnem numerum referrent, ut hoc loco genus foemininum & pluralem numerum poſuit; cum alibi maſculinum & [35] ſingularem poſuerit I. Aen. 6. *Genus unde Latinum*, quod plenius in initio primi libri Aeneidos dictum eſt.]

VARIORUM.

(vide Heinſ. ad Horatii I. Od. 7. *Domus Albuneae reſonantis*, ex Pindaro) nondum erat. quod autem *τὸ exit* ad Tuſciam refert Servius, nugae: nam quomodo *τὸ hic*? erat enim circa locum ubi poſtea Roma fuit. FABER. *Magna domus*, quae caput eſt celſis urbibus, hinc mihi exit. appoſitio Maroni familiaris. in Mediceo a manu prima, *caeſis urbibus*. mendoſe omnino. in Gudiano *certa domus*. Tanaquillus Faber notis in Lucretium II. 1145. *eſcit* pro *exit* reponit. hoc eſt *erit*. *ἀρχαϊκῶς*. ut Tyberini vaticinantis ſint haec verba. ingenioſe profecto, utinam & vere! de hoc verbo vid. Voſſium lib. III. de Analog. 36. Silius *exſerere* dixit lib. I. 29.

Verum ubi magnanimis Romam caput urbibus alte
Exſerere, ac miſſas etiam trans aequora leges,
Totum ſigna videt victis transferre per orbem.

HEINS. Heinſius ad Ovid. II. Metam. 517. *exire caput* pro exſerere, efferre explicat. ſed ea constructio inſolentior jure videri poſſit, ut eſſet efferre caput urbibus, pro inter vel ſupra urbes, ut in Ecl. I. 25. *verum haec tantum alias inter caput extulit urbes.* niſi bis *caput* intelligamus: hic exit, vel exſerit caput magna domus, id eſt Roma quae eſt caput celſis urbibus. nam dativus recte pro genitivo *celſarum urbium* poteſt adjungi. ut apud Florum I. I. *Alba tunc erat Latio caput*, ubi Freinshemius in Indicem retulit *Latii caput.* Terentius etiam in non multum diverſo ſignificatu, Andr. II. VI. 28. & Adelph. IV. II. 29 dixit *huic rei caput*. eodem ſenſu quo in genitivo *caput belli* Bato dicitur Ovidio II. ex Pont. I. 46. & ſaepe ita apud Florum occurrit. qui & I. 19. Aſculum vocat *caput gentis*, ubi viri docti laborant & Cluverius lib. II. Ital. Antiq. pag. 737. Auximum fuiſſe caput gentis ex Procopio contendit. Martorellus vero de Antiquitatibus Auximi Italica lingua editis lib. I. cap. 3. hanc pugnam ita componendam cenſet, ut fuerit hujus belli caput & rebellandi contra Romanos auctor. ſed cur tunc non *caput belli*, ut alias, dixit? Sic lib. I. cap. 13. *Scordam caput gentis* vocat. confudiſſe mihi Florus hoc bellum cum ſociali videtur, quo idem lib. III. 18. dicit *Aſculo furorem omnem erupiſſe*, & inde trucidatis legatis, initium bello factum. ceterum *domum magnam*

29 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 30 deſunt iisdem. in V. erat *feſſos ventos c. ſ. r.* pro *ventus*, ut erat in Fabr. & al. 31 eſt ex Perſii Sat. II. 16. ſed ibi *purgas* legitur. 32 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 33 deſunt Lipſ. ad ℣. 72. mox, *Tyrrene* Steph. Dan. Fabr. 34 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. 35 ſingularem numerum Baſil.

Tuque, o Thybri tuo genitor cum flumine ſancto,
Adcipite Aenean, & tandem arcete periclis.
Quo te cumque lacus, miſerantem incommoda noſtra
Fonte tenet, quocumque ſolo pulcherrimus exis;
Semper honore meo, ſemper celebrabere donis,

Cor-

SERVII.

72. TUQUE O GENITOR CUM FLUMINE. Sic enim [36] invocatur in precibus: *Adeſto, Tyberine, cum tuis undis.* Tyberim vero alii a rege Aboriginum dictum volunt, qui juxta dimicans interemptus eſt: alii [37] ab eo rege, quem Glaucus, Minois filius, in Italia interemit: alii, inter quos & Livius, ab [38] Albanorum rege, qui in eum cecidit.

73. ARCETE PERICLIS. Hypallage: pro, a me prohibete pericula.

74. QUO TE CUMQUE LACUS TENET. [39] [*Lacus*, eſt quoddam latentis adhuc aquae receptaculum: &] dictus [40] *lacus*, quaſi [41] *lacuna*, ex qua erumpens aqua efficit fontem, qui cum fluere [42] coepit, alveum facit: unde tria iſta dixit, *lacum, fontem, alveum:* hoc enim eſt: QUOCUMQUE SOLO PULCHERRIMUS EXIS. Quanquam multi hoc verſu ſuperfuſionem ejus velint ſignificari: ideo autem [43] hoc dixit Aeneas, quia audierat: *Hic mihi magna domus celſis caput urbibus exit.*

76. SEMPER HONORE MEO. [44] [Amphiboliam facit.] [45] Satis autem pie Aeneas pollicetur, cum Tyberis verecunde popoſcerit: ait namque ſup. 61. *Mihi victor honorem Perſolves.*

VARIORUM.

gnam hic alii de fonte, alii de oſtio capiunt. vide Lambin. ad Horat. I. Od. I. ſed de eo jam egimus ad IV. Georg. 319. Oſtium vero vix intelligi poſſe puto, quia hoc non congruit celſis urbibus. Quare rectius Servius, Lambinus & alii Romam intelligunt, quae caput celſis urbibus, hic exit, & domus erit Dei Tiberini. *Exit* vero pro exibit capio, vaticinatur enim Deus, & ſolent vates futura, ut praeſentia edere. *Hic* vero eſt ad meas ripas, hoc loco ubi ſurget *mihi* poſtea Roma, non ut ſit domus mea, ut ſolet fluviorum alveus dici, ut ſedes Dei fluminis (de quo ad Claudian. Conſul. Olybr. 213. agemus.) ſed in qua urbe colar ut Deus. BURM.

66. FLUVIUS. *Fluvio* Gudianus a m. pr. *fluminis* Dorvil. vitioſe. *Fluvii* conjecerat Heumannus. *Lacu & fluvio* Heinſius in ora codicis ſui.

68. SPECTANS ORIENTIA. Vide hic Cerdam, & notas ad Valer. Flac. III. 437.

70. EFFUDIT. *Effundit* ſcripti omnes, tribus quatuorve recentioribus exceptis. Mediceus etiam *ſuſtinet* pro *ſuſtulit*, quomodo etiam Menagianus prior, & a manu prima Gudianus, ut & nonnulli Pieriani, & mihi probatur. HEINS. *Subſtulit* Dorvill. *ſuſtinet* probat Catroeus, quia Thybris non eſt in caelo. ſed nihilominus ad aethera preces mittit. *diffudit* Ed. Venet.

71. LAURENTES. *Laurentis* Wittian.

72. TUQUE, O TYBRI. *Tuque o Tybri, tu, o.* haec ἀναφορὰ ἐκφωνητικὴ vehemens eſt, & ideo eam lectionem probo. etſi vulgata magis Enniana. FABRIC. *Tuque Thybri, tu, o.* Mentelii prior & Zulichemius a manu prima. *Tuque o genitor* Wittian. *tu quoque Tybri* Hugenianus & Dorvil. *tu flumine Thuſco* Bigotianus. vulgata eſt apud Macrob. VI. I.

73. AENEAN. *Aeneam* Commentator Crucquianus ad Horat. I. Od. 27. ſed ſcripti fere omnes hic & ſupr. ℣. 67. *Aenean* habent. *relinquit* Francianus.

Ibid. ARCERE PERICLIS. Poteſt eſſe dativus, & ablativus, pro a periclis. vid. ad Georg. III. 155.

74. INCOMMODA. Graviſſimos labores & pericula minus ſignificante vocabulo indicat. ut patet ex Terent. Eunuch. II. III. 37. *Incommode hercle.* CH. *immo enimvero infeliciter: nam incommoda alia ſunt dicenda.* vide & Donat. ad Phorm. II. I. 18.

36 vocatur R. a m. pr. Dan. invocabatur Fabr. al. 37 ab origine rege V. ab origine quem L. R. a Rege quem Voſſ. latet forte nomen proprium. 38 Albano V. L. Voſ. R. Steph. al. 39 deſunt V. 40 deeſt Voſ. L. R. Steph. al. 41 lacuna quaedam V. Baſil. 42 coeperit V. L. Voſ. R. 43 haec V. Voſ. R. 44 deſunt V. R. L. Voſ. Steph. al. 45 ſatis Aeneas pollicetur L. ſatis Aen. pie pol. V. Voſ. L. Baſil.

Corniger Heſperidum fluvius regnator aquarum.
Adſis o tantum, & propius tua numina firmes.
Sic memorat, geminaſque legit de claſſe biremis,
Remigioque aptat; ſocios ſimul inſtruit armis.
Ecce autem, ſubitum atque oculis mirabile monſtrum,
Candida per ſilvam cum foetu concolor albo

Pro-

SERVII.

77. Corniger. Flumina ideo cum cornibus pinguntur, ſive quod mugitum boum imitatur murmur undarum: ſive quod plerumque in cornuum [46] ſimilitudinem curvatas cernimus ripas. [47] Hesperidum regnator aquarum. Bene addit *Heſperidum*, id eſt, Italicarum: nam Eridanus rex eſt fluminum [48] Heſperiae, ut I. Georg. 482. *Fluviorum rex Eridanus.* Fluvius vero, vocativus antiquus eſt: quia apud majores in omni forma ſimilis erat nominativo; ſed modo aliter eſt in ſecunda tantum forma: namque ſi proprium fuerit nomen, & i ante us habuerit, us perdita facit vocativum, ut *Terentius*, *Terenti*, nullo excepto; ſi autem appellativum ſit, in e mittit vocativum, ut *pius pie*, *fluvius fluvie*, excepto *filius*, nam *fili* facit. Plerumque tamen poëtae Euphoniae cauſſa antiquitatem ſequuntur. [49]

78. Et propius. Legitur & *proprius.* [50] Et, ſi *proprius*, [51] familiarius, ſtabilius ſignificat, ut I. 526. *Et proprius res aſpice noſtras.* Si autem *propius*, citius ſignificat. Cicero in [52] Verrinis [53] v. 36. *Nec eo quidquam eſt propius factum, quam ut illud exemplum de Adriano Syracuſas referretur.* Et hoc eſt melius: nam ſtatim eſt conſpecta porca, & Aeneas non [54] dubitavit de fide oraculi, ſed [55] expoſcit celeritatem. Tua numina. Tua oracula & promiſſa.

79. [56] Geminas. Pro, duas. Remigioque aptat. Id eſt, ad remigium, officium remigantium; alibi pro turba remigantium, ut III. 471. *Remigium ſupplet.*]

81. Monstrum. Quia & ſubito, & cum triginta porcellis eſt viſa.

82. [57] [Foetu concolor albo. Expedita locutio.] Viridique in littore. Fluviali ſcilicet.

VARIORUM.

I. 18. ſic dies *commodi* & *incommodi*, de quibus vid. ad Petron. cap. 30. BURM.

75. Tenet. *Tenent* Sprotianus & alter Hamburgicus. quod in antiquis legitur editionibus, & in Vaticano Pierii veterrimo. HEINS.

Ibid. Solo. *Loco* Parrhaſ.

76. Celebrabere. *Venerabere* in pleriſque Pierii, quomodo ex noſtris prior Hamburgicus & alter Voſſianus. tale eſt illud lib. III. Aen. 460. quod a Grammaticis obſervatur de Junone,

Curſuſque dabit venerata ſecundos.

HEINS. Ego *venerabere* ex gloſſa natum puto. *celebrabere* enim melius τῷ *ſemper* convenit, & frequentiam ſacrificiorum & a magna hominum turba oblatorum indicat, ut notum ſatis. *honorabere* Wittian. vitioſe. BURM.

78. Propius tua. Donatus legit *placidus tua.* ſed fortaſſe ex interpretatione irrepſit. Servius *propius* & hoc loco, & in x. Aen. FABRIC. *Aaſis o tandem*, vetuſtiores noſtri cum Pierianis *tantum.* HEINS.

46 ſimilitudine Voſ. R. 47 in Ed. Baſil. adduntur haec, unde *amnes*, quia *am*, id eſt, circum nant, id eſt, circumfluunt in modum cornuum flexorum. quod in aliis non reperi. mox bene addidit Lipſ. 48 deeſt L. 49 & hic in Ed Baſil. aſſuta ſunt haec. [Addunt & aliqui *Deus*, qui non *Deae*, ſed *Deus* facit.] Neſcio vero an poſſit etiam adduci in exemplum *Genius*, quod facit *Geni* apud Sulpitiam in Tibul. lib. IV. v. 9. vid. & Serv. ad x. 327. BURM. 50 ſed ſi V. Lipſ. in MSſ. permutantur ſaepe *propius* & *proprius*, hic non ſuo loco leguntur perperam. in Lipſ. erat, *propius res a. n.* 51 familiarius, *propius* citius ſignificat Virgilius, *prop. r. a. noſtras.* Cicero Steph. & Voſ. ſed ille *ſin propius* familiarius, ſin propius citius ſignificat Cicero L. R. ſtabilius etiam deeſt V. 52 in Verrem Voſ. Lipſ. in Verrinarum L. 53 *nec quicquam* L. Voſ. R. Steph. Baſil. *exemplo* L. *neque quicquam p. e. f. q. u. illud Uticenſe exemplum, de Hadriano transferretur Syracuſas*, in Cicerone hodie legitur, *inferretur* Baſil. 54 dubitat L. Voſ. R. V. Lipſ. Steph. Fabr. al. 55 expoſcit Steph. 56 adſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 57 deſunt iiſdem.

Procubuit, viridique in litore conſpicitur ſus:
Quam pius Aeneas tibi enim, tibi, maxuma Juno,
Mactat, ſacra ferens, & cum grege ſiſtit ad aram.
Thybris ea fluvium, quam longa eſt, nocte tumentem
Leniit, & tacita refluens ita ſubſtitit unda,

Mitis

SERVII.

83. CONSPICITUR SUS. Horatius I. Epiſt. II. 26. *Et amica luto ſus.* Sciendum tamen, hoc eſſe vitioſum, monoſyllabo finiri verſum; niſi forte ipſo monoſyllabo minora explicentur animalia, ut [58] Horat. Art. Poet. 139. *Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus:* [59] Gratiores enim verſus iſti ſunt, ſecundum Lucilium.

84. [60] [PIUS AENEAS. Oportunum epitheton: quoniam rem divinam facit.] TIBI ENIM. Vacat *enim*, & tantum ad ornatum pertinet; integrum eſt ergo [61] *tibi*, ut ex iteratione creſcat augmentum. Terentius And. I. v. 47. *O Myſis, Myſis.* MAXIMA JUNO. Quaeſitum eſt, quae ſit *Juno maxima:* [62] nam, ut diximus I. Aen. 8. variae ſunt ejus poteſtates, ut [63] *Curetis, Lucina, Matrona, Regina:* & dicunt Theologi, ipſam eſſe Matrem deûm, quae Terra [64] dicitur: unde etiam [65] & porca ei ſacrificatur. Ergo perite elegit epitheton, ut *maximam* diceret.

85. MACTAT SACRA. Mactatio poſt immolationem eſt: unde bono uſus eſt compendio. Sane hyſteron proteron eſt in hoc verſu: primum enim eſt: *Cum grege ſiſtit ad aram:* & ſic *mactat*, id eſt, auget, perficit. [66] [Sed ſciendum, *ſacrum* proprie eſſe, quod ad deos pertinet: & hic breviter factum ſacrificium dixit. CUM GREGE. Ambitioſe Poëta triginta filios *gregem* dixit.

86. FLUVIUM. Hic fluvium ipſum aquae curſu [67] lenitum accipendum eſt.] QUAM LONGA EST NOCTE. In quantum longa eſt, ut IV. 193. *Nunc hyemem inter ſe luxu quam longa fovere.*

87. REFLUENS. Velut in alveum ſuum recurrens, ut Aeneas, contra undas pergens, deſcendentis celeritate propemodum uteretur.

VARIORUM.

HEINS. *Tandem* Dorvill. Edd. Venet. & Mediol. Ald. *numina ſerves* Oudartii. *Tua omina firmes* legit Palmerius in Spicilegio pag. 616. vid. ad Ecl. VIII. 108. *propius* Sprotianus & Gudianus a manu ſecunda. videtur vero ſecundum augurium vel omen expoſcere, quo prius firmaretur, quia in ſomno viſa poſſent fallere, hinc aliud perit certius ſibi vigilanti offerri. ut mox *ſus* conſpectu firmat dicta *Tiberini*. proprium autem in hac re verbum *firmare*. vide quae dixi in Jove Fulgerat. cap. IX. BURM.

79. SIC MEMORAT. *Memorans* in priore Voſſiano. HEINS. *Geminas legit* Francianus. *memorans geminas legit* Parrhaſ.

80. APTAT. *Aptat ſocios: ſimul.* ita diſtinguunt duo Leidenſes & primus Moretanus & Zulichemius. ſed male. *ſocios atque inſtruit* Sprotianus. *aptare naves remigio*, dicitur, ut *aptare velis armamentis* &c. de quo vid. ad Ovid. XIV. Met. 456. ita vero hic diſtinguendum docet ſimilis locus III. Aen. 740. *Remigium ſupplet: ſocios ſimul inſtruit armis.* BURM.

82. FOETU. *Foeta* Sprotianus.

84. MAXUMA JUNO. Credo Servium hic nimium argutari: *maxima* dicitur, quia Regina, & Dearum princeps, ut Jupiter Deorum maximus, qui praecipuo honore colendus. Tibul. IV. XIII. 15.

Haec tibi ſancta tuae Junonis numina juro,
Quae ſola ante alias es mihi magna Deas.

& ita in ſacris eſſe invocatam docet Ovid. III. Met. 263.

—— Ipſam, ſi maxima Juno,
Rite vocer, perdam.

ubi *rite* eſt in ceremoniis & ſacrificiis. BURM.

85. ARAM.

58 *parturient* V. L. Voſ. Steph. Dan. al. 59 gratioſiores V. Fabr. al. 60 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 61 *Tibi, Tibi* V. 62 deeſt R. 63 *Curritis* V. L. *Curitis* Voſ. R. 64 deeſt V. 65 deeſt R. Lipſ. Steph. Dan. Fabr. al. 66 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad QUAM ℣. 86. Barth. ad Stat. II. Theb. 245. ubi *ſacrum* pro ſacrificio poni docet, videtur hic Servii verba male cepiſſe, quaſi τὸ *breviter* deberet jungi τῷ *factum ſacrificium?* quum haec verba idem notent, quod in initio notae, *bono uſus compendio.* & laudet in Poëta, quod tam brevibus & paucis verbis hoc ſacrificium, & non operoſe deſcribat omnem apparatum hujus ſacri. BURM. 67 lentum Fabr.

Mitis ut in morem ſtagni placidaeque paludis
Sterneret aequor aquis, remo ut luctamen abeſſet.
Ergo iter inceptum celerant rumore ſecundo:
Labitur uncta vadis abies: mirantur & undae,
Miratur nemus inſuetum fulgentia longe
Scuta virum, fluvio pictaſque innare carinas.

Olli

SERVII.

88. [68] [MITIS. Vel ad Tyberim, vel ad ſtagnum referes.]

89. AEQUOR AQUIS. [69] Aquae ipſius aequalitatem: [70] [nam & poſt ait: *Placido aequore.*]

90. RUMORE SECUNDO. Hoc eſt, bona fama, cum neminem laederent: aut certe dicit, ante eos veniſſe, quam fama nuntiaret venturos; aut RUMORE pro RUMONE poſuit: nam, ut ſupra diximus ℣. 63. *Rumon* dictus eſt: unde & *ficus ruminalis*, ad quam [71] ejecti ſunt Remus & Romulus: quae fuit ubi nunc eſt Lupercal in Circo: [72] hac enim labebatur Tyberis, antequam [73] Vertumno factis ſacrificiis averteretur: quamvis *ficum ruminalem* alii a Romulo velint dictam, quaſi *Romularem:* alii a lacte infantibus dato: nam pars gutturis *ruma* dicitur. Ergo ſi fuerit *Rumone ſecundo*, favente fluvio, intelligimus.

91. LABITUR UNCTA VADIS ABIES. [74] Deſcendentis celeritate prope conſcendit. Statius de diſco VI. 682. *Similiſque cadenti Creſcit in adverſum.* MIRANTUR UNDAE. Laus Trojanorum per phantaſiam quandam ex undarum vel nemoris admiratione [75] veniens.

VARIORUM.

85. ARAM. *Aras* quartus Moreti. Francianus & Parrhaſ. Ed. Ald. Serv. ad IV. Aen. 633. vulgatam habet: & ita ſaepe variatur. *ad aras* mox 106. BURM.

86. QUAM LONGA EST. *Quam longa nocte* primus Rottendorphius, prior Hamburgicus, & ſecundus Moretanus. *quam longam nocte* Voſſianus alter. HEINS. *Quam longa nocte* Ed. Venet. ſed *eſt* requiri puto, quia *longa* eſt nominativi caſus. ut lib. IV. 193.

Nunc hyemem inter ſe luxu, quam longa, fovere.

ubi Serv. *longe* Ed. Dan. Heinſii. qui locus magis ad rem facit, quam Suaevianus ille a Macrobio prolatus.

Ibid. TUMENTEM. *Timentem* Dorvil.

87. UNDA. *Unda mitis*, prior Hamburgicus. *& in morem* alter Menagii.

89. UT. *Et luctamen abeſſet* Wittian. *abiret* Ed. Venet.

90. ERGO ITER INCEPTUM CELERANT RUMORE SECUNDO. Alii *iter inceptum peragunt.* quod non probo. *Rumore ſecundo*, quid ſit, pauci intellexerunt. ſed mox ſe ipſe explicat Poëta. ℣. 49. *ſecundo amne.* & in X. 687. *aeſtu fluctuque ſecundo.* Antiquus Poëta apud Cicer. I. de divin. *ſolvere imperat rumore ſecundo.* proverbialis ſermo & uſitatus veteribus, metaphorice, pro cujuſque negotii ſucceſſu laeto & optato. uſi ſunt Ennius & Feneſtella, qui citantur a Nonio, Suaevius Poëta, qui a Macrobio, & Horatius lib. I. Epiſt. X. 9. ad Fuſcum Ariſtium. Originem proverbii attigit, non explicavit Servius. FABRIC. Servius legit hoc loco *Rumone ſecundo.* mihi vero placet, ut referatur ad Ennii verſum in lib. III. Annal.

Mox auferre domos populi rumore ſecundo.

Suaevius libr. I.

Redeunt, referuntque petita rumore ſecundo.

URSIN. *Iter incertum peragunt* Nonius Marcellus in *Rumor*, qui *rumore ſecundo* interpretatur proſpero favore & auxilio fluminis: male. vetus Poëta apud Ciceronem:

Solvere imperat ſecundo rumore atque adverſa avi.

imitatur in Moſella Auſonius v. 21.

Et virides Baccho colles, & amoena fluenta
Interlabentis tacito rumore Moſellae.

Macrobius etiam lib. VI. Saturn. cap. I. agnoſcit

iter

68 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 69 deeſt V. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 70 deſunt V. L. Voſ. Lipſ. R. Steph. al. 71 electi L. 72 ab hoc R. 73 Juno L. ne Juno R. V. Vortumno Voſ. Vertumnus Steph. Dan. Fabr. Neptuno Baſil. 74 diſcendis R. 75 venientem Lipſ. V. L. R. Baſil. veniens eſt Voſ.

Olli remigio noctemque diemque fatigant,
Et longos ſuperant flexus, variiſque teguntur
Arboribus, viridiſque ſecant placido aequore ſilvas.
Sol medium coeli conſcenderat igneus orbem,
Quum muros arcemque procul, ac rara domorum
Tecta vident; quae nunc Romana potentia coelo

100 Ac-

SERVII.

94. NOCTEMQUE DIEMQUE FATIGANT. Ut IX. 605. *Sylvaſque fatigant:* pro ipſi fatigantur. [76] [An deeſt *ſe*, ut ſit, fatigant ſe: an *diem fatigant:* pro, occupant & conſumunt?

95. SUPERANT FLEXUS. *Superant*, tranſeunt, ut I. 244. *Fontem ſuperare Timavi.* Et] hic oſtendit, non eſſe alveum fluminis rectum: [77] [quia Tyberim libri Augurum colubrum loquuntur, tanquam flexuoſum.] VARIISQUE TEGUNTUR ARBORIBUS. Hoc eſt VII. 30. *Hunc inter fluvio Tyberinus amoeno.*

96. SECANT PLACIDO AEQUORE SYLVAS. Oſtendit adeo perſpicuam fuiſſe naturam fluminis, ut in eo apparerent imagines nemorum, quas Trojanae naves ſecabant. [78] Terentianus: *Natura ſic eſt fluminis, ut obvias imagines nemorum receptet in lucem ſuam.*

97. SOL MEDIUM COELI CONSCENDERAT IGNEUS ORBEM. Alterius ſcilicet diei.

98. CUM MUROS ARCEMQUE PROCUL. Palatinum vidit: [79] nec ſitum praeſentem conſiderare debemus: tunc enim nullis obſtantibus aedificiis, & Tyberi per Lupercal, ut diximus, fluente, facile mons poterat videri Palatinus.

VARIORUM.

iter inceptum peragunt. & illuſtrat τὸ *rumore ſecundo* ex Suaevii libro V. *redeunt referunt petita rumore ſecundo. rumore ſecundo* Gudianus interpretatur *rumore proſpero* Venetus *fama ſilente.* Sprotianus, *Rumone id eſt fluvio:* & Pierius pro plauſu explicat, quomodo recordor apud Tacitum lib. III. Ann. 29. occurrere, *Utque haec rumore ſecundo, ita adverſis animis acceptum quod filio Claudii ſocer Sejanus deſtinaretur.* & apud Claudian Epith. Palladii v. 62. *Quis locus Aethiopum, quae ſic impervia famae Seceſſit regio, quo non rumore ſecundo Palladii penetravit amor?* v. Non. in *Rumor* ubi ex Feneſtella *ſecundo populi rumore.* ſed bene Gronovius lib. II. Obſerv. 17. pro murmure labentis fluvii capit. *peragunt* vero, ut in Pierianis pleriſque, ita & in Voſſiano priore, & pro diverſa lectione in Gudiano, Leidenſi & altero Hamburgico. ſed & *Rumone* pro diſcrepanti ſcriptura, Sprotianus, prior Hamburgicus & quartus Moretanus, uti & Servius ex codicibus nonnullis profert, ac Thybrim antiquis *Rumonem* dictum arguatur. ſed nihil eſſe mutandum ex Auſonio ſatis apparet. HEINS. *Celebrant* alter Hamburgicus. & Ed. Venet. *peragrant* Gudianus. *ceptum celerant* Dorvill. *Rumone* Excerpta noſtra. Zulichemius *rumore* a manu ſecunda. cum gloſſa, id eſt, *omine.* Ruaeus, ſparſo inter milites de ſucceſſu itineris bene ominantes. v. Guell. Catroeus ſibi placentes & plaudentes *rumore ſecundo.* id eſt flumine placido, & nullum fere ſonitum edente. ut ℣. 96. *Placido aequore.* aut ſonitu minore remigantes, ut fallerent Latinos. ut ℣. 108. ita & *plauſa fremituque ſecundo* dixit lib. V. 338. de quo vid. Barth. ad Claud. I. in Rufin. 69. ſic IX. 464. *acuunt rumoribus iras*, id eſt ſonitu, clamoribus, ſtrepitu. BURM.

91. UNCTA VADIS ABIES. *Uncta abieſque vadis* Leidenſis unus.

92. MIRATUR. *Mirantur* prior Menagianus, & a manu prima Gudianus. de quo lib. VI. Aen. 209. HEINS. *Mirantes* ita & ſtupentes ad res novas, & in primis naves inviſitatas antea, Deos, loca, & undas plurimi Poëtae ad exemplum Catulli & Virgilii induxerunt. vid. ad Ovid. II. Amor. XI. I. & Valer. Flac. I. 382. & IV. 712. & alibi.

76 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. ad *hoc* ℣. 95. fatigent ſcil. *ſe* recte exponit Cerda, ut *noctemque diemque* ſit pro per totam noctem & diem. ſic Cicero lib. XI. ad Famil. Ep. 5. *Tu, ſi dies noctesque memineris.* vid. & lib. V. 766. & IX. 488. BURM. 77 deſunt L. Voſ. V. R. Lipſ. Steph. al. 78 Terentius R. 79 ſic tum R. & mox, per Lupercam idem.

Aequavit: tum res inopes Euandrus habebat.
Ocius advertunt proras, urbique propinquant.
Forte die ſollemnem illo rex Arcas honorem
Amphitryoniadae magno diviſque ferebat
Ante urbem in luco. Pallas huic filius una,
Una omnes juvenum primi, pauperque ſenatus,

Tura

SERVII.

100. [80] [COELO AEQUAVIT. Pro, ad coelum extulit.]

102. FORTE DIE SOLEMNEM ILLO. 'Ευτυμοβίλως, id eſt, bono omine victori deo Trojanis venientibus ſacra celebrabantur. Bona etiam uſus eſt oeconomia.

103. AMPHITRYONIADAE MAGNO DIVISQUE FEREBAT. [81] [*Amphitryo* rex Thebanorum fuit, cujus uxorem Alcmenam Juppiter adamavit, &c, dum vir ejus [82] Oechaliam civitatem oppugnaret, de trinoctio [83] facta una nocte, cum ea concubuit: quae poſt duos edidit filios; unum de Jove, id eſt, Herculem; alterum de marito, qui [84] Iphiclus appellatus eſt. Ergo adſumpſit epitheton Amphitryoniadae & ſatis perite [85] [ait: *Diviſque ferebat*:] nam cuivis deo ſacrificaretur, neceſſe erat poſt ipſum etiam reliquos invocari. [86] [DIVISQUE FEREBAT. Quidam ſic intelligunt: Ergo Hercules de divis eſt, ut eſt illud ſcema I. Georg. 279 *Coeumque Iapetumque creat, ſaevumque Typhoea, Et conjuratos coelum reſcindere fratres*: ergo & ſuperiores tres conjurati: & III. 124. *Niveamque Paron ſparſaſque per aequor Cycladas*: ergo & [87] illa e Cycladibus.]

104. ANTE URBEM. Secundum antiquum ſitum: tunc enim brevis civitas fuerat. PALLAS HUIC FILIUS. Pro, cum hoc.

105. JUVENUM PRIMI, PAUPERQUE SENATUS. Totam oſtendit aetatem, [88] [& praemiſit *juvenes*:] nam per *ſenatum*, ſeniores [89] ſignificavit. *Pauper* autem, aut ad numerum retulit: centum enim ſub Romulo fuerunt: aut re vera *pauper*, per quod Romani [90] imperii oſtenditur parſimonia, pro laude tunc habita. [91] [Et libri veterum tradunt a majoribus [92] ſacrificando parſimoniam obſervatam eſſe.]

VARIORUM.

alibi. *nemus inceptum* Menagii prior. *inſuetum* Mentelii prior. *aſſuetum* alter Hamburgicus. BURM.

93. PICTASQUE. *Pictas* Parrhaſ. & prior Menagianus. *pictas fluvioque* Ed. Venet. *Fluvios* Medic.

94. REMIGIO. *Navigio* Venetus.

97. ORBEM. *Axem* pro diverſa lectione primus Rottendorphius. HEINS. Vid. infr. 137. *conſiderat* Francianus. *medio* Sprotianus.

98. ARCEMQUE. Catroeus *arces*, ex Pierio, ſeptem colles interpretatur, nec veroſimile arcem jam conditam putat. quum ſemper novae urbis conditores arcem ſtatim ponerent, circa quam rarae domus, ex quibus multiplicatis deinde, & munitis urbes natae, ita Athenis Cecropia, Thebis Cadmea, Carthagine Byrſa & alibi prius poſitae. ergo *muros arcemque* capio pro muros arcis, more Virgiliano. v. infr. ℣. 313. 376. BURM.

Ibid. ET RARA. *Ac rara* vetuſtiores. HEINS.

100. EVANDER. *Evandrus* exemplaria vetuſtiora, quomodo & infr. ℣. 185. *Rex Evandrus ait*. & ℣. 313. *Tum Rex Evandrus*. 545. *Evandrus pariter*. 558. *Tum pater Evandrus*. atque ita deinceps. libr. X. 515. tamen conſtanter codices vetuſti, *Pallas*, *Evander*, *in ipſis Omnia ſunt oculis*. quomodo & Priſcianus lib. VI. & VII. agnoſcit, cum tamen aſſeveret Maronem ſcripſiſſe *Evandrus* infr. 313. 185. & 558. Macrobius etiam infr. ℣. 185. agnoſcit, *Rex Evandrus ait*, lib. V. Saturn. cap. 8. ſic libr. II. 261. *Theſſandrus Steneluſque duces*, non *Theſſander*. lib. III. v. 108. *Teucrus* pro *Teucer*. utrumque Cariſius confirmat lib. I. pag. 11. Edit. Putſch. Τεῦκρος *Teucer*, Κάπρος *aper*, *apri*. *quamquam Virgilius*

80 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. 81 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. 82 Oecal-os Dan. 83 pacta Fabr. 84 Fidus Dan. Fidius Genevenſes. Iphilicus Fabr. Iphitus Commel. & Emmenes. 85 deſunt L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 86 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. 87 illa Cycladis Dan. ille Cycladis Fabr. 88 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 89 ſignificantur iidem. 90 imperio Voſ. 91 deſunt L. V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 92 legendum puro, in ſacrificando.

Digitized by Google

Tura dabant; tepiduſque cruor fumabat ad aras.
Ut celſas videre rates, atque inter opacum
Adlabi nemus, & tacitis incumbere remis;
Terrentur viſu ſubito, cunctique relictis
Conſurgunt menſis. Audax quos rumpere Pallas

Sa-

SERVII.

106. TREPIDUSQUE CRUOR. Fruſtra quidam *cruorem* pecorum, *ſanguinem* hominum volunt: nam Juvenalis ait XII. Sat. 13. *Sanguis iret, & a* [93] *magno cervix ferienda magiſtro.* Virgilius IV. 687. *Atque atros ſiccabat veſte cruores.* [94] [THURA DABANT. *Dabant*, verbo ſacrorum uſus eſt: nam dici ſolebat in ſacris: *Da quod debes de manu dextra aris.*]

107. CELSAS VIDERE RATES. Quia dixit ſup. 79. *Geminaſque legit de claſſe biremes.* INTER OPACUM ADLABI NEMUS. [95] [Hoc eſt, Per nemus,] ut VII. 30. *Hunc inter fluvio Tyberinus amoeno.* Et eſt honeſta elocutio, ut ſi dicas: *Inter coenam* [96] *locutus ſum*, id eſt, per coenam.

108. TACITIS INCUMBERE REMIS. Pro, ipſi taciti, id eſt, [97] ſine celeuſmate: [98] [nam celeuſma nauticus eſt clamor ad hortandum, [99] ut v. 189. *Nunc, nunc incumbite remis, Hectorei ſocii.*]

110. [1] [CONSURGUNT MENSIS. Quidam *menſas* proprie deorum tradunt: nam & ideo ſubjunctum:] QUOS RUMPERE PALLAS SACRA VETAT. Ne interruptione ſacrificii, [2] [*rumpere* enim pro *interrumpere* poſuit] piaculum committeretur: unde etiam Helenus III. 406. *Ne qua inter* [3] *ſanctos ignes in honore deorum, Hoſtilis facies occurrat, & omina turbet.* Denique cum ludi Circenſes Apollini celebrarentur, [4] ut Hannibal nuntiatus eſt circa portam [5] Collinam Urbi ingruere, omnes raptis armis concurrerunt. Reverſi poſtea, cum piaculum formidarent, invenerunt ſaltantem in Circo ſenem quendam: qui cum interrogatus dixiſſet ſe non interrupiſſe ſaltationem, dictum eſt hoc proverbium: *Salva res eſt,* [6] *ſaltat ſenex.* AUDACEM autem dicit ubique Virgilius, quotiens vult oſtendere virtutem ſine fortuna: unde etiam Turnum audacem vocat IX. 3.

VARIORUM.

lius extulit Teucrus & Euandrus. Idem denuo *Alexander & Teucer dici debet, ſed & Alexandrus & Teucrus dici poſſunt. ut Virgilio Teucrus & Evandrus.* vide Voſſium II. de Analog. cap. 4. pag. 675. lib. X. 394. *Nam tibi Thymbre caput Evandrius abſtulit enſis,* a Θυμβρος. qui tamen *Thymber* paullo ante Maroni erat dictus. uti & Priſcianus obſervat. A Gellio, operoſo eruditae antiquitatis aemulatori atque oſtentatori, *Hiſtrus* fluvius appellatur, qui aliis ſcriptoribus eſt *Hiſter.* is videatur lib. X. cap. 7. Apud Martialem *Leandrus* non ſemel, & *Menandrus* Ovidio libr. I. Amor. El. ult. certe Nonius hoc loco agnoſcit, *res inopis Evandrus habebat.* cui *inops* eſt *ſine auxilio & ope.* HEINS. *Res inopis* Gudianus a manu ſecunda. de duplici horum nominum in *er* & *us* terminatione vid. Praef. ad Phaedri fabulas cum variorum notis editas. BURM.

101. ADVERTUNT. *Avertunt* alter Hamburgicus & Wittian.

102. DIE. *Diem* Dorvil. & Ed. Venet. *ſolemne* Mediol. vid. ad Suet. Neron. 28.

104. HUIC. *Hinc* Oudartii. *cui* ſecundus Moretanus. *quem filius* Parrhaſ. *Pallans* Gudian. a m. ſec.

106. DABANT. *Dabat* Gudianus a manu prima. *trepiduſque* Zulichemius. *ad auras* primus Moreti.

108. TACITIS. *Tacitos* habet liber A. Colotii. URSIN. *Et tacitos* Mediceus noſter cum Pierii Vaticano, & ita in aliis nonnullis, ſed male. HEINS.

Ro-

93 *grandi* legitur hodie in Juvenali. *iret* omittit Baſil. 94 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 95 deſunt iidem. Sed Steph. & Baſil. deeſt tantum, *hoc eſt.* 96 Incumatus ſum Dan. apud Suet. Aug. 71. *inter coenam luſimus.* ceterum Fabr. & Baſil. addunt, per coenam, & melius, dum coenatur. & in coenae tempore. ut *inter agendum* Ecl. IX. 24. id eſt dum agis, & *inter eundum*, id eſt dum itur. quibus ſimilia vide ad d. l. in Ecloga. BURM. 97 Celeumate V. L. R. Voſ. Steph. Dan. 98 deſunt iidem. 99 deſunt Baſil. 1 deſunt V. R. L. Voſ. Lipſ. Steph. al. 2 deſunt iidem. 3 *ſacratas* Steph. 4 & Hannibal nuntiatus eſſet L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ut H. n. eſſe V. ut H. n. eſſet Fabr. 5 Collinemus L. R. & urbi ingrueret Steph. ingrueret Voſ. R. 6 *ſaltantem ſenem* R. *ſaltante ſene* Baſil. *ſaltare eſt, ſaltat ſenex*, V. & in margine manuſcripto, *ſalva res eſt, ſaltante ſene.* vid. ad III. Aen. 279.

Sacra vetat, raptoque volat telo obvius ipſe;
Et procul e tumulo: Juvenes, quae cauſſa ſubegit
Ignotas tentare vias? quo tenditis? inquit.
Qui genus? unde domo? pacemne huc fertis, an arma?
Tum pater Aeneas puppi ſic fatur ab alta,
Paciferaeque manu ramum praetendit olivae:
Trojugenas, ac tela vides inimica Latinis;
Quos illi bello profugos egere ſuperbo.
Euandrum petimus. Ferte haec, & dicite lectos

Dar-

SERVII.

112. JUVENES, QUAE CAUSSA SUBEGIT. Succincta, & plena interrogatio: cui per ſingula reſpondit Aeneas.

113. [7] [IGNOTAS TENTARE VIAS. Ideo *ignotas:* quia videt eos eſſe peregrinos: & bene breviter; ſed [8] frequentibus interrogationibus eos urget, ut IX. 376. *State viri: quae cauſſa viae: quive eſtis in armis?*]

114. QUI GENUS? Quo genere: [9] [& bona elocutio.] UNDE DOMO? De qua civitate? AN ARMA? Tropum fecit metri cauſſa: nam conſequens erat, [10] ut, cum dicit *pacem*, ſubjungat *bellum*.

115. [11] [PUPPI SIC FATUR AB ALTA? Sic intelligendum, ut ſimul dicat & faciat.]

116. PACIFERAEQUE MANU RAMUM PRAETENDIT OLIVAE. Ne moram faceret in reſponſione: [12] [quoniam Pallas prius de pace quaeſierat: & ideo mox ſignum pacis oſtendit, ut caetera Pallas ſecurus audiret.

115. TROJUGENAS AC TELA. Breviter ſingulis quaeſitis reſpondit: & *Trojugenas*, ad *Qui genus* referendum.] TELA VIDES INIMICA LATINIS. Bona conciliatio: nam audierat ſup. 55. *Hi bellum aſſidue ducunt cum gente Latina.* [13] [Ergo *tela inimica* ad illud pertinet, *Pacemne huc fertis, an arma?*]

118. QUOS ILLI BELLO PROFUGOS. Sicut & vos. Et movet conciliationem etiam ex ſimilitudine fortunae. [14] [SUPERBO. Injuſto.

119. EUANDRUM PETIMUS. Hoc ad, *Quo tenditis*, pertinet.] FERTE HAEC. Hoc ad ramum pertinet. DICITE, ad verba. [15] [Et *ferte* vobiſcum, & *dicite*, καὶ' αὐτὸ.

VARIORUM.

Recepit tamen Catroeus. res enim *tacitae*, *ſilentes* dicuntur, quum ipſi homines ſilentium agunt. ut ita *tacita Luna* lib. II. 255. id eſt nox: & ſimilia paſſim occurrunt. *taciti* ergo *remi*, ſunt quos quam minimo poſſunt ſono movent remigantes. ita *tacitum curſum* dixit Ovid. XIV. Metam. 601. & ſimilia obvia paſſim. BURM.

110. QUOS. *Quod* Mediceus a manu prima. HEINS. De ſacris ruptis vid. ad Valer. Flac. III. 121.

112. JUVENES. O *Juvenes* Oudartii & Francianus. *quae cura* Menagii prior.

114. QUOD GENUS. *Qui genus* vera eſt optimorum codicum ſcriptura, de qua dubitare non debuit Pierius. eſt enim & elegans, & familiaris Poëtis Graeciſmus. Naſo IV. Faſt. 65.

Venerat Evander plena cum claſſe ſuorum,
Venerat Alcides: Grajus uterque genus.

pro, uterque Grajus genere. HEINS. *Quid genus* Francianus. ſed *qui* agnoſcit Commentator Cruquianus Horatii ad I. Sat. V. 54. *quod* Dorvill. & Wittian. *quod genus* ſaepe apud Lucretium. ſed alio ſenſu. vid. Lambin. ad lib. II. 194. de illa formula *qui* & *unde*, vid. ad Ovid. II. Epiſt. 106. BURM.

116. PRAETENDIT. *Protendit* Gudianus a manu ſecunda. *tetendit* Wittian.

119. E-

7 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 8 frequentibus Dan. Fabr. 9 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 10 ut diceret, an bellum iidem. 11 deſunt iisdem, praeter Lipſ. 12 deſunt iisdem, & Lipſ. ad *Tela* ℣. 117. 13 deſunt iisdem. 14 deſunt iisdem. 15 deſunt iisdem. priora etiam ad ℣. 120 deſunt Fabr.

Dardaniae veniſſe duces, ſocia arma rogantis.
Obſtupuit tanto percuſſus nomine Pallas:
Egredere o, quicumque es, ait, coramque parentem
Adloquere, ac noſtris ſuccede penatibus hoſpes.
Excepitque manu, dextramque amplexus inhaeſit.
Progreſſi ſubeunt luco, fluviumque relinquunt.
Tum regem Aeneas dictis adfatur amicis:
Optume Grajugenûm, cui me Fortuna precari,

Et

SERVII.

120. Socia arma rogantes. Hoc ad illud pertinet, *Quae cauſſa ſubegit*. *Rogantes* autem ad id pertinet, quod a Sibylla dictum fuerat VI. 91. *Quas gentes Italum, aut quos non oraveris urbes?*

121. Tanto perculsus nomine. Dardani ſcilicet commemoratione. [16] [*Tanto* autem, id eſt, magnitudine nominis.]

122. Quicumque es. Hoc ad nomen Aeneae pertinet: nam eſſe Trojanos audierat.

123. Nostris succede penatibus hospes. Mire ſine patris auctoritate nihil confirmat; & tamen *hoſpitem* appellat.

124. Dextramque amplexus inhaesit. Oſtendit virum & hoſpitalitatis & virtutis amatorem.

125. Subeunt luco fluviumque relinquunt. Hypallage in ſenſu [17] [nam primum eſt, fluvium relinquere: deinde lucum ſubire.] [18] Et hic *ſubeunt* juxta veteres dativo junxit, cum alibi juxta uſum praeſentem [19] accuſativo junxerit, ut X. 798. *Aeneae ſubiit mucronem:* [20] [ſicut & *ſuccede* veteres dativo junxerunt, quod ſignificat penitus ingredere, uti hoc loco: *Ac noſtris ſuccede penatibus hoſpes*. Salluſtius tamen, ut dictum eſt, Ecl. V. 6. accuſativo junxit.]

127. Optime Grajugenum. Quantum ad Aeneam pertinet, Graeci neque boni neque meliores ſunt. Ergo *optime Grajugenum* ſuperlativus eſt pro poſitivo: nam *optimus malorum*, non poſſumus dicere, ſuperlativus enim ſuo tantum jungitur generi. Sic ergo dixit ut Homerus Iliad. Λ. 831. δικαιότατος Κενταύρων, [21] id eſt, *juſtiſſimus Centaurorum*, pro juſtus: [22] [cum Centauri fuerint crudeles & impii.] Et eſt rhetorica perſuaſio: nam principium ex utriuſque perſona ſumpſit: *Optime Grajugenum* ad Euandrum pertinet; *Cui me fortuna precari*, ad Aenean, qui ſe fatetur ſupplicem venire; ſed quia ignotus eſt, & oſtendere vult quod impetrare debet, ait: *Dardanus Iliacae primus pater urbis & auctor:* contra quos auxilium petat: *Genus eadem quae te:* Quid ipſi etiam ſit utile, a quo beneficium poſtulatur: *Nos ſi pellant nihil abfore credunt:* dicit enim nos pellimur; ſed vos ſervietis poſtremi; ipſam propoſuit, *Accipe daque fidem*. Ad ultimum, poſſumus reddere beneficium: *Sunt nobis fortia bello pectora:* nam utrum poſſet is, a quo petebatur, omiſit: quia manifeſtum erat poſſe: & ignotus a demonſtratione perſonae ſuae incipere debebat.] Cui me fortuna precari. [23] [Servavit τὸ πρέπον dicendo *fortuna*. Et cui me precari,] antiquum eſt: nam modo, [24] *quem precari* dicimus. Terentius Phorm. I. II. 91. *Credo qui mihi ſit oret*. Item Adelp. III. V. 45. *Facite, ut vobis decet*. Salluſtius Lib. I. Hiſt. *Locum editiorem quam victoribus decebat:* & eſt Graecum, ut Homer. Il. Δ. 101. εὔχεο Ἀπόλλωνι. [25] [Sane veteres & *precor illi*, pro, *precor pro illo*, dicebant. Plautus in Amphitryone: *Noli peſſimo precari*, hoc eſt, *pro peſſimo noli precari*: aut hyperbaton eſt, hoc modo: Tibi me fortuna vitta comptos voluit praetendere ramos & precari:]

VARIORUM.

119. Evandrum. Deeſt hic verſus Franciano.

ferto

16 deſunt iiſdem, & Lipſienſi, qui nota ad ℣. 123. deficitur. 17 deſunt V. R. L. Voſ. Lipſ. Steph. ad ℣. 127. in Baſil. alio ordine verba poſita erant. in Dan. deerant uſque ad *& hic*. 18 more antiquo dativo junxit Baſ. 19 deeſt Baſil. 20 deſunt Baſil. 21 pro [illegible] V. L. Voſ. R. 22 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. ad Cui me. Dan. ad, & eſt Rhetorica. contra in Baſil. inde demum deſiderantur. 23 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 24 quam R. 25 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al.

Et vitta comtos voluit praetendere ramos;
Non equidem extimui, Danaûm quod ductor, & Arcas,
Quodque ab ſtirpe fores geminis conjunctus Atridis;

Sed

SERVII.

128. VITTA COMTOS RAMOS. Ut in pacis petitione ramus olivae cum vittis offeratur, partim fabulae, partim naturae efficit ratio: nam, cum de nomine Athenarum [26] [Neptunus & Minerva contenderent, & juſſiſſet Jupiter, ut illius nomine diceretur civitas, qui munus melius obtuliſſet [27] hominibus,] equum Neptunus, Minerva olivam protulit, & ſtatim vicit: unde, cum ejus ramus alicui offertur, indicat eum eſſe meliorem. Hinc eſt illud proverbium: *Herbam do*, id eſt, cedo victoriam. Quod Varro in [28] Antiquitatis libris ponit: *Cum in agonibus herbam in modum palmae dat aliquis ei, cum quo contendere non* [29] *conatur; & fatetur eſſe meliorem. Vittas* autem habet ramus olivae ideo, ut inertiam & imbecillitatem offerentis oſtendat: ſcimus enim oves, [30] [unde lana, e qua vittae,] egere ſemper alieno auxilio: [31] [aut quia & lana in tutela Minervae ſit, quae pacis bellique ſit cultrix: aut quia mite & quietum animal eſt ovis, cujus quietem habere debent, qui in foedus & amicitiam coëunt. Quaeritur autem quid dixerit *comptos*; ſed ut *crines comi* dicimus, cum nectuntur, ita & hic etiam *ramos comptos* & illigatos intellige, ut ipſe VII. 418. *Tum ramum innectit olivae:* Ergo quod illic *innectit*, hic *comptos* dixit.] VOLVIT. Hinc eum laudat, quod tantus [32] eum vir rogare compellitur.

129. DANAUM QUOD DUCTOR, ET ARCAS. Nec quod multitudinem haberes extimui: nec quod eſſes Arcas; ut illuc hoc tendat: [33] [*Geminis conjunctus Atridis*,] id eſt Agamemnoni & Menelao cognatione conjunctus. Et hoc ad laudem Euandri pertinet, qui qualitate morum meruit non timeri. FORES. Pro, fuiſſes: [34] & notandum *fores* de praeterito.

130. [35] [GEMINIS CONJUNCTUS ATRIDIS. *Geminos*, hic duos; aliter *gemini*, uno partu editi. Quaeritur ſane, unde Euander Atridis genere fuerit conjunctus? & quamvis Heſiodus dicat qualiter conjunctus ſit Euander; tamen quidam ajunt, Thyeſtae filias Ledam & Hypermneſtram fuiſſe; Ledae & Tyndarei filias Clytemneſtram, Helenam, & Tymandram fuiſſe, quam duxit uxorem [36] Echemus Arcas, cujus filius Euander. Clytemneſtram & Helenam notum eſt Agamemnoni & Menelao junctas fuiſſe. Alii ita tradunt; Steropes & Atlantis filios Oenomaum & Majam fuiſſe; Oenomai Hippodamiam filiam; unde Atreus natus; at Majae filius Mercurius, ex quo Arcades, de quibus Euander: quod Accius in Atreo plenius refert. Alii ita narrant: Atlas complures habuit filios; ſed de Lino Pelopen genuit; is Atreum; Atreus Agamemnonem & Menelaum; [37] Mercurius deinde eſt Nicoſtratae pater, quae fuit mater Euandri; Mercurium Maja filia Atlantis genuit: ſic Euander Atridis conjunctus eſt; Trojanis autem ſic jungitur: ex Electra, Atlantis filia, & Jove Dardanus naſcitur; ejus filius Erichthonius; [37] * ex eo Aſſaracus; ex illo Capys; ex illo Anchiſes; ex illo Aeneas.]

VARIORUM.

forte hoc Dorvill.

120. VIROS. *Duces*, quod plus eſt, Mediceus, Voſſianus uterque, Gudianus & quatuor aut quinque alii ex recentioribus. HEINS. *Dardanios* Montalbanius. *Dardaniae adveniſſe* Rottend. duo, Mentel. unus & Gudianus. omnes a m. ſec.

121. PERCULSUS. *Percuſſus* libri praeſtantiores. ſic lib. IX. 149. *laudum percuſſus amore.* plura lib. I. Aen. 513. HEINS. *Percuſſus* Dorvill. & Wittian.

123. Ac.

26 deſunt R. 27 deeſt V. 28 in Actiis ponit V. L. Voſ. Steph. al. innetas Lipſ. 29 *cupit* Dan. poſt Varronis verba addit Baſil. eſt etiam oliva per Etymologiam ab Elea, id eſt olea, dicta quae miſericordia dicitur, id eſt ἔλεε. vittas &c. quod in aliis non reperi. 30 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. unde lana equavit * Dan. Barth. ad Stat. VII. 476. ex membranis, *unde lana peti ſuevit.* 31 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 32 deeſt V. 33 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Baſil. 34 ſed notandum Baſil. 35 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. ſed Baſilienſi tantum deſunt, *geminos* hic duos. & deinde, quaeritur ſane, quare Evander &c. 36 Cohemus * Dan. Echinus Fabr. al. Socenius * Arcas Commel. & Emmen. ſed vera lectio eſt Echemus, & Cl. Ryckius locum Pauſaniae ex lib. VIII. notaverat in margine, apud quem legitur cap. V. Echemus Tymandram uxorem habuiſſe. 37 Mercurium deinde ex Nicoſtrata. quare Evandri Mercurium Maja filia Atlantis, ſic &c. Baſil. 37 * ex eo Tros: addit Merula ad Ennii Annales pag. 164.

Sed mea me virtus, & ſancta oracula Divom,
Cognatique patres, tua terris didita fama,
Conjunxere tibi, & fatis egere volentem.

Dar-

SERVII.

131. MEA ME VIRTUS. Haec arrogatio ad honorem Euandri pertinet: [38] [& ſane paulo adrogantius videretur virtutem ſuam laudaſſe, niſi deorum oracula & facta conjungeret: deinde ut Euandro blandiretur, *Tua*, inquit, *terris didita fama:* & ut in audientis mente remaneret, in ultimo addidit: *Et fatis egere volentem.* Sed hic ſingula diſtinguenda, ut major ſit enumeratio.] SANCTA ORACULA DIVUM. [39] Tyberini ſcilicet, [40] [vel Apollinis, ut VI. 96. *Via prima ſalutis, Quod minime reris, Graja pandetur ab urbe.*]

132. [41] DIDITA FAMA. Divulgata ſcilicet, ut VII. 144. *Diditur hic ſubito Trojana per agmina rumor.* FATIS EGERE VOLENTEM. Id eſt, quod voluntatis fuerat, egit neceſſitas fati.

VARIORUM.

123. Ac. *Hac* Gudian. δεικτικῶς, ut viam monſtret.

124. ACCEPITQUE. *Excepitque* codices ſcripti. quod & Scholiaſtes Statii lib. I. Theb. 470. expreſſit. idem Scholiaſtes, *dextraque amplexus.* in priore Hamburgico, *Exceptaque manu*, pro *Exceptatque.* HEINS. *Excepitque manum* Hugenianus. *amplexus* abſolute poſitum eſſet, ſi *dextra* legeretur, quod cum *inhaeſit* tunc poſſet jungi. ut illa verba *haereo*, *adhaereo*, *inhaereo* ablativum habere vidimus ad Ovid. IV. Metam. 27. & XI. 403. ſed praeſtat *dextram amplexus*, & *inhaeſit* ſimpliciter, ſcilicet *cervice*, ut ultimo Ovidii loco, vel alia parte corporis. ſic *dextram complexus euntis* Ovid. VI. Met. 494. quo videtur imitatus noſtrum inf. 559.

Tum pater Evandrus dextram complexus euntis
Haeret.

& Valer. Flac. II. 639.

—— dextraque amplexus & haerens.

ubi alii, *dextramque.* ita ut pro utraque lectione liceat pugnare. *dextram* vero datam & adprenſam in hoſpitio oblato & accepto vidimus ad lib. III. 83. BURM.

125. FLUVIUMQUE. *Fluvioque* Gudianus a manu prima. *lucum* etiam Francianus. vid. lib. VII. 161.

127. OPTIME. *Optume* Mediceus. HEINS.

Ibid. CUI ME FORTUNA PRECARI. Quae hic adducit Servius, ut exemplis a verbo *decet* petitis hanc conſtructionem probet, parum huc facere videntur. in ſecundo loco Terentii legitur, *ut fiant, ut vobis decet.* Praeterea Rufinianus de Schemat. Lexeos pag. 30. dicit hic eſſe Syllepſin. non hyperbaton, ut etiam ſecundo loco Servius vocat, id eſt *cui* debere jungi cum *praetendere.* in primo loco Terentii *mihi παρέλκει*, ut centies. in Plauti loco in Aſinar. II. V. 11. legitur *pergin' precari peſſimo*, id eſt, ut ipſe exponit, pro peſſimo, ut preces proſint, utiles ſint peſſimo. & ita lib. IX. 94. *Quid petis iſtis?* Servius exponit, *pro iſtis.* vide etiam Barth. ad Claudian. I. in Rufin. 35. *ac vitta* Rufinian. habet. BURM.

129. EXTIMUI. *Exutus* ſecundus Moretanus. *timui* Dorvill. & Wittian.

130. A STIRPE. *Ab ſtirpe* Mediceus & a manu prima alter Mentelianus. libr. VII. 99. *quorumque ab ſtirpe nepotes.* ita illic optimae membranae. & libr. IX. 603. *Purum ab ſtirpe genus*, in praeſtanti codice. ut & Georg. I. 171.

Huic ab ſtirpe pedes temo protentus in octo.

Salluſtius Epiſtola de ordinanda republica: *Diſſenſio civilis tot tamque illuſtres familias ab ſtirpe evertit.* libro III. tamen V. 94. *a ſtirpe parentum* codices conſtanter. ſequenti verſu *Divom* Mediceus. HEINS. *Ab ſtirpe* etiam Livio lib. IX. XXXIV. 19. Cl. Drakenborchius vindicavit. & Gronov. ad Plaut. Trin. I. II. 180 *convintus Atridis* Francianus, pro *convinctus.* nam & mox ỷ. 133. *convinxere tibi* idem codex. BURM.

131. SED MEA. Britannus doctus in Obſerv. Miſcel. Vol. I. pag. 19. legit,

Sed tua me virtus, tua terris didita fama,
Cognatique patres, & ſancta oracula Divum,
Conjunxere tibi.

male. virtuti ſuae fidens amicitiam petit, & ſe ejus fidei committit: & licet virtute praediti mereantur favorem, quia tamen non omnes eam ſuſpiciunt,

38 deſunt V. R. L. Voſ. Lipſ. Steph. Baſil. mox, *oracula & fata* malebat vir doctus in Obſervationibus Miſcel. Crit. vol. I. p. 19. dubito: quia virtus *facta* exigit, & *fatis egere* debet referri ad omnia, quae praecedunt. 39 Tiberis Dan. Fabr. 40 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. 41 DEDITA & *deditur* L. Voſ. R. (qui tamen *diditur*) Steph. Dan. al.

Dardanus, Iliacae primus pater urbis & auctor,
Electra (ut Graji perhibent) Atlantide cretus,
Advehitur Teucros: Electram maxumus Atlas
Edidit, aetherios humero qui ſuſtinet orbis.
Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maja

Cyl-

SERVII.

134. DARDANUS ILIACAE PRIMUS PATER URBIS ET AUCTOR. [42] [Dardanus ex Jove & Electra, Atlantis filia, genitus, de Italia forte abire compulſus, agros Troicos petit, ibique Dardanum oppidum in regione Dardania collocavit. Sane hic] reddit, quod ait ſupra, *Cognatique patres.* [43] Sed ſciendum, Atlantes tres fuiſſe; unum Maurum, qui eſt maximus; alterum [44] Italicum, patrem Electrae, unde natus eſt Dardanus; tertium [45] Arcadium, patrem Majae, unde natus eſt Mercurius. Sed nunc ex nominum ſimilitudine facit errorem: & dicit Electram & Majam filias fuiſſe Atlantis maximi. [46] [Nec praeter rationem ait, [47] & *maximus*,] & *Atlas Idem Atlas generat:* nam & ipſe habuit etiam horum nominum filias, id eſt, Electram & Majam.

135. UT GRAJI PERHIBENT. Id eſt, ut [48] veſtrae continent literae: [49] [firmius enim eſt quod ipſorum teſtimonio infertur.

136. ADVEHITUR TEUCROS. Et homines & regionem ſignificat. Sane prolepſis eſt: nam poſt Dardanum Teucri appellati ſunt.

138. MERCURIUS PATER EST. Mercurius, Jovis & Majae, quae eſt una de Plejadibus, filius, auctor eloquentiae & lirae, internuntius deorum. Iſte etiam palaeſtrae inventor hoc modo eſſe narratur: Choricus, rex quidam Arcadiae, filios habuit Plexippum & Enetum, & Palaeſtram filiam; ſed juvenes, cum caſu inter ſe haberent certamen, impreſſione & niſu corporum invenerunt luctamina: qui cum hoc patre praeſente facerent, & ille re nova delectaretur, ex ea re ludus factus eſt, quam rem Palaeſtra, ſoror juvenum, Mercurio amanti ſe prodidit: qui, cum rem novam vidiſſet, pleniorem de induſtria artem homines docuit: hoc ſeni [50] juvenes a ſorore proditum nuntiant; ille iratus eſt potius filiis, quod non tanquam furem Mercurium inſequerentur: quem cum illi in monte dormientem inveniſſent, manus ei amputaverunt: unde & ipſe *Cyllenius*, & mons, dicuntur: namque Graece κυλλὸς, aliqua mutilatos parte corporis dicunt: unde etiam [51] *hermas* vocamus, quoſdam ſtimulos in modum ſignorum ſine manibus. Mercurius vero [52] Jovi conqueſtus, Choricum eviſceratum in folliculum redigi fecit; amatam vero ſuam Palaeſtram remuneratus, omne luctamen, quod corpore conficitur, *palaeſtram* vocari fecit. Alii *Mercurium*, quaſi *Medicurrium*, a Latinis dictum volunt, quod inter Coelum & Inferos ſemper incurrat. Hic etiam mercimonii deus eſt. Quidam hunc in petaſo & in pedibus pinnas habere volunt, propter orationis, cujus auctor eſt, velocitatem: Caduceum illi ideo adſignatur, quod fide media hoſtes in amicitiam conducat: quae virga ideo ſerpentibus inligata eſt, ut ſicut illi obliti veneni ſui in ſe coëunt, ita hoſtes, contemptis & depoſitis inimicitiis, in amicitiam revertantur.] CANDIDA MAJA. Splendidior enim eſt *Maja* inter Pleiadas, quae eſt una de [53] Atlantidibus, hoc eſt, Pleiadibus. [Non ergo *candida*, pulcra, ut *candida Dido.* Meminit autem Majam Atlantidem eſſe, ut I. Georg. 221: *Ante tibi Eoae Atlantides abſcondantur:* & 225. *Multi ante occaſum Majae coepere*, cum vellet per *Majam* etiam caeteras Atlantis filias intelligi.]

VARIORUM.

ſpiciunt, addit & *tua fama* per omnem orbem celebrata, & cognatio & fata auxerunt fiduciam. vide ibidem hanc emendationem ab alio viro docte refutatam, & Vol. IV. p. 331. ipſe diffidit ſuae correctioni vir doctus. & illa *fatis egere volentem* magis congrue ad *ſancta oracula*, quam ad reliqua referri debere putat, ex tranſpoſitis hemiſtichiis.

42 deſunt L. V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 43 ſane iidem. 44 Italum V. 45 Arcadicum L. Steph. Dan. Fabr. al. 46 deſunt R. 47 & *maximi* Steph. 48 noſtrae Voſ. 49 deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad CANDIDA ℣. 138. 50 juvenis a. ſ. p. nuntiavit Fabr. 51 Hermos Dan. Fabr. ſuſpecta eſt vox *ſtimulos.* 52 novi Dan. Fabr. 53 Atlantibus Voſ. R. Steph. Dan. &, id eſt de Pleiadibus Baſil. mox a, *non ergo*, deſunt V. L. R. Voſ. Lipſ. Steph. al.

Cyllenae gelido conceptum vertice fudit.
At Majam, auditis ſi quidquam credimus, Atlas,
Idem Atlas generat, coeli qui ſidera tollit.
Sic genus amborum ſcindit ſe ſanguine ab uno.
His fretus non legatos, neque prima per artem
Tentamenta tui pepigi: me, me ipſe, meumque

Ob-

SERVII.

139. CYLLENAE. Mons eſt Arcadiae, ubi Maja Mercurium eſt enixa. FUDIT autem, non injurioſe dictum eſt, ut in Piſonem: *Quae te* [54] *belluam ex utero, non hominem fudit.* Sed celeritatem parientis oſtendit; quod infantibus dicitur omen felicitatis adferre. Spectat etiam ad rationem phyſicam: nam celer eſt ubique Mercurius, ut diximus ſupra: ideo dicit eum etiam in ortu fuiſſe velocem.

142. [55] [GENUS AMBORUM. Aut meum & tuum; aut Trojanorum & Arcadum: ergo *amborum*, poteſt utrorumque accipi.]

143. [56] [NEQUE PRIMA PER ARTEM TENTAMENTA TUI PEPIGI. Cum nullo ante pactus ſum, ut te, aut per artem aliquam, aut per legatos probarem; ſed intrepidum me tibi commiſi.]

144. TENTAMENTA PEPIGI. Experimenta pactus ſum: nam [57] geminum eſt hic praeteritum ab eo, quod eſt *paciſcor*: facit enim & *pepigi* & *pactus ſum*, ſicut *placeo*, & *placui*, & *placitus ſum.* [58] *Pago* enim, unde multi venire volunt *pepigi*, nuſquam eſt lectum. [59] [Et altera eſt expoſitio: non tentavi te quibuſdam pactionibus; quibus crederem tuto ad te venturum; ut haec fuerit ars tentantis. Aut NON LEGATOS, tale eſt, quemadmodum in oratione ab alio in aliud initium tranſitur, ut IX. 427. *Me me, adſum qui feci.* Et non reſpondetur propoſitis: ergo illud refertur: non legatos miſi; aut tale aliquid, quod ſententiam compleat.]

VARIORUM.

chiis. & *mea* firmatur ex notis Servii infr. ad 152. BURM.

132. DIDITA. *Debita* Menagii prior, Wittian. Sprotianus. *dedita* plurimi. & Edd. primae.

135. ATLANTIDE. *Attalantide* Dorvil.

137. ORBES. *Axes* Ed. Venet. eadem varietas ſupr. 97. *ſubſtinet* Dorvill.

139. CYLLENAE. *Cyllene* Mediceus & caeteri ſcripti, niſi quod Mentelianus prior *Cylleni* a manu prima. apud Scholiaſten quoque Statii Theb. IV. 288. *Cyllene* exhibetur. ſed *Cyllenae* legendum, ut praeſtantiores libri Gudianus, alter Mentelius, primi Moretanus & Rottendorphius. etiam Aeneidos III. ỳ. III. *Hinc mater cultrix Cybelae:* cum *Cybele* perperam hactenus ſit circumlatum. ſic infra *Heſionae* & *Circae* Aen. III. & *Penelopae* alibi, pro *Heſiones*, *Circes* & *Penelopes*. ſic *Nemeae ſub rupe*, non *Nemees*, & *Aoniae Aganippae*, non *Aganippes*, Ecl. X. 10. in optimis exemplaribus. lib. I. Aen. 653. ex veterrimo codice *ſceptrum Ilionae*. in Georg. IV. 63. *Cerinthae nobile gramen* pro *Cerinthes*. nam *Cerinthe* Plinio eſt in Hiſt. Nat. quae aliis *Cerinthon*. Solinus cap. XL. ex Mſſ. *qui Miletum dividit a Priena*. apud Nonium Marcellum Accii *Andromeda*, *Andromacha*, & *Inacha*, & *Antigona*, & *Erigona*, & *Iliona*, Ennii *Andromeda* & *Andromacha*, & *Menalippa*, & *Nemea*. Livii Andronici *Andromeda*, *Antiopa*, *Hermiona*. Pacuvii *Antiopa*, *Atalanta*, *Hermiona*, *Iliona*. Accius Tereo, *deum Semela generatum adfare*. apud Lucilium *ad Penelopam converſus ait*. apud Horatium lib. I. Epiſt. II. *ſponſi Penelopae:* ſic enim ſcripti codices, non *Penelopes:* quae Auſonius reſpexit in Epiſtolis:

Qualem Penelopae nebulonum menſa procorum,
Alcinoique habuit nitidae cutis uncta juventus,
Nam mihi non ſaliare epulum non turba dapalis.

ſic ſcribo: nam in vetuſtiſſimo codice, *rura dapitis*. unde *caena dapalis* male conflata eſt. plura vide

[54] *Bellua* V. Baſil. male. vid. ad Phaedr. III. Fab. 15. eſt autem inter fragmenta Ciceronis. *Piſonem* hic habent Voſſ. R. [55] deſunt V. R. L. Voſ. Lipſ. Steph. al. [56] deſunt V. L. cum nullo autem pactus Baſil. [57] geminus eſt hic praeteritus V. L. R. Voſ. Lipſ. Dan. Fabr. geminum eſt hoc praeteritum Baſil. [58] pango Fabr. [59] deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al.

Digitized by Google

Objeci caput, & ſupplex ad limina veni.
Gens eadem, quae te, crudeli Daunia bello
Inſequitur; nos ſi pellant, nihil afore credunt,
Quin omnem Heſperiam penitus ſua ſub juga mittant:
Et mare, quod ſupra, teneant, quodque adluit infra.
Adcipe, daque fidem. Sunt nobis fortia bello

Pe-

SERVII.

146. GENS EADEM, QUAE TE. Sic agit, ut & ipſe praeſtare videatur: nam & ſupra ait 120. *Socia arma rogantes.* [60] [Et argute inſeruit, *eadem*, nec addidit *nos*.] DAUNIA. Rutula, a Dauno. CRUDELI BELLO. Supra 118. *Bello profugos egere ſuperbo.*

147. NIHIL ABFORE CREDUNT. Sibi [61] obfuturum nihil arbitrantur.

148. [62] [QUIN OMNEM. Ut non omnem: & bene *omnem*; ne non ſolum Euandrum contemnere viderentur. PENITUS SUA SUB JUGA. Utrum penitus ſub juga mittant, an omnem penitus Heſperiam?

149. QUOD SUPRA TENEANT. Adriaticum dicit. QUODQUE ALLUIT INFRA. Tyrrhenum dicit: omne enim mare, quod a Sicilia uſque ad Hiſpaniam tendit, *Inferum* appellatur ideo, quod Sol ibi ad inferiores coeli partes delapſus occidat.]

150. ACCIPE DAQUE FIDEM. [63] [Ab utili agit: Et] hoc eſt, quod ait in decimo 152. *Humanis quae ſit fiducia rebus.* [64] [SUNT NOBIS FORTIA BELLO PECTORA. Iterum ſic laudat juventutem ſuam, quaſi praeſtet auxilium.]

VARIORUM.

vide III. Aeneid. 376. ita *Cyllenae finibus olim Qui petit Heſperii freta gurgitis* Avienus deſcriptione orbis. deinde noſtrae membranae omnes *conceptum vertice*, non *in vertice*. quod damnare nequaquam Pierius debuit. HEINS. *Cyllene* Francianus. *Cilleni* Dorvill.

140. AUDITIS. In Gudiano a manu prima, *auditi ſi quicquam creditis.* & adſcriptum *credimus*. forte *auditi ſi quicquam credimur*. HEINS. Et *auditus* Dorvill.

141. GENERAT. *Genuit* Leidenſis & Parrhaſianus.

Ibid. TOLLIT. *Torquet* Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. I. Od. 2. & Editio Juntarum Florentina. ſic lib. IV. 282. & VI. 798. *Atlas axem humero torquere* dicitur. ſed aliter hoc loco ſcripti. HEINS.

142. SCINDIT. *Findit* Dorvill.

143. PER ARTEM. Vid. I. Georg. 122.

144. TENTAMENTA. An Epiſtolam intelligit? Ovid. I. Art. 437. *Cera vadum tentet.* nec per legatos, nec per Epiſtolam tentavi te conciliare mihi pacto aliquo, ipſe veni. *memet ipſe* Dorvill. & Parrhaſ. Francian. & Ed. Mediol. BURM.

147. PELLANT. *Pellat* Sprotianus, & ſecundus Rottendorphius a manu ſecunda. *credis* etiam Sprotianus. & mox: *mittat*, & *teneat*. Heinſius diſtinguebat in codice ſuo, *Inſequitur nos: ſi pellant.* Catroeus vertit ac ſi Maro dediſſet *vos ſi pellant*.

Ibid. NIHIL ABFORE. *Adſore* Mediceus. in primo Moretano a manu prima diſertim, *nihil obfore* pro *obfore*. quomodo *affore* pro *abfore*, *afuit* pro *abfuit*. de quo Aeneid. VII. 498. *nihil obfore credunt*, id eſt nihil obſtiturum credunt. caeteri fere codices *afore*. HEINS. Nihil reſtare illis credunt: ſic Terent. Andr. V. II. 7. *id enimvero hic nunc abeſt*. ita ſaepe *nihil deeſt*, *reſtat* occurrit. & ſequente *quin*. Terent. Hecyr. IV. II. II. *neu ulla cauſa reſtet reliqua, quin tua Philumena ad te redeat*. BURM.

149. ALLUIT. *Abluit* Sprotianus, alter Hamburgicus, Dorvil. tertius Rottendorphius. vid. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 886. & ſaepe apud Lucanum & alios. *quod teneant ſupra, quodque*

Gu-

60 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. in Lipſ. *ſic ait* in initio notae. 61 abfuturum Fabr. al. 62 deſunt V. L. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 150. in L. hic deerant aliquot folia ad lib. IX. 47. 63 deſunt Voſ. R. V. Lipſ. Baſil. 64 deſunt Voſ. V. R. Steph. al.

Pectora, ſunt animi, & rebus ſpectata juventus.
Dixerat Aeneas. Ille os, oculoſque loquentis
Jam dudum, & totum luſtrabat lumine corpus.
Tum ſic pauca refert: Ut te, fortiſſime Teucrûm,
Adcipio adgnoſcoque libens! ut verba parentis,
Et vocem Anchiſae magni, voltumque recordor!
Nam memini Heſionae viſentem regna ſororis

Lao-

SERVII.

151. Rebus spectata juventus. [65] [Experimentis probata,] decennali [ſcilicet] praelio. Et bene promiſſionem rebus confirmat & teſtimoniis, quae eſt verbis invalida.

152. [66] [Ille os, oculosque loquentis. Sufficerat ad recordationem Anchiſae vultum agnoviſſe; addidit: *Et totum luſtrabat lumine corpus*, quod ſine dubio non vacat: nam quia Aeneas in virtute ſua, multa praedixerat, orationem ejus voluit aeſtimare de corpore: & poſtquam fides facta eſt, inde coepit: *Ut te, fortiſſime Teucrum, accipio.*]

153. Totum lustrabat lumine corpus. Paterna in eo lineamenta cognoſcens. [67] Lumine. Pro luminibus, id eſt, oculis.] Pauca refert. Non pauca, ſed paucis; id eſt, breviter. Hoc vult dicere: multa eum dixiſſe, ſed paucis. [68] [Ut te. Quemadmodum: *Ut te, fortiſſime Teucrum*, ad *Optime Grajugenum*, reddidit, *Fortiſſime Teucrum.*]

155. Agnoscoque libens. Poſtquam probavit ex habitu corporis vera eſſe, quae dicebat Aeneas, per Anchiſen eum laudat adulatione depoſita. Sane inter *agnoſco* & *cognoſco*, [69] ſuperfluo quidam volunt facere diſcretionem, ut *cognoſcamus novos*, *agnoſcamus antiquos*; ſed haec a poetis metri neceſſitate variantur: nam *agnoſco*, propter Synaloepham dixit.

156. [70] [Vocem Anchisae magni. Mire, quod non fecit Aenean dicentem, qui ſcit Euandrum cognoſcentem.]

157. [71] Hesionae visentem regna sororis. Commemorationi neceſſitudinis reddit commemorationem hoſpitii. Sane fabula de Heſione & nota eſt, & aliquot locis expoſita: quis enim neſcit a Laomedonte mercedem Neptuno & Apollini ob muros Trojae fabricatos negatam; cumque incurſu maris civitas vexaretur, coactum Laomedontem filiam Heſionam ceto objicere; eamque ab Hercule liberatam, everſa Troja & occiſo Laomedonte, propter negatum praemium, Telamoni ſuo comiti in matrimonium datam, ex qua natus eſt Teucer: quae cauſſa fecit, ut Priamus, ad viſenda ſororis regna proficiſcens, cum Salamina tenderet, & iter per Arcadiam faceret, & tunc ab Euandro eſſet ſuſceptus Anchiſes. Visentem regna. Videre cupientem.

VARIORUM.

Gudianus. *quodque ſupra teneant.* Edit. Juntina. BURM.

151. Et rebus spectata. Imitatus videtur Valerius Flac. I. 100. *Bellis ſpectataque fama Turba ducum*, quibus opponitur juventus, *cui necdum data copia rerum.* ubi vide quae diximus. BURM.

152. Os. *Oſque oculoſque* Leidenſis. HEINS. *Iſte os* Wittian.

153. Corpus. *Pectus* Witt. a m. pr.

154. Tunc. *Tum* ſcripti omnes. HEINS. *Juſtiſſime* Excerpta noſtra.

Ibid. Ut. Vid. Heinſ. ad Claud. II. Stil. 327.

155. Adcipio. *Adſpicio* Ed. Venet.

157. Hesiones. *Heſionae* Mediceus & Mentelianus uterque, & caeteri vetuſtiores maxima ex parte,

65 deſunt. ut, & ſcilicet abeſt, Voſ. L. R. Steph. al. 66 deſunt iiſdem. 67 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Baſil. 68 deſunt R. Voſ. V. Steph. al. 69 ſuperflue Fabr. 70 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 71 ut diximus ſupra I. 623. Hercules everſa Troja Heſionam Laomedontis filiam Telamoni ſuo comiti dedit, ex qua natus eſt Teucer. Priamus poſtea quum Salamina tenderet ad viſendum regnum ſororis, per Arcadiam iter fecit, & tunc ab Euandro ſuſceptus eſt Anchiſae V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ita dant pro vulgatis. varietates ſunt, ut, comiti tradidit R. Salaminam tenderet Voſ.

Laomedontiaden Priamum, Salamina petentem,
Protenus Arcadiae gelidos inviſere finis.
Tum mihi prima genas veſtibat flore juventa;
Mirabarque duces Teucros, mirabar & ipſum
Laomedontiaden: ſed cunctis altior ibat
Anchiſes. Mihi mens juvenali ardebat amore
Conpellare virum, & dextrae conjungere dextram:
Adceſſi, & cupidus Phenei ſub moenia duxi.
Ille mihi inſignem pharetram, Lyciaſque ſagittas

Diſce-

SERVII.

159. PROTENUS. Uno eodemque tempore: hoc eſt, dum pergit, vidit Arcadiam: nam non poſſumus ſimul intelligere; cum Salamina inſula ſit, [72] Arcadia in continenti.

161. MIRABARQUE DUCES TEUCROS. Hos laudat: quo melior ſit ille, quem praefert.

162. [73] [CUNCTIS ALTIOR. Non ſolum ad ſtaturam; ſed ad omnia.]

163. JUVENALI ARDEBAT AMORE. Ineſt enim juvenibus [74] ſtrenuis ſtudium adquirendarum amicitiarum. Horatius Art. Poët. 166. *Animuſque virilis Quaerit opes & amicitias.*

165. [75] [CUPIDUS. Ἐπιθυμῶν.] [76] PHENEI SUB MOENIA. Oppidi Arcadiae. Homerus Iliad. B. 605. Οἳ Φένεόν τ' ἐνέμοντο, καὶ Ὀρχομενὸν πολύμηλον. Nec nos debet movere, [77] quod, cum Euander de Palanteo ſit, dicit, *Phenei ſub moenia*: cum ſciamus poëtas vicinas omnes pro una habere civitates: ſicut de Didone facit, quam nonnunquam Tyriam, aliquotiens Sidoniam vocat.

166. ILLE MIHI INSIGNEM PHARETRAM. Jus hoſpitii habet inter ſe remunerationem; ſed verecunde tacet Euander de ſuis muneribus. [78] [LYCIASQUE SAGITTAS. Enumerando ſingula, efficit ne communia & ficta videantur.]

VARIORUM.

parte, neque aliter in praeſtantioribus Pierii videtur exaratum fuiſſe. idque Aruſianus quoque Meſſius agnoſcit, prolato hoc & duobus proxime ſubſecutis verſibus. pari etiam modo Nonius in *protinus*, & Priſcianus libr. VIII. & Macrob. lib. V. Saturn. cap. 14. vide modo ad ỷ. 139. mox iidem *Laomedontiadem* conſtanter, niſi quod vetuſtae Macrobii editiones *Laomedontiaden*. HEINS. *Heſione* Francianus & multi alii.

160. JUVENTA. *Juventas* hic denuo caſtigatiores libri, magno numero, de quo ad Claudianum Epith. Hon. v. 84. dixi. videantur & quae lib. V. 398. annotavimus. HEINS. *Cum mihi* Venetus. *veſtiebat* Montalbanius. *juventus* Zulichemius & Leidenſis. ſed *juventas* Servius inſr. ad ỷ. 659. *juventus* a m. pr. *juventas* a ſec. Dorvil.

161. DUCES TEUCROS. *Teucrum* Gudianus pro diverſa lectione. ſic lib. I. 555. *pater optime Teucrum*. lib. II. 281. *ſpes o fidiſſima Teucrum*. lib. V. 592. *Teucrum nati*, & 675. *agmina Teucrum*, & 690. *Res tenues Teucrum*. lib. VI. 562. *dux inclyte Teucrum*. lib. VIII. 154. *Fortiſſime Teucrum*. lib. IX. 225. *ductores Teucrum primi*. lib. XII. 562. *Teucrum legio*. atque ita paſſim. HEINS. Sic variant codices lib. VI. 489. *Danaum*, vel *Danai*, *proceres*. *Legati Allobroges* vel *Allobrogum*. apud Ciceron. III. Catil. 2. & ſimilia paſſim. vid. ad Sueton. Neron. XXIX. BURM.

163. JUVENILI. *Juvenali* Mediceus, Dorvil. & plurimi alii.

164. ET DEXTRAE. *Et dextram* c. *dextrae* Parrhaſ. *dextrae jungere dextram* Venetus. id eſt jus hoſpitii cum eo inire.

165. PHE-

72 Arcadium V. R. Arcadiae Steph. Dan. 73 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 74 deeſt iiſdem. 75 deſunt iiſdem. 76 FINEI. hic & mox R. V. 77 quod Evander de Pallanteo ſic dicit. Steph. al. cum E. d. Pall. ſic dixit. Dan. mox, ſciamus poetam Lipſ. 78 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al.

Diſcedens, chlamydemque auro dedit intertextam,
Frenaque bina, meus quae nunc habet, aurea, Pallas.
Ergo &, quam petitis, juncta eſt mihi foedere dextra:
Et, lux quum primum terris ſe craſtina reddet,
Auxilio laetos dimittam, opibuſque juvabo.
Interea ſacra haec, quando huc veniſtis amici,
Annua, quae differre nefas, celebrate faventes
Nobiſcum, & jam nunc ſociorum adſueſcite menſis.

Haec

SERVII.

167. Auro dedit intertextam. Legitur & intertexto. [79] [Et figurate dictum eſt, intertextum aurum habentem.]

168. Frenaque bina. Poëtice: nam duo debuit dicere: *bina* enim ſecundum Ciceronem non dicuntur, niſi de his, quae ſunt numeri tantum pluralis: nam Cicero per epiſtolam culpat filium, dicens, male eum dixiſſe, [80] *Direxi literas duas*: cum *literae*, quotiens epiſtolam ſignificant, numeri tantum pluralis ſint. Contra, *epiſtolas binas* non dicimus, ſed *duas*.

169. Juncta est mihi foedere dextra. Antiquis amicitiis per Anchiſae hoſpitium.

171. [81] [Auxilio laetos dimittam. Haec ſunt pauca, quibus auxilium pollicetur. Opibus. Id eſt, militibus. *Opes* antiqui vocabant milites.]

172. Quando huc venistis amici. Siquidem amici [82] veniſtis. Extraneos enim ad ſacra non licebat adhibere. Hos autem adhibet ad ſacra, quaſi antiquis junctos amicitiis: unde infert: *Et jam nunc ſociorum aſſueſcite menſis*.

173. Annua quae differre nefas. Anniverſaria ſacrificia, [83] [id eſt, ſolennia,] ideo non differuntur: quia nec iterari poſſunt. [84] [Solenne autem hoc eſſe ipſe ait: *Forte die ſollennem illo rex Arcas honorem*.] Nam kalendaria, [85] ſi qua fuerint ratione dilata, poſſunt repeti: nec piaculum eorum intermiſſione [86] committitur. [87] [Sane hoc *ſacrum pollutum* vocatur, quod populo annis ſingulis luitur. Faventes. Ut in ſacris: *Favete linguis: favete vocibus*.]

174. Et jam nunc. Ordo eſt, & jam ſociorum.]

VARIORUM.

165. Phenei. *Phoenei*, *Finei*, *Phinei*, *Penei* codices.

167. Intertextam. *Intertexto* in Vaticano Pierii veterrimo, quod ab illo damnatum mihi plurimum adridet, cum compertum habeam, iſtiuſmodi locutionibus Maronem frequenter uti. quid quod id ipſum & in Moretano ſecundo exſtat, & a manu prima in primo Rottendorphio. ſic infr. ℣. 487. *Tabo ſanieque fluenti* in membranis nonnullis, non *fluentes*. ℣. 548. *Praeſtanti virtute*, pro *praeſtantes*, ex veteri libro. HEINS. *Intertexto* etiam tertius Mentelius, Regius & Excerpta noſtra.

169. Ergo et. *Et* eraſum in Dorviliano. *quae* Montalbanus. *& nunc quam* Leidenſis. mox, *lux quam* Bigotianus. *terris primum* Leidenſis.

171. Lae-

79 deſunt iisdem. 80 *direxit literas duas* R. *direxi l. ſuas* Voſ. *direxi tibi l. d.* Lipſ. an hoc ſemper procedat dubito, quum hoc ipſo loco Maro ℣. 168. *frena bina* dixerit. *frenum* vero in ſingulari habet lib. XII. 568. ſic *binas aures* I. Georg. 172. *binas facies* IV. Georg. 95. & ita ſaepe. nec ſemper verum eſt, quod tradunt Grammatici, *bina* ſignificare duo conjuncta vel paria, quum & diſparia notent. ut obſervat Paſſerat. ad Propert. II. I. pag. 246. ut Ecl. V. 67. *Pocula bina*. nec haec tricas eſſe Grammaticorum, ſed in jure etiam inde lites natas, docet l. 30. ff. de Legat. 3. ubi differre notat Labeo, ſi quis legaverit *pocula oleagina paria duo*, aut *paria bina*. ubi *duo paria* faciunt unum par, ſive duo pocula inter ſe paria & aequalia. *bina paria*, quatuor. BURM. 81 deſunt Voſ. V. R. Lipſ. Steph. al. 82 jam veniſtis iidem. 83 deſunt iisdem. 84 deſunt R. V. Lipſ. Baſil. 85 ſi quae f. r. dilatata V. 86 committetur V. 87 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 175. Cl. Dorvillio placebat hic legi, *ſacrum pollactum*, de qua voce vid. Caſaub. ad Sueton. Caeſ. XLVII. & Feſtum in *Pollicere*, ubi notae videndae. *polluta* etiam ſacra aliud quid notant, ut Clodius pollutarum cerimoniarum reus apud Suet. Caeſ. VI. docet. probo itaque viri docti emendationem, prae nugis Servianis. BURM.

Haec ubi dicta, dapes jubet & ſublata reponi
Pocula, gramineoque viros locat ipſe ſedili:
Praecipuumque toro & villoſi pelle leonis
Adcipit Aenean, ſolioque invitat acerno.
Tum lecti juvenes certatim araeque ſacerdos
Viſcera toſta ferunt taurorum, onerantque caniſtris
Dona laboratae Cereris, Bacchumque miniſtrant.
Veſcitur Aeneas, ſimul & Trojana juventus,
Perpetui tergo bovis, & luſtralibus extis.

Poſt-

SERVII.

175. DAPES. Epulae deorum propriae, ut Jovis coena. [88] [SUBLATA REPONI POCULA. Quoniam metu reliquerant menſas, ideo ait *reponi*. GRAMINEO. Hic de gramine facto: alibi *gramineo*, pro graminoſo, ut VII. 106. *Gramineo ripae religavit ab aggere claſſem.*]

176. SEDILI. Bene *ſedili:* nam in templo Herculis lectiſternium eſſe non licebat. [89] [Quamvis apud veteres omnes ſedentes veſcerentur.

177. PRAECIPUUM. Poteſt & *praecipue* accipi.] VILLOSI PELLE LEONIS ACCIPIT AENEAM. Aut ſuſcipit ad ſedendum: aut paſcit, ut III. 353. *Illos porticibus rex accipiebat in amplis.* Torum autem herbarum ſuper ſolium fuiſſe [90] intelligamus, ne ſit ſedili contrarium. Congrue autem de leonis pelle [91] dicit coopertum: [92] quaſi in Herculis ſacris.

179. TUM LECTI JUVENES. Non vacat *lecti:* in ſacris enim Herculis nec ſervi intererant, nec liberti: adeo ut Appius, qui ſacra haec tranſtulit in libertos, [93] [vel, ut quidam volunt, in ſervos publicos,] & caruerit oculis; & intra annum omnem familiam perdiderit Pinariorum. [94] [INVITAT ET ACCIPIT. Verba hoſpitalia.] CERTATIM. Id eſt, ſtudioſe. ARAEQUE SACERDOS. Maximae ſcilicet: nondum enim templum Herculis fuerat; ſed ara tantummodo, quam *maximam* dicit ex magnitudine fabricae.

181. LABORATAE CERERIS. Quae eget laboris, ut I. Georg. 150. *Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos Eſſet rubigo.* Glandes enim ſine ullo labore naſcuntur.

183. PERPETUI TERGO BOVIS. Aut ſecundum Homerum intelligendum, qui dicit carnes dorſi apponi ſolitas honorabilioribus: ut ſit ſenſus talis: Poſuit ante eos magni bovis carnes eas, quae apud majores in honore fuerunt: aut re vera *perpetui:* nam de hoc bove, immolato Herculi, carnes carius vendebantur, cauſſa religionis: & inde [94] * vitulus alter redimebatur, qui ex illius pretio comparatus quaſi perpetuus eſſe videbatur. TERGO autem, poteſt a parte totum intelligi, [95] [quamvis alii dicant ideo *tergo bovis*, quod ad *aram maximam* aliquid ſervari de tauro [96] nefas eſt: nam & corium illius mandunt.] LUSTRALIBUS. Aut pinguibus: moris enim fuerat completo luſtro pingues victimas offerre Cenſores: aut certe de quinquennali bove, id eſt, perfectae aetatis: nam Homerus dicit [97] Iliad. H. 314. Τοῖσι δὲ βοῦν ἱέρευσεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων Ἄρσενα, πενταέτηρον ὑπερμενέϊ Κρονίωνι. Νώτοισιν δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν Ἥρως Ἀτρείδης, εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων. [98] [Aut quia per quinquennium ipſis victimis Urbs luſtrari ſolebat. Alii proprie *luſtralia* dicunt, quae duabus manibus accepta in aram Pontifex vel Cenſor imponit, quae non proſecantur.]

VARIORUM.

171. LAETOS. *Tutos* Leidenſis & Parrhaſ. *demiſ-*

88 deſunt iiſdem. 89 deſunt iiſdem. 90 intelligemus R. 91 dicitur Steph. Dan. Fabr. 92 qua nihil opportunius in Herculis feſto Dan. Fabr. 93 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 94 deſunt iiſdem. 94 * deeſt Lipſ. 95 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 96 nefas eſt * nam Dan. 97 Πῖον πενταέτηρον Dan. πῖον πεντ. V. βοῦν ἄρσενα πενταέτηρον Fabr. in MSſ. ut ſemper Graecae voces turbatae erant, vel deerant. Homerus dixit Baſil. 98 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al.

Poſtquam exemta fames, & amor conpreſſus edendi,
Rex Euandrus ait: Non haec ſollemnia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram
Vana ſuperſtitio veterumque ignara Deorum
Inpoſuit. Saevis, hoſpes Trojane, periclis
Servati facimus, meritoſque novamus honores.
Jam primum ſaxis ſuſpenſam hanc adſpice rupem:
Disjectae procul ut moles, deſertaque montis

Stat

SERVII.

184. Postquam exempta fames, et amor compressus edendi. Poſtquam & neceſſitati ſatisfactum eſt, & voluptati.

185. [99] [Rex Euandrus. Aut non ſervavit nominis declinationem: nam *Euander* facit, ſicut ipſe alibi x. 515. *Pallas Euander in ipſis*, aut Graece declinavit, ὁ Εὔανδρος.] Non haec sollemnia. Variat in uno pronomine. *Non haec ſollemnia nobis: Has ex more dapes: hanc tanti numinis aram.*

187. Vana superstitio. *Superſtitio*, eſt timor ſuperfluus & delirus: aut ab aniculis dicta *ſuperſtitio:* [1] quia multae ſuperſtites per aetatem delirant, & ſtultae ſunt: aut ſecundum Lucretium i. 66. *Superſtitio, eſt ſuperſtantium rerum*, [2] [id eſt,] caeleſtium & divinarum, id eſt, quae ſuper nos ſtant, inanis & ſuperfluus timor. Veterumve ignara deorum. Duo dicit; Non ideo Herculem colimus; aut quia omnem religionem veram putamus; aut quia deos ignoramus [3] antiquos. Cautum enim fuerat, & apud Athenienſes, & apud Romanos, ne quis novas introduceret religiones: unde & Socrates damnatus eſt: & Chaldaei, [4] & Judaei, ſunt Urbe depulſi. [5] [Sane quidam veteres deos *Novenſiles* dicunt, quibus merita virtutis dederint numinis dignitatem: ergo ideo *vana:* quia ſuperſtitio ignara deorum.]

189. Novamus honores. Detraxit re: nam *renovamus* debuit dicere, quam particulam alibi addidit, ut iii. 717. *Fata renarrabat divum.* [6] [Aliter in quarto 260. *Tecta novantem* dixit. Quidam intelligunt proprie eſſe *novare*, replicando vetera quandam facere novitatem, ac per hoc excludere vetuſtatis injuriam.]

190. Suspensam hanc aspice rupem. [7] Cacus, ſecundum [8] fabulas, Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumum vomens, qui vicina omnia populabatur. Veritas tamen ſecundum Philologos & Hiſtoricos hoc habet: hunc fuiſſe Euandri nequiſſimum ſervum ac furem. Novimus autem *malum* a Graecis *κακὸν* dici: quem ita illo tempore Arcades appellabant: poſtea tranſlato accentu *Cacus* dictus eſt: ut [9] *Helene Helena*. Ignem autem dictus eſt vomere, quod agros igne populabatur. Hunc ſoror ſua ejuſdem nominis prodidit: unde etiam ſacellum meruit, in quo ei [10] pervigili igne, ſicut Veſtae, ſacrificabatur. Suspensam rupem. Quaſi jam jamque lapſuram.

VARIORUM.

mittam Editio Juntina. *tutos dimittam* Pugetianus. & ita Servius infr. ad ℣. 464.

172. Haec. *Sacra, huc quando veniſtis* Menagii prior. *Annue* alter Hamburgicus. *celebrare* alter Menagii.

174. Et jam. *Jam* deeſt Parrhaſ. ut hiatus ſit poſt *nobiſcum*.

177. Prae-

99 deſunt iisdem. 1 quae multis V. Baſil. 2 deſunt V. 3 apud antiquos V. 4 vel Judaei V. Voſ. R. Lipſ. 5 deſunt V. Lipſ. 6 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 7 Caeculus R. hoc repetitum eſt ex lib. vii. 681. ubi de Caeculo Vulcani itidem filio agitur. 8 fabulam V. R. Voſ. Baſil. 9 Helenus Helene V. forte rectum. ut enim ab *Helenus* viri nomine, *Helene* vel *Helena*, eſt derivatum, ita a *Cacus Caca*. ſed neſcio an ſuo loco ponatur, & non potius poſt, *ſoror ejuſdem nominis Caca*, ut *Helenus Helene*, ſit ponendum. 10 per virgines Veſtae ſacrificabatur Voſ. V. R. Lipſ. Steph. al. pervigili igne, ſicut Veſtae, ſacrificabatur Dan. Fabr. unde Maſvicius *per virgines ſicut Veſtae ſ.* habeat neſcio, niſi ex variis lectionibus & gloſſis conflaverit. ego praetuli Danielis & aliorum lectionem, quia ignis melius Vulcani filiae convenit. illam *Cacam* eſſe dictam puto. BURM.

Digitized by Google

Stat domus, & ſcopuli ingentem traxere ruinam.
Hîc ſpelunca fuit vaſto ſummota receſſu,
Semihominis Caci: facies quam dira tenebat
Solis inacceſſam radiis: ſemperque recenti
Caede tepebat humus; foribuſque adfixa ſuperbis
Ora virûm triſti pendebant pallida tabo.

Huic

SERVII.

193. [11] [Recessu. A veſtigiis ſcilicet hominum.]

194. Semihominis. Hoc eſt, feritate corrupti. [12] [Facies. Pro, univerſus viſus.]

195. Inaccessam. Participium ſine verbi origine: *accedor* enim non dicimus; ſed tale eſt, ut *placita*, *nupta*, *triumphata*, [13] [*regnata*. Et quaeritur, quis hoc ante Virgilium dixerit?

197. Ora virum. Hoc eſt, capita.]

VARIORUM.

177. Praecipuumque. *Principioque* Menagii prior.

178. Solio. Pro in ſolium, ut ſedeat. infr. IX. 676. *invitant moenibus hoſtem.* ubi Serv. *ad moenia.*

179. Lecti. *Laeti* Vratiſlav. & Francianus, & Parrhaſ. & mox, *miniſtrant* idem. *frequentant* Ed. Venet.

180. Ferunt. *Ferant* prior Mentelii.

183. Lustralibus extis. Vide Barth. ad Stat. I. Theb. 507. explicat expiatoria.

185. Evander. *Evandrus* Pugetianus & alii. *Evandros* alter Hamburgenſis, & alter Mentelii. vid. ſupr. ỷ. 100. haec vero imitatus Statius lib. I. Theb. 567. & ſeq. in convivio Adraſti. BURM.

187. Veterumve. *Veterumque* Mediceus, & vetuſtiores Pieriani, Voſſianus prior, Gudianus, & ſex alii. & ita Lactantius agnoſcit. HEINS.

188 Hospes. *Hoſtes* Francianus. *hoſpes ſervata periclis* prior Menagii.

189. Facimus. *Colimus* Menagii prior. *meritos ſacramus honores* Excerpta noſtra & Dorvill. *renovamus* primus Moreti.

190. Jam primum. *Jam pridem* ſex aut ſeptem codices, ſed recentioris notae. HEINS. Et ita Dorvill. & Wittian. Serv. ad I. Aen. 438. *hanc primum ſ. ſ. ſuſpice rupem. Accipe* Francianus a manu prima.

191. Disjectae. Vid. ad I. Georg. 283. & infr. 355.

192. Traxere. *Taxere* & ſuperſcripta litera *e*, *texere* a manu ſecunda Francianus. *texere* Menagii prior.

193. Hic. *Haec* quartus Moreti. *huic* Venetus.

194. Facies quam dira tegebat. *Tenebat* malo cum vetuſtioribus. male etiam poſt τὸ *facies* diſtinguebatur, quamquam Mediceus a m. pr. *tegebat*, ut in Pierianis, & nos in Gudiano ac ſex aliis minoris rei invenimus. HEINS. *Quem dira* ſecundus Moreti, quod aliquis defenderit ex illo, *ſcelus qui me perdidit*, apud Terent. Andr. III. v. I. & ſimilibus. *tegebat* etiam Dorvil. & Edd. veteres. & hoc placuit Stephano in Diſſert. de Criticis pag. 69. confunduntur vero ſaepe haec verba. vide ad Ovid. II. Met. 3. & II. Faſt. 465. nec etiam diſpliceret continua oratione legere,

Semihominis Caci facies quam dira tenebat.

ut ſit ordo, ſpelunca, quam dira facies ſemihominis Caci tenebat. ut *facies Caci* ponatur pro Caco. vid. ad lib. VI. 575. & infr. ỷ. 298. vide Ruaeum. BURM.

195. Solis inaccessam. *Inaſpectam* Scholiaſtes Statii Theb. I. 362. quomodo & ipſe Statius I. Theb. 49.

Imaque receſſu
Sedis inadſpectos coelo radiiſque penates
Servantem.

inaccenſam Leidenſis, & Moretanus quartus. HEINS. *Inacceſam* Francianus. *inaſpectam* non diſplicet. Horat. Epod. XI. *ſol adſpicis Conopeum.* in lib. VII. 100. *qua Sol utrumque recurrens Adſpicit Oceanum. inadſpectum* etiam Lutat. ad illa Statii I. Theb.

11 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 12 deſunt iisdem. 13 deſunt iisdem. ſed *regnata* habet V. & Lipſ.

Huic monſtro Volcanus erat pater: illius atros
Ore vomens ignis magna ſe mole ferebat.
Adtulit & nobis aliquando optantibus aetas
Auxilium adventumque Dei. Nam maxumus ultor,
Tergemini nece Geryonae ſpoliiſque ſuperbus,
Alcides aderat, tauroſque hac victor agebat
In-

SERVII.

198. HUIC MONSTRO. Bene [14] vitavit caſum, in quo inerat turpis ſignificatio [15] [verbi, ne diceret *huic Caco*.]

200. ET NOBIS. Sicut multis, quibus Hercules profuit monſtra purgando. AETAS. Beneficium temporis, ut IX. 7. *Volvenda dies en attulit ultro.*

201. AUXILIUM ADVENTUMQUE DEI. Hyſteron proteron: ante enim *adventum*, ſic *auxilium* debuit dicere. MAXIMUS ULTOR. Non tantum noſter; ſed & omnium [16] terrarum: [17] [unde Lucanus IV. 610. *Terras monſtris aequorque levantem Magnanimum Alciden Libycas excivit in oras.*]

202. TERGEMINI NECE GERYONIS. [18] Hanc fabulam diximus illo loco VII. 661. *Poſtquam Laurentia victor Geryone extincto Tyrinthius attigit arva.* SPOLIISQUE SUPERBUS. Atqui boves abduxerat; ſed *ſpolium* eſt, quidquid de hoſtibus tollitur, ut XI. 80. *Addit equos & tela, quibus ſpoliaverat hoſtem.* Item VI. 168. *Poſtquam illum vita victor ſpoliavit Achilles.* [19] [Sane aliter ſupra: *Foribuſque ſuperbis.*

203. VICTOR. Perpetuo epitheto Herculis uſus eſt: quia omnia animalia vicit; quod in ſequentibus plenius dicetur. Sane de Caco, interempto ab Hercule, tam Graeci quam Romani conſentiunt. Solus Verrius Flaccus dicit: *Garanum fuiſſe paſtorem magnarum virium, qui Cacum adflixit; omnes autem magnarum virium, apud veteres, Hercules dictos.*]

VARIORUM.

Theb. 362. *nullis adſpecta per aevum Solibus aeſtiva.* qui & lib. VIII. 241. Oedipum dicit, *Semper inadſpectum diraque in ſede latentem.* BURM.

196. FORIBUSQUE ADFIXA. *Foribus adfixa* primus Moretanus, pr. Rottendorf. & uterque Hamburgicus. HEINS. *Fora adfixa* vitioſe Parrhaſ. *ſuſpenſa* ex Pierianis non recipiendum jam notaverat Heinſ. ad Ovid. IX. Epiſt. 89.

197. PALLIDA. *Squallida* Mediceus a manu prima.

198. UTROS. *Atrox* Francianus.

202. TERGEMINI NECE GERYONIS. Reſpexit hunc verſum Symmachus lib. I. Epiſt. I.

Huc Deus Alcides ſtabulanda armenta coëgit,
Eruta tergemini de lare Geryonae.

non *Geryonis*. ita enim ſcribendus hic locus, cum in vetuſtiſſimo codice, *Fervit ager jone & ejulare tergemini*. *Geryonae* vero hic Mediceus & uterque Mentelianus. licet Scholiaſtae Horatii & Statii vulgatam ſcripturam agnoſcant perperam. *Geryonae* etiam prior Voſſianus, & Gudianus, cum tertio Rottendorphio, & Moretano ſecundo. bene. ſic enim vetuſtiori ſeculo enuntiabant: *Oreſtes, Oreſtae. Pylades, Pyladae. Philoctetes, Philoctetae. Thyeſtes, Thyeſtae.* & ita porro Adeantur notata ad Naſonis Epiſt. VIII. 9. Apud Senecam in Tragoediis frequenter quoque codex vetuſtiſſimus Mediceae Bibliothecae pro *Geryonis* exhibet *Geryonae*, ut in Herc. Fur. *Geryonae pecus.* & *Geryonae ſpolium triformis* Agamemn. *rapta fero plaga Geryonae* Herc. Oetaeo. apud Silium membranae Colonienſes lib. III. 422.

Geryonae peteret cum longa tricorporis arva.

apud Priſcianum Periegeſi vetuſta exemplaria:

Finibus olim
Venit hyperboreis quae gens, poſt fata peremti
Geryonae.

Propertius lib. III. 21. *Geryonae ſtabula.* HEINS. *Geryonis* plurimi, & ita Comm. Horat. ad II. Od.

14 mutavit V. Voſ. R. Steph. non video caſum mutatum. forte bene mutavit *Caco'*, ſcilicet in MONSTRO. propter *ſuregulae* nominis. 15 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. ne ſi diceret *huic Caco*, Cacophoniam faceret Baſil. 16 deeſt R. Lipſ. Baſil. 17 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. 18 haec fabula dicta eſt Dan. Fabr. 19 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad ꝟ. 205.

Ingentis: vallemque boves amnemque tenebant:
At furis Caci mens effera, ne quid inauſum
Aut intractatum ſceleriſve dolive fuiſſet,
Quatuor a ſtabulis praeſtanti corpore tauros
Avertit, totidem forma ſuperante juvencas.
Atque hos, ne qua forent pedibus veſtigia rectis,
Cauda in ſpeluncam tractos, verſiſque viarum
Indiciis raptos, ſaxo occultabat opaco.

Quae-

SERVII.

205. AT FURIS CACI MENS. Pro, ingenti ſcelere, *furis* nomen poſuit. Capitale enim crimen apud majores fuit ante poenam quadrupli. [20] [Sed hic quidam ab Euandro tanquam in degeneris fraude *furem* appellatum volunt.]

208. AVERTIT. Erat proprium *abegit*; ſed reſpexit ad praedam, quae averti dicitur, ut I. 527. *Raptas ad littora* [21] *avertere praedas*. ATQUE HOS. Quotiens maſculinum & foemininum junguntur, haec diſciplina eſt; ut, etiam ſi poſterius eſt foemininum, maſculino reſpondeamus.

209. [22] [PEDIBUS RECTIS. Pro, pedum rectorum, dativus pro genitivo.]

210. VERSISQUE VIARUM INDICIIS. [23] [Hoc eſt, veſtigiis, quod averſi trahebantur:] id eſt, contra naturam injicientibus errorem indiciis. Ipſa, inquit, decipiebant indicia, quae indicare conſuerunt: nam *indicium*, ab *indicando* nomen accepit.

VARIORUM.

Od. 14. Lutat. ad Stat. VI. Theb. 289. & alii. ſed omnes perperam, ut ipſe Servius docere poteſt ad lib. VII. 662. vide & quae diximus ad Sueton. Tiber. XIV. BURM.

203. HAC. *Huc* a manu prima Francianus.

205. FURIIS. *Furis* legit Servius. ſic habet manuſcriptum. idem approbat lib. IV. IX. 13. Propertius. *Furem ſonuere juvenci*, *Furis & implacidas diruit ira fores.* Furis autem nomen, & olim & hoc tempore in Italia, caeteris flagitiis magis infame. FABRIC. *Furis Caci* Mentelianus uterque & Vaticanus Pieril, etiam alii complures ex noſtris, quam ſcripturam & Servius agnoſcit. nos vulgatam amplectimur, cum alteram arbitremur procuſam eſſe ex vetuſta ſcribendi ratione, quae in marmoribus frequens admodum occurrit, pro geminata I litera, unam exhibens. ita paſſim in vetuſtiſſimis codicibus *dicit*, *proicit*, *conicit*, *obice*, *adicit*. mox habebimus ℣. 219. *Alcidae furiis exardens dolor*. HEINS. *Furis* probat Brouckh. ad Propert. IV. IX. 13. & H. Steph. diſſ. de Criticis p. 71. Markland. ad Stat. IV. Silv. VI. 91. & eſt in Franciano & Parrhaſ. & Regio & Dorvil. qui in ſuo offendit & in Amſtelaedamenſi, niſi quod I ſuperſcriptum ſit. praeterea in hanc lectionem pronior eſt, quia noſter etiam ἁπλῶς *efferus* utatur, non addito ablativo. ſupr. ℣. 7. & inf. 484. quum aliter ſoleat addi caſus. ut lib. IV. 642. *coeptis immanibus effera.* ſed ſupr. h. l. 5. *juventus effera.* Valer. Flac. V. 517. *effera Regis ira.* II. 648. *Effera virtus Bebrycis.* & ut hic *effera mens*, ita *effera corda* idem lib. I. 798. & ita alii. ne tamen Cl. Dorvillio ingratior poſſet videri tota haec narratio, quia per prolepſin Cacus hic *fur* diceretur, notandum hoc Virgilio eſſe familiare, ut in oeconomia ponat ea quae *praejudicia* vocabant artis magiſtri, & quae eventum rei ante rem ipſam, quae vel ſequetur, vel eventura intelligitur, proponit. vid. ad lib. IX. 592. & ſaepe alibi. praeterea furtis jam notus erat ante adventum Herculis, ut *Furis* nomen jam haberet. BURM.

206. INTENTATUM. *Intractatum* cum Pierianis noſtri prior Mentelius, & Menagianus uterque

20 deſunt iidem. 21 *avertere* Steph. Dan. perperam & contra metrum. nec correxit Maſvicius. videtur hoc exemplum adduxiſſe Servius quaſi tmeſis eſſet *a litore vertere*, pro *avertere litore.* nam pro varia lectione ibi notatum, *a litore vertere*. vid. ad lib. I. 472. BURM. 22 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 23 deſunt V. R. Voſ.

Digitized by Google

Quaerenti nulla ad ſpeluncam ſigna ferebant.
Interea, quum jam ſtabulis ſaturata moveret
Amphitryoniades armenta, abitumque pararet,
Diſceſſu mugire boves, atque omne querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
Reddidit una boum vocem, vaſtoque ſub antro
Mugiit, & Caci ſpem cuſtodita fefellit.
Hîc vero Alcidae furiis exarſerat atro

Felle

SERVII.

212. [24] SIGNA. Et hic *ſigna*, pro veſtigiis.]

215. OMNE QUERELIS IMPLERI NEMUS. Non, ut multi dicunt, quia conſortes [25] perdiderant: ſed quia avellebantur a paſcuis: inſita enim eſt [26] bobus aviditas edendi: unde eſt VII. Ecl. 44. *Ite domum paſti, ſi quis pudor, ite juvenci:* [27] [vel certe propter ſtabulorum mutationem. IMPLERI NEMUS. Pro, *impletur* & *relinquitur*, infinitum pro indicativo.]

216. ET COLLES CLAMORE RELINQUI. Cum clamore, ut I. 519. [28] [*Et templum clamore petebant*, &:] IV. Georg. 484. [29] *Atque Ixionei vento rota conſtitit orbis*, id eſt, cum vento. Et hoc eſt melius: nam multi dicunt: Relinquebantur colles etiam a clamore, hoc eſt, tantum receſſerant a collibus boves, ut nec echo reſultaret; ſcilicet ad colles jam clamore non perveniente: quod non procedit: quia hoc ſenſu illud excluditur, REDDIDIT UNA BOUM VOCEM. Si enim tam longe [30] fuerunt, ut nulla ratione recedentium boum mugitus colles derelictos feriret: quemadmodum incluſi bovis eſt clamor auditus ab Hercule? [31] [Alii: ita inquit imago vocis evadens, tanquam relictis collibus inauditur. *]

217. REDDIDIT. Quaſi inclamata. UNA BOUM. [32] [Figura Graeca, μία τῶν βοῶν.]

218. MUGIIT. More ſuo, pro, *mugivit*, ut VII. 516. *Audiit & Triviae longe lacus.* [33] [CUSTODITA FEFELLIT. Id eſt, dum cuſtodiretur fefellit.

219. EXARSERAT. Pro, exarſit] ATRO FELLE DOLOR. Quo iraſcimur, ſecundum Phyſicos; ut ſplene ridemus. Perſius I. Sat. 16. *Sed ſum petulanti ſplene cachinno.*

VARIORUM.

que cum Gudiano, quod Pierio impenſe adridebat, cum *tractandi* verbum furibus ſit convenientiſſimum. *Equus novus ac intractatus* Ciceroni de Amicitia 19. dicitur. *bruma intractabilis* noſtro in Georgicis lib. I. 211. HEINS. Vide ad Grat. Cyneg. 134. *dolive fuiſſent* Medic. & Gudian. a m. pr. *tuliſſet* alter Hamburg.

208. AVERTIT. *Advertit* Dorvill.

209. FORENT. *Ferent* primus Moreti. *veſtigia certis* Parrhaſ. *atque has* Venetus.

212. QUAERENTUM. *Quaerenti* Mediceus & uterque Mentelianus, cum tribus Moreti, totidem Rottendorphiis, priore Voſſiano, Leidenſi, altero Menagiano, altero Hamburgico & Schefferio, etiam Gudiano a manu prima. tres alii ex noſtris, *quaerentes*, quomodo & Gudianus a manu ſecunda. Forte *quaerentis* primo exaratum fuit, unde poſtea *quaerenti* ſit factum. certe Pierius & *quaerentis* & *quaerente* in ſuis invenerat. ſed vide omnino quae diximus de hoc loco ad lib. II. 207. HEINS. *Quaerentem* Dorvil. Parrhaſ. Ed. Modiol. Ald. Junt.

213. MOVERET. *Movebat* Venetus.

214. PARARET. *Pararat* quartus Moreti. *parabat* Mediceus a manu prima. *habitumque* Francianus. & Parrhaſ.

215. DISCESSU. *Diſceſſum* Gudianus. HEINS. Cum gloſſa, propter diſceſſum.

216. RELINQUI. Id eſt a bovibus praeteriri, cum clamore & mugitu. ut ad Val. Flac. III. 686. notavimus. ita Seneca Epiſt. CIX. *niſi properantes relinquimur.* Hirtius lib. VIII. de Bel. Gal. 39. Caeſar *Calenum cum legionibus* II. *relinquit.* non ut maneret eo in loco, *ſed ut juſtis itineribus ſe* ſub-

24 deſunt V. R. Baſil. 25 perdiderunt V. ſed quia vellebantur Baſil. 26 bubus V. Voſ. R. 27 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 28 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 29 *Ixionei* R. Dan. *Ixioni* Baſ. 30 fuerant Baſil. 31 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 218. Fabr. ad 217. 32 Jul. Rufinianus hoc exemplum adducit in Schemat. Lexeos pag. 38. in figura Graeca aut caſuum varietate, pro *una e bubus*. BURM. 33 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. Fabr. al.

Felle dolor: rapit arma manu, nodiſque gravatum
Robur; & aetherii curſu petit ardua montis.
Tum primum noſtri Cacum videre timentem,
Turbatumque oculi. Fugit ilicet ocior Euro,
Speluncamque petit: pedibus timor addidit alas.
Ut ſeſe incluſit, ruptiſque inmane catenis
Dejecit ſaxum, ferro quod & arte paterna
Pendebat, fultoſque emuniit objice poſtes;
Ecce, furens animis aderat Tirynthius, omnemque

Ad-

SERVII.

220. RAPIT ARMA MANU, NODISQUE GRAVATUM ROBUR. [14] [Duo dixit,] ſagittas [15] [& clavam:] & non vacat *que:* nam ſi *armorum* Epexegeſis eſt, *Nodiſque gravatum robur*, vacat *que*. *Gravatum* autem, pro *grave* poſuit: nam *grave*, eſt per naturam ponderoſum: *gravatum*, quod oneratur extrinſecus. [16] [Sed quidam melius *gravatum*, quam *grave* dictum volunt, quaſi extrinſecus nodi ſint additi.

222. TUM PRIMUM. Id eſt, primo Herculis beneficio.]

223. TURBATUMQUE OCULIS. Ea parte turbatum, quae proditrix mentis eſt. Alii OCULI legunt, [17] [& accipiunt a ſuperioribus: *videre turbatum* [18] *oculi*] [ILICET. Poteſt *ilicet* accipi pro *igitur*, aut *continuo*.]

226. ARTE PATERNA. Perſeverat in fabula. [19] [Sane aliter ferro; aliter arte.]

227. FULTOSQUE EMUNIIT. [40] [Hyſteron proteron: fulſit ut muniti eſſent: &] *emuniit*, ſicut *mugiit*, pro, mugivit & emunivit. OBICE POSTES. *Hanc obicem* dicimus, ut X. 377. *Ecce maris magna claudit nos obice pontus*. Dubitant enim multi utrum maſculinum ſit, [41] [an femininum.]

228. TIRYNTHIUS. A *Tyrinthia*, [42] in qua nutritus eſt, civitate, ut diximus ſupra VII. 662. [43] [& eſt verſus hypermetrus.

VARIORUM.

ſubſequeretur. ſic Claudian. IV. Conſ. Honor. 103. *clauſos montes, ut plana, relinquit.* id eſt celeriter & facile tranſit, & poſt ſe relinquit. Lucret. V. 625. *ideoque relinqui Paullatim ſolem.* vid. & ſupr. v. 171. ita Graecis λιπεῖν. v. Cl. Periz. ad Aelian. I. 23. BURM.

218. MUGIIT. *Mugit* Menag. alter.

219. EXARSERAT. Cl. Dorvillius malebat, *exardet*, vel *exarſit & atro.* ut lib. XIV. 946. *furiis accenſus & ira terribilis.* illud & certe ſaepe in partem alterius vocis abiit, culpa librariorum. *Alcides* Venetus. BURM.

221. ROBUR. *Robor* Mentelii prior & Gudianus.

Ibid. AERII. *Aetherii* in Menteliano priore, Gudiano, & aliis octo. nil mutandum. *aërii ſpecula de montis* etiam in Bucolicis habuimus. HEINS. *Aërii* nonnulli, & editiones aliquot.

222. TIMENTEM. *Trementem* Venetus, quartus Moretanus, & Gudianus a manu ſecunda.

223. TURBATUMQUE OCULIS. Servius alterius lectionis meminit. quam & manuſcriptum habet. vulgatam tamen & hic expoſuit, & retinuit in libro nono. ſunt autem mentis indices oculi. & (ut Alexander Peripateticus inquit) κάτοπτρον τοῦ νοῦ. FABRIC. Duo codices, *noſtri Cacum videre timentem Turbatumque oculi*, quod & Servii aetate

in

34 deſunt V. R. Lipſ. Baſil. 35 deſunt V. R. Lipſ. Baſil. deinde, nam ſi armorum, epexegeſis eſt. NODIS GRAVATUM ROBUR. *Gravatum* autem &c. Steph. 36 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 223. 37 deſunt V. ad ℣. 226. Voſ. R. Steph. al. ad ILICET. 38 *oculis* Baſil. reliqua deſunt V. L. Voſ. Lipſ. Steph. al. 39 deſunt V. Lipſ. Steph. Baſil. ſane &; aliter ferro: ſed reliqua deſunt Voſ. & alitur *ferro*, & alitur *arte* Steph. 40 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. & *munivit* ſicut *muniit*, & *mugiit*, pro *mugivit*, & pro *emunivit* Voſ. Steph. al. *muniit* ſicut *mugivit*, & *mugiit* pro emunivit R. ſed Baſil. tantum habet, ſicut *mugiit*: ſic in Daniel. ſicut *emuniit* & *mugiit*, pro &c. ſic ait *mugiit*, ut *muniit* pro *munivit* Lipſ. 41 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 42 ubi natus eſt Dan. Fabr. 43 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 231.

Digitized by Google

Adceſſum luſtrans, huc ora ferebat & illuc,
Dentibus infrendens. Ter totum fervidus ira
Luſtrat Aventini montem: ter ſaxea tentat
Limina nequidquam: ter feſſus valle reſedit.
Stabat acuta ſilex, praeciſis undique ſaxis,
Speluncae dorſo inſurgens, altiſſima viſu;
Dirarum nidis domus opportuna volucrum.
Hanc, ut prona jugo laevum incumbebat ad amnem,

Dex-

SERVII.

230. DENTIBUS INFRENDENS. Proprie *infrendens*, eſt inter ſe comprimens dentes: nam & *frendere*, ſignificat dentibus frangere: unde & *nefrendes* infantes: quia nondum habent dentes: & Varro *frenos* hinc putat dictos: *frendere* ergo quomodo frangere? ut *freſa* [44] *faba*, *fracta*.]

231. AVENTINI MONTEM. Ut I. 244. *fontem Timavi*, III. 293. *Buthroti urbem.* [45] [Id eſt, Aventinum montem.]

232. TER FESSUS VALLE RESEDIT. Egens conſilii. Salluſtius fragm. incert. *Feſſus in Pamphiliam ſe receperat.* Nam *corpore fatigatum* dicimus, *animo* vero *feſſum*: quamvis hoc ſaepe confundat auctoritas. [46] [Sane quidam ſic diſtinguunt: *Ter ſaxea tentat limina*, ſubjungunt, *nequidquam ter*: ac poſt, *feſſus valle reſedit*; ut ſemel ſederit.]

233. STABAT ACUTA SILEX. Pene omnes *hunc ſilicem* dixerunt: nam & Varro, & Lucretius I. 572. ita [47] dixerunt. Tanta tamen eſt Virgilii auctoritas, ut perſuadeat nobis etiam *hanc ſilicem* dici. DIRARUM VOLUCRUM. Modo *dirarum*, non mali ominis dicit: ut [48] bubones; ſed quae humanis cadaveribus veſcebantur. Dixit enim ſup. 196. *Foribuſque adfixa ſuperbis Ora virum, triſti pendebant pallida tabo.*

VARIORUM.

in nonnullis exemplaribus legebatur. ſed Gudianus eleganti Graeciſmo, *Turbatumque oculos.* HEINS. *Oculi* Bigotianus. ita lib. X. 463. *cernant lumina* ex Mſ. Petron. Bello Civili ỳ. 271. *contuſaque lumina flebant.* & Ovid. Remed. 690. *ut flerent, oculos erudiere ſuos.* & ita ſaepe Ovidius. vid. ad I. Epiſt. 46. XIII. 14. V. Met. 182. & alibi. ubi membra noſtra facere dicuntur quibus nos ut inſtrumentis utimur. ſic apud Manil. II. 273.

Ante manus quam tentet ſcindere foſſas.

ita ex Sluſiano codice notavit Heinſius. vulgo *manu.* praeterea *turbatum oculis* neſcio an recte dicatur, quum *turbatus* ſufficiat ſolum, quo verbo in certaminibus utuntur, de eo qui de gradu & ſtatu pugnantis dejicitur, & ſimul amens neſcit quid agat. ut vidimus ad Val. Flac. IV. 293. deinde *fugit ilico* Montalban. BURM.

225. RUPTISQUE. *Ruptis* Parrhaſianus.

226. DEJECIT. *Objecit* Leidenſis.

227. OBJICE. *Objece* Ed. Mediol.

228. ANIMIS. *Animi* Leidenſis.

230. TER. *Tunc* Menagii prior.

231. AVENTINI. *Aventinum* tertius Rottendorphius pro diſcrepante ſcriptura. HEINS. *Aventinum* etiam Oudartii. ſed Serv. ad V. Aen. 504. *Aventini* dedit. & ita Ger. Voſſ. apud Vell. Pater. II. 130. *incenſo monte Coeli*, pro *Coelio* tuetur. BURM.

233. PRAECISIS. *Praeruptis* Dorvil. a manu ſecunda.

234. IN-

44 *fabula* Dan. Fabr. & ita citat Barth. ad Stat. V. Theb. 663. ubi de verbo *infrendere* multa habet. ſed Heinſius *faba* correxerat, ut Commel. & Emmen. ediderunt. ſic *freſa*. vel ut alii *freſſa faba*. apud Columel. II. II. & 12. vide Heinſ. ad Ovidii Medicam. Faciei ỳ. 70. BURM. 45 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 46 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph al. 47 dicunt Voſ. R. Steph. Baſil. Ed. quae ut & Fabric. addit Juvenal. VI. 350. *Silicem qui contulit anum.* ſaltem inſpexiſſent Juvenalem, qui dedit, *Silicem pedibus quae conterit atram.* & agitur de muliere. *anum* vero vitium facit verſui. BURM. 48 ut ſunt bubones Voſ. V. Steph. Dan. Fabr. al.

Digitized by Google

Dexter in adverſum nitens concuſſit, & imis
Avolſam ſolvit radicibus: inde repente
Inpulit. Inpulſu quo maximus inſonat aether:
Diſſultant ripae, refluitque exterritus amnis.
At ſpecus, & Caci detecta adparuit ingens
Regia, & umbroſae penitus patuere cavernae:
Non ſecus, ac ſi qua penitus vi terra dehiſcens
Infernas reſeret ſedes, & regna recludat
Pallida, DIs inviſa; ſuperque inmane barathrum
Cernatur, trepidentque inmiſſo lumine Manes.

Ergo

SERVII.

237. [49] [DEXTER. Hoc eſt, a dextra parte conſiſtens.] CONCUSSIT. Solvit, impulit. Satis ſignatis uſus eſt verbis.

240. REFLUITQUE EXTERRITUS AMNIS. Rem naturae vertit in fabulam, cum ruina rupis [50] in ſe recurrere neceſſe ſit impetum fluminis.

242. INGENS REGIA. *Regia*, ſicut Cacus putabat. Sic eſt & illud dictum I. 140. *Illa ſe jactet in aula Aeolus*. PENITUS PATUERE. Admiſſum lumen eſt uſque ad [51] ſecreta ſpeluncae. *Cavernas* autem ſpeluncae per Tapinoſim dixit. [52] [Sane veteres loca concava, vel ſi quid incurvum fuiſſet, *cavernas* appellabant.]

243. SI QUA VI. Terrae hiatus non niſi ex terrae motu fit, qui quoniam aut motu aquae inferioris [53] naſcitur, aut crebris tonitribus, aut de concavis terris erumpentibus ventis: ideo ait, *Si qua vi*. Quod autem dicit: *Infernas reſeret ſedes*, notandum eſt, etiam de impoſſibilibus fieri poſſe comparationem.

245. DIIS INVISA. Superis ſcilicet.

246. TREPIDENT IMMISSO LUMINE MANES. Lucanus VI. 744. *Et ſubito* [54] *feriere die*.

VARIORUM.

234. INSURGENS. *Incumbens* Menagii prior & Parrhaſ. ſed ſequitur id verbum mox. ubi tamen *impendebat* tertius Rottendorphius.

236. AD AMNEM. *In amnem* Rufinian. de Schem. Lex. p. 34.

237. DEXTER. *Dextera* alter Hamburgicus.

238. AVULSAM. *Advolſam* in Mediceo. *Avolſam* ſecundus Moretanus. HEINS. *Evulſam* Leidenſis. *volvit* tertius Mentelius. & ſupr. III. 575. vid. ad Ovid. I. Faſt. 567. *Avulſam ſolidis radicibus* Parrhaſ.

239. IMPULIT. IMPULSU. *Impulit*, *impulſo* Mentelianus alter. *intonat* Mediceus & Menagianus prior & Gudianus & Venetus noſtri, cum Pierianis nonnullis. HEINS. *Aer* Venetus.

240. REFLUITQUE. *Refluit* prior Mentelianus ac Venetus cum ſecundo Moretano. HEINS. Et Regius.

241. AT SPECUS. *Ut ſpecus* Moretanus ſecundus. HEINS. *Ac* Venetus.

243. VI. *In* Parrhaſ.

244. RESERET. *Reſerat* duo Moretani, Dorvil. Leidenſis, Zulichemius, Mentelius & ſex alii. *aperit ſedes ac regna* Parrhaſ. & Gudian. a m. ſec. deinde *recludit* tantum unus & alter. *recludet* ſecundus Moreti. *recludant* alter Hamburgicus.

245. INVISA. Cerda de odio capit. ut apud Ovid. Epiſt. XX. 138. ſed non viſa intelligo. vid. II. Aen. 574. & notum eſt inferos nefas eſſe a ſuperis videri. ut contra a manibus coelum. vide ad Petron. Bell. Civil. ỳ. 92. & Sil. Ital. XII. 129. *ſu-*

per

49 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 50 in ſe recurrere faciat, neceſſe V. in ſe currere non poſſit, & recurrere in ſe faciat neceſſe ſ. i. fl. Fabr. al. 51 ſecretas ſpeluncae cavernas V. deinde, cavernas autem ſpeluncas &c. Baſil. ſpeluncae deeſt R. 52 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. 53 naſcuntur V. 54 *perire* Dan. *periere* Fabr. *ſubit ſerigre* die R. vid. ad lib. v. 739.

Digitized by Google

Ergo inſperata deprenſum in luce repente,
Incluſumque cavo ſaxo, atque inſueta rudentem,
Deſuper Alcides telis premit, omniaque arma
Advocat, & ramis vaſtiſque molaribus inſtat.
Ille autem (neque enim fuga jam ſuper ulla pericli)
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Evomit, involvitque domum caligine caeca,
Proſpectum eripiens oculis; glomeratque ſub antro
Fumiferam noctem commixtis igne tenebris.

Non

SERVII.

248. INSUETA RUDENTEM. Clamantem: & abuſive dictum eſt, ſicut ſupra de leonibus VII. 16. *Et ſera ſub nocte rudentum:* nam *rudere* proprie aſinorum eſt. Perſius III. Sat 9. *Findor ut Arcadiae pecuaria rudere dicas.* [55] [Aut ideo *rudentem*, quia ſupra ait, *ſemihominis Caci.*]

249. TELIS PREMIT. Omne quod jaci poteſt *telum* vocatur; dictum ἀπὸ τῦ τηλόθεν: unde addidit: *Omniaque arma Advocat.*

250. MOLARIBUS. Aſperrimis ſaxis, non, unde molae fiunt: & ſecundum Homerum dixit Il. H. 270. [56] μυλοειδεῖ πέτρῳ: [57] [aut certe magnis, & molis convenientibus.

252. FAUCIBUS INGENTEM FUMUM, MIRABILE DICTU. Conſuetudine ſua uſus eſt, ut, cum aliquid contra naturam factum infert, praedicet unde incredibile videatur, ut inf. 564. *Naſcenti cui tres animas Feronia mater, Horrendum dictu, dederat* Et, *mirabile dictu*, Parentheſis eſt.

255. FUMIFERAM NOCTEM. Non eſt noctis epitheton; ſed quam Cacus fumum evomens faciebat. COMMIXTIS IGNE TENEBRIS. Utrumque enim evomebat.

VARIORUM.

per immane Ed. Veneta.

246. TREPIDANT. Noſtri fere omnes *trepident*, praeter Montalbanium, tertium & quartum Moretanum, & unum Voſſianum. *Trepidentque* Macrobius etiam lib. V. Saturn. cap. 16. contra Nonius *trepident.* apud Scholiaſten Statii VII. Theb. 817. *crepitant* mendoſe pro *trepidant*, quo modo apud Macrobium quoque vetuſtus codex Thuaneus. mihi *trepident* impenſe placet. HEINS. *Trepident* Regius & Francianus. Ald. Junt. *trepidant admiſſo* Dorvill.

247. DEPRENSUM IN LUCE. *Deprenſum luce* Mediceus a prima manu, & Gudianus, & Leidenſis, & alter Menagianus, quod & ipſum haud improbatur. HEINS. *Deprehenſum luce* Ed. Venet.

250. INSTAT. *Inſtant* Lutatius ad Stat. I. Theb. 622. ut ita advocaverit alios Hercules. *ramis* de clava capit Cerda. ſed plures contuliſſe Herculem, vel ejus comites, ramos arboribus divulſos credibilius. BURM.

251. SUPER. *Super* pro ſupereſt. ut in VII. 559. *ſi qua ſuper fortuna laborum.* ita Silius Virgilii, ut nonnulli volunt, imitator, lib. VI. 68. *Haud illi comitum ſuper unus.* FABRIC. Non agnoſcit verbum ſubſtantivum Mediceus noſter, nec Pieriani plerique, nec Diomedes lib. I. qui praeterea *fuga nunc ſuper illa*, non *jam.* τὸ *eſt* etiam deſideratur in utroque Voſſiano, primo tertioque Moretanis, primo Rottendorphio & altero Hamburgico. HEINS. In Silio a Fabricio adducto legitur hodie, *ſuper ullus.* ſed lib. XVI. 513. *unus erat ſuper*, ubi pro *ſupererat.* ut eodem lib. 226. *quod eſt ex parte diei Exacti ſuper.* & tali tmeſi etiam Maro utitur Eclog. VI. 6. & alii. *ſuper illa* erat in Lei-

55 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 56 Κάμνει δ' ἀμφ' ἄνω αἰν' ἐπελλάμενοι μυλάκων Steph. al. quae ſunt ex Iliad. M. 160. ſed paullo aliter in emendatioribus editionibus leguntur. 57 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad *per ignem* ℣. 256.

Non tulit Alcides animis, ſeque ipſe per ignem
Praecipiti injecit ſaltu, qua plurimus undam
Fumus agit, nebulaque ingens ſpecus aeſtuat atra.
Hîc Cacum in tenebris incendia vana vomentem
Conripit in nodum conplexus, & angit inhaerens
Eliſos oculos, & ſiccum ſanguine guttur.
Panditur extemplo foribus domus atra revolſis:

Ab-

SERVII.

256. NON TULIT. Non ſuſtinuit. ANIMIS. Pro ira: unde *iracundos* dicimus *animoſos.*] PER IGNEM. Per eam rem, unde ille ſperabat auxilium.

259. INCENDIA VANA. *Vana*, quantum ad Herculem pertinet.

260. ANGIT INHAERENS ELISOS OCULOS, ET SICCUM SANGUINE GUTTUR. *Angit guttur*, bene dicimus; *angit oculos*, non procedit. Ergo *angit* ad unam rem pertinet, ut XII. 435. *Diſce, puer, virtutem ex me, verumque laborem, Fortunam ex aliis:* nam fortuna non diſcitur: unde multi ELIDENS legunt, integer ſenſus eſt: nam *eliſos* [58] ſoloecophanes facit, [id eſt, figuram, quae maſculinum & neutrum, vel accuſativum cum nominativo jungit;] ut ſit ita: *Angit guttur, & eliſos oculos facit.*

261. SICCUM SANGUINE GUTTUR. Per hoc jam exanime cadaver [59] oſtenditur.

VARIORUM

Leidenſi. *ſuper illa dabatur* in altero Menagiano. BURM.

255. FUMIFERAM. *Fumigeram* Menagii prior, & Bigotianus. *flammiferam* Ed. Venet. eadem varietas apud Lucan. VII. 193. *conjunctis igne* Montalban.

257. PRAECIPITI JECIT SALTU. *Injecit* Mentelianus uterque & Gudianus, Leidenſis, & octo aut novem alii recentioris notae. quod amplector. ſic apud Terent. Andr. Act. I. I. *quae ſeſe voluit in ignem injicere.* Tullius pro Cluentio XXIX. *atque in hanc flammam recentem C. Junium injectum eſſe memini.* noſter lib. II. 408. *Et ſeſe medium injecit moriturus in hoſtes.* ut apud Ciceron. pro domo ſua XXIV. *injicere ſe in medios hoſtes.* noſter iterum lib. IX. 552.

Contra tela furit, ſeſeque haud inſcia mortis
Injecit.

vide annotata lib. II. Aeneid. 377. HEINS. Et ibid. 408. *ejecit* Hugenianus. *injecit* Francianus, Ed. Venet.

258. AGIT. *Agi* Gudianus a manu prima.

259. VOMENTEM. *Novantem* alter Hamburgicus. HEINS. *Sic Cacum* primus Moreti & Hugenianus a manu prima. *moventem* tertius Mentelii.

260. IN NODUM. *In medium* Bigotianus. ut ſit *medium* in lucta comprehendere; ſed credimus eſſe ex interpretatione.

261. ELISOS. *Illiſos* primus Moreti.

262. EXTEMPLO. Vel *interea* Gudianus. HEINS. *Recluſis* Dorvill. & Oudartii pro varia lectione. ita apud Stat. III. Silv. I. 8. *tunc ille recluſi Liminis & parvae cuſtos inglorius arae.* ubi Heinſius etiam *revulſi* conjiciebat. apud Lucanum lib. III. 154.

Jam rupes Tarpeja ſonat, magnoque recluſas
Teſtatur ſtridore fores.

ubi etiam duo codices *revulſas*; quod ibi praeferendum eſſe credimus cum Heinſio. & ita Ovid. VII. Met. 643.

Ecce venit Telamon propere; foribuſque recluſis,
&c.

& apud eumdem Epiſt. VIII. 17. pro *ſtabulis recluſis*, olim jam malueram *revulſis* reſcribere, ſi per codices licuiſſet. BURM.

263. AB-

58 ſoloecofanes eſt, facit Voſ. ſoloecophanes eſt Lipſ. ſolos facit R. & reliqui ad ✝. 261. non habent, ut nec V. Steph. Dan. 59 oſtendit Lipſ.

Digitized by Google

Abſtractaeque boves, abjurataeque rapinae
Coelo oſtenduntur, pedibuſque informe cadaver
Protrahitur. Nequeunt expleri corda tuendo
Terribilis oculos, voltum, villoſaque ſaetis
Pectora ſemiferi, atque exſtinctos faucibus ignis.
Ex illo celebratus honos, laetique minores
Servavere diem, primuſque Potitius auctor,

Et

SERVII.

263. ABJURATAEQUE RAPINAE. *Abjurare*, eſt rem creditam negare perjurio: [60] [Plautus Curcul. IV. II. 10. *Qui abjurant, ſi quid creditum eſt*;] ſed hoc iſti loco non congruit: unde modo *abjuratas rapinas*, contra jus retentas intelligamus. [61] Alii *abjuratas*, abductas atque alieni juris factas: alii fraude & furto abductas tradunt.]

264. INFORME CADAVER. *Informe*, magnum, [62] [cujus formam non ſit facile complecti:] & *cadaver*, eſt corpus nondum ſepultum: [63] [dictum *cadaver*,] quod careat honore ſepulturae.

265. NEQUEUNT EXPLERI CORDA TUENDO TERRIBILES OCULOS. Non poterant homines, videndo cadaver, ſua corda [64] ſatiare. [65] [*Tuendo* autem, pro intuendo. SEMIFERI. Bene *ſemiferi*; cum ſupra *ſemihominis*.]

268. LAETIQUE MINORES. Nove & ſatis licenter *minores* dixit, cum ab ipſo Euandro Herculem conſtet eſſe ſuſceptum: & *minores* non dicamus, niſi quotiens graduum deficit nomen, ut puta: *filius, nepos, pronepos, abnepos, adnepos*: ubi [66] iſti gradus defecerint, merito jam dicimus *minores*: ſicut etiam *majores* dicimus poſt *patris, avi, proavi*, [67] *abavi, atavique* vocabulum. [68] [Ergo *minores* accipimus pro deinceps: vel certe *minores*, cum quibus vivit. quia ipſum conſtat eſſe longaevum: nam poſt ait 560. *O mihi praeteritos referat ſi Juppiter annos*.]

269. PRIMUSQUE POTITIUS AUCTOR: ET DOMUS HERCULEI CUSTOS PINARIA SACRI. Apud majores [69] noſtros raro advenae ſuſcipiebantur, niſi haberent jus hoſpitii: incertum enim erat quo animo venirent: unde etiam Hercules [70] primum non eſt ab Euandro ſuſceptus; [71] [poſtea vero cum ſe & Jovis filium dixiſſet, & morte Caci virtutem ſuam probaſſet, & ſuſceptus,] & pro numine habitus eſt. Denique ara eſt ei *maxima* [72] conſtituta; quod Herculi Delphicus Apollo in Italia fore praedixerat. Cum ergo de ſuo armento ad ſua ſacrificia boves dediſſet, inventi ſunt duo ſenes, [73] [vel ut quidam tradunt, ab Euandro dati, *Pinarius* & *Potitius*, quibus qualiter ſe coli vellet, oſtendit: ſcilicet ut mane & veſpere ei ſacrificaretur. Perfecto itaque matutino ſacrificio, cum circa ſolis occaſum eſſent ſacra repetenda, *Potitius* prior advenit; *Pinarius* poſtea, extis jam redditis: unde iratus Hercules, ſtatuit ut *Pinariorum* familia tantum miniſtra eſſet epulantibus *Potitiis*, & complentibus ſacra: unde & *Pinarii* dicti ſunt ἀπὸ τῆς πείνης, id eſt, *a fame*: nam ſenem illum *Pinarium* conſtat alio nomine nuncupatum. Hinc eſt, quod paulo poſt *Potitii* tantum facit commemorationem, ut: *Primuſque Potitius ibat*. Quod autem dicit, DOMUS HERCULEI CUSTOS PINARIA SACRI, [74] [non eſt contrarium: nam *cuſtos*] eſt miniſtra,

60 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. 61 deſunt iiſdem & Baſil. Barth. ad Stat. VI. Theb. 158. nugas vocat has varias expoſitiones & *abjuratas rapinas*, eſſe res raptas, & jurejurando poſtea negatas exponit. vide & eumdem ad Claudiani VI. Conſ. Honor. 110. ſic Pacatus Paneg. cap. XLI. *ſed nec in debitam gratiam beneficii inficiator abjuras*, id eſt accepiſſe te jurejurando negas. BURM. 62 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Baſil. 63 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 64 ſatiare. propter odium ex acceptis injuriis ſuſceptum Fabr. al. 65 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 66 iſti graduum defecerit V. ubi iſti tres g. d. 67 deeſt V. Fabr. 68 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. ſed Baſil. habet. ſed certe eſt inter *nepos* & *tritavus*, & nihil praeterea: quae corrupta ſunt. forte, *ſed certe eſt inter eos*, (ſcilicet minores & majores) *trinepos & tritavus*. nam ultra hos minores & majores dicebantur ex Iſtorum ſententia. vide Delr. Comm. in Senec. Thyeſt. 134. & notas ad Valer. Flac. III. 455. BURM. 69 deeſt V. Voſ. R. Steph. al. 70 primo iidem. 71 deſunt R. qui. & pro numine habitus eſt. 72 conſecrata Dan. 73 deſunt Voſ. V. R. Lipſ. Steph. al. 74 deſunt, deinde hoc eſt miniſtra. ut in XI. Dan. in decimo Baſil. ut, *at Triviae* Voſ.

Digitized by Google

Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri
Hanc aram luco ſtatuit, quae Maxuma ſemper
Dicetur nobis, & erit quae maxuma ſemper.
Quare agite, o juvenes, tantarum in munere laudum

Cin-

SERVII.

niſtra, ut in undecimo 836. ***At Triviae cuſtos jam dudum in montibus Opis Alta ſedet***, id eſt, miniſtra. [75] [Alii *cuſtos Pinaria ſacri* dicunt, quod cum *ara maxima* vicino incendio conflagraret, a *Pinariis* liberata ſit, & ideo *cuſtos ſacri*. *Auctor* vero *Potitius* quare? num, quod ſine familia *Potitiorum* ſacra iſta non fiebant, donec illos Appius Clodius corrupit pecunia, ut ſervos publicos hoc ſacrum docerent; propter quod dicitur & ipſe mox caecus factus, & *Potitiorum* familia intra breve tempus extincta. Quidam tradunt, ideo *cuſtos*, quod *Potitii* ſacra publica ſervis publicis prodiderint: & quamvis tradatur eos ideo ad ſacra Herculis non admitti, quod ſerius venerint: & ideo *cuſtos*, quoniam nec prodendi habuerint facultatem: & id quaſi religioſe dictum eſt, quod ignorantiae eventus attulerat, tamen habent Ciceronem auctorem, qui in De domo ſua, Pinarium Nattam appellans, ſic dicit cap. LII. *Quem ego tamen credo, ſi eſt ortus ab illis, quos memoriae proditum eſt, ab ipſo Hercule, perfuncto laboribus, ſacra didiciſſe.* Quidam etiam tradunt ideo *Potitiis* ab Hercule ſacra commiſſa, quod cum ipſe Hercules, rem divinam faciens, preces praecaneret, quas Potitius diceret pro eo Deo, cui Hercules rem divinam faciebat, ipſum Herculem [76] fortuito invocaſſet *Potitius*; fertur tunc, Herculem accepto omine divinitatis, rejecto *Pinario*, perpetuae epulationis ſacrum *Potitio* tradidiſſe, a quo videbatur conſecratus; & *Potitius* dici, quod eorum auctor *epulis ſacris poſitus ſit*; *Pinarius*, quod eis, ſicut dictum eſt, fames epularum ſacrarum indicta ſit: hoc enim eis Hercules dixiſſe dicitur Ὑμεῖς δὲ πεινάσετε.]

271. LUCO. Templum enim nondum habuerat Hercules; ſed aram [77] tantummodo, ut diximus ſupra. MAXIMA. Ingens enim eſt ara Herculis, ſicut videmus hodieque [78] [poſt januas Circi maximi. Alii *maximam* ideo dicunt, quia illo tempore omnibus erat honore potior, quam ſibi Hercules, poſtquam ſe a matre Euandri Jovis filium eſſe & immortalem futurum cognovit, ſtatuit.

272. ERIT QUAE MAX. Repetitio verbi ad honorem & poteſtatem pertinet.

273. IN MUNERE. Non tam in officio, quam in honore hic accipiendum.]

VARIORUM.

263. ABJURATAEQUE. *Adjurataeque* Excerpta noſtra. *abſtractique b. objurataeque* Ed. Veneta.

266. VILLOSAQUE. *Piloſaque* Dorvill.

267. ATQUE. *Ac* Venetus.

268. CELEBRATUS. *Celebratur* in primo Voſſiano, Montalbanio, altero Hamburgico, altero Menagiano, & tertio Rottendorphio. HEINS. *Servatur* Bigotianus. *Honor* Priſcian. p. 995. licet vero illa Servii obſervatio de *minoribus* aliquando vera ſit, ut docent laudati ad Servium viri docti, tamen alteram, quae in fine notae adſuta eſt Servio, etiam defendi poſſe, & *minores* etiam natu minores, & juniores dici patet ex Ovid. IV. Triſt. x. 55.

Utque ego majores, ita me coluere minores.

praeterea hic non *minores* inſtituiſſe diem hunc & ſacra ad aram Maximam, dicit, ſed inſtitutum ſervaviſſe longum in tempus. eodem modo, ut Ovid. III. Faſt. 327.

Eliciunt coelo te, Juppiter, unde minores
Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.

qui locus huic Virgiliano non abſimilis. nam ut noſter *Ex illo celebratus honos*, ita Naſo *unde minores te celebrant*, & noſter *ſervavere minores.* ita Naſo *nunc quoque*, id eſt in hunc diem. immo ipſe Virgilius inſtitutum diem laetum & ſervatum deinde a minoribus canit lib. I. 732.

Hunc laetum Tyriiſque diem, Trojaque profectis
Eſſe velis, noſtros hujus meminiſſe minores.

diſtinguenda ergo inſtitutio, & a poſteris obſervatio continuata. BURM.

269. POTITIUS. *Poticius* codices nonnulli. *Potius* Regius.

270. CUSTOS PINARIA SACRI. Joh. Marius

Ma-

75 deſunt reliqua. V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 271. 76 fortuitu Dan. Fabr. ita & inf. IX. 329. vid. ad Suet. Tiber. XXXIX. 77 deeſt V. 78 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 274.

Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris,
Communemque vocate Deum, & date vina volentes.
Dixerat: Herculea bicolor quum populus umbra
Velavitque comas, foliiſque innexa pependit:

Et

SERVII.

274. PORGITE DEXTRIS. Praebete invicem pocula: & eſt Homeri Iliad. I. 666. [79] [Τὰς μὲν ἄρα χρυσείοισι κυπέλλοις υἷες Ἀχαιῶν Δειδέχατ᾽ ἄλλοθεν ἄλλος. Id eſt, propinate mutuo. An diviſae ſunt perſonae? ut, *Cingite fronde comas*, ad convivas referatur; *pocula porgite*, ad miniſtros.]

275. COMMUNEM VOCATE DEUM. Aut quia Argivus eſt Hercules, ut ſupra 130. dixit Aeneas, tam Graecos quam Trojanos de uno ſanguinis fonte deſcendiſſe: aut *communem deum* dixit, [80] [inter deos atque homines: unde *Medius fidius* dictus? Aut] utriuſque naturae medium, id eſt, inter mortalitatem & divinitatem. Sunt enim numina aliqua tantum caeleſtia; aliqua tantum terreſtria; aliqua media, quos deos [81] Apulejus de Doctrin. Platon. *Medioximos* vocat, hoc eſt, qui ex hominibus dii fiunt. Alii *communem deum* ideo dictum volunt: quia ſecundum pontificalem ritum idem eſt Hercules, qui & Mars: nam & ſtellam, [82] [Chaldaeis dicentibus,] unam habere dicuntur: & novimus *Martem communem* dici Cicero pro Milon. XXI. *Martemque communem.* Virgilius ipſe inquit XII. 118. *In medioque focos, Et dis communibus aras.* Item paulo poſt, [83] dat Salios Herculi, quos Martis eſſe non dubium eſt. [84] [Alii *communem*, humanum, beneficum, φιλάνθρωπον: unde & *communes homines* dicimus. Varro dicit: *Deos alios eſſe, qui ab initio certi & ſempiterni ſunt; alios, qui immortales ex hominibus facti ſunt: & de his ipſis alios eſſe privatos; alios communes: privatos, quos unaquaeque gens colit, ut nos Faunum; Thebani Amfiaraum; Lacedaemonii Tindareum: communes, quos univerſi, ut Caſtorem, Pollucem, Liberum, Herculem.* Eſt & alia ratio Herculem deum *communem* vocari: nam conſtat Herculem hominum commodis tutelaeque ſerviiſſe: unde Lucanus IV. 610. *Terras monſtris aequorque levantem, Magnanimum Alciden Lybicas excivit in oras.*] [85] [DATE VINA. Quia tantum Diis ſuperis vina libari decebat.]

276. HERCULEA POPULUS. Herculi conſecrata: qui cum ad Inferos deſcendens fatigaretur labore, dicitur de hac arbore corona facta caput velaſſe: unde foliorum pars temporibus cohaerens, [86] & capiti, abluit ſudorem; pars vero exterior propter Inferorum colorem nigra permanſit. Et honeſte ait: *Pependit populus*, id eſt, corona de populo. [87] [Atqui lauro coronari ſolebant, qui apud aram maximam ſacra faciebant; ſed hoc poſt Urbem conditam coepit fieri, neque alia fronde circumdat caput Praetor Urbanus, qui Graeco ritu ſacrificat. Sed Poëta ad illud tempus retulit, quo Euander apud aram maximam ſacra celebravit. Varro enim Rerum humanarum lib. docet in Aventino inſtitutum Lauretum, [88] de quo proximo monte decerpta laurus ſumebatur ad ſacra; quamvis ipſe dixerit, VII. Ecl. 61. *Populus Alcidae gratiſſima.*]

VARIORUM.

Matius Annotationibus in varios Auctores cap. LXXVII. poſt haec verba diſtinguebat, ut ſequentia non ad Potitios & Pinarios, ſed ad ipſum Herculem referantur, a quo aram maximam exſtructam inter omnes convenit, niſi quod Jovi ab Hercule eam dedicatam alii, alii ab Hercule ſibi ipſi conſecratam fuiſſe volunt. HEINS.

272. DICETUR. Hic verſus aberat a prima manu Mentelio priori & ſecundo Rottendorphio: Marklandus ad Stat. III. Silv. I. 9. ultimam partem, *& erit q. m. ſ.* adjectam ab alio credebat: ſed omnes codices & Servius ſervant. in Leidenſi

tantum

79 deſunt iisdem, niſi quod Homeri verba dent Steph. al. 80 deſunt R. Lipſ. Baſil. paullo ante, deſcendere Lipſ. 81 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 82 Epulejus R. Epulejux Voſ. 83 dat alius R. 84 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. ad DATE. ſed Baſil. deſunt ad, *eſt & alia.* inde vero deſunt reliqua Danieli. 85 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 86 deeſt copula Voſ. omnes vero MSſ. & Editi habent *albuit ſudore.* Maſvicius vero, quum reperiſſet in Emmenel. *abluit ſudorem*, eum ſecutus Commelinus etiam *albuit ſudorem*, ut erroneum ſcilicet corrigens. unde videmus quomodo mendae propagentur. forte vero legendum, *ex capitis albuit ſudore*, vel *cohaerens, capitis albuit ſudore.* BURM. 87 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 88 forte, de quo, ut proximo monte. vel ut proximo (ſc. laureto) monti, ſc. Aventino.

Et ſacer inplevit dextram ſcyphus. Ocius omnes
In menſam laeti libant, Divoſque precantur.
Devexo interea propior fit veſper Olympo:
Jamque ſacerdotes primuſque Potitius ibant,
Pellibus in morem cincti, flammaſque ferebant.
Inſtaurant epulas, & menſae grata ſecundae
Dona ferunt, cumulantque oneratis lancibus aras.

275 Tum

SERVII.

278. SACER IMPLEVIT DEXTRAM SCYPHUS. Legitur in libris Antiquis, Herculem ad Italiam ingens ligneum poculum adtuliſſe, quo [89] utebantur in ſacris: [90] quod ne carie conſumeretur, pice oblitum ſervabatur, cujus magnitudinem [& religionem ſimul] ſignificat dicendo: *Implevit dextram ſcyphus.* [91] [Scypho Praetor in anno ſemel vino libabat, neque hoc ſine ſacra fiebant. Poſſumus & illud accipere: quod inter munera deorum etiam pocula ſunt. Salluſtius: in fragm. incert. *Hi ſunt, qui ſecundum pocula & alias res aureas, diis ſacrata inſtrumenta convivio* [92] *mereantur.*

279. IN MENSAM LAETI LIBANT. Hoc eſt, *date vina volentes.* Quaeritur ſane, cur in menſam, & non in aram libaverint? Sed apud antiquos inter vaſorum ſupellectilem, etiam menſam cum aris mos erat conſecrari, quo die templum conſecrabatur: unde bene ait: *In menſam laeti libant*, quam conſtabat cum ara maxima dedicatam, ut alibi II. 764. *Menſaeque deorum.*]

280. DEVEXO OLYMPO. Inclinato in noctem caelo.

282. PELLIBUS IN MOREM CINCTI. Aut in morem Herculis, [93] aut certe ſacerdotum: [aut [94] quia Pan, Deus Arcadiae, pelleus ſit; unde Euander.]

283. ET MENSAE GRATA SECUNDAE DONA FERUNT. Quia, [95] ut diximus ſupra I. 220. una carnis fuerat; altera pomorum: [96] [*menſae* autem *ſecundae*, quae ſunt alioquin gratae.]

284. CUMULANTQUE ONERATIS LANCIBUS ARAS. Id eſt, reddunt exta.

VARIORUM.

tantum erat, *Dicetur nobis, & erit*, reliquis omiſſis. *& erit quoque* Parrhaſ. additum autem, quia tempore Maronis ſuper reliquas haec ara celebrabatur. licet jam tum aliae, ac fortaſſe majores eſſent. *nobis erit q.* Dorvil. BURM.

273. QUARE AGITE. *Ergo agite* Priſcianus lib. XV. ſed lib. XVIII. vulgatum amplectitur. HEINS. *Munere.* vid. lib. V. 652.

274. FRONDE. *Fronte* Menag. alter & Leidenſis unus a m. pr. *comam* alter Leidenſis.

Ibid. PORGITE. *Porrigite* ſecundus Mentelii, & Francian. *ſumite dextris* Oudartii pro varia lectione. *ſpargite* Dorvill.

275. COMMUNEMQUE. Vid. ad Valer. Flac. IV. 761.

276. HERCULEA. *Herculaeae umbrae* prior Hamburgicus.

277. FOLIISQUE INNEXA. *Foliiſque nexa* Gudian. a m. pr.

278. DEXTRAM. *Dextras* alter Hamburgicus. *implerat* Bigotian. de *ſcypho ſacro* vid. ad Valer. Flac. II. 272.

279. IN MENSAM. *In menſa* primus Moreti. alter Menagii, & Zulichemius, & Ed. Venet. vid. lib. I. 736.

781. IBANT. *Ibat* tertius Rottendorphius.

283. INSTAURANT. In Menagiano priore hic ordo erat. 285. 286. 283. 284. *inſtaurantque* Gudianus a m. pr.

284. ONE-

89 utebatur V. 90 quo nexare conſu. R. *quod* deeſt V. R. Voſ. Steph. al. ut & illa, & religionem ſimul. 91 deſunt iiſdem. & Lipſ. ad verſ. 280. 92 mereantur * Dan. 93 aut certe ſecundum morem ſac. Dan. 94 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 95 ut dixi una. Dan. Fabr. una pomorum, altera fuit carnis. apud Romanos Baſil. apud Romanos etiam Fabric. 96 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al.

Tum Salii ad cantus, incenſa altaria circum,
Populeis adſunt evincti tempora ramis;
Hic juvenum chorus, ille ſenum; qui carmine laudes
Herculeas, & facta ferant: ut prima novercae
Monſtra manu, geminoſque premens eliſerit anguis:
Ut bello egregias idem disjecerit urbis,

Tro-

SERVII.

[1] 285. SALII. *Salii* ſunt, qui tripudiantes aras circumibant. [97] [Saltabant autem ritu veteri armati, poſt victoriam Tiburtinorum de Volſcis. Sunt autem *Salii* Martis & Herculis: quoniam Chaldaei ſtellam Martis Herculem dicunt: quos Varro ſequitur. Et Tiburtes *Salios* etiam dicaverant. Quidam hos a ſaltu appellatos tradunt, quos alii a Numa inſtitutos, ut arma ancilia portantes ſaltarent: ergo bene a ſaltu appellati. Horum numerum Hoſtilius [98] addidit: nam duo ſunt genera Saliorum, ſicut in Saliaribus carminibus invenitur, Collini, & Quirinales, a Numa inſtituti; ab Hoſtilio vero Pavorii & Pallorii inſtituti. Habuerunt ſane & Tuſculani Salios ante Romanos. Alii dicunt *Salium* quendam Arcadem fuiſſe, qui Trojanis junctus hunc ludum in ſacris inſtituerit; nonnulli tamen hos a Dardano inſtitutos volunt, qui Samothracibus diis ſacra perſolverent. Quidam etiam dicunt, *Salios* a Morrio, rege Vejentanorum, inſtitutos, ut Aleſus, Neptuni filius, eorum carmine laudaretur, qui ejuſdem regis familiae [99] auctor ultimus fuit.]

288. LAUDES HERCULEAS, ET FACTA FERUNT. Senes tantum voce laudes Herculis exſequebantur; Juvenes & geſtu corporis ejus facta monſtrabant: [1] [unde ibi immorandum eſt, *Hic juvenum chorus:* ut Salii juvenibus conveniant, carmina ad ſenes pertineant. Et bene *Senes* facta Herculis canunt, quorum aetas ſcire & intereſſe geſtis Herculis potuit, antequam hic ab hominibus tranſiret ad deos. Sane quaeritur, cur huic deo operto capite ſacrum fiat. Legitur enim in libris antiquioribus his verbis: *Mihi detecto vertice cuncti Sacrificant*. Id facit obſervatio, nequis in aede Herculis ejus habitum imitaretur: Signum enim ejus operto capite eſt. Conſtat autem ante adventum Aeneae in Italiam aram Herculi conſecratam; ab Aenea vero morem operiendorum capitum inductum, ſicut ait III. 405. *Purpureo adopertus amictu*.] PRIMA NOVERCAE MONSTRA. Bene *prima:* nam & alia omnia Junonis inſidiis pertulit. Fabula autem hoc habet: Hercules natus eſt cum Iphiclo, Amphitryonis filio; ſed cum Juno [2] duos ſerpentes immiſiſſet Herculi, Iphiclus de cunis terrore lapſus vagitu excitavit parentes, qui, cum [3] ſurrexiſſent, viderunt Herculem angentem manibus angues immiſſos ei novercalibus odiis.

289. ELISERIT. Praefocaverit. [4] [Et hunc verſum junge: unum eſt enim, *monſtra*, & *angues*.]

VARIORUM.

284. ONERATIS. *Honorati* Dorvill.

286. ET VINCTI. *Evincti tempora tenis* pro diſcrepante ſcriptura in Gudiano & Moretano quarto. *taenis* etiam in priore Voſſiano, pro *taeniis*. ut libro v. 269. *Puniceis ibant evincti tempora taeniis*. ſed hoc loco nihil mutandum. HEINS.

288. FACTA FERUNT. *Ferant* ſcriptum eſt in libro Colotiano. URSIN. *Ferant* Mediceus a manu ſecunda, quod omnino placet. HEINS. Ita Ald. Junt. & alii. *fata* Menagii prior, & primus Moretanus.

289. GEMINOSQUE PREMENS ELISERIT ANGUES. *Geminas anguis* apud Nonium in *elidere*. idem tamen Nonius in *anguis* hujus exempli non meminit, cum ex Plauto tamen & Varrone Atacino *anguem* foeminini interdum generis eſſe demonſtret. vide Voſſ. de Analogia I. 29. & annotata noſtra curae ſecundae ad Naſonis lib. IV. Metam. 495. ſic lib. II. Aeneid. 203. in optimo Moreti codice,

Ecce

97 deſunt iiſdem ad ℣. 288. 98 ſexic legit Dempſterus in Etrur. Regal. II. 42. pag. 189. & mox pro *Tuſculani*, *Tuſcani*. 99 Auctae Dan Fabr. 1 deſunt V. Voſ R. Lipſ. Steph 2 duo Voſ. 3 reſurrexiſſe viderunt Herculem angentes Voſ. ſurrexiſſent, angentem im. ei. n. o. R. 4 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al.

Trojamque, Oechaliamque: ut duros mille labores
Rege ſub Euryſtheo, fatis Junonis iniquae,
Pertulerit. Tu nubigenas, invicte, bimembris
Hylaeumque, Pholumque manu, tu Creſia mactas

Pro-

SERVII.

291. Trojamque. Ut ſupra ỳ. 157. diximus, Trojam Hercules evertit propter negatos ſibi a Laomedonte equos divino ſemine procreatos, & Heſionae nuptias, quam a ceto liberaverat, [5] [necato patre ejus Laomedonte.] Sane Critici fruſtra culpant Virgilium, quod praeſentibus Trojanis, [6] Trojae laudari introduxit excidium, non reſpicientes, quia hoc ratio fecit hymnorum, quibus aliquid ſubtrahere ſacrilegium eſt. [7] [Alii magis hoc in ſolatium Aeneae cantatum poſſe accipi tradunt: nam quod Herculi datur, Graecis aufertur; & poteſt obliteratus dolor videri praeteritus, quando ad fatalem terram perventum eſt, ſicut alibi ait Aeneas I. 206. *Illic fas regna reſurgere Trojae*; ut ibi jam dixerat VII. 120. *Salve fatis mihi debita tellus*: quia exſpectatus venerat ſolo Laurenti arviſque Latinis] Oechaliamque. [8] [*Oechalia*, civitas in Euboea inſula fuit, cujus] Eurytus [9] rex Iolem filiam Herculi denegavit, [10] [victori certamine ſagittarum] ante promiſſam; ideo, quod eum fuerat filius dehortatus, dicens ab Hercule & Megaram uxorem, & ex ea filios interemptos; quod factum fuerat Junonis inſtinctu: [11] [unde iratus Hercules propter nuptias ſibi denegatas, everſa civitate interemit Eurythum & Iolem ſuſtulit. Mille. Pro multis.

292. Rege sub Eurystheo. Hujus aſperrima imperia ſuſtinuerat Hercules voluntate Junonis: nam hoc eſt, quod dicit, *Fatis Junonis*, id eſt, voluntate: [12] [vel certe reſponſis, quae Euryſtheo in Herculem dederat: & quidam bono auſpicio, Fatis Junonis, poſitum volunt; hoc eſt, quam etiam Trojani gravem ſuſtinent, ut dei jubentur exemplo, qui tam multis ejus inſtinctu ſubjacuerit aerumnis; virtute tamen ad divinitatem pervenerit.]

293. Nubigenas. De Ixione & Nube procreatos Centauros, ut ſuperius VI. 286. diximus. [12] * [Pindarus ipſum, cum equas paſceret, inceſtaſſe eas, inde Centauros natos dicit.]

294. Hylaeumque, Pholumque. *Hylaeum* Theſeus [13] occidit; *Pholus* [14] vero Herculem ſuſcepit hoſpitio eo tempore, quo ad expugnandos Centauros eſſet profectus. Lucanus VI. 391. *Hoſpes & Alcidae magni Phole.* Unde apparet per poëticam licentiam nomina eſſe pro nominibus poſita. [15] [Alii *Pholum* non abhorrere a vera hiſtoria tradunt: *Pholus* enim, dum miratur ſagittas Herculis, quibus tot Centauros interfecerat, una ex illis in pedem ejus decidit, cujus vulnere ſanari non potuit.] Cressia mactas Prodigia. *Mactas*, bene ad leonem, quem interemit, refertur: nam Cretenſem taurum non mactavit; [16] ſed cum eum incolumem ad Euryſtheum perduxiſſet, [17] [ille eum, licet flammas vomuiſſe dictus ſit, inlectus pulchritudine, in Atticam regionem reliquit: qui, cum Marathonem vaſtaret, a Theſeo poſtea occiſus eſt.] Uno tamen verbo utrumque ſaepe concluditur, aliquotiens una pars, ut XII. 435. *Diſce, puer, virtutem ex me, verumque laborem, Fortunam ex aliis.* [18] [Alii *mactas*, ad Centauros ſicut ad Leonem referri volunt.]

VARIORUM.

Ecce autem geminae a Tenedo tranquilla tuentes (Hor-

5 deſunt V. R. Lipſ. Baſil. 6 deeſt Steph. Trojae laudare Dan. Fabr. Baſil. Trojanis Trojae introduxerit exc. Baſil. de Criticorum reprehenſione vid. H. Steph. Diſſert. de Criticis pag. 37. 7 deſunt V. Voſ. Lipſ. Steph. al. 8 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 9 Rex Oechalius Voſ. R. Lipſ. Steph. al. Rex Oecaliae. Dan. & Fabr. mox Ionem pro Iolem bis habent Voſ. R. 10 deſunt V. R. Lipſ. Steph. al. 11 deſunt Lipſ. deinde in fine notae, continuo ordine mille labores Rege ſub Euryſtheo, cujus &c. Lipſ. V. Voſ. R. *cujus* etiam Steph. deſunt vero inde Baſil. ad ỳ. 293. 12 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 12 * deſunt iisdem. neſcio an voluerit indicare locum Pindari Od. Pyth. II. 78. & 82. ſed ibi non Ixionem inceſtare equas dicit, ſed ex Ixione & Nube natum Centaurum. qui mixtus equabus Theſſalis genuit Centauros biformes. ubi videndus Scholiaſtes. BURM. 13 interemit V. Voſ. R. Steph. al. 14 ergo R. 15 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. eadem fere habet Schol. Statii ad I. Achil. 238. ſed depravatis verbis, legendum vero, *Aſper tradit dum ſagittas Herculis ſtupet, quibus tot Centauros occiderat, unam ex illis in pedem cecidiſſe, cujus vulnere ſanari non potuit.* BURM. 16 ſed eum i. ad E. perduxit V. Voſ. Lipſ. Steph. ſed in eo incolumen i. E. perduxit R. *ſed incolumem* Baſil. 17 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 18 deſunt iisdem.

Prodigia, & vaſtum Nemeae ſub rupe leonem.
Te Stygii tremuere lacus, te janitor Orci
Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento:
Nec te ullae facies, non terruit ipſe Typhoëus

Ar-

SERVII.

295. NEMEAE SUB RUPE. *Nemea* ſylva eſt vicina Thebis, in qua Hercules interemit leonem, [19] [qui Lunae filius, & invulnerabilis dictus eſt.] [20] [Interemit & alterum leonem apud Cleonas urbem, cujus pellem geſtabat in tutamen: unde Lucanus IV. 612. *Ille Cleonaei projecit terga leonis.*] *Nemeae* autem anapaeſtus eſt: nam & NE, & ME [21] breves ſunt; [22] [AE autem longa diphthongo.]

296. STYGII TREMUERE LACUS. Id eſt, Inferni, quo tempore deſcendit ad rapiendum Cerberum.

297. OSSA SUPER RECUBANS. Aut ad terrorem dictum eſt: aut certe illud eſt, quod ſupra VI. 395. etiam diximus, Cerberum eſſe terram, quae corpora ſepulta conſumit: nam inde *Cerberus* dictus eſt, quaſi κρεοβόρος. Alii pueriliter volunt, a Cerbero Amphiarai oſſa conſumi, qui hiatu terrae [23] ſecundum Statium vivus deſcendit ad Inferos. SEMESA CRUENTO. *Semenſum* non dicimus, ſicut nec *enſum*: nam *eſum* facit & *comeſum*.

298. NEC TE ULLAE FACIES. *Facies*, id eſt, ſpecies, more ſuo; [24] [vel periculorum vices multae, ut VI. 104. *Nova mi facies.* & VI. 560. *Quae ſcelerum facies:* ſubauditur tamen *terruere.*] IPSE TYPHOEUS ARDUUS, ARMA TENENS. Et hoc poëtice: nam ſi interemit Centauros, quemadmodum etiam Gigantum interfuit praelio, qui ante innumeros annos fuiſſe dicuntur? [25] [Ergo NON TERRUIT, pro, non terreret, vel terruiſſet, ut ſit: *Nec te Typhoeus ipſe terreret.*]

VARIORUM.

(*Horreſco referens*) *immenſis orbibus angues.* & libro VI. 271. optimus codex, *torvae angues.* HEINS. Vid. Cioſan. ad Ovid. de Medicam. faciei ỳ. 39.

290. DISJECERIT. *Dejecerit* ſex vel ſeptem. vid. ſupr. ỳ. 191. *Et bello e. i. devicerit* Venetus.

291. OECHALIAMQUE. *Aethaliamque* tertius Rottendorphius. *Oethaliamque* Vratiſlavienſis. *Echaliamque* Lutatius ad Stat. VI. Theb. 534. *Oetaliamque* Parrhaſ. *Oeiamque* Regius. vid. ad Ovid. Epiſt. IX. 1. BURM.

Ibid. UT DUROS. Mediceus *Eduros*. *Eduram pyrum* habes lib. IV. Georg. 11. *& duros* Macrob. lib. VI. Saturn. 6. quomodo & veterrimus Pierii Vaticanus, & ex noſtris Mentelius prior & Menagianus alter. HEINS. *Durus* Bigotianus.

292. REGE SUB EURYSTHEO. *Aeritheo* Regius. haec imitatur Statius lib. VII. Silv. III 57. ubi legitur vulgo,

Pertulit & ſaevi Tyrinthius horrida Regis Pacta.

ubi temere corrigit Marklandus, *Pertulit Eurystheus*, &c. quaſi cogeretur Statius omnia Maronis verba exprimere, & dubitaret lector eruditus, de quo Rege ageretur. & ſolere poëtas quando notus eſt, de quo agimus, proprium nomen omittere obſervat Servius ad III. Aeneid. 321. & Philargyr. ad III. Georg. 258. vide & quae notavimus ad I. Georg. 19. BURM.

294. HYLAEUMQUE. Joh. Marius Matius Annotationum in varios auctores cap. LXXVII. *Neleum* pro *Hylaeo* vellet ſubſtitui tam hoc loco, quam illo II. Georg. 457.

Et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem.

ſed fallitur. HEINS. *Yleum Pholumque* Parrhaſ. *tu Creſcia* Dorvil.

295. NEMEAE. *Nemea* Mediceus pro *Nemeaea*, ut cum Vaticano Pierii ex noſtris etiam Gudianus, Mentelius alter, Leidenſis & alii quatuor. Certe apud Graecos Νεμεῖος καὶ Νεμεαῖος adjective ponuntur. adi notas lib. V. 299. Prudentius lib. I. adverſus Symmachum de Hercule:

Nec maris erubuit Nemea ſub pelle fovere

Con-

19 deſunt iiſdem ad *Nemeae*. ſed Baſil. ad *interemit*. 20 deſunt iiſdem & Dan. ſed habet Baſil. poſt finem notae hujus. errare hic Servium, qui diverſos leones facit Nemeaeum & Cleonaeum, notat Marklandus ad Stat. V. Silv. II. 48. ſed diverſas Mythicorum ſententias fruſtra ſaepe tentamus. vide ad Valer. Flac. I. 32. & ad Lucan. IV. 612. & hoc centies in Virgilio Servius notavit. BURM. 21 breves viſae ſunt V. 22 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 23 ſecundum fabulas Dan. Fabr. 24 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 25 deſunt iiſdem.

Arduus, arma tenens: non te rationis egentem
Lernaeus turba capitum circumſtetit anguis.
Salve, vera Jovis proles, decus addite Divis:

Et

SERVII.

299. NON TE RATIONIS EGENTEM. [26] Liptotes figura: nam minus dixit, & plus intelligimus: hoc enim dicit: Prudentiſſimum te non circumvenit. [27] Et eſt talis figura, qualis VII. 261. *Munera non ſperno.*

300. LERNAEUS ANGUIS. Id eſt, Hydra. [28] [TURBA CAPITUM. Aliis amphibolia videtur; [29] [* ſi: non te Lernaeus turba egentem capitum anguis, remanet rationis egentem ordinaveris, remanet *Lernaeus t. c. c. a.* [30] ſic eſt: non eguiſti ratione, cum te Lernaeus anguis circumſtent capitum [31] turba.] Praeter haec quae Herculem hoc loco Poeta feciſſe memoravit, alia facta Herculis haec ſunt: Superatus aper Erymanthius, [32] poſt Cerva; item Stymfalides aves, quae alumnae Martis fuiſſe dicuntur, quae hoc periculum regionibus inrogabant, quod, cum eſſent plurimae volantes, tantum plumarum [33] ſtercorumque de ſe emittebant, ut homines & animalia necarent, agros & ſemina omnia cooperirent: [34] inde ab Augea Elidenſium rege rogatus, bovilia, [35] quae ſtercore animalium congeſto, peſtilentiam tam ſuis quam vicinis regionibus creaverant, immiſſo Alfeo flumine [36] repurgavit, & regionibus ſalubritate reddita, ipſum regem, negata ſibi mercede, interemit: inde equos Diomedis Thracis, qui humanis carnibus veſcebantur, abduxit: inde [37] ad Hippolytae cingulum petendum perrexit, [38] eamque ablato cingulo ſuperavit: ad Geryonem autem, ſicut jam ſupra VII. 662. dictum eſt, navi aenea navigavit, tergo leonis velificans; ibique primum [39] Orthrum canem, Echidnes filium, peremit; deinde Eurytiona paſtorem, Martis filium; noviſſime Geryonem, cujus abduxit armenta: item ad [40] Heſperidas perrexit, & Anthaeum, filium Terrae, victum luctatione necavit: inde in Aegypto Buſiridem [41] necavit, qui advenientes hoſpites immolare conſueverat: poſt Prometheum, Jovis imperio in Caucaſo monte religatum, occiſa ſagittis aquila, [42] liberavit: Acheloum etiam [43] fluvium, qui ſe propter Deianiram Oenei filiam certando cum Hercule in formas varias commutabat, mutatum in taurum, avulſo ab illo cornu, victoria cedere compulit: poſt Lycum regem, qui, ſe apud Inferos conſtituto, Megaram uxorem ejus tentaverat, reverſus peremit; propter cujus necem Juno ei inſaniam [44] immiſit, ut uxorem necaret ac filios; qui poſt [45] receptam ſanitatem, cum expiationem parricidii ab Apolline petiſſet, nec ab eo reſponſa meruiſſet, ira concitus cortinam ipſam & tripodem Apollinis ſuſtulit; ob quod iratus Juppiter eum Omfalae ſervire praecepit. Cujus finis humanitatis talis fuit: Cum Deianiram conjugem per fluvium, in quo [46] Neſſus [47] Centauros commeantes tranſvehebat, etiam Hercules tranſvehere vellet, auſus eſt Neſſus occulte Deianiram de ſtupro interpellare; quod cum Hercules [48] cognoviſſet, Neſſum peremit; ſed Neſſus moriens Deianiram monuit, ut ſanguinem ſuum exceptum ſervaret, & ſi quando advertiſſet Herculem altera [49] foemina delectari, ſanguine ipſo veſtem inlitam marito daret; per quam vindicari poſſit. Sed Deianira, cum audiſſet maritum Iolen, Eurythi Oechalienſis amare filiam, veſtem tinctam Neſſi ſanguine [50] Lichae ſervo dedit [51] ad eum perferendam; qui cum Herculi in Oeta occurriſſet, [52] munus uxoris tradidit, quam cum ille Jovi ſacrificaturus induiſſet, tanto corporis ardore correptus eſt, ut non invento remedio pyram conſtrui juberet, donatiſque Philoctetae ſagittis, peteret ab eo ut cremaretur, [53] quo facto inter Deos relatus eſt.]

301. SALVE. Hic *Salve* ſic dictum eſt, ut alibi:

26 Lkotea Voſ. R. 27 haec ponunt poſt, *id eſt Hydra* Voſ. V. R. Lipſ. Steph. Dan. 28 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. ad Vera Jovis ✝. 301. 29 deſunt Fabr. al. ad *Praeter.* 30 ſi eſt Dan. 3ī turba * Dan. 32 poſt Cerberum Baſil. 33 deeſt Dan. 34 unde Ovilia Elidenſium regis quae Dan. Elienſium Fabr. al. quae & Ovilia habent. 35 quod Baſil. 36 purgavit Baſil. 37 ab Ypolito Dan. ab Hippolyta Heinſius. 38 eamque * abl. c. ſuperatu * Dan. 39 deeſt Dan. cautem Echydnes Fabr. cautem Mathonae fil. Baſil. 40 Heſperiadas Dan. 41 deeſt Baſil. 42 liberaverit Dan. 43 Fluvii Deum Baſ. 44 miſit & ux. necavit Dan. vid. Munckey. ad Hygin. Fab. XXX. 45 recepta ſanitate Baſil. 46 Neſus Dan. 47 centaurus Baſil. melius credo. 48 agnoviſſet Dan. 49 deeſt Baſil. 50 Lycae Fabr. Baſil. 51 ad eum Dan. 52 manibus uxoris datam tradidit Baſil. 53 ne inveniretur, quo &c. Fabr. Baſil.

Et nos, & tua dexter adi pede ſacra ſecundo.
Talia carminibus celebrant: ſuper omnia Caci
Speluncam adjiciunt, ſpirantemque ignibus ipſum.
Conſonat omne nemus ſtrepitu, colleſque reſultant.
Exin ſe cuncti divinis rebus ad urbem
Perfectis referunt. Ibat rex obſitus aevo,
Et comitem Aenean juxta natumque tenebat

In-

SERVII.

libi: *Sis felix.* Hic *Divus Fidus* ſolus dicitur, quod ſolus [54] [fidem fecit ſe Jovis filium.] VERA JOVIS PROLES. Nullus enim humano ſanguine procreatus tanta perficeret.

302. DEXTER ADI. Id eſt, propitius. PEDE SECUNDO. Omine proſpero.

303. SUPER OMNIA CACI. Id eſt, hoc factum laudant ultra omnia. Et ſic eſt dictum, ut eſt [55] IX. 283. *Et te ſuper omnia dona Unum oro.* Et bene, quantum ad ipſos pertinet, rem [56] majorem & ſibi utiliorem ſervare poſt omnia: [57] [quia ita ſaepe fit, ut ea, quae in praeſente aguntur, fabulis omnibus poſtea addantur, &, quae [58] experierant, potiora videantur ignotis, & fides habeatur illis, quae audierant, & his, quae viderant.]

307. OBSITUS AEVO. Aetate involutus, ut [59] [Terentius ait] Eun. II. II. 5. *Annis pannisque obſitus.* [60] [Nonnulli *obſitum*, quaſi inſitum, & obſeſſum, & poſſeſſum, tradunt.]

VARIORUM.

Concubitus. ita ſcripti conſtanter, quod male immutarunt in *Nemeaea pelle.* HEINS. *Nemeae* habet Lutarius ad Stat. I. Theb. 355. & ita Ald. *Nemea* Dorvillius.

296. TREMUERE. *Flevere* Oudartii. *timuere* prior Hamburgicus & Venetus.

297. OSSA. Vid. Senec. Ep. LXXXII. qui ſubjicit verſum ex VI. Aen. 401. ubi vide.

298. NEC TE. *Non te* Parrhaſ. mox, *nec terruit* Montalbanius. & Francianus. & mox, *nec te rationis*, quod & eſt in Dorvill.

300. CIRCUMSTETIT. *Circumſtitit* alter Menagii, ſecundus & tertius Rottendorphius, primus Moreti, & Leidenſis.

301. DECUS. *Deus* Parrhaſ. Auſon. Burdigala 33.

Divom Celtarum lingua fons addite Divis.

302. DEXTER. *Dextra* Dorvil.

306. EXIN. *Exhinc* ſecundus Moreti, Parrhaſianus. ſupr. VII. 341. *exinde ſe* Dorvil.

307. OBSITUS. Ruaeus a communi interpretatione recedens, explicat, *ſparſus canis*, quia ſupr. V. 416. *temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus.* ſed quum hoc verbo metaphorice de agro translato utantur paſſim veteres, nihil aliud notare poteſt, quam ita plenum fuiſſe aevo, ut toto ex corpore adpareret ſenectus, & caput tremulum, & vultum rugoſum, & pedes infirmos & cetera omnia ſenilis aetatis indicia oſtenderent. Lucretii vero illa II. 211. de ſole, *lumine conſerit arva*, id eſt tota implet & illuſtrat lumine ſuo, ut nulla pars tenebroſa appareat: nam praeceſſit, *diſſipat omnes Ardores, in parte.* potuiſſet rectius adducere illa Arnobii ex lib. IV. *Saturnus obſitus canis, atque annorum vetuſtate jam frigidus.* ſed & ibi eſt plenus. *aevum* vero notare ſenectutem vidimus ad Ecl. X. 43. vid. Serv. ad VIII. Ecl. V. 27. aliis dicitur *plenus annis*, ut vidimus ad Valer. Flac. I. 376. ubi ex Boëthio etiam *plenum aevo* adduximus. utrumque conjungit Ovidius VIII. Metam. 712. *annis aevoque ſoluti.* vid. ad Lucan. VI. 275. BURM.

308. TENEBAT. *Trahebat* pro variante ſcriptura prior Hamburgicus, non inconcinne HEINS. Si pueri eum comitati eſſent, & non paſſibus aequis ſecuti, ut II. Aen. 457. *trahebat* praeterrem.

nunc

54 recte vidit Cl. Dorvillius legendum eſſe, *fidem fecit eſſe ſe Jovis filium.* 55 *ſed te* V. 56 majorem ſervavere V. R. Baſ. majorem & utiliorem ſervavere Voſ. & ſibi utiliorem ſervavere Steph. 57 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 58 experierant Dan. 59 deſunt V. R. ut Terentius Voſ. Steph. al. 60 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al.

Ingrediens, varioque viam ſermone levabat.
Miratur, faciliſque oculos fert omnia circum
Aeneas, capiturque locis; & ſingula laetus
Exquiritque, auditque virûm monumenta priorum.
Tum rex Euandrus Romanae conditor arcis:
Haec nemora indigenae Fauni Nymphaeque tenebant,
Genſque virûm truncis & duro robore nata:

Quis

SERVII.

310. FACILESQUE OCULOS FERT OMNIA CIRCUM. Phyſici dicunt, ex vino mobiliores oculos fieri. Plautus: *Faciles oculos* [61] *habet*. Id eſt, mobiles vino. [62] [Hoc etiam Maecenas in Sympoſio, [63] cui Virgilius & Horatius interfuerunt, cum ex perſona Meſſalae de vino loqueretur, [64] ait: *Idem humor miniſtrat faciles oculos, pulcriora reddit omnia, & dulcis juventae reducit bona.*]

311. CAPITURQUE LOCIS. Delectatus [65] [locorum pulchritudine, id eſt, uno loco diutius retinetur.]

313. ROMANAE CONDITOR ARCIS. Conditor Pallantei, ubi nunc Palatium eſt: quod non eſt re vera arx, ſed tenet omnium rerum principatum. [66] [Et hic ſubtiliter videtur ſignificare, Romam initium ab Euandro ducere.]

314. HAEC NEMORA INDIGENAE FAUNI. *Indigenae*, id eſt, inde geniti, [67] *αὐτόχθονες*. Et ſciendum [68] ſecundum Heſiodi [69] Theogoniam [70] primo deos genitos; inde hemitheos; poſt heroas; inde homines innocentes; [71] ultimo ſceleratos: [72] quem & hic nunc ordinem ſervat. [73] [Sane, ſicut ſupra VII. 47. dictum eſt, Faunus Pici filius dicitur, qui a *fando*, quod futura praediceret, *Faunus* appellatus eſt, quorum etiam reſponſa ferebantur. Hic *Faunus* habuiſſe filiam dicitur [74] omnium caſtiſſimam & diſciplinis omnibus eruditam, quam quidam, quod nomine dici prohibitum fuerat, *Bonam deam* appellatam volunt. Hos *Faunos* etiam *Fatuos* dicunt, quod per ſtuporem divina pronuntient: quidam *Faunum* appellatum volunt eum, quem nos propitium dicimus.]

315. TRUNCIS, ET DURO ROBORE NATA. Hoc figmentum [75] [Homericum eſt, &] ortum eſt ex antiqua hominum habitatione, qui ante factas domos, aut in cavis arboribus, aut in ſpeluncis manebant: qui cum exinde egrederentur, [76] aut ſuam educerent ſobolem, dicti ſunt inde procreati.

VARIORUM.

nunc obſitus aevo *tenebat* comites, iis innitens potius, quam eos trahens. BURM.

309. INGREDIENS. *Ingredienſque viam vario ſermone* Venetus.

Ibid. LEVABAT. *Levabant* Scholiaſtes Statii Theb. VIII. 215. quod arridet. HEINS. Ita Hugenianus a manu ſecunda. & Schol. Stat. II. Theb. 511.

312. EXQUIRITQUE. *Exquirit* Ald. pr.

315. ET DURO. *Et rupto* tertius Rottendorphius. HEINS. Nihil mutat Lutatius ad Stat. III. 560. & IV. Theb. 276. ubi ille fere eadem quae Serv. tradit.

316. Mos.

61 deeſt V. 62 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. 63 ubi Dan. Fabr. 64 aut, *idem vinum* * *miniſtrat* Dan. ait, *vinum miniſtrat* Fabr. & ita Heinſius legebat, & *aut* corrupte ex *ait* repetitum credebat, & *id eſt*, ex eo quod ſaepius jam anteceſſerat, & ſequitur. Bentlej. ad Horat. III. Od. XXI. 13. legebat, ait, *id & in vino eſt*, *miniſtrat*. unde Maſvicius ſuum petierit ignoro; credo a Ryckio. nec diſplicet tamen. hunc locum indicare credo Schol. Horatii I. Od. 36. ubi *putres* oculos a Virgilio dici *faciles* notat. BURM. 65 deſunt V. R. Lipſ. Baſ. ad finem. ſed Voſ. Stephano deſunt tantum *locorum pulchritudine*. 66 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 67 deeſt Steph. Baſil. 68 deeſt R. 69 Theogoniam V. Lipſ. 70 primos Baſil. 71 ultimos R. 72 quem hunc R. & deeſt Voſ. Steph. al. 73 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 74 Omam caſt. ita * & Dan. Omam caſtitate & Fabr. Heinſius legebat *Faunam caſtitate* &c. certe *Fauna* uxor Fauni fuit, & *Bona dea* dicta ſecundum Lactantium, niſi quis *Bonam* malit legere, ut infra dicitur. BURM. 75 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. al. ſimilia fere habet Lutatius ad Stat. IV. Theb. 276. 76 ut ſuam Fabr. Baſil.

Digitized by Google

Quîs neque mos, neque cultus erat: nec jungere tauros,
Aut conponere opes norant, aut parcere parto:
Sed rami, atque aſper victu venatus alebat.
Primus ab aetherio venit Saturnus Olympo,
Arma Jovis fugiens, & regnis exſul ademtis.
Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis
Conpoſuit, legeſque dedit, Latiumque vocari

Ma-

SERVII.

316. NEQUE CULTUS ERAT. Id eſt, nullam ſui curam habebant. [77] [Alii ad animum referunt, ut Salluſtius Catil. cap. II. *Indocti, incultique.* Alii ad morem, hoc eſt, qui neque legibus aut imperio cujuſquam regebantur: quia mos, eſt lex quaedam vivendi, nullo vinculo adſtricta, hoc eſt, lex non ſcripta. Sed hic *cultum*, legem, imperium, dictum volunt: alii mores pro legibus, veluti v. 264. *Moreſque viris & moenia ponet:* & VII. 204. *Veteriſque dei ſe more tenentem.*]

317. COMPONERE OPES. Reſervare, ordinare. PARCERE PARTO. De die, inquit, vivebant, nec [78] inventa ſervabant.

318. RAMI ATQUE ASPER VICTU VENATUS ALEBAT. [79] [Cognato quodammodo victu] alebantur: aut venatu montium, aut arborum ramis: [80] [hinc enim ali debent ex arboribus nati.

319. PRIMUS. Quaſi & alius venerit e caelo; ſed primus in Italiam venit.] AB AETHERIO VENIT SATURNUS OLYMPO. Hoc dicit ſecundum poëticum morem: nam Saturnus rex fuit Cretae, quem Jupiter filius bello pepulit. Hic fugiens ab Jano [81] [rege, qui urbem habuit, ubi nunc Janiculum eſt,] ſuſceptus eſt, qui regnabat in Italia: quem cum docuiſſet uſum vinearum, & falcis, [82] [& humaniorem victum,] in partem eſt admiſſus imperii, & ſibi oppidum fecit, [83] [ſub clivo Capitolino, ubi nunc ejus aedes videtur, qui] poſtea ſuum repetivit imperium. [84] [Ex hoc & *Saturnalia*, ut eſſent memorialia vitae, quam Saturnus docuerat, qua die [85] ſimul & promiſcuo victu utuntur ſervi & liberi. Ideo autem in aede ipſius Saturni aerarium, quod ibi potiſſimum pecunia ſervaretur, eo, quod illi maxime credatur.]

321. IS GENUS INDOCILE. Pro, indoctum: nam *indocile*, eſt quod penitus non poteſt [86] diſcere: *indoctum*, quod nondum didicit. Hos autem dicit eſſe compoſitos: unde apparet quia *indocile* dixit pro, *indoctum.* [87] [Hoc autem eſt, quod dicit Cicero in primo Rhetoricorum: *Feros adhuc homines magni cujuſdam viri oratione compoſitos.*]

322. LEGESQUE DEDIT. [88] Atqui dixit VII. 204. *Haud vinclo, nec legibus aequam;* ſed intelligimus Saturnum dediſſe leges, quibus adeo obtemperaverunt, ut jam ita per naturam ſine legibus viverent. [89] [Hunc ſane Deum & leges recipere, & legibus praeeſſe, docet antiquitas: nam ideo & acceptae a populo leges in aerario claudebantur, quoniam aerarium Saturno dicatum erat, ut hodieque Aerarium Saturni dicitur. LATIUMQUE VOCARI MALUIT. Bene *maluit:* nam & Saturnia dicta eſt, ut inf. 329. *Et nomen poſuit Saturnia tellus.* Et Virgilius *Latium* vult dici, quod illic Saturnus latuit, [90] [fugiens Jovem. Fabula nota eſt, quod Saturnus filios ſuos [91] de Ope genitos voraverit, cum audiſſet a filio ſe regno eſſe pellendum; & quod ei uxor nato Jove lapidem pro infante obtulerit devorandum.] Varro autem *Latium* dici putat, *quod latet Italia inter* [92] *praecipitia Alpium & Apennini.* [93] [Quidam ferunt a *Latino* dictum

La-

77 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 78 jumenta Steph. 79 deſunt Voſ. 80 deſunt R. V. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad, *ab aetherio* v. 319. 81 deſunt iisdem. 82 deſunt iisdem. 83 deſunt iisdem. 84 deſunt iisdem. 85 ſimile & Dan. ſimili Fabr: ſimul & prom. unde habeat Maſvicius ignoro. non tamen improbo, nam a Rycitio credo profectum. 86 doceri Dan. Fabr. 87 deſunt V. hoc autem dicit Cicero Lipſ. 88 quia dixit V. 89 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 90 deſunt iisdem. 91 deo progenitos Dan. Fabr. ideo genitos Genev. Ed. 92 *loca Alpium* Dan. *praerupta* V. *inter juga* Commel. & Emm. hanc omnium ineptiſſimam & ridiculam etymologiam dicit Cluver. Ital. Ant. lib. III. cap. I. p. 797. 93 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al.

Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.
Aurea quae perhibent, illo ſub rege fuerunt
Secula: ſic placida populos in pace regebat.
Deterior donec paullatim, ac decolor aetas,
Et belli rabies, & amor ſucceſſit habendi.
Tum manus Auſonia, & gentes venere Sicanae;

Sae-

SERVII.

Latium; alii ipſum *Latinum*, a *Latio*.]

325. SIC PLACIDA POPULOS IN PACE REGEBAT. Ut merito aurea ſecula crederentur.

326. DECOLOR AETAS. Vitioſa, [94] [quae decoloraret veteres mores:] in omni enim vitioſo corpore ineſt peſſimus color. Et alludit ad naturam [95] metallorum, quam cernimus diſcolorem; nec immerito. ſupra enim dixerat: *Aurea ſecula*: ideo nunc dixit: *Aetas decolor*, id eſt, aurea & ferrea, [96] [ſicuti Heſiodus dicit. Sane *decolor aetas*, quis ante hunc?]

328. TUNC MANUS AUSONIAE. Omnes terrae habitatores, aut indigenae, aut advenae, aut convenae, [97] [aut incolae ſunt;] indigenae ſunt inde geniti, [98] [quos vocant Aborigines Latini; Graeci Ἀυτόχθονας,] [99] ut idem de Faunis dixit: advenae de uno loco venientes, ut Saturnus: convenae de diverſis, ut Auſones & Sicani: [1] [quamvis quidam Auſones cognominatos ab Auſone, Ulyxis & Circes filio, dicant:] Sicani autem, ſecundum nonnullos, populi ſunt Hiſpaniae, a fluvio Sicori dicti. Lucanus IV. 14. *Heſperios inter Sicoris non ultimus* [2] *amnis*. Hi duce Siculo venerunt ad Italiam, & eam tenuerunt, excluſis Aboriginibus. Mox ipſi pulſi ab illis, quos ante pepulerant, inſulam vicinam Italiae occupaverunt: & eam Sicaniam a gentis nomine, Siciliam vero a ducis nomine dixerunt: [3] quanquam Thucydides lib. VI. 2. dicat de Sicilia Italum regem veniſſe, & ab eo eſſe Italiam appellatam. [4] [Alii ſic diſtinguunt *Sicanae*; & ſubjungunt, *Saepius & nomen poſuit Saturnia tellus*. Semel enim Sicani ex Hiſpania in Italiam veniſſe dicuntur; at Italia plura nomina habuit, dicta eſt enim Heſperia, Auſonia, Saturnia, [5] Vitalia.]

VARIORUM.

316. MOS. Id eſt certus ordo vivendi. vid. I. Aen. 264. & Barth. ad Stat. V. Theb. 117.

317. AUT COMPONERE. *Haud* primus Rottendorphius. & Leidenſis a manu ſecunda. *componere* eſt in horrea, vel cellas penuarias reponere. vid. ad Ovid. II. Art. 460. & Petron. XCIX. *nec comp.* Serv. ad I. Aen. 374. *parcere partis* Leidenſis. *& parcere* alter Hamburgicus.

Ibid. NORANT. *Gnorant* prior Mentelius. ἀρχαϊκῶς. HEINS.

318. ALEBAT. *Alebant* Venetus. deinde, *aſper victus venatus*, per appoſitionem Montalbanius. HEINS. *aſper cultu* Oudartii. ita lib. I. 445. *facilis victu.* ubi vide. Anna Daceria ad Auctorem de Orig. Gent. R. cap III. *victu* conjungebat cum *alebat*, & *victu alebat*, idem eſſe, quod ſimpliciter *alebat*, ait. quod probandum erat. *alebant* Dorvill. BURM.

320. REGNIS. *Terris* Hugenianus pro diverſa lectione.

323. LATUISSET TUTUS. *Tutus latuiſſet* apud Lactantium lib. I. de Falſa religione. HEINS.

324. AUREAQUE UT. Manuſcriptum, *Aurea quae perhibent*: quo modo citat aliquoties Helenius. FABRIC. *Aurea quae perhibent* in Menteliano priore, Gudiano, Menagiano utroque, tribus Rottendorphiis, primo Moretano, Leidenſi, utro-

que

94 deſunt iisdem. 95 metalli iidem. 96 deſunt iisdem. ſed Fabr. deerant, ſane dec. &c. Lipſ. etiam, id eſt &c. 97 deſunt V. ſed Voſ. habet antea, loco, aut indigenae. R. vero, omnes t habitatores aut incolae ſunt, aut habitatores, aut convenae. 98 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. 99 deeſt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 1 deſunt iisdem. 2 *amnes* V. Fabr. al. 3 deſunt Fabr. ſed Thucydides dicit Italum fuiſſe Arcadum regem. vid. Serv. ad I. Aen. 2. & 533. & Cluver. Ital. Ant. lib. I. p. 8. 4 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 5 hoc nomen neſcio an alibi legatur. ſed quia Italiam ab Italis, id eſt bobus quidam dictam velint, forte a *Vitulis* dixerunt prius Vituliam, inde Vitaliam, & Italiam. quam Etymologiam ridet Cluver. d. l.

Saepius & nomen poſuit Saturnia tellus.
Tum reges, aſperque inmani corpore Thybris:
A quo poſt Itali fluvium cognomine Thybrim
Diximus: amiſit verum vetus Albula nomen.
Me pulſum patria, pelagique extrema ſequentem

For-

SERVII.

330. IMMANI CORPORE TYBRIS. Hic Tuſcorum rex fuit, qui juxta hunc fluvium pugnans cecidit, & ei nomen impoſuit: [6] [vel ut quidam volunt, a Glauco, Minois regis filio, occiſus eſt.] Alii volunt iſtum ipſum regem latrocinatum eſſe circa hujus fluminis ripas: & tranſeuntibus crebras injurias intuliſſe: unde *Tybris*, quaſi ὕβρις dictus eſt, ἀπὸ τῆς ὕβρεως, id eſt, ab injuria: nam amabant majores, ubi aſpiratio [7] erat, s ponere, ut ἑπτά. *ſeptem*, vel H, ut Ἑλένη. [8] *Helena.* [9] [Alii [10] *Tyberim*, Jani & [11] Cameſenae filium, ibi in bello periiſſe tradunt. Varro *Tyberim* a *Tyberino* quodam rege Latinorum, quod ibi interierit, dictum tradit.] Alii, ut ſupra III. 500. diximus, volunt eos, qui de Sicilia venerunt, *Tybrim* dixiſſe [12] ad ſimilitudinem foſſae Syracuſanae, quam fecerunt per injuriam Afri & Athenienſes juxta civitatis murum: nam quod Livius dicit, ab Albano rege *Tyberino Tybrim* dictum, non procedit: ideo, quia etiam ante Albam *Tybris* dictus invenitur. [13] [Sed hic Alexandrum ſequitur, qui dicit Tyberinum, Capeti filium, venantem, in hunc fluvium cecidiſſe, & fluvio nomen dediſſe: nam & a Pontificibus indigitari ſolet.]

331. [14] [POST ITALI. Etiam Euander ſe Italum dicit.]

332. ALBULA NOMEN. Antiquum hoc nomen a colore habuit.

333. ME PULSUM PATRIA. Aut, ut diximus ſupra, propter parricidium: aut certo oraculorum neceſſitate compulſum. PELAGIQUE EXTREMA. Id eſt, aut per extrema pelagi actum: aut, [15] ut dicit Donatus, per pelagus extrema ſequentem: [16] aut ut *pelagi* adverbium ſit, [17] [pro, in pelago: aut pelagi pericula.]

VARIORUM.

que Hamburgenſi. concinnius omnino. ſub illo rege fuerunt ſecula, quae aurea perhibentur. eamque lectionem Pierius quoque in nonnullis ſuorum invenerat, ſed perperam damnavit non intellectam. manifeſte eam quoque agnoſcit Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. IV. Od. 2. idem *fuerunt*, non *fuere*. etiam lib. II. Od. 10. ubi tamen *aureaque ut perhibent*, prae ſe fert. uti etiam Lactantius lib. I. de Falſa Relig. cap. 12. *fuerunt* etiam in Gudiano, altero Mentelio, ſecundo tertioque Rottendorphiis, quod ſonorum magis. in Mediceo, *Aurea quae ut perhibent*. Claudianus VI. Conſ. Honorii Aug. 285.

Integer ad montes reliquo cum robore ceſſi,
Quos Appaeninum perhibent.

vulgata tamen ſcriptura agnoſcitur a Scholiaſte Statii Theb. III. 559. HEINS. *Aureaque ut perhibent* Regius, Parrhaſ. & Dorvil. ſed Servius ad XI. 252. *Aurea quae.* ſed quum utraque lectio aliis poſſit exemplis firmari, & *ut perhibent* noſtro & aliis ſit uſitatiſſimum, neſcio quid praeſtet. niſi quis ſubtilius velit diſtinguere, & *ut perhibent* velit locum eſſe, ubi de fabulis, fama & opinione vulgi agitur; *quae perhibent*, ubi de appellatione & nomine agitur, ut in Claudiani verbis & in II. in Eutrop. 497. *Quem merito Graji perhibent Epimethea vates.* & contra noſter h. l. 35. *Electra (ut Graji perhibent) Atlantide cretus.* id eſt narrant. in aliis, quae vocant, appellant, debet explicari. ſed non dubito quin ſaepe utraque lectio, ut hic, poſſit locum habere. BURM.

325. PLACIDA. *Longa* Serv. ad IV. Aen. 229. & VII. 162. confundens locum ex VII. 46. BURM.

326. DECOLOR. Ad diverſos colores metallorum,

6 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 7 erat Θ ponere Voſ. Dan. T vel Θ ponere V. erat. adponere R. relicto parvo ſpatio. reliqua ut &c. deerant R. Voſ. Dan. 8 Felena Steph. Baſil. 9 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 10 Tiberini Dan. Cluver. d. lib. 1. pr. Tiberinum legebat. 11 Camaſenae Dan. & hanc fabulam idem Cluver. explodit. 12 a ſimiitudine Dan. Fabr. 13 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 14 deſunt iisdem. 15 ut dicunt quidam Dan. Fabr. aut dicit Donatus *per pelagus, ex. pelagi ſequentem.* ut *pelagi* ad. eſt. R. hoc nomen, aut ut dicit D. *per pelagus ext. ſ.* ait *pelagi* adverbium Voſ. 16 aut pelagi adverbium Steph. Baſil. qui *ut* addit. 17 deſunt V. R. Voſ. Steph. al.

Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum,
His poſuere locis: matriſque egere tremenda
Carmentis Nymphae monita, & Deus auctor Apollo.
Vix ea dicta: dehinc progreſſus monſtrat & aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam:
Quam memorant Nymphae priſcum Carmentis honorem

Va-

SERVII.

334. FORTUNA OMNIPOTENS, ET INELUCTABILE FATUM. Secundum Stoicos [18] locutus eſt, qui naſci & mori fatis dant: media omnia, fortunae. Nam vitae humanae incerta ſunt omnia: unde ET miſcuit, [19] ut quaſi plenum oſtenderet dogma: nam nihil tam contrarium eſt fato quam caſus; ſed ſecundum Stoicos dixit. [20] [Alii *Fortuna omnipotens*, propter fugam & exilium; *Ineluctabile fatum*, idcirco; ut ſe ſceleris & parricidii crimine purgaret.]

335. EGERE. Coëgerunt, ut quaſi oſtendat [21] invitum.

336. CARMENTIS NYMPHAE MONITA. Matris [22] Euandri, [23] [quae *Nicoſtrate* dicta eſt; ſed ideo *Carmentis* appellata a ſuis, quod divinatione fata caneret: nam antique vates *Carmentes* dicebantur; unde etiam librarios, qui eorum dicta perſcriberent, *Carmentarios* [24] nuncupatos. Alii hujus comites *Porrimam* & [25] *Poſtvortam* tradunt: quia vatibus & praeterita & futura ſunt nota. Alii etiam Tyburtem dictam.] *Nymphae* autem, maritae dicit: [26] nam Graece νύμφη, Latine *ſponſa* dicitur. Haec autem non vere *Nympha* fuit, ſed vaticinatrix. [27] [Alii *Nympham* ideo dictam: quoniam qui res Arcadum ſcripſerunt, tradunt ſex foeminas ibi fuiſſe, quae Nymphae vocarentur, in queis & *Carmentem*: proprio ergo vocabulo, non epitheto poëtico, uſus eſt.] AUCTOR. Scilicet oraculorum.

337. MONSTRAT ET ARAM. [28] Aut quam Euander matri fecit exſtinctae: [29] [aut *aram* pro monumento: aut ideo *aram*, quia ibi exſtincta & ſepulta eſt, & poſt exceſſum dea credita.] [30] Haec ara eſt juxta portam, quae primo a *Carmente Carmentalis* dicta eſt; poſt *Scelerata*, a Fabiis [31] CCCVI. qui per ipſam in bellum profecti, non ſunt reverſi. VATIS FATIDICAE. Bene addidit *fatidicae:* nam *vatem*, & poëtam poſſumus intelligere. [32] [Lucilius: *Nec ſi te pectore vates Accipiam*,] [33] unde ſolum plenum non erat. Ergo tale eſt, ut illud in Salluſtio Jug. XII. *In tugurio mulieris ancillae:* non quia mulieris, ſtatim & ancillae; ſi autem ancillae, ſtatim [34] & mulieris.

VARIORUM.

rum, auri, argenti & ferri, refert hoc epitheton Catroeus. tunc *diſcolor* legendum eſſet. ſed *decolor* eſt degener. vid. ad Ovid. Epiſt. IX 4. verum vidit Cerda. *ac* deeſt Veneto. BURM.

327. AMOR HABENDI. Avaritia. vid. ad Phaedr. Prolog. lib. III. & ſupr. IV. Georg. 177. BURM.

328. TUM MANUS AUSONIAE. Numerus exigit, ut ſcribatur, *Tum manus Auſonia.* FABRIC. *Auſonia* elegantius Mediceus noſter, & Vaticanus Pierii Gudianus quoque & a manu ſecunda Venetus. HEINS. *Auſoniae gentes* Bigotianus. *Auſoniae &* Dorvill.

334. FATUM. *Bellum* ſecundus Moreti, male. vulgatum eſt apud Statii Interpretem lib. III. Theb. 67. *ineluctabile* Mentelii prior.

336. Mo-

18 dixit Voſ. & reliqua deſunt ad ℣. 335. 19 & quaſi plenum oſtendere R. 20 deſunt R. V. Lipſ. Steph. al. 21 initium vitioſe Edd. Dan. & Fabr. ſed ſecuti tamen Commel. & Emmen. ſe invitum Baſil. 22 ejus V. R. Voſ. Steph. al. 23 deſunt iiſdem & Lipſ. 24 nuncupatos ferunt Fabr. 25 *Poſtvolam* Dan. & hoc expreſſerunt ſequentes, immemores Ovidianorum lib. I. Faſt. 633. & ubi Heinſius hanc mendam notavit, & in curis ſecundis etiam *Poſtvertam* dictam docuit. BURM. 26 Graece ſponſa νύμφη dicitur V. Voſ. R. Steph. al. 27 deſunt iiſdem & Lipſ. 28 quam matri fecit exſtinctae iidem. 29 deſunt iiſdem. 30 eſt autem juxta iidem. 31 trecentis viris Steph. 306. viris Baſil. CCCVII. Lipſ. in Voſ. & R. erat CCCVI. an non inde *trecentis viris* fecerint dubito. Dempſt. in Etrur. Regali IV. 62. profert quaſi olim *poſt ſcelerata* lectum fuiſſet, & corrigit, *ſcelerata*, quod ego in omnibus caſtare vidi, & vel tyrones hodie emendarent. BURM. 32 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 33 ut ſolum Dan. 34 & mulier eſt Baſil. ut mulier eſt R. de hac obſervatione vide Comment. ad Salluſtii locum, & quae notavimus ad Quinctil. lib. IX. 4. pag. 835. BURM.

Vatis fatidicae: cecinit quae prima futuros
Aeneadas magnos, & nobile Pallanteum.
Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Aſylum
Retulit, & gelida monſtrat ſub rupe Lupercal,
Parrhaſio dictum Panos de more Lycei.

Nec

SERVII.

340. QUAE PRIMA. Quia poſtea etiam [35] Sibylla dixit.

341. NOBILE PALLANTEUM. Futurum ſcilicet: ſicut & *Aeneadas:* [36] [ad ſequens enim Romanorum retulit tempus.]

342. ASYLUM RETULIT. Poſtquam Hercules migravit e terris, nepotes ejus, timentes inſidias eorum, quos avus adflixerat Athenis, ſibi primi Aſylum, hoc eſt templum Miſericordiae conlocarunt, unde nullus poſſet abduci, quod etiam Statius dicit XII. Theb 498. *Herculeos fama eſt fundaſſe nepotes*. Ideo ergo ait: [37] QUEM ROMULUS ACER ASYLUM RETULIT: hoc eſt, fecit ad imitationem Athenienſis Aſyli: ut haberet advenas plures, [38] cum quibus conderet Romam. Juvenalis VIII. Sat. 272. *Et tamen* [39] *ut longe repetas, longeque revolvas Nomen, ab infami gentem deducis Aſylo* [Sane [40] hoc non ad Euandri perſonam adplicatur, quod ipſe Aeneae retulerit.]

343. GELIDA MONSTRAT SUB RUPE LUPERCAL. Sub monte Palatino eſt quaedam ſpelunca, in qua de capro *luebatur*, id eſt, ſacrificabatur: unde & *Lupercal* dictum nonnulli putant: alii, quod illic lupa Remum & Romulum nutrierit: alii, [41] quod & Virgilius, locum eſſe hunc ſacratum Pani, deo Arcadiae: cui etiam mons Lycaeus in Arcadia eſt conſecratus: & dictus Lycaeus, quod [42] [λύκους, hoc eſt,] *lupos*, non ſinat in oves ſaevire. Ergo ideo & Euander deo gentis ſuae ſacravit locum, & [43] nominavit *Lupercal*, quod praeſidio ipſius numinis, lupi a pecudibus arcerentur. [44] [Sunt qui dicant hunc Panem, alii deum bellicoſum: alii Liberum patrem; eo quod capro ei [45] fit divina res, qui eſt hoſtia Liberi propria. In hujus ſimilitudinem intecti cultores ejus, cui Lupercalia inſtituta ſunt: quia Deus paſtoralis eſt: nam Remum & Romulum ante Urbem conditam Lupercalia celebraſſe, quod quodam tempore nuntiatum illis ſit, latrones pecus illorum abigere, illos togis poſitis cucuriſſe, caeſiſque obviis pecus recuperaſſe: id in morem verſum, ut hodieque nudi currant. Nonnulli propter ſterilitatem hoc ſacrum dicunt a Romulo conſtitutum: ideoque & puellae de loro capri caeduntur, ut careant ſterilitate & foecundae ſint: nam *pellem* ipſam *capri* veteres *februum* vocabant.]

344. PARRHASIO DICTUM PANOS DE MORE LYCAEI. Ordo eſt: Monſtrat Lupercal Panos Lycaei, [46] [dictum de more Parrhaſio; id eſt, oſtendit Lupercal Panos Lycaei,] [47] dicatum ex more Arcadico: nam Parrhaſia, Arcadia eſt. DICTUM. Dicatum, conſecratum. PANOS LYCAEI. *Hujus Panos*, genitivus eſt Graecus: & *Panos Lycaei* ſic dictum eſt, ut *Jovis* [48] *Olympici*, *Apollinis Delfici.*

VARIORUM.

336. MONITA. *Et monita* Parrhaſ.

337. DEHINC. *Dein* Montalbanius. *& arma* Mediceus.

338. ROMANO. *Romani* Gudianus, prior Mentelius, alter Menagianus, & Moretanus tertius. etiam quartus a manu ſecunda. HEINS.

339. PRISCUM. *Primum* Oudartii.

342. ACER. *Aſper* prior Hamburgicus. Florus lib. I. I. ipſi *aſperius ingenium* tribuit. ſed quia hic agitur de initio urbis, quam augere volebat incolis, *acer* rectius dicitur. ut Auguſtus *acerrimus*

eidem

35 Sibyllam V. R. 36 deſunt V. Lipſ. 37 QUOD. V. R. Voſ. Baſil. 38 deeſt Dan. 39 *& longe* Voſ. R. *repetam l. revolvam* Dan. etiam *deducit* Voſ. 40 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 41 quod eſt verius V. Voſ. Lipſ. Dan. Fabr. quod eſt veriſimilius Steph. Baſil. Maſvicii lectio erat in R. natum illud *verius* ex compendioſa *Vergus* nominis ſcripturae. eodem modo inf. ad ℣. 373. pro *Virgilius* in R. eſt *vero illius*. BURM. 42 deſunt V. R. Voſ. Steph. 43 nominat R. Voſ. 44 deſunt R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 344. ſed V. deſunt ad PANOS L. 45 ſit in divina re, volebat Heinſius. 46 deſunt Voſ. R. 47 dictum Voſ. Arcadio R. 48 Olympi V. R. Lipſ. Steph. al. credo pro Olympii Apollinis Delforum V. R. al. Delphos Steph. Delphorum Lipſ.

Nec non & ſacri monſtrat nemus Argileti,
Teſtaturque locum, & letum docet hoſpitis Argi.
Hinc ad Tarpejam ſedem, & Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim ſilveſtribus horrida dumis.
Jam tum religio pavidos terrebat agreſtis

Dira

SERVII.

345. SACRI MONSTRAT NEMUS ARGILETI. *Sacri*, execrabilis. Sane *Argiletum*, quaſi [49] *argilletum*, multi volunt a pingui terra: alii a fabula: nam Euander Argum quendam ſuſcepit hoſpitio, qui, cum de ejus cogitaret [50] interitu, ut ipſe regnaret, Euandro hoc non [51] ſentiente, ſocii intellexerunt, & Argum necarunt: cui Euander & ſepulcrum fecit, & locum ſacravit; non quod ille merebatur, ſed hoſpitalitatis cauſſa. Bene autem in hac re Euander immoratur, & docet cauſſas, ne apud hoſpitem veniat in ſuſpicionem. Ergo *Argiletum* ab *Argo* illic ſacrato & ſepulto. [52] [Alii *Argum* occiſum dicunt ab ipſo Euandro, auxiliante ſibi Hercule, quod is ex hoſpite factus eſſet inimicus: alii Danaen cum duobus filiis Argo & Argeo, quos de Fineo habuit, veniſſe in Italiam, & locum ubi nunc Roma eſt tenuiſſe; ibique *Argum*, Aboriginum inſidiis interfectum, loco nomen dediſſe. Alii *Argiletanam portam* appellari, quod eam *Caſſius Argillus* ſive fecerit, ſive refecerit; quod ibi *Caſſius*, poſt *Argillus*, bello Punico primo ſit interfectus ob turbulentam & ſeditioſam naturam. Alii quod *Argillus* Senator poſt Cannenſe praelium ſuaſerit a Poenis pacem poſtulari, ideo in Senatu carptum, domumque ejus dirutam & locum *Argiletum* appellatum. Quidam dicunt, cum Capitolii, ubi nunc eſt, fundamenta jacerentur, caput humanum, quod [53] Oli diceretur, inventum; quo [54] omine ſollicitatos conditores, miſiſſe ad Tuſciam ad aruſpicem illius temporis nominatum, qui jam indicaverat Argo filio ſuo, tributum fataliter eſſe, ut is locus orbi imperaret, in quo illud caput eſſet inventum. Obvii igitur Argo hi, qui miſſi erant, ubinam eſſet pater interrogaverunt, qui, cognita cauſa itineris eorum, omne reſponſum patris prodidit, monuitque ut caverent, ne ab eo interrogatione deciperentur. Sed cum Legati ad eum perveniſſent, & de ſignificatione inventi capitis quaererent, volens ille dominatum orbis patriae ſuae [55] potius adſcribere, interrogavit: *anne hic*, ſuum locum oſtendens, *inveniſſent:* illis negantibus, ſuſpicatus proditum eſſe reſponſum, quaeſivit an quenquam obvium feciſſent, illis ſimpliciter confitentibus occurriſſe ſibi juvenem, tunc aruſpex conſcenſo equo ſequutus Argum occidit eo loco, ubi nunc Roma eſt, a cujus caede *Argiletum*. Quamvis haec hiſtoria etiam de alio nomine ſaepe celebrata [56] eſt.]

346. TESTATUR LOCUM. Jurat non ſua culpa jura hoſpitii eſſe violata; [57] [vel in teſtimonium ducit nomen loci, vel deteſtatur.

347. TARPEJAM SEDEM. Prolepſis: duo haec enim nomina poſtea monti indita ſunt.]

348. AUREA NUNC. *Nunc* ad utrumque pertinet, & ad *aurea*, & ad *Tarpejam ſedem:* nam Tarpeja ſedes dicta eſt a Tarpeja virgine: cum enim Romulus contra Sabinos bella tractaret, & Tarpejo cuidam dediſſet arcem tuendam, filia ejus Tarpeja, aquatum profecta, in hoſtes incidit: quam cum [58] hortarentur ad proditionem [59] arcis, illa pro praemio popoſcit ornatum manuum ſiniſtrarum, id eſt, armillas. Facta itaque arcis proditione, hoſtes ingenioſa morte promiſſa ſolverunt: nam ſcuta, id eſt, ſiniſtrarum [60] ornatum, ſuper illam jacientes, eam [61] luce privarunt; quae illic ſepulta, Tarpejae ſedi nomen impoſuit.

349. RELLIGIO. Id eſt, metus, ab eo, quod mentem *religet*, dicta *religio*.

VARIORUM.

eidem Floro IV. 4. Livius XXXVII. 7. *Sempronius longe tum acerrimus juvenum.* eadem vocum confuſio apud Ovid. III. Faſt. 93. *Aequicolus acer*, vel *aſper*. ubi vide Heinſ. BURM.

344. Mo-

49 argi lectum V. 50 interito V. 51 ſciente Dan. 52 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 346. 53 Olli Dan. Fabr. 54 omnes iidem. 55 potens iidem. 56 ſit iidem. 57 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 348. 58 cohortarentur Fabr. al. 59 deeſt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 60 manuum ornatum Dan. Fabr. al. 61 vita Dan. Fabr.

Dira loci: jam tum ſilvam ſaxumque tremebant.
Hoc nemus, hunc, inquit, frondoſo vertice collem
(Quis Deus, incertum eſt) habitat Deus: Arcades ipſum
Credunt ſe vidiſſe Jovem, quum ſaepe nigrantem
Aegida concuteret dextra, nimboſque cieret.
Haec duo praeterea disjectis oppida muris,

Reli-

SERVII.

350. DIRA. Magna, [62] admirabilis, ut IX. 185. *An ſua cuique deus* [63] *ſit dira cupido?* [64] [SAXUM. Sic appellatur Capitolium.]

351. HOC NEMUS. Bene ubique *nemus* dixit: nam tunc aedificia non erant.

352. [65] [QUIS DEUS. Dubitando *quis deus*, adfirmat deum eſſe.] IPSUM CREDUNT SE VIDISSE JOVEM. [66] In hoc ſcilicet nemore. Sane ad illud alludit, quod primi dicuntur Jovi templa [& rem divinam] feciſſe: [67] [Aeacus enim primus in Arcadia templum conſtituiſſe dicitur:] nec enim longe ſunt [68] a monte Olympico: unde eos dicit *Jovem vidiſſe:* & quod ipſi ſunt προσέληνοι, [69] [id eſt, *ante Lunam creati*,] ut ait Statius IV. Theb. 275. *Arcades aſtris Lunaque priores:* licet dicat Salluſtius: *Cretenſes primos inveniſſe religionem:* unde apud eos natus fingitur Jupiter.

354. AEGIDA CONCUTERET. Hic diſtinguendum: nam *aegida:* id eſt, pellem Amaltheae [70] caprae, a qua nutritus eſt, in ſiniſtra Jupiter tenet. [71] [Sane Graeci poëtae turbines & procellas καταιγίδας appellant, quod haec mota faciat tempeſtates. Ergo NIGRANTEM, tempeſtatem commoventem.] DEXTRA NIMBOSQUE CIERET. Et de dextra fulmina commoveret, nam modo *nimbos*, pro fulminibus poſuit, [72] quae de dextra jacit. Aegidis autem concuſſio commovet pluvias. [73] [Ergo CONCUTERET AEGIDA, atque per eam nimbos moveret.]

355. DISJECTIS OPPIDA MURIS. Unum Jani, aliud Saturni, jam tunc vetuſta.

VARIORUM.

344. MORE. *Monte* Bigotianus, ſed vulgata eſt apud Lutatium ad Statii II. Theb. 207. & lib. IV. 246. *de more* hic eſt ad exemplum Lycei Arcadii. Serv. ad I. Aen. 231. citat, *Arcadici dictum Panos de more Lycaei.* vid. ſupr. ✠. 316.

347. AD TARPEJAM. *Ad* deeſt priori Hamburgico.

348. AUREA. Ita paſſim Capitolium deſcribunt, ut Ovid. VI. Faſt. 73. Auſon. in Urb. XIII. in Narbone, qui & Carm. I. *Auream Romam* dixit, ut & Ovid. III. Art. 113. ubi & Capitolium, ut tunc erat, comparat antiquo. BURM.

349. JAM TUM. *Jam tunc* hic & ſeq. verſu Dorvill.

350. SAXUMQUE. *Saltumque* Montalbanius. & verſu proxime ſubſequenti Gudianus pro diverſa lectione, *hoc, inquit, frondoſo vertice ſaxum.* HEINS. *Saxumque tenebant* Bigotianus, & Mediceus a manu prima. *formoſo vertice* ſecundus Hamburgicus. Probus lib. I. Inſtit. p. 1395. *hoc nemus, hunc, inquit, fontem.*

353. SE VIDISSE DEUM. Donatus nomen exprimit, *Credunt ſe vidiſſe Jovem:* nec improbatur doctis. FABRIC. Et ita Junta & alii. *nigrantem* hic Servius tempeſtatem commoventem, activa ſignificatione, explicat. de quo vide ad Valer. Flac. I. 13. controverſiam quam movent quidam de modo ſyllabae primae, diſcuſſi ad Ovid. II. Ep. 74. & Markl. ad Stat. V. Silv. II. 54 ubi nihil mutandum eſt. & *Thule nigrans feſſo Hyperione*, eſt, quia eo uſque Sol non pervenire ſolet, quaſi a curſu ſuo feſſus ceſſaret. ita *nigram* dixit lib. IV. Silv. IV. 62. id eſt caliginoſam. BURM.

354. CIERET. *Crearet* Hugenianus.

355. DISJECTIS. *Delectis* Menagii prior, pro *deje-*

62 deeſt V. L. R. Lipſ. Steph. al. 63 *ſit* Dan. 64 deſunt V. L. R. Lipſ. Steph. al. 65 deſunt iisdem. 66 primo Steph. & rem divinam. deſunt V. L. R. Lipſ. Steph al. 67 deſunt iisdem. Cacus Dan. Fabr. non enim Lipſ. 68 a Jove Ol. V. Voſ. a longe Olympico R. 69 deſunt V. R. Voſ. πρωτοσέληνοι Voſſ. ἀρτοσέληνοι R. προσέληνοι Steph. Dan. Fabr. mox, *Cretenſes primo inv.* Steph. 70 capreae V. 71 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 72 quae dextra V. 73 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. mox, jam tunc vetuſta, deſunt Lipſ.

Reliquias, veterumque vides monumenta virorum.
Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit arcem:
Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter ſe dictis ad tecta ſubibant
Pauperis Euandri, paſſimque armenta videbant
Romanoque foro & lautis mugire Carinis.
Ut ventum ad ſedes: Haec, inquit, limina victor
Alcides ſubiit; haec illum regia cepit.

Au-

SERVII.

356. MONUMENTA VIRORUM. [74] Hoc ſermone oſtendit etiam Saturnum virum fuiſſe.

357. [75] [JANUS PATER. Janus in Janiculo habitavit, qui quod una navi exul venit, in pecunia ejus ex una parte Jani caput, ex altera navis ſignata eſt.

359. DICTIS. Dubium eſt, nomen ſit *dictis*, an participium.]

360. PASSIMQUE ARMENTA VIDEBANT. Quae poſt mortem Caci paſſim nullo timore vagabantur.

361. ROMANOQUE FORO. *Romanum forum* eſt, ubi nunc Roſtra ſunt. [76] [Sed & hic prolepſin fecit: nam poſtea ſic dictum eſt.] LAUTIS MUGIRE CARINIS. *Carinae*, ſunt aedificia facta in carinarum modum, quae erant [77] circa templum Telluris. *Lautas* autem dixit, aut propter elegantiam aedificiorum, aut propter Auguſtum, qui natus eſt [78] [Curiis veteribus, & nutritus] in lautis Carinis. Alii dicunt *Carinas* montem nominatum, quod ager ſuburbanus ante portas Cariis erat. [79] [Alii *lauta loca* legatorum, quae in ea regione inſtructa accipere conſueverant. Alii, quod ibi Sabini nobiles habitaverint, quorum genus irridere & *carinare* ſolebat. [80] *Carinare* autem, eſt obtrectare; Ennius: *Contra carinantes, verba atque obſcoena profatus.* Alibi: *Neque me decet hanc carinantibus edere chartis.* Alii, quod Romani Sabinis inſtantibus fugientes, eruptione aquae ferventis & ipſi liberati, & hoſtes ab inſequendo [81] repreſſi: aut quia calida aqua lavandis vulneribus apta fuit, locus *Lautulus* appellatus eſt.]

363. VICTOR ALCIDES SUBIIT. [82] [Virgilius hic jus Pontificale quibuſdam videtur ſubtiliter tangere: domus enim, in qua Pontifex habitat, *regia* dicitur: quod in ea Rex ſacrificulus habitare conſueſſet, ſicut *Flaminia*, domus, in qua Flamen habitat, dicebatur: quod hic oſtendit ex perſona Euandri, quem facit orantem, ut Aeneas ſuam ingrederetur domum; non utique profanam, ſed ſacratam; ſcilicet quae fuerit hoſpitium Herculis, illis verſibus: *Haec, inquit, limina victor Alcides ſubiit, haec illum regia cepit:* quem etiam honore divinae dignationis ſociat, adjiciens: *Aude hoſpes contemnere opes, & te quoque dignum Finge deo:* haec enim dicendo quid aliud agit, quam ut ſacratae religionis uſum tribuat [83] antiſtiti & divina communia; utpote quem etiam Pontificali honore nuncupaverat; dicens inf. 470. *Maxime Teucrorum ductor?* neque enim quia ductor, eo maximus; ſed quia maximus, eo [84] omnia regit. Regiae autem verius meminit dicendo, *Tecta ſubibant Pauperis Euandri, Romanoque foro:* quis enim ignorat regiam, ubi Numa habitaverit, in radicibus Palatii, finibuſque Romani fori eſſe? *Victor* autem *Alcides*] *ſubiit*, [85] εὐσυμβόλως, id eſt, bonum Aeneae omen oſtenditur; [86] [Varro enim Divinarum lib. IV. *Victorem Herculem* putat dictum, quod omne genus animalium decies vicerit. Sed Romae Victoris Herculis aedes duae ſunt, una ad portam Trigeminam, altera

74 hoc eſt ſermonem oſt. R. 75 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 360. 76 deſunt iiſdem. 77 intra R. Steph. 78 deſunt Dan. eſt in cunis V. Voſ. Steph. eſt cunis R. Baſil. eſt curiis vet. & n. in carinis Fabr. in Lipſ. deerant ab *Alii dicunt*, ad finem notae. 79 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 80 vide Salmaſ. Exer. Plin. pag. 283. 81 repreſſi * quia &c. Dan. 82 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad *ſubiit*. 83 antiſti * divina Dan. 84 omnia * regiae Dan. Fabr. 85 Εὐσύμβολον Fabr. Εὐσυμβόλως Voſ. R. Lipſ. ita & inf. ℣. 513. 86 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad finem notae.

Aude, hoſpes, contemnere opes: & te quoque dignum
Finge Deo; rebuſque veni non aſper egenis.
Dixit, & anguſti ſubter faſtigia tecti
Ingentem Aenean duxit, ſtratiſque locavit
Effultum foliis, & pelle Libyſtidis urſae.
Nox ruit, & fuſcis tellurem amplectitur alis.
At Venus haud animo nequidquam exterrita mater,

Lau-

SERVII.

altera ad Forum boarium; cujus commenti cauſa haec exponitur: Marcus Octavius [87] Eſerninus in prima adoleſcentia tibicen, poſtquam arti ſuae diffiſus eſt, mercaturam inſtituit: bene re geſta decimam Herculi dicavit; poſtea cum navigans hoc idem ageret, a praedonibus circumventus fortiſſime pugnavit, & victor receſſit: quem in ſomnis Hercules docuit ſua opera ſervatum: cui Octavius, impetrato a magiſtratibus loco, aedem cum ſigno ſacravit, & *Victorem* inciſis litteris appellavit. Ergo Virgilium non tantum ad victoriam praeſentem *victorem* dixiſſe; ſed occulte perpetuo ejus epitheto uſum debemus accipere: quippe quem Romae ſub hoc nomine ſacratum coli videbat: nam ſupra ait 203. *Tauroſque hac victor agebat*, cum de pugna ejus alia loqueretur. Sane hic *ſubiit* juxta uſum praeſentem accuſativo junxit, cum antiquo more alibi dativo junxerit, ut VIII. 125. *Progreſſi ſubeunt luco*. CEPIT. Mire dixit, ut alibi IX. 644. *Nec te Troja capit*.]

364. AUDE HOSPES CONTEMNERE OPES. Bene *aude*, quaſi rem arduam & difficilem; [88] [tanquam virtute opus ſit animi & ad expellendum amorem divitiarum.] DIGNUM FINGE DEO. Compone te, [89] [& forma] in ſimilitudinem numinis: [90] [quod juxta ſectam Cynicam hoſpes Herculis fuaſet. Sane quidam *Deo*, pro immortalitate dictum volunt.]

365. NON ASPER. Non aſpernator, id eſt, faſtidioſus.

366. ANGUSTI SUBTER FASTIGIA TECTI INGENTEM AENEAM DUXIT. Ex contrarietate quaeſitus ornatus, ait enim: *Anguſti tecti* [91] *ſubter faſtigia ingentem Aeneam duxit*.

368. [92] [EFFULTUM. Sicut ſupra Ecl. VI. 53. dictum eſt, apud veteres dicebatur, ſuper quod unuſquiſque jacuiſſet.] PELLE LIBYSTIDIS URSAE. Species pro genere: nam cujuſlibet ferae poſſumus accipere. Ideo dicit *Libyſtidis*, ut ex pretio beſtiae aliquid gratiae potuiſſet ipſis ſtratis accedere.

370. EXTERRITA MATER. Ideo territa, quia mater.

VARIORUM.

dejectis credo, vel *deletis*. *dejectis* Menagii prior. v. ſupr. ÿ. 191. & Gronov. ad Senec. Phoeniſſ. 343.

357. URBEM. Mediceus & Venetus a manu prima *arcem*, ut & Pieriani. & confirmant potiores noſtri, exceptis Menteliano primo, Rottendorphio primo, priore Hamburgenſi, primo & quarto Moreti, utroque Voſſiano & Schefferio. Janus apud Naſonem Faſtorum primo:

Arx inerat colli, quem vulgus nomine noſtro
Nuncupat, haec aetas Janiculumque vocat.

Arcem etiam auctor de origine urbis Romanae. HEINS. *Arcem* Francianus, & recte. apud Ovid. I. Faſt. 245. *Arx mea collis erat*, legitur in quibuſdam. ubi vide Heinſ. notas. eadem mox varietas ÿ. 375. BURM.

359. AD TECTA. *Ac tecta* Gudianus a manu prima.

361. LAUTIS CARINIS. Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. I. Epiſt. VII. 48. *Carinae locus eſt ad Tellurem, ut Poëta, & lautis mugire Carinis. propter nobiles ſcilicet, licet & legatur, laetis Carinis*. HEINS. *Latis cavernis* Parrhaſ. a manu ſec. ſed *lautis* ſcil. tempore Maronis, quia ibi divites multi habitabant, Pompejus, Caeſar &c. & ita

87 Herſennus Dan. Fabr. 88 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 89 deſunt iisdem. 90 deſunt iisdem. 91 *ſuper* R. Voſ. 92 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. nec a Servio profectum eſſe patet, quia in Aeneida ſcripſit antequam in Bucolica ederet commentarios, ut alibi probavimus. ad lib. VII. 94. vero nihil notavit ſimile. in Lipſ. deerant etiam ultima, ideo dicit &c. BURM.

Laurentumque minis & duro mota tumultu,
Volcanum adloquitur, thalamoque haec conjugis aureo
Incipit, & dictis divinum adſpirat amorem:
Dum bello Argolici vaſtabant Pergama reges
Debita, caſuraſque inimicis ignibus arces;
Non ullum auxilium miſeris, non arma rogavi

Artis

SERVII.

371. [93] [TUMULTU. Gallicus tumultus.]

373. DICTIS DIVINUM ASPIRAT AMOREM. [94] [Id eſt, dictis ſuis addit venuſtatem, ut amabiliter ejus audiatur oratio. Sane Venus] petitura pro filio, de adulterio procreato, orationem ſuam ingenti arte compoſuit: quod etiam Vulcanus ipſe teſtatur, dicens infr. 395. *Quid cauſſas petis ex alto?* non enim aperta eſt petitio ejus; ſed longo prooemio [95] perverſam amore mariti circumvenit mentem. Ergo quaeſtionem hanc, [96] quae naſcitur ex petitione Veneris impudica, ſolvimus his modis: primo, quod Vulcanum amore circumvenit: [97] [nam & poſt completam orationem ſtatim eum complectitur, & molli amplexu fovet:] deinde [98] [quod nacta eſt occaſionem ejus temporis, quo Marti arma faciebat,] [99] quem fuiſſe ſciebat adulterum: per quod [1] datur intelligi, Vulcanum jam omnem ſuſpicionem & iram, quam habuit circa Venerem, depoſuiſſe; adeo ut arma etiam ipſi fabricaret adultero. Praeterea Vulcanum uxorium fuiſſe, [2] teſtantur, & ipſe Virgilius, dicens infr. 394. *Tunc Pater aeterno fatur devinctus amore;* & Statius III. Theb. 275. ubi Martem Venus adloquitur, ut: *At non eadem Vulcania nobis Obſequia, & laeſi* [3] *ſervit tamen ira mariti:* nam quod dicit Donatus, potuiſſe fieri, ut cum Anchiſa concumberet Venus, ante quam Vulcano nuberet, non procedit: conſtat enim a principio Venerem uxorem fuiſſe Vulcani. [4] [Sane *divinum*, τὸ θεῖον debemus accipere.]

374. DUM BELLO ARGOLICI. *Dum*, poſtquam. Sane haec oratio rhetorica ſuaſio eſt: nam principium a verecundia ſumpſit: dicendo enim nunquam ſe moleſtam antea fuiſſe, oſtendit impetrare debere; praeſertim ex eo, quod non timuerit petere: NUNC JOVIS IMPERIO RUTULORUM CONSTITIT ORIS: ERGO EADEM SUPPLEX VENIO. Haec non tantum rogandi, ſed etiam impetrandi vim habent, verſo tamen ordine: nam primo arma petit; deinde adjuvat exemplo, dicendo: *Te filia Nerei* &c. deinde cauſam: *Aſpice qui coëant populi.* Ipſum enim POPULI, multitudinem ſignificat, & quaſi non impugnet, ſed impugnetur Aeneas, ita pathos fecit dicens: *In me excidiumque meorum:* nam quod a principio arma petit, haec ratio eſt, quod rem nec magnam, nec difficilem Vulcano, petebat: ideo & ſtatim poſuit: nam ubi majus aliquid eſt, ante cauſa dicenda eſt; ut praemollitis animis, tunc quod petitur, ſuggeratur.]

375. DEBITA. Fataliter ad exitium deſtinata. [5] [CASURASQUE INIMICIS IGNIBUS ARCES. Cauſa, cur non perierit.]

376. MISERIS. Atqui honeſtum eſt, miſeris ſubvenire; ſed hoc dicit: cur te fatigarem pro hominibus fati neceſſitate perituris? [6] [ARMA ROGAVI. Argute hic in principio *arma* nominat, ut jam intelligatur quid petitura ſit.

VARIORUM.

ita *aurea Capitolia*, & alia ex ſui temporis felicitate dixit.

363. VENTUM AD. *Ventum eſt ad* Francianus.

366. FAS-

93 deſunt V. L. R. Lipſ. Steph. al. legendum puto, ut Gallicus tumultus. vid. lib. II. 486. & VI. 856. 94 deſunt Voſ. V. L. R. Steph. al. ſed Lipſ. incipit a, mater petitura. 95 perverſum amorem arte circumvenit: mentem ergo V. perverſo Lipſ. marte circ. praeſenti. Ergo Voſ. perverſum amore mariti circumv. mentem. Ergo R. Baſil. p. amorem arte circumvenit. Dan. Fabr. 96 qui V. naſcitur expectitione Lipſ. 97 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 98 deſunt V. deinde nancta eſt ejus occaſionem tem. Dan. 99 quod ſciebat adulterum V. 1 dat V. 2 teſtatur Voſ. Fabr. al. teſtantur, & ipſe vero illius, dicens R. vid. ſupr ad ℣. 343. 3 *ſervat* Fabr. al. *ſervi* R. Voſ. Steph. Dan. 4 deſunt V. R. Vol. Lipſ. Steph. al. uſque ad ℣. 375. 5 deſunt iiſdem. 6 deſunt iiſdem ad ℣. 379.

Digitized by Google

Artis opiſque tuae: nec te, cariſſime conjunx,
Incaſſumve tuos volui exercere labores:
Quamvis & Priami deberem plurima natis,
Et durum Aeneae fleviſſem ſaepe laborem.
Nunc Jovis imperiis Rutulorum conſtitit oris.
Ergo eadem ſupplex venio, & ſanctum mihi numen

Ar-

SERVII.

377. ARTIS OPISQUE TUAE. Duo duobus reddit, *opis*, *arma*: aut certe idem valet *opis* quod *artis*: hinc opifices.

378. INCASSUMVE TUOS. Ordo eſt: tuoſve labores incaſſum exerceri volui.]

379. PRIAMI DEBEREM PLURIMA NATIS. Scimus quod Paridi tantum debuit; [7] ſed hoc honeſtius vel ad aliarum commemorationem perſonarum adduci poteſt; ne ex turpi cauſſa Paridi debuiſſe videatur, [8] [& ſimul, ut quidam tradunt, pulchritudinis ſuae Vulcanum admoneret, hoc eſt, formae judicio Jovis conjugem vici.]

380. AENEAE FLEVISSEM SAEPE LABOREM. Bene poſt Pergama, poſt Trojanos, [9] poſt Priami liberos, cum excuſatione fit Aeneae commemoratio: [10] [dicit enim ſe ejus infelicitate commotam, ut illud cauſas habeat; hoc miſeratione conſiſtat.

381. NUNC JOVIS IMPERIO. Id eſt, nunc vero: & ſubdiſtingue: nunc autem Jovis imperio;] [11] ne videretur impudens: ſi aliena regna depoſceret: & hoc latenter dicere videtur: Fave huic, cui etiam Jupiter favet.

382. EADEM. Quae [12] tunc ſcilicet filii, [13] [quae nihil petii. SANCTUM MIHI NUMEN. Si *Sanctum* ſimpliciter accipiatur, leve eſt *numen*; ergo *ſanctum*, ut *leges ſanctas* dicimus, id eſt, firmas, a ſanciendo.]

VARIORUM.

366. FASTIGIA. *Veſtigia* alter Hamburgicus, & quartus Moreti. *Auguſti* Excerpta noſtra. mox *ducit* Oudartii.

368. EFFULTUM. *Effectum* primus Rottendorphius a m. pr. *Libiſtridis* Venet.

371. MOTA. *Muta* tertius Mentelii. hic verſus deerat tertio Rottendorfio a manu prima.

373. ASPIRAT AMOREM. *Odorem* prior Voſſianus. *Inſpirat* etiam in Veneto & altero Hamburgico. HEINS *Inſpirat honorem* alter Hamb. *inſpirat amorem* Parrhaſ. *inſpirat* etiam Dorvil. & Ed. Venet. ſed efficacius *adſpirat*, quaſi in ipſo coitu & amplexu, amorem anima & ſpiritu ſuo infunderet.

374. DUM. *Cum* ſecundus Moreti. *tum* Francianus.

375. DEBITA. Vid. infr. Serv. ad ỿ. 398. & quae notamus ad Valer. Flac. v. 21. & 181. & alibi ſaepe Virgilius hoc verbo in hac re uti ſolet, & in bonum, & in malum eventum.

Ibid. ARCES. *Urbes* Oudartii. vid. ỿ. 357. *caſuras* prior Hamburgicus a m. pr.

377. OPISQUE. *Opiſve tuae* ſex ſcripti. *opuſve* primus Moretanus & Leidenſis. HEINS. *Opeſve* Francianus.

Ibid. CARISSIME. *Kariſſime* Dorvil.

378. INCASSUMVE. *Incaſſumque* Mediceus. HEINS.

381. IMPERIIS. *Imperio* tres Rottendorphii, prior Menagianus, Sprotianus, prior Hamburgicus, & Schefferius. etiam a manu ſecunda alter Rottendorphius. deinde, *Rutulorum conſtitit arvis* in ſecundo Moretano. HEINS. *Imperiis* Francianus. vid. ad Valer. Flac. III. 620.

382. ERGO EADEM. Vide ad Valer. Flac. II. 104. & III. 640. & ſupr. lib. IV. 77.

Ibid. NUMEN. *Nomen* Leidenſis unus.

383. NE-

7 ſed hoc vel ad R. Lipſ. ſed hoc honeſtius ad Dan. Fabr. ſed hoc idem ad Steph. Baſil. adduci poteſt non habent V. R. Voſ. Lipſ. Fabr. Steph. al. non traduci Dan. 8 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 9 deeſt R. Steph. 10 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad *ne videretur* 381. 11 ne videatur Commel. & Emm. 12 nunc Steph. Dan. 13 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al.

Arma rogo, genetrix nato. Te filia Nerei,
Te potuit lacrimis Tithonia flectere conjunx.
Adſpice, qui coëant populi, quae moenia clauſis
Ferrum acuant portis in me, excidiumque meorum.
Dixerat: & niveis hinc atque hinc Diva lacertis
Cunctantem amplexu molli fovet. Ille repente
Accepit ſolitam flammam: notuſque medullas
Intravit calor, & labefacta per oſſa cucurrit.

Non

SERVII.

383. ARMA ROGO. Hic diſtinguendum; ut cui petat, non dicat; ſed relinquat intelligi, [14] [ne foede apud maritum & amorem ſuum circa Anchiſem memoret, & ſuſceptum de adulterio filium.] GENETRIX NATO. TE FILIA NEREI. [15] [Hoc eſt, ſoles hoc praeſtare maritibus: & dicit] [16] Thetidem, quae Achilli arma impetravit. Et bonis utitur comparationibus dicendo *filia Nerei*, cum ipſa Jovis ſit filia: item *uxor Tithonia*, cum ſit ipſa Vulcani. NERI autem, pro, Nerei: omnia enim, quae in *eus* exeunt hodie, apud majores in *es* exibant, [17] ut *Nereus*, *Neres*; *Tydeus*, *Tydes*: & genitivum in *is* mittebant, ut, *Tydis*, *Neris*. Sed quia plerumque s [18] ſupra in Latinitate detrahitur, remanebat *i*. [19] Hinc eſt *filia Neri*; *immitis Achilli*; item in Salluſtio: *Ad bellum Perſi Macedonicum*. [20] [Sic Aſper.]

384. TITHONIA CONJUX. Aurora, [21] [quae petivit] pro Memnone.

385. [22] [ASPICE QUI COEANT POPULI. Τὶ αἴτιον, ut praeſentem oſtenderet neceſſitatem: dicendo autem *populi*, phantaſiam fecit.] CLAUSIS FERRUM ACUANT PORTIS. [23] [Ut oſtenderet feſtinationem:] dixit enim ſuperius VII. 629. *Quinque adeo magnae poſitis incudibus urbes Tela novant*. IN ME. Artificioſe arma petit etiam ſibi profutura; niſi enim ſubvenis, iterum vulnerabor: nam a Graecis fuerat vulnerata: unde eſt X. 29. *Equidem credo mea vulnera reſtant*.

388. CUNCTANTEM. Dubitantem, ſcilicet de promiſſione, [24] quam per amplexum ſuum immiſſo amore perſolvit.

389. ACCEPIT SOLITAM FLAMMAM. [25] [Vel quaſi maritus; vel] alludit ad rem naturalem: namque ideo Vulcanus maritus fingitur Veneris, quod Venerium officium non niſi calore conſiſtit: unde eſt III. Georg. 97. *Frigidus in Venerem ſenior*.

390. LABEFACTA PER OSSA. Si oſſa labefecit, quanto magis animum?

VARIORUM.

383. NEREI. *Neri* alter Menagii, ſecundus & tertius Rottendorphii, duo Leidenſes, & tertius Mentelii. *Nerei* a manu prima, ſed eraſa litera *e Neri* Francianus & Regius.

384. TITHONIA. *Tritonia* Parrhaſ.

385 QUI COEANT. *Quo coëant* primus Moretanus. Opinor *Quot coëant*. HEINS. In Zulichemio ſuperſcriptum *quam*. deinde *qua moenia* Schol. Horatii in Art. Poetic. 198.

386. ACUANT. *Acuunt* Oudartii & ſecundus Moreti. *exitiumque* quartus ejuſdem. *poſtis* Francianus.

388. MOLLI. *Mollis* primus Moretanus.

389. MEDULLAS. *Medullis* prior Voſſianus. certe apud Silium Italicum *intrare* frequenter conjungi cum tertio caſu in veteribus membranis, ad illum ſcriptorem obſervavi HEINS. *Solidam* ſecundus Rottendorphius. *famam* tertius. *notaſque*

prior

14 deſunt iiſdem. 15 deſunt iiſdem. 16 Thetis quae, iidem. ſed Achillis V. Thetis filia Nerei, quae Ach. Lipſ. 17 ut *Nereus Nereis*. ſed quia plerumque R. omiſſis aliis. *Tydes* & genitivum in *eis* mittebant, ut *Tydeis*. *Nereis*, ſed quia. Voſ. Steph. in Lipſ. haec margini adſcripta erant. 18 s in Latinitate V. R. Vol. Lipſ. Steph. al. 19 *ei* h. e. ſ. *Nerei* im. *Achillei* & mox *Perſei* V Steph. Nerei R. Voſ. 20 deſunt Dan. 21 deſunt V. R. Voſ. quae petivit Memnone Baſil. quae deeſt Steph. 22 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 23 deſunt iiſdem. Lipſienſi vero deſunt Artificioſe.... vulnerabor. 24 quam sem V. R. Voſ. Steph. al. dubitantem deeſt Lipſ. 25 deſunt iiſdem.

Non ſecus atque olim, tonitru quum rupta coruſco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Senſit laeta dolis, & formae conſcia conjunx.
Tum pater aeterno fatur devinctus amore:
Quid cauſſas petis ex alto? fiducia ceſſit
Quo tibi, Diva, mei? ſimilis ſi cura fuiſſet,
Tum quoque fas nobis Teucros armare fuiſſet,

Nec

SERVII.

391. ATQUE OLIM. Fere, ut ſolet: [25] * nam non eſt adverbium temporis.

392. IGNEA RIMA MICANS. Id eſt, fulmen, cujus naturam expreſſit: namque nubes vento coactae plerumque rumpuntur, & ex ſe fulmen emittunt. [26] [Quamvis Philoſophi fulgura & tonitrua ſimul exprimi dicant; ſed illud celerius videri: quia clarum eſt; tonitrua autem ad aures tardius pervenire. Alii *rima micans*, [27] fulgetram dicunt; & hoc ad velocitatem amoris, qui momento Vulcanum percuſſit.]

393. FORMAE CONSCIA CONJUX. Intellexit, ſe [28] ſola pulchritudine pervertiſſe mentem mariti. [29] [Alii duabus rebus Venerem volunt maritum adgreſſam, dolis & pulchritudine; & volunt melius, *dolis & formae conſcia*, quam *laeta*; & *formae* melius dativo caſu quam genitivo.]

394. DEVINCTUS. Hoc ſermone oſtendit eum poſſe cuncta concedere.

395. EX ALTO. [30] [Mirum: & hoc libenter [31] & ſolide promittentis: & utitur] argumentatione longe repetita. [32] [Eſt autem de uſu dictum; Cicero primo libro ad Brutum: *Si Pompejus non ex alto peteret, & multis verbis me jam hortaretur.*

397. TUM QUOQUE. Sicut [33] nunc: & *tunc quoque* bis audiendum. TEUCROS ARMARE FUISSET. Per *Teucros* Aenean debemus accipere: quia Venus ante ait, *arma rogo:* & ſubjungendo *Genitrix nato*, per ſimilitudinem ſignificat Aenean. Ergo Poëta aliud dicendo, aliud dedit intelligi. [34] [Sane *fuiſſet*, [35] in proximo repetitum, decorum [36] addidit.]

VARIORUM.

prior Hamburgenſis. & ita Lutatius ad Statii I. Achill. 304. *medullis* Leidenſis a m. prima. ſed Virgilium aut hujus temporis ſcriptores dativum huic verbo junxiſſe nondum me reperiſſe teſtatus ſum ad Valer. Flac. I. 590. quare hoc ſcribis poſterioris aevi attribuo. & codices meliores ſequor. alia res eſt ubi dicitur *intrare porta*, id eſt per portam intrare urbem. ut recte Cl. Drakenb. ad Liv. lib. IX. 36. obſervavit. BURM.

390. LABEFACTA. *Calefacta* quartus Moreti, Zulichemius, Montalbanus, Sprotianus, prior Hamburgicus, & ſecundus Rottendorphius, Parrhaſ. Dorvil. cum Excerptis noſtris. *cunctantem* induxerat Vulcanum ob memoriam adulterii cum Marte, & deinde Anchiſa, Poëta. ſed ut blanditiis meretriciis obſtinatiſſimi maritorum ſaepe flectuntur & ſponte in gratiam redeunt, ita Vulcanus ex ipſo amplexu accepit flammam veterem, & ut Terentianus Phaedria, *labaſcit victus uno verbo.* quare *calefacta* repudiandum, quum jam *flamma* praeceſſerit, & calor, qui labefecit denique Vulcanum. & qui antea ſaepe ſecum dixerat, mori me malim, ſentiet qui vir, vel deus ſim, nunc, ut Ovid. II. Art. 591. *demens ſtulte feciſſe fatetur, & irae ſuae meminiſſe paenitet.* praeterea ignis *labefacere* dicitur, ut apud Lucret. VI. 701. *Quod contrita quod igni conlabefacta.* ubi videndus Lambinus, & ubi etiam *concalefacta* in aliis codicibus. & hinc lib. II. Aen. 463. *labantes juncturas* dixit. BURM.

391. NON SECUS. *Haud ſecus* in Mediceo. HEINS. *Rapta* ſecundus Rottendorphius, Zulichemius

25 * nam eſt ad temp. Lipſ. 26 deſunt iisdem. 27 fulgetrum Fabr. 28 dolis & pulchritudine V. R. Voſ. Steph. al. ſubintellexit ſe ſola Lipſ. 29 deſunt iisdem. & Lipſ. 30 deſunt iisdem. mirum, & hoc. & utitur Fabr. 31 & olim de promittentis * & Dan. unde Maſvicius ſua petierit, neſcio. 32 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad *nec Fata* ✝. 398. 33 *nunc & tunc* quoque Fabr. 34 deſunt Fabr. 35 addidit * Dan. 36 in proximum decorem Dan.

Nec Pater omnipotens Trojam, nec fata vetabant
Stare, decemque alios Priamum ſupereſſe per annos.
Et nunc, ſi bellare paras, atque haec tibi mens eſt;
Quidquid in arte mea poſſum promittere curae,

Quod

SERVII.

398. Nec Pater omnipotens. Notandum, quod hic Jovem a fatis ſeparet, cum alibi jungat, ut III. 375. *Sic fata Deum rex Sortitur.* Sed hanc imminentium malorum dilationem Etruſci libri primo loco a Jove dicunt poſſe impetrari; poſtea fatis: unde & hic ſic ait: *Nec Pater omnipotens, nec fata vetabant.*] Nec fata vetabant Stare. Atqui ſupra 375. ait, *debita.* Sed ſciendum, ſecundum [37] Aruſpicinae libros, & Sacra [38] Acherontia, quae Tages compoſuiſſe dicitur, fata decem annis quadam ratione differri: quod nunc dicit Vulcanus potuiſſe fieri. Ergo non eſt contrarium: nam fata differuntur tantum, nunquam penitus immutantur: quod etiam Juno dicit, ut VII. 314. *Atque immota manet fatis Lavinia conjux; At trahere atque* [39] *moram tantis licet addere rebus.*.

400. Si bellare paras. Quia dixerat *In me excidiumque meorum.* [40] [Quidam hunc ſenſum illi jungunt, *Abſiſte precando Viribus indubitare tuis:* caetera enim per parentheſin dicta ſunt.]

401. Possum promittere curae. [41] Quidquid in me curae eſt, id eſt, officii & ſollicitudinis.

VARIORUM.

chemius & tertius Rottendorphius a manu prima.

393. Laeta dolis. Servius diſtinguit poſt *laeta*, & conjungit *conſcia dolis & formae.* ſane *conſcium* dativo jungi vidimus ad Ovid. VI. Met. 588. ego tamen *laeta dolis* malo. ut lib. IV. 128. *riſitque dolis Cytherea repertis. conſcia* vero *formae*, eſt, ſciens vires pulchritudinis ſuae. ut Circe Petroniana cap. CXXIX. *ſpeculum non mentitur mihi.* & apud Ovidium de Corinna II. Amor. XVII. 7.

Dat facies animos. Facie violenta Corinna eſt,
(Me miſerum) cur eſt tam bene nota ſibi?

BURM.

394. Devinctus. *Devictus* in multis veterum. vetuſtiores tamen, *devinctus.* quomodo apud Lucretium, *devinctus volnere amoris.* ſed illic *devictus* in ſcriptis, quod praeſtat. vide Giphanii Ind. Lucret. in *victus* & *victus volnere.* HEINS. Terent. Hecyr. I. I. 92. *animus uxoris miſericordia devinctus.* ubi alii codices *devictus.* & Andr. III. III. 29. *Conjugio liberali devinctus. devictus* Ed. Venet. hic habet. BURM.

395. Ex alto. Vid. ad Ovid. II. Amor. IV. 16.

396. Quo tibi. Mediceus. *Quae tibi, Diva, mei ſimilis ſi cura fuiſſet.* & *fuiſſent* pro *fuiſſet* proximo verſu, quem valde ſuſpectum habeo. & videtur poſſe abeſſe ſalva ſententia. certe ab altero Menteliano prima manu aberat. Poſſis nihilominus utcumque concinnare haec, ſi legas, *ſimilis ſi cura ſubiſſet.* HEINS. *Quo tibi, vita* Rottendorphius ſecundus, ſolito inter amantes blandimento. *quid tibi, Diva* Parrhaſ. *ſubiſſet* poſſet firmari ex lib. IX. 757. ubi *cura ſubiſſet.* & in Zulich. *fuiſſet* occurrit. & ita apud Ovidium & alios haec verba commutata notavimus. vid. ad IV. Met. 167. & IX. 93. & alibi. ſed ſive *ſubiſſet*, ſive *fuiſſet* leges, manent in eumdem ſonum deſinentes verſus, a quo etiam non multum abhorret *ceſſit* praecedens. mox Francian. *Teucros nobis armare.* agnoſcit vero hunc verſum Rufinianus de Schem. Lex. p. 32. & Priſcian. XVIII. pag. 1151. *tunc quoque* Dorvil. BURM.

398. Omnipotens. *Omnipudens* Rutgerſii codex, nunc Leidenſis.

399. Decemque *Decimque* Regius & primus Rottendorphius. in MS. apud Serv. ad VII. 315. legitur, *vixque alios.* de fatorum vero vel neceſſitate vel differendi ratione vide Anonym. Scholiaſt. & Muret. ad Cicer. III. Catil. 8. qui hoc loco Servii utitur, cui comparat locum ex VI. Aen. 376. BURM.

400. At-

[37] artem Aruſpicinae V. forte *artis*, ut lib. VII. 761. in Servio legitur, *artis medicinae peritus.* ubi vide. BURM. [38] Acruntia R. Aruntia Baſil. Acheruntea Voſ. [39] *morum* omnes habent, ſed Malvicius *moras* dedit. [40] deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. ab [41] vel potium quidquid curae eſt Baſil. quidquid curae eſt V. R. Steph.

Quod fieri ferro, liquidove poteſt electro,
Quantum ignes animaeque valent; abſiſte precando
Viribus indubitare tuis. Ea verba locutus
Optatos dedit amplexus, placidumque petivit
Conjugis infuſus gremio per membra ſoporem.

In-

SERVII.

402. LIQUIDO ELECTRO. [42] [Aut liquefacto; aut] puro: & ſecundum Plinium in Naturali hiſtoria, ſunt tria *electri* genera; unum ex arboribus, quod *ſuccinum* dicitur; aliud, quod naturaliter invenitur: tertium, quod fit de tribus partibus auri & una argenti: quas partes etiam, ſi [43] naturale reſolvas, invenies manifeſtas: unde errant, qui dicunt melius eſſe naturale. *Electri* autem natura probatur veneno, quo recepto & ſtridorem emittit, & varios ad [44] ſimilitudinem [45] [arcus caeleſtis] reddit colores: [46] [& ad lumina in convivio clarius auro & argento lucet.]

403. ANIMAEQUE VALENT. [47] [Fabrica Vulcani duobus conſtat, ventis, & flatu; hic ergo *animae*, pro ſpiritu, quo fabriles folles inflari ſolent, id eſt,] venti, ἀπὸ τ̃ ἀνέμων. [48] [Horatius IV. Od. 12. [49] *Impellunt animae lintea Thraciae*: unde & *anima* dicitur,] quae, ſecundum aliquos, ventus, ut IV. 705. *Atque in ventos vita receſſit*.

404. [50] [EA VERBA LOCUTUS. Quidam humiliter dictum accipiunt.] PRECANDO VIRIBUS INDUBITARE TUIS. Id eſt, dubitare: nam *in* vacat: & hoc dicit: Precum nimietas [51] poſtulationis ſignificat dubitationem. [52] [Sane *indubitare*, quis ante hunc?]

406. CONJUGIS INFUSUS GREMIO. Hoc eſt, [53] ante concubuit, & ſic quievit. Probus vero & Carminius, [54] propter ſenſum cacephaton, *infuſum* legunt, ut ſit ſenſus: Dormiit cum conjuge dormiente, id eſt, petiit ſoporem infuſum, etiam conjugis [55] e gremio. [Alii *infuſus* legunt, ut ſignificetur coiſſe illos, & ſic ſopitos: & volunt eſſe emphaſin coitus: nam *infuſum gremio ſoporem* nihil eſſe dicunt: multi autem cacephaton [56] [accipiunt; ne duo epitheta videantur, *placidum* &] *infuſum*: [57] [alii figurate accipiunt *placidum per membra*, pro eo, quod eſt placidum membris. Et PER MEMBRA, poteſt ambiguum videri, Vulcani, an Veneris.]

VARIORUM.

400. ATQUE HAEC TIBI. *Atque tibi haec mens eſt* Dorvil.

401. POSSUM. *Poſſunt* Mediceus a manu prima. confirmant Sprotianus & Montalbanius & primus Rottendorphius & prior Hamburgicus, & alter Montalbanius, & tres Moretani, primus vero, *proſunt promittere*. nil muto. HEINS. *Poſſunt* Excerpta noſtra, Leidenſis, Regius, & tertius Mentelii. *poſſim* Bigotianus. *committere* ſecundus Rottendorphius.

402. POTESTUR. Διαφυγεῖν ἠλέκτρῳ. Pollicetur ex ferri electrique temperamento arma firma & ſplendida. contra Politianum, qui *poteſtur* verbum hoc loco ſuſtulit, arroganti ſane ſpiritu, neſcio qui, ſe efferunt Grammatici: ſed cum nihil afferant, quo ſe tueantur, praeter convicia, eos omittimus & numerorum rationem non male obſervatam cum Politiano Miſcel. LXXI. teſtamur. FABRIC. Angelus Politianus Miſc. cap. 71. ait *poteſt* legi in vetuſtiſſimo Vaticano codice. inſulſe vero & contra rationem metri *poteſtur* hic repoſuerunt. etſi in hoc numero Giphanius, Indice Lucretiano, ſecutus, ut aſſeverat ipſe, ſuos codices. nam in *electro* prima ſyllaba omnino producenda. Diomedes praeterea Grammaticus cum moneat ab Ennio *poteſtur* eſſe dictum, de Virgilio non diſſimulaſſet, ſi illum eodem verbo fuiſſe uſum arbitratus foret. Nec audiendi, qui ex Ciri Maroniana primam in *electro* corripi quandoque con-

42 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 43 naturam reſolvas Steph. Dan. Fabr. al. natura R. 44 diſſimilitudinem Lipſ. Steph. 45 deſunt V. R. Lipſ. Steph. al. 46 deſunt iiſdem. 47 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 48 deſunt Baſil. 49 *impellunt* Dan. Fabr. mox, quia ſecundum Baſil. 50 deſunt Lipſ. 51 impetrationis Voſſ. 52 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 53 ante confuſionem, & ſic R. 54 propter cacemphatum, infuſum Baſil. propter ſenſum cacemphaton Voſ. R. Dan. Fabr. 55 in gremio Baſil. congremio R. conjugis gremio V. Voſ. Steph. reliqua deſunt R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad ỳ. 408. 56 deſunt V. 57 deſunt V.

Inde, ubi prima quies medio jam noctis abactae
Curriculo expulerat ſomnum, quum femina primum,
Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva
Inpoſitum, cinerem & ſopitos ſuſcitat ignis,
Noctem addens operi; famulaſque ad lumina longo
Exercet penſo; caſtum ut ſervare cubile

Con-

SERVII.

408. CURRICULO. Tempore modo; alias loco; alias officio. [58] [Cicero in Oratore, pro loci ſpatio: *Haec ſunt curricula ac ſpacia multiplicium variorumque verborum.* Et multi ſic diſtinguunt: *Inde, ubi prima quies, medio jam noctis abactae, Curriculo expulerat ſomnum, cum foemina primum, Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerva impoſitum:* nam, *quies curriculo expulerat ſomnum cum pene*, nihil eſt: quid enim eſt *quies*, niſi *ſomnus?* aut ut ſit aliquid, non eſt abſtemia matrona illa dum ſurgit, quia [59] feſtinat maxime: Aut *tolerare colo vitam, tenuique Minerva Impoſitum:* Et hic diſtinguitur: quid enim eſt *impoſitum cinerem?* cum illud ſit pulchrius: cui caſtitas impoſuit lanificio tolerare vitam, ut ſequatur, *Cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes:* ut alibi inf. 542. *Et ſopitas ignibus aras Excitat.*]

409. COLO. Hunc ſequimur: nam *hujus coli* dicimus, non ut Statius, *hujus colus*, [60] [in VI. Thebaidos 380. *Extrema jam fila colu datus ordo ſenectae.* Et in III. 241. *Nigraeque ſororum* [61] *luſtravere colus.*] TENUIQUE MINERVA. Non filo tenui, [62] [id eſt, ſubtili artificio;] ſed parvo pretio lanificii, [63] [id eſt, tenuiter & exiliter victum praebente.] Et alii hic diſtinguunt, & ſubaudiunt *mos eſt*, *placet:* ut ſit ſenſus: *Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerva mos eſt*, vel *placet:* & ſic inferunt: *Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes:* ut contra Horatius II. Od. 1. *Incedis per ignes* [64] *Suppoſitos cineri doloſo.* Alii ſic legunt: [65] *Tenuique Minerva Impoſitum:* [66] [quaſi fato datum,] hoc eſt, cui haec eſt fataliter data neceſſitas.

411. NOCTEM ADDENS OPERI. Per tranſitum oſtendit noctem eſſe partem diei.

412. EXERCET PENSO. Fatigat. Terentius Andr. I. 1. 47. *Primo haec vitam parce, ac duriter agebat, lana & tela victum quaeritans.* Hinc ergo traxit Virgilius ut diceret: *Caſtum ut ſervare cubile* [67] [*Conjugis*, id eſt, ne cogatur popter paupertatem pudorem deſerere.]

VARIORUM.

contendunt. nam in vetuſtis editionibus illic legitur,

Non me deliciis commovit regia dives,
Coralio fragili ac electro lacrimoſo.

poteſt electro diſertim in Mediceo, primo ac quarto Moretanis, Leidenſi, Voſſianis, Montalbanio, ac altero Menagiano. in ceteris *poteſtur*. videndus Voſſius de Anal. III. 36. & Inſt. Orat. IV. 1. qui tamen Bartholomaeo Marantae *poteſtur* probanti quodammodo accedit. HEINS. *Poteſtur* editiones quaſdam veteres occupavit. ut Ed. Venet. in Dorvilliano eraſa ultima ſyllaba *ur* erat. videndus H. Stephanus in Schediaſmate Virgiliano pag. 49. & vir doctus in Obſervationibus Miſcell. Critic. Vol. IV. pag. 330. *poteſtur* etiam probat Lambinus ad Lucret. I. 1044. & III. 1023. ſed ubi Pius alios legere hic *poteſt* adnotavit. BURM.

403. ABSISTE. *Obſiſte* Excerpta noſtra.

404. TUIS. *Meis* Dorvil. & Zulichemius a manu ſecunda.

405. OPTATOS. *Oblatos* Bigotianus.

406. INFUSUS GREMIO. *In gremio fuſus* Zulichem. Nonius in *petere*, legit *noxumque petivit*

C. i.

[58] deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. in Cicer. Orat. cap. III. legitur, *illa enim ſunt curricula multiplicium variorumque ſermonum.* [59] eſt tinta * maxime Dan. eſt vitiata Fabr. [60] deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. idem Silv. III. 1. 173. habet, *extendamque colos.* [61] *lustravere* Fabr. al. *juravere* legitur in Statio, qui ſaepe in hoc nomine *colus* utitur ea flexione. ut VIII. 12. IX. 839. X. 644. vid. Markl. ad priorem locum, & Broukh. ad Propert. IV. IX. 48. BURM. [62] deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. [63] deſunt iiſdem. [64] *poſitos* Dan. [65] *tenuique Minervam imp.* R. *tenuitque Minerva imp.* Fabr. [66] deſunt V. R. Voſ. Steph. al. [67] deſunt iiſdem & Lipſ.

Conjugis, & poſſit parvos educere natos.
Haud ſecus ignipotens, nec tempore ſegnior illo
Mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit.
Inſula Sicanium juxta latus Aeoliamque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua ſaxis:
Quam ſubter ſpecus, & Cyclopum exeſa caminis

An-

SERVII.

414. IGNIPOTENS. *Vulcanus*, ut diximus I. 175. *ignis* eſt: & dictus *Vulcanus* quaſi *Volicanus*, quod per aërem volet: ignis enim e nubibus naſcitur: unde etiam Homerus dicit eum de aëre praecipitatum in terras, quod omne fulmen de aëre cadit: quod quia crebro in Lemnum inſulam jacitur: ideo in eam dicitur cecidiſſe Vulcanus, [68] [ubi eum Sinties nutriverint.] Claudus autem dicitur: quia per naturam nunquam rectus eſt ignis. [69] [Hoc enim ex Homero tractum eſt, ubi dicit Iliad. A. 590. Ἤδη γάρ μοι καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα Ῥῖψε, ποδὸς τεταγὼν, ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο, Πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι Κάππεσον ἐν Λήμνῳ. ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν. Ἔνθα με Σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα. NEC TEMPORE SEGNIOR ILLO. Bene comparationis ſimilitudini duo reddidit, feſtinationem & induſtriam.]

415. AD FABRILIA SURGIT. Dura: & ex contrariis epithetis fecit ornatum, dicens: *Mollibus e ſtratis ſurrexit ad opera fabrilia.*

416. INSULA SICANIUM JUXTA LATUS, AEOLIAMQUE ERIGITUR LIPAREN. Phyſiologia eſt, cur Vulcanus in his locis officinam habere fingatur inter Aetnam & Liparen: ſcilicet propter ignem & ventos, quae [70] apta ſunt fabris. *Aeoliam* autem *Liparen* ideo: quia una eſt de illis ſeptem [71] inſulis, in quibus Aeolus imperavit.

418. [72] [EXESA CAMINIS. *Exeſa* ad uſum caminorum, qui ſunt Cyclopum: an *caminis exeſa*, pro ignibus exeſa?]

VARIORUM.

C. i. gremio. forte poſſet legi, *placiduſque petivit conjugis infuſum g. p. m. ſoporem.* petivit ſoporem infuſum placidus (id eſt placatus,) gremio uxoris. vide Obſerv. Miſcel. Crit. Vol. I. pag. 98. ſimilis Vulcanus Ovidio, qui Amor. I. 5. poſt opus dicit *laſſi requievimus ambo*. BURM.

407. ABACTAE. *Abacto* Montalbanius.

408. CURRICULO. *Curruculo* Francianus. *expulerat* omnes ſcripti & editi, ita ut neſciam, unde *expleraut* petierit Maſvicius, niſi a ſolita negligentia ortum ſit. ſenſus eſt, ubi a prima quiete evigilavit circa medium noctis, ſenſit omnem iterum obdormiſcendi cupiditatem expulſam, & alacriter e ſtratis ad opera ſurgit. BURM.

Ibid. PRIMUM. *Primum*, nec aliter Interpres Terentii Andr. I. I. 48. de Chryſide autem Terentiana ſimilitudo deſumta eſt. FABRIC. *Cum femina* conſtanter ſcripti omnes, nec loco movendum fuit. Nam & ſic Donatus agnoſcit in Andr. Terentii. HEINS. In editione tamen Lindenbrogii, *ceu femina* legitur. forte diſtinguendum, *Cum femina, primum cui* &c. cujus praecipua cura, officium eſt lana ac tela victum quaerere. BURM.

409. TENUIQUE MINERVA. *Calathiſque Minervae* primus Montalbanius HEINS. Ita & Rottendorph. pr. & Leidenſis. Cerda *Minervam* pro oleo capit, quia ad lucernam nebant, ſed hoc ſequentia, *ad lumina* indicant. Rectius Servius, quae nihil niſi tenuem victum ex lanificio praebere poterat. & ut Ovid. III. Metam. 588. *Ars illi ſua cenſus erat.* & Terent. Phorm. II. 3. *cui opera vita erat. Minerva* autem pro lanificio; ut apud Ovid. IV. Met. 33. *intempeſtiva Minerva.* poſt *impoſitum* vero diſtinguendum, id eſt, cujus partes, munus eſt tolerare vitam &c. ut ita *imponere onus, partes, leges* &c. paſſim apud Ciceronem & alios occurrit. BURM.

412. EXERCET. *Exercens* Mediceus.

413. ET PARVOS. *Ut*, prior Hamburgicus & quartus Moreti. *& parvos poſſit* Mentelii prior, Ham-

68 deſunt Lipſ. mox in ea per not. in Regio erat, quia p. n. n. repertus eſt ignis. 69 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. ſed Dan. habet ultima, *Nec tempore.* contra Baſil. prima ad *nec.* 70 accepta R. quod non deterius vulgato. 71 deeſt R. 72 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al.

Antra Aetnaea tonant, validique incudibus ictus
Auditi referunt gemitum, ſtriduntque cavernis
Stricturae Chalybum, & fornacibus ignis anhelat;
Volcani domus, & Volcania nomine tellus.
Hoc tunc ignipotens coelo deſcendit ab alto.

Fer-

SERVII.

419. ANTRA AETNAEA TONANT. Magnitudinem ictuum oſtendit, quibus etiam vicini montes reſultabant: aut certe *Aetnea*, quaſi [73] Aetnae dixit.

420. AUDITI REFERUNT GEMITUS. [74] Et hoc breviter ſignificavit, [75] [id eſt, referentes gemitus audiuntur: non enim prius audiuntur, & poſtea referunt gemitus. Poteſt & bis intelligi, audire eos primum, cum eduntur; poſtea, per echo, cum venerunt in eos locos, ex quibus repulſi vocis imaginem referunt.]

421. STRICTURAE CHALYBUM. *Strictura*, eſt terra ferri in maſſam coacta. *Chalybes* autem, proprie populi ſunt, apud quos naſcitur ferrum, ut ipſe 1. Georg. 58. *At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus Caſtorea:* unde modo [76] *Chalybum* poſuit *ſtricturas*, pro, ferri maſſis.

423. HOC TUNC. Id eſt, huc tunc: & *hoc* pro *huc* poſuit ſecundum antiquum morem: nam ante *hoc*, adverbium loci fuit, quod nunc abolevit: nam crebro in antiquis lectionibus invenitur, ſicut in epiſtolis probat Verrius Flaccus, exemplis, auctoritate, ratione, dicens: *In adverbiis pro u, o pleramque majores ponere conſuetos:* & ſic pro *huc*, *hoc* veteres dicere ſolebant: ſicut pro *illuc*, *illo* dicimus: unde etiam *hoc*, o longum eſſe apparet, ſicut [77] *illo*, quod pro *illuc* ponitur.

VARIORUM.

Hamburgicus & Menagii ſecundi, Bigotianus, & Dorvill. Scholiaſtes Crucquianus Horatii Epod. II. *ut poſſit.*

416. SICANIUM. *Sicanum* Parrhaſ. & Dorvill.

417. LIPAREN. *Liparem* Sprotii & Montalbanius, duo Moretani, Franciamus, & Parrhaſ.

419. ANTRA AETNAEA. Philotheus in deſcriptione Aetnae, pag. 27. Tom. IX. Theſaur. Italiae narrat ad Aetnam eſſe ſpecum, quem ipſe ingreſſus eſt ad trecentos paſſus, ſed frigoris vi coactum redire. hunc vero pertinere uſque ad Vulcaniam inſulam, ideoque fere eodem tempore Montis craterem in Vulcania effundere ſumos & ignem, quo Aetna, & viciſſim. idque hic Virgilium innuiſſe, cum *antra Aetnea* vocet. vid. & Cerdam. *Ethenea* Dorvil. BURM.

Ibid. TONANT. *Sonant* pr. Moreti, Sprotianus & Montalb. Francian. & à m. pr. Zulichemius. *validiſque* Excerpta noſtra, Parrhaſ. & Francian.

420. GEMITUM. *Gemitus* in Mediceo, Gudiano, duobus Rottendorphiis, priore Menagiano, ſecundo Moretano. *gemitus referunt* in Leidenſi. *incudibus ictis* a manu prima Gudianus. HEINS. *Stridentque* Vratiſlavienſis & Mediceus. *referunt ſonitum* Parrhaſian.

421. ET FORNACIBUS. *Et* deeſt Montalbanio.

422. VOLCANIA. Et hodie *Il Volcanella* vocatur, quae duobus verticibus ſurgit, & e tribus crateribus non modo fumum, ſed igneum vaporem & candentia ſaxa ſaepius in horae ſpatio ejaculatur. minor collis duos habet crateras. Quod Poëta ait *antra Aetnaea tonant* ſubter eam, nihil in his exaggerationis: nam tonitribus ſimilis e fundo barathri auditur ſtrepitus: ſive potius ſonus, quaſi fluctuum maris vi per cavernas, ab utroque latere pervias, irruentium & penetrantium. *Aetnaea* vocat, vel a vicinitate Aetnae, vel quia ſimilia ſunt Aetnaeis cavernis: vel potius, quod omnes hi montes in Tyrrheno mari ignivomi veroſimiliter ſubterraneis canalibus ſibi jungantur, & pro propaginibus Aetnae haberi poſſe videantur. DORVILLIUS. Hinc videmus quid erudita itinera conferre

73 Aennaea V. Aetnaea Baſil. 74 haec hoc br. R. per Echo & breviter ſig. *Steph.* Dan. al. Echo brev. Lipſ. 75 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 76 *Chalybes* R. 77 *illo* dicimus, quod Steph. Baſil. *illo* dicimus, pro *illuc* ponitur Voſ. R. forte, *ſicut illo dicimus pro illuc poni* vide de his ad Petron. cap. XXXIX. Ovid. Epiſt. XVIII. 205. & ita *illi* pro *illic*. vid. Serv. ad II. Aen. 509. & 548. BURM.

Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro,
Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.
His informatum manibus jam parte polita
Fulmen erat; toto genitor quae plurima coelo
Dejicit in terras; pars inperfecta manebat.
Tris imbris torti radios, tris nubis aquoſae

Ad-

SERVII.

424. [78] [FERRUM EXERCEBANT. Oeconomia.]

425. BRONTESQUE, STEROPESQUE &c [79] Quid facturi ſint ex nominibus docet: nam *Brontes* a tonitru dictus eſt, [80] [ἀπὸ τῆς βροντῆς.] *Steropes*, a [81] fulgetra, ἀπὸ τῆς στεροπῆς. *Pyracmon* vero, qui nunquam a calenti incude diſcedit, ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ ἄκμονος: nam πῦρ ignis eſt, ἄκμων incus. NUDUS MEMBRA. Per hunc etiam caeteros nudos fuiſſe ſignificat.

426. INFORMATUM. In quandam formam deſignatum & compoſitum. Dicit autem in fulmine partem non perfectam, partem jam politam fuiſſe. [82] [MANIBUS. Deeſt *in*, ut ſit, in manibus.]

427. TOTO GENITOR QUAE PLURIMA COELO. *Toto coelo*, id eſt, ab omni parte coeli: nam dicunt [83] Phyſici, de ſexdecim partibus coeli jaci fulmina. QUAE autem, pro qualia, ut IX. 481. *Hunc ego te, Euryale, aſpicio*, id eſt, talem. Ergo hoc dicit; Faciebant fulmen in eorum ſimilitudinem, quae Jupiter jacit toto coelo; hoc eſt, [84] diverſis partibus coeli; ſcilicet ſexdecim.

428. [85] [DEJICIT. Quibuſdam videtur humiliter dictum: alii *de*, pro valde accipiunt, ſicut dicimus *deamo*, pro, *valde amo*.]

429. TRES IMBRIS TORTI RADIOS &c.] Conſtricti & coacti in grandinem. Statius I. Theb. 352. [86] *Sicco quos aſper hiatu Praeſolidat Boreas*. Et ſciendum, hoc eum velle oſtendere: toto anno jaci fulmen: nam per has periphraſes tempora [87] oſtendit anni totius, quae & quatuor eſſe, & ternos menſes habere manifeſtum eſt: [88] unde dicit: *Tres imbris torti radios*, hoc eſt, grandinis, quae abundat per hyemem: TRES NUBIS AQUOSAE, hoc eſt, veris, quo tempore nimiae ſunt pluviae, ut I. Georg. 313. *Et ruit imbriferum ver*: RUTULI TRES IGNIS, hoc eſt, aeſtatis. ET ALITIS AUSTRI, id eſt, autumni, quo ventorum crebra ſunt flamina. Et prudenter his omnibus naturam exprimit fulminis, quod neceſſe eſt ut per nubes naſcatur & ventos: [89] [nam alibi ait II. 649. *Fulminis afflavit ventis & contigit igni*. Et bene in materiam fulminis vertit ea, ex quibus fulmen naſcitur; nubem, imbrem, ventum: nam ut Phyſici volunt, cum nubes ventis vehementer agitatae ſunt, ſic incaleſcunt, ut accendantur. Sane fulmen triplici praeditum poteſtate eſt: eſt oſtentatorium, peremptorium, praeſagum: oſtentatorium eſt, quo terror incutitur, ut: *Fulgores nunc horrificos, ſonitumque metumque*: at cum dicit: *Flammiſque ſequacibus iras*, peremptorium docet: praeſagi autem ſic meminit X. 175. *Tertius ille hominum divumque interpres Aſylas, Cui pecudum fibrae, coeli cui ſidera parent, Et linguae volucrum, & praeſagi fulminis ignes*. Nonnulli vero manubias fulminis his numinibus, id eſt, Jovi, Junoni, Marti, & Auſtro vento, adſerunt attributas: quod hoc loco oſtendunt: nam cum dicit: *Tres imbris torti radios*, Jovem ſignificaſſe intelligitur; cum vero, *Tres nubis aquoſae*, Junonem intelligit; cum autem, *Rutuli tres ignis*, Martem: & ſic adjectum,

Alitis

78 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 79 quidquid V. quid facturus ſit Voſ. quid facturus ſint R. 80 deſunt Voſ. R. 81 fulgetratione V. 82 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. & Lipſ. qui paullo ante, formam ſignatum, habet. 83 Daviſ. ad Cicer. II. de Divin. c. 18. legere malebat, *Etruſci*. ſed qui Servium diligenter legit, reperiet eum ſaepe Phyſicos & Philoſophos ad teſtimonium citare, ut mox iterum ✠. 429. *ut Phyſici volunt*. vid. ſupr. h. l. 20. & paſſim. *Etruſcis* locus eſt, ubi de prodigiis, auguriis & ſimilibus agitur, non ubi de naturalium rerum cauſſis & conditione. ſic ad I. Aen. 428. *Etruſcae diſciplinae* conditores. *Etruſci* libri &c. paſſim. vide Indic. Auctorum a Servio citatorum. BURM. 84 de diverſis V. Voſ. R. 85 deſunt V. Voſ. Lipſ. R. Steph. al. 86 *ſiccos q. a. hiatus* V. Lipſ. *ſiccos q. a. hiatu* R. Steph. Baſ. *perſolidat* vulgo leguntur. ſed codices, quos Heinſius conſuluit, duo, & Lindenbrogii *praeſolidat* exhibent. 87 oſtendit Voſ. 88 unde eſt Dan. Fabr. 89 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad finem notae.

Addiderant, rutuli tris ignis, & alitis Auſtri.
Fulgores nunc horrificos, ſonitumque, metumque
Miſcebant operi, flammiſque ſequacibus iras.
Parte alia Marti currumque, rotaſque volucris
Inſtabant; quibus ille viros, quibus excitat urbis:
Aegidaque horriferam, turbatae Palladis arma.

Cer-

SERVII.

[90] *Alitis Auſtri*, venti. Alii ideo ternorum radiorum volunt mentionem factam: quia [91] fulmen triſulcum eſt: [92] aut enim afflat, aut incendit, aut diſſipat. Et *Imbris torti radios*, pro, tortos radios; *torti* autem, elementis: & hoc verbo frequenter utitur, quotiens vim aliquam vult exprimere, ut IX. 671. *Torquet aquoſam hyemem*: & IV. 208. *An te, genitor, cum fulmina torques.*]

431. FULGORES NUNC HORRIFICOS. [93] Quas fulgetras dicunt. SONITUMQUE METUMQUE. [94] [Non quem habeant; ſed quem inferant: &] per *ſonitum*, tonitrua oſtendit; per *metum*, fulgetras. Et hunc ordinem ſic poſuit, ut hominibus videtur: nam revera prior eſt conliſio nubium, unde ignis [95] emicat: nos autem ideo prius fulgetras videmus, quam tonitrua [96] audimus, quia velocior oculorum, quam aurium ſenſus eſt.

432. SEQUACIBUS. Perſecutricibus: [97] [quoniam rapax natura ignis eſt: & ordo eſt: *Iraſque flammis ſequacibus.*

433. CURRUMQUE ROTASQUE. Nova locutio: *currum & rotas inſtabant*: nec nos moveat, quod in domo Vulcani Marti currus fabricatur: eo enim abſente fabricabatur.]

435. AEGIDAQUE HORRIFERAM. [98] [*Aegis*, proprie eſt munimentum pectoris aereum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum, ſi in pectore Numinis fuerit,] *Aegis* vocatur: ſi in pectore hominis, ſicut in antiquis imperatorum ſtatuis videmus, *lorica* dicitur. TURBATAE. [99] [Vel concitatae & iratae, vel] pro, *turbantis*: nam timuit homoeoteleuton, & fecit ſupinam ſignificationem. Alii ad fabulam referunt: quia dicitur in bello Gigantum arma perdidiſſe turbata: ut quaſi ipſa nunc reparet, cujus dicti nullus auctor invenitur idoneus.

VARIORUM.

ferre poſſint lucis antiquis ſcriptoribus. quam plurimam Virum Clariſſimum adfuſurum confidimus, ubi Iter ſuum publicum prodere voluerit.

423. HOC TUNC. *Huc* legitur in libro A. Colotii, pro *hoc*. URSIN. *Hoc* manifeſte Servius agnoſcit. Priſcianus etiam libr. I. *Huc illuc*, pro *hoc illoc Virgil. in* VIII. *Hoc tunc ignipotens.* & lib. XV. *Hoc tunc ignipotens. hoc*, pro *huc*. Nec aliter ſcripti codices, quorum nonnulli eamdem interpretationem habent adſcriptam. HEINS. *Hoc* Parrhaſian. Francian. a manu ſecunda. *huc* prior Hamb. pro varia lectione, & probat G. Voſſius, ſed *hoc* praefert Cl. Graevius ad Cicer. X. ad Fam. 10. qui videndus. & Rivius ad Terent. Adel. I. II. 12. ita & inf. ỳ. 606. *hoc* pro *huc* unus codex. vid. Steph. Schediaſm. p. 62. & hic notas ad Servium. BURM.

424. EXERCEBANT. *Exercebant vaſti* prior Hamburgicus.

425. PYRACMON. *Pyragmon* Dorvil.

426. MANIBUS. Servius dicit deeſſe *in*. offendit ſcilicet duplex ablativus *manibus*, & *parte* uni verbo adjunctus. ſed ita & II. Aen. 420. *obſcura nocte per umbram fudimus inſidiis.* vid. ad Calpurn. I. Ecl. 56. & inf. XI. 213. BURM.

427. QUAE. Praeceſſit *fulmen*. ſed ita ſolent. vid. Ecl. VII. 22.

428. MANEBAT. *Manebant* a manu prima alter Mentelianus. HEINS. *Dejecit* Francian.

429. TOR-

90 Alitis aliis * venti Dan. Alitis Auſtri, id eſt venti, Heinſius. Alitis * Auſtri ventis Commel. Alitis, Auſtri. Alii Fabr. 91 fulmen ni * triſulcum Dan. 92 aut enim gerebat, incenditur, aut diſclima * & *imbris* Dan. 93 fulgura R. 94 deſunt Lipſ. V. L. Voſ. R. Steph. al. 95 emanat V. R. Voſ. Dan. Fab. micat Steph. emittitur Baſil. 96 audiamus R. Baſil. 97 deſunt iiſdem. ad ỳ. 435. 98 deſunt R. huc referri debet Martialis lib. VII. Ep. 1. 99 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al.

Certatim ſquamis ſerpentum auroque polibant,
Conexoſque anguis, ipſamque in pectore Divae
Gorgona deſecto vertentem lumina collo.
Tollite cuncta, inquit, coeptoſque auferre labores,
Aetnaei Cyclopes; & huc advertite mentem.

Ar-

SERVII.

436. SQUAMIS SERPENTUM AUROQUE POLIBANT. *Aegida horriferam* [1] *aureis ſquamis ſerpentum certatim polibant*. Alii volunt, revera de corio ſerpentum dicere eum arma eſſe levigata.

437. CONNEXOSQUE ANGUES. Gorgonis ſcilicet capiti. DESECTO VERTENTEM LUMINA COLLO. Aut ſua lumina circumferentem, & mortis indignatione quaerentem, quorum ſe interitu poſſet ulciſci, [2] aut certe intuentum lumina in ſaxa vertentem: [3] [aut horrore ſuo aliorum oculos avertentem; ne cum periculo videretur.] Hoc autem caput ideo Minerva fingitur habere in pectore, quod illic eſt omnis prudentia, quae confundit alios, & imperitos ac ſaxeos comprobat. [4] [IPSAMQUE IN PECTORE DIVAE. Hoc eſt, quae in pectore ponatur.

438. DESECTO VERTENTEM. Quomodo *vertentem?* id eſt, ſecto collo non ſua lumina vertentem, ſed immutantem eorum faciem, qui hanc vidiſſent: aut *vertentem* dixit *lumina*, adverſa habentem, ut habuit, cum ſecaretur ei collum, & quaereret aſpectibus vindicari.]

439. TOLLITE CUNCTA, INQUIT. Vile eſt, quod plerique dicunt, propter arma Martis iratum eſſe Vulcanum; praeſertim cum [5] & arma Minervae, & fabricarent fulmina Cyclopes: & Vulcanus dixerit: *Cuncta tollite*. [Ergo *tollite*,] aut differte eſt, aut celerius terminate. COEPTOSQUE AUFERTE LABORES. Quia dixerat: *His informatum manibus jam parte polita Fulmen erat*.

440. AETNEI CYCLOPES. Ut III. 678. *Aetnaeos fratres*.

VARIORUM.

429. TORTI. *Torto* Venetus. *tres* hic bis & ſeq. verſ. Dorvil.

430. ADDIDERANT. *Addiderat* Mediceus. ut ad Vulcanum referatur. HEINS. Et ita Parrhaſ. & Serv. ad II. Aen. 649. ſed tamen *addiderant* praetuli, & ad Cyclopas, quorum manibus informatum fulmen eſt, referrem. *halitus auſtri* primus Rottendorphii. *alitus* vel *alitis* Gudian.

431. HORRIFICOS. Ita magna pars ſcriptorum. *orificos* Dorvil. *terrificos* vulgatae Edd.

434. INSTABANT *Inſtaurant* Parrhaſianus, de quo cogitandum. Scaliger ad Auſonii Solonem 36. memoriae vitio Virgilium dixiſſe *inſtabant fulmen* notat.

Ibid. EXCITAT. *Excitet* in Veneto. HEINS.

435. HORRIFERAM. *Horrificam* duo Moretani & Sprotianus.

438. DESECTO. *Diſſecto* prim. Rottendorph. *defecto* Leidenſis unus. *de* deerat Gudiano, & manu recenti adſcriptum. unde Heinſius conjiciebat, *tum ſecto. lumina ſomno* Parrhaſian. ſed ſuperſcriptum *collo*. BURM.

439. COEPTOSQUE. *Certoſque* notat ex nonnullis ſuorum Pierius, & videtur non improbare. quem cave audias. aliter enim codices noſtri ad unum omnes. & ſtat pro vulgata ſcriptura cum Nonio Marcello Plinius ſecundus lib. VI. Epiſt. 33. qui hunc verſum illic producit. C. PLINIUS ROMANO SUO. S. *Tollite cuncta*, inquit, *coeptoſque auferte labores. ſeu ſcribis aliquid, ſeu legis, tolli, auferri jube, & accipe orationem meam, ut illi* (vetuſtiſſimus Mediceus codex, quo uſus ſum, *ut illa*) *arma divina* (*num ſuperbius potui?*) *revera ut inter meos, pulchram*. HEINS. *Coeptos* Parrhaſ. quod jure praeferunt viri docti. & obvia eſt horum verborum commutatio. vid. Ovid. II ex Pont. VII. 17. ſic apud Manil. I. 823. de Comete,

In breve vivit opus, coeptoque incendia fine
Subſiſtunt.

ubi Bentlejus novum nobis Manilium prodens ſine ullo codicum ſcriptorum aut editorum reſpectu, dedit *citraque incendia limen ſubſiſtunt*, & neſcio quam Metaphoram comminiſci ut de domibus incenſis. ſed ſi vulgata ſervanda, acumen eſt

Poë-

1 *cum a. ſ. ſerpentis* V. 2 certum lumina R. forte pro *cernentum lumina*. 3 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. ad 4 deſunt iisdem. ad ✝. 439. 5 & arment Minervam Lipſ. mox, ergo *tollite* deſunt V.

Arma acri facienda viro. Nunc viribus uſus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magiſtra.
Praecipitate moras. Nec plura effatus: & illi
Ocius incubuere omnes, pariterque laborem
Sortiti. Fluit aes rivis, aurique metallum;
Vulnificuſque chalybs vaſta fornace liqueſcit.
Ingentem clipeum informant, unum omnia contra
Tela Latinorum: ſeptenoſque orbibus orbis

Inpe-

SERVII.

441. NUNC VIRIBUS USUS. Hoc eſt, nunc eſt veſtrarum virium exercitium, id eſt, tempus eſt exercendae virtutis circa arma viri fortis. [6] [Et ſic dictum eſt, ut dicimus, *opus eſt viribus:* & hoc quidam non ad difficultatem operis, ſed ad celeritatem referunt.

442. RAPIDIS. Latis.] ARTE MAGISTRA. Ambitioſius quam ſi *magiſtri* [7] diceret: & rem perſonae in artem tranſtulit: ut ſi dicas, *opus eſt* [8] *peritia medicinae*, non *medici.*

443. PRAECIPITATE MORAS. [9] Praecipitanter, id eſt, feſtinanter abjicite. NEC PLURA EFFATUS. Sicut [10] feſtinantem decebat.

444. OCIUS INCUBUERE. Quam ille praeceperat. PARITER. Pari modo: [11] [dicitur, & pro ſimiliter, & pro ſimul.]

445. SORTITI. Diviſerunt inter ſe [12] laboris officium, ut III. 510. *Sortiti remos.*

446. VULNIFICUSQUE CHALYBS. Populum, [13] apud quem naſcitur, [14] pro ferro poſuit. Et LIQUESCIT dixit proprie: nam ferrum non [15] ſemper ſolvitur, ſed molleſcit.

447. INFORMANT. Deſignant. INGENTEM autem, & magnitudine, & ſoliditate: nam & CLYPEUM dixit, qui magnitudine corpus furatur: unde & *clypeus* dictus eſt ἀπὸ τῦ κλέπτειν: & dicturus eſt, SEPTENOS ORBIBUS ORBES IMPEDIUNT. Id eſt, veluti ſeptem ſcuta in [16] unitatem connectunt.

VARIORUM.

Poëtae, qui cometas ſimul atque oriuntur, ad finem etiam properare incipere ait, ut de hominibus lib. IV. 16.

Naſcentes morimur finiſque ab origine pendet.

quod ipſe Manilio ſupr. ℣. 813. invexit, *natos perire cometas.* ergo cum ortu etiam finis incipit. vel ſi cui hoc acumen non arridet, poſſet legere, *certoque incendia fine ſubſiſtunt*, id eſt, lucent cometae: non ut ſtellae aliae in aeternum, ſed certo temporis ſpatio, dum materies incendii ſit conſumta. eodem modo ut de hominibus & rebus humanis dicto loco,

Certa ſtant omnia lege
Longaque per certos ſignantur tempora caſus.

vel ut alii *curſus.* ubi etiam graſſatur Criticus. & ita *certus finis* de non dubio eventu apud Lucan. VI. 593. ubi vide. *i ferte* ſecundus Hamburgicus. Ovid. I. Art. ult.

Pars ſupereſt coeptis, pars eſt exhauſta laboris.

BURM.

440. ET HUC. *Ad huc* Regius. *atque huc* Parrhaſ. *avertite* Gudianus.

441. FACIENDA. *Faciunda* in Nonii exemplaribus verbo *vertere.* quod magis arridet. HEINS. Sed *facienda* Donat. ad Terent. Eun. I. II. 17.

Ibid. VIRIBUS USUS. Pro opus. vide Voſſ. de Conſtr. cap. 8. HEINS.

442. OMNI NUNC ARTE. Seneca Epiſtola XCV. *opus eſt nunc arte magiſtra, non omni.* diſtinguendum eſt poſt τὸ *magiſtra.* HEINS.

443. AT ILLI. *Et illi* prior Mentelius, uterque Hamburgicus, alter Menagianus & Leidenſis. HEINS.

6 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 7 dixiſſet Dan. Fabr. 8 *peritiam* Voſ. R. lege opus eſſe peritiam. 9 praecipitantes R. 10 feſtinanter R. 11 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 12 labores V. Voſ. 13 apud quos Voſ. V. R. Steph. 14 ſuperbo R. 15 deeſt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. Fabr. al. 16 unitate Voſ. R. Steph. al.

Inpediunt. Alii ventoſis follibus auras
Adcipiunt redduntque: alii ſtridentia tinguunt
Aera lacu. Gemit inpoſitis incudibus antrum.
Illi inter ſeſe multa vi brachia tollunt
In numerum, verſantque tenaci forcipe maſſam.
Haec pater Aeoliis properat dum Lemnius oris,
Euandrum ex humili tecto lux ſuſcitat alma,
Et matutini volucrum ſub culmine cantus.

Con-

SERVII.

449. [17] [VENTOSIS. Ventos gignentibus: aliter I. Georg. 206. *Ventoſa per aequora vectis*, qui ventis turbentur.]

450. ACCIPIUNT REDDUNTQUE. Jungendum: uno enim eodemque tempore [18] parte reddunt, parte ventos accipiunt. STRIDENTIA TINGUNT. Tingendo ſtridere faciunt.

451. [19] [AERA LACU. Amat *lacum*, pro *aqua* ponere.

452. ILLI. Quidam pro, *alii* accipiunt.] IN NUMERUM. In ordinem, ut Ecl. VI. 27. *Tunc vero in numerum Faunoſque* [20] *feraſque videres Ludere.*

453. FORCIPE. *Forſices* ſunt, quibus incidimus; *forcipes*, quibus aliquid [21] *forvum* tenemus, quaſi *forvi capes*: nam *forvum* eſt *calidum*: unde & *formoſos* dicimus, quibus [22] calor ſanguinis ex rubore pulchritudinem creat: [23] [has tamen *forcipes* in Medicinalibus Graeci ἀρδιοθήρας appellant, quibus ſolent in bello [24] vulneratis ſpicula extrahi.]

454. DUM HAEC PROPERAT. Hoc eſt, [25] properanter facit: & eſt honeſta [26] elocutio. AEOLIIS. Nam, ut diximus, [27] [Vulcania una eſt de ſeptem Aeoliis, [in quibus Aeolus regnavit.] LEMNIUS. Quia in Lemnum inſulam, ut diximus,] cecidit, [28] a Junone propter deformitatem dejectus; quam aërem conſtat eſſe, ex quo fulmina procreantur. Ideo autem Vulcanus [29] de femore Junonis fingitur natus, quod fulmina de imo aëre naſcuntur: quod etiam Lucanus dicit II. 269. *Fulminibus terrae propior* [30] *ſuccenditur aër, Pacem ſumma tenent.*

456. VOLUCRUM SUB CULMINE. Poteſt & generaliter accipi *volucrum* quarumvis, [31] [quae matutine ſonant:] poteſt & ſpecialiter, ut hirundinum, [poteſt & gallorum; quae omnia propter ſermonis humilitatem vitavit.]

VARIORUM.

HEINS. *Et* Zulichemius, Bigotianus & Hugenianus cum Excerptis noſtris. quod placet. vid. ad III. Aen. 9. BURM.

447. CLYPEUM. Notanda Servii nota, qui Clypeum dictum, qui magnitudine corpus *furatur*. ita reddidit Graecum κλέπτειν, ut & notavi ad lib. II. 389. & VII. 686. quod Senec. Herc. Fur. 799. extulit, *ſe tegmine ingenti clepit*. ubi in Mſ. eſt *tegit*. *unum*, id eſt quod ſolum ſufficiet contra omnia tela Latinorum. ita ſaepe Poetae & contra *omnes in unum* irruere &c. vid. ad Valer. Flac. VII. 630. BURM.

448. SEPTENOSQUE. *Septenos* Leidenſis, Hugenianus, Sprotianus & alter Menagii.

450. REDDUNTQUE. *Reddunt* ſine copula Francianus. *ſtrindentia* Dorvil.

451. ANTRUM. *Aetna* pro diverſa lectione Moretanus tertius. HEINS. Eadem varietas lib. IV. Georg. 173.

452. TOL-

17 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 18 partim r. partim Steph. Dan. Fabr. al. 19 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 20 deeſt Voſ. 21 *forbum* & mox. *forbi capes*, nam *forbum* Voſ. Fabr. *Formum formi capes* & *formum* Commel. Emm. *forvi campes* R. *forvi capiens* Steph. vid. ad lib XII. 404. 22 color ſ. ex rubore Dan. 23 deſunt V. R. Lipſ. Steph. al. 24 deeſt Voſ. 25 properantes Voſ. R. 26 locutio V. Baſil. 27 deſunt V. ad *cecidit*. ſed Voſ. & R. Lipſ. Steph. al. tantum deſunt, in q. Ae. regnavit. 28 vel a Dan. 29 deeſt V. mox. de uno aere Steph. vitioſe. 30 *ſuccidiitur* Voſ. *ſuccenditur* R. 31 deſunt V. Voſ. Lipſ. Steph. al. matutino Fabr. recte. vid. ad IV. Georg. 100. ultima etiam poteſt &c. deſunt Lipſ. V. Voſ. R. Steph. al.

Conſurgit ſenior, tunicaque inducitur artus,
Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.
Tum lateri atque humeris Tegeeum ſubligat enſem,
Demiſſa ab laeva pantherae terga retorquens.
Nec non & gemini cuſtodes limine ab alto
Procedunt, greſſumque canes comitantur herilem.
Hoſpitis Aeneae ſedem, & ſecreta petebat,
Sermonum memor, & promiſſi muneris heros.

Nec

SERVII.

458. TYRRHENA VINCULA. Tuſca calceamenta. Et dicit crepidas, quas primo habuere Senatores; poſt Equites Romani; nunc milites. [32] [Alii calceos ſenatorios volunt: quia hoc genus calceamenti a Tuſcis ſumptum eſt.]

459. TEGEAEUM ENSEM. Arcadicum gladium. [33] [Totum hoc ex Homero Odyſ. B 2. Ὤρνυτ' ἄρ' ἐξ εὐνῆφιν Ὀδυσσῆος φίλος υἱὸς, Εἵματα ἑσσάμενος, περὶ δὲ ξίφος ὀξὺ θέτ' ὤμῳ, Ποσσὶ δ' ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα.]

460. DEMISSA AB LAEVA PANTHERAE TERGA RETORQUENS. A ſiniſtro humero pellem [34] demiſſam habuit, quam retorquens & in dextram revocans partem, ſe amiciebat.

461. GEMINI CUSTODES. Hoc & in Homero lectum eſt [35] [de Telemacho, Ulyſſis filio ἐν τῷ B. ψ. 10. Βῆ ῥ' ἴμεν εἰς ἀγορήν· παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος Οὐκ οἶος, ἅμα τῷ γε δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο.] Et in hiſtoria Romana, quae ait: *Syphax inter* [36] *duas canes ſtans Scipionem appellavit.*

464. SERMONUM MEMOR. Scilicet promiſſi auxilii, ut ſup 171. *Auxilio tutos dimittam, opibuſque juvabo.* HEROS. Hoc nomen non tantum praeſentis eſt virtutis; ſed & praeteritae: unde eſt quod Euandrum heroëm dicit, cum ſit virtutis [36] * emeritae: plerumque *heros*, & generis eſt.

VARIORUM.

452. TOLLUNT. *Tendunt* ſecundus Rottendorphius a manu ſecunda.

453. FORFICE. *Forcipe* ſcripſiſſe Virgilium Caritius teſtatur libro I. etſi inter *forfices*, *forcipeſque* contendat non eſſe diſtinguendum. qui & *ferrum* pro *maſſa* agnoſcit, quod & Pierio notatum, cujus nonnulli codices, *forfice.* diximus nonnihil ad Naſonianas Metamorphoſes lib. VI. 557. *Forcipe* etiam hoc loco Nonius tuetur, ubi *forcipem*, dictum a *forno* docet. idem recte *maſſam* agnoſcit. *ferrum* alter Hamburgenſis. HEINS.

456. SUB CULMINE. *Sub culmina* Mentelius prior, cum altero Menagiano & Leidenſi. quod impenſe placet. quamquam Macrobius lib. V. cap. 8. vulgatum eſt amplexus. ſed & Prudentius hymno I. Cathemerinon:

Vox iſta, qua ſtrepunt aves
Stantes ſub ipſo culmine.

eidem Macrobio, *matutinus cantus* fruſtra. HEINS. *Sub tegmine* Menagii prior. *ſub culmine* recte dici pro *in culmine* probavimus ad Ovid. I. Met. 689. unde & *culmen* hic pro monte poſſet ſumi. quamvis potius *culmen* pro ruſtico aedificio & caſa ponatur, quale humile tectum Evandri fuit. vid. ſupr. 359. & 366. Ecl. I. 69.

Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.

ubi vid. Serv. & Barth. ad Stat. IX. Theb. 194. vid. & ad Rutil. I. 347. forte quia haec regia culmo tecta fuit, ut regia Romuli inf. 654. ſed & *culmen* de quavis domo. vid. ad lib. IV. Aen. 671. BURM.

457. INDUCITUR. *Induitur ardus* Francianus. *confeſtim ſurgit, tunicaque induitur* Parrhaſ.

458. TYRRHENA. Lutatius ad Stat. VII. Theb. 957. citat, *Tyrrhena pedum circumdata plantis;* vin-

32 deſunt iisdem. 33 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. 34 dimiſſam V. Voſ. 35 deſunt V. 36 *duos* V. R. duce canens Lipſ. an ſi: ſumtum ex Salluſtio, qui Martiali XIV. 191. *primus Romana in hiſtoria* dicitur, neſcio, ſed conjicere iter. 36 * emeritae, id eſt, jam non poterat militare: inde dicit *emeritae*, quaſi ſine meritis, id eſt, ſine militia. Plerumque &c. Lipſ.

Nec minus Aeneas ſe matutinus agebat.
Filius huic Pallas, illi comes ibat Achates.
Congreſſi jungunt dextras, mediiſque reſidunt
Aedibus, & licito tandem ſermone fruuntur.
Rex prior haec:
Maxume Teucrorum ductor, quo ſoſpite numquam
Res equidem Trojae victas, aut regna fatebor;
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto

Exi-

SERVII.

465. MATUTINUS AGEBAT. Rem temporis ad perſonam tranſtulit.

467. [[17] JUNGUNT DEXTRAS. Sic enim ſe antiqui ſalutabant.]

468. LICITO TANDEM SERMONE. *Tandem*: quia [38] amborum deſiderio nox fecerat moram: [39] vel tandem dato ſecreto.

470. MAXIME TEUCRORUM. Dicendo *maxime*, ſubtiliter oſtendit, eum Pontificis maximi & ſcientiam & poteſtatem habere.]

471. NUNQUAM RES EQUIDEM TROJAE VICTAS. [40] [Satis mature] *equidem* dixit, id eſt, [41] ego quidem Trojam te vivo victam non arbitror, quantum eſt in opinione mea.

472. PRO NOMINE TANTO. Pro tui nominis gloria.

VARIORUM.

vincula enim ex ipſo loco Statii ſubintelligi debet. BURM.

459 TEGEEUM. *Tegeon* Francianus. *Tegeum* Dorvil.

460. DEMISSA. *Dimiſſa* Dorvil. &, *a laeva.*

461. LIMINE AB ALTO. Apud Macrobium d. l. *limine in ipſo* in ſcriptis. ſed vetuſtae editiones *ab alto*. HEINS. Marklandus ad Stat. I. I. 46. *ab arto* legendum cenſet. ſed *altum* limen eſt domus, etſi tectum humile habentis, in monte tamen poſitae. inde ſupra ſaepe *arcis* nomine vocavit.

462. PRAECEDUNT. *Praecedunt* in codice Colotiano. URSIN. *Procedunt*, in primo Rottendorphio, altero Mentelio, tribus Moretanis, quatuor aliis. rectius haud dubie: nam ſi comitabantur, non poterant praecedere. ſic & libro XI. 94. malo,

Poſtquam omnis longe comitum proceſſerat ordo,

quam *praeceſſerat*. quod tamen membranas pleraſque occupavit. HEINS. *Greſſumque viri* Zulichemius a manu ſecunda. ſi *cuſtodes* de corporis cuſtodibus intelligamus, recte *praecedere* poſſent dici. ſed & ſi ipſi canes hic debent cuſtodes capi, non tamen ideo *praecedere* mutandum erit, quia comitantur: nam & comitari recte dicitur omnis turba, ſive praecedat, ſive ſequatur. ita Martial. II. 18.

Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo regis.

Kal. Januariis, cum *procedere* propric dicebantur conſules, & ante eos & poſt comitum turba erat. Ovid. IV. ex Pont. IX. 18.

Conſulis ante pedes ire viderer Eques.

& ubi reges procedunt, comites ſemper praecedunt & ſequuntur. quare utramque lectionem facile tueri quivis poſſit. vid. II. 760. BURM.

463. SECRETA. *Secura* Sprotianus a m. pr. *ſecreta* pro *ſecretum*. ut *ſecretum deſiderare* Suet. Claud. 10. *agere* Tib. 60. vid. & Tib. 26. & Cal. 23.

465. SE. *Seſe* Dorvil.

466. OLLI. *Illi* in noſtris omnibus. HEINS.

467. RESIDUNT. *Reſiſtunt* Parrhaſ.

468. LICITO. *Latio* Oudartii. *feruntor* Venetus a manu prima. *placido* Dorvil. a m. ſec.

469. HAEC. Deeſt alteri Hamburgico. *haec ait* Oudartii & Parrhaſ.

472. NOBIS AD BELLI AUXILIUM. *Nobis auxilium belli* cum priore Mentelio quartus Moretanus.

37 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 38 majori amborum V. 39 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 472. 40 delent R. 41 ego equidem Dan. Fabr.

Exiguae vires. Hinc Tuſco claudimur amni,
Hinc Rutulus premit, & murum circumſonat armis.
Sed tibi ego ingentis populos opulentaque regnis
Jungere caſtra paro: quam fors inopina ſalutem
Oſtentat. Fatis huc te poſcentibus adfers.
Haud procul hinc ſaxo incolitur fundata vetuſto
Urbis Agyllinae ſedes: ubi Lydia quondam
Gens, bello praeclara, jugis inſedit Etruſcis.

Hanc

SERVII.

474. [42] [HINC RUTULUS PREMIT. Hoc eſt, ſup. 146. *Gens eadem, quae te crudeli Daunia bello Inſequitur.*] ET MURUM CIRCUMSONAT ARMIS. Et brevitatem ſui oſtendit imperii, & hoſtilem neceſſitatem: ob quam ſe penitus exarmare non poterat. AMNI autem CLAUDIMUR TUSCO, ideo dixit: quia ipſe fuit Romani finis imperii. Juvenalis Sat. VIII. 264. ***Et quae Imperii fines Tyberinum virgo natavit.***

475. SED TIBI EGO. Artificioſe [43] agit, ut etiam, quae monſtrantur auxilia, [44] ipſius eſſe videantur. INGENTES autem POPULOS, non ſine cauſſa dixit: nam Tuſcia duodecim Lucumones habuit, id eſt, reges, quibus unus praeerat: unde eſt X. 202. ***Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni.***

476. QUAM FORS INOPINA. Hoc beneficium caſus praeſtat, qui [45] efficit, ut eo tempore quaeras auxilium, quo Tyrrheni ducem requirunt.

477. FATIS HUC TE POSCENTIBUS ADFERS. Perge illuc, poſcentibus fatis: nam talis eſt ſenſus. Si legeris [46] ADFERT, [47] ſimiliter jungit fortunam fato, ut ſupra, ubi ait 334. ***Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.*** Si autem legeris [48] ADFERS, ſenſus erit talis: Fati neceſſitate factum eſt, ut [49] venires; fortunae [50] beneficium, ut illi ducem requirant. Legimus ergo & [51] *adfert*, & *adfers*.

478. [52] [HAUD PROCUL HINC. Ut ire ei facile perſuadeat.] SAXO COLITUR FUNDATA VETUSTO. Antiquo opere, ut III. 84. ***Templa Dei ſaxo venerabar structa vetuſto.***

479. URBIS AGYLLINAE SEDES. Quae nunc Caere dicitur. LYDIA QUONDAM GENS. *Quondam inſedit*, non, *quondam bello praeclara*: nam etiam tunc florebat. Sane etiam ſupra diximus II. 781. Moeoniam provinciam eſſe, cujus dum brevitas duos fratres Lydum & Tyrrhenum ferre non poſſet, ex ſorte Tyrrhenus cum ingenti multitudine [53] profectus, partem Italiae tenuit, & [54] Tyrrheniam nominavit. Hi diu piraticam exercuerunt, ut etiam Cicero in Hortenſio docet, cum captivos novis poenis adfligerent, occiſorum eos religantes cadaveribus: quod Virgilius dat Mezentio, ſciens lectum eſſe de gente [55] Tyrrhenorum. Sane illo tempore *Tyrrheni* dicti ſunt: poſt *Tuſci*, ἀπὸ τοῦ θύειν. *Lydi* autem a *Lydo*, [56] regis fratre, qui in provincia remanſerat: [57] [& Lydia, provincia, poſitivum; Lydia, gens, derivatum pro, [58] Lydica. Sane hanc *Agyllinam* quidam a Pelaſgo conditam dicunt; alii a Telegono; alii a Tyrrheno, Teleſi filio. *Inſedit* autem, ſecundum Salluſtium Lib. I. Hiſt. ***Montem ſacrum atque Aventinum inſedit.***

VARIORUM.

tanus. quod minime ſpernendum. HEINS.

Ibid. PRO NOMINE TANTO. Vel pro belli gravitate, quod tibi imminet, Catroeus capit. ſed nomen

42 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 43 ait Voſ. Steph. Dan. Fabr. 44 ipſe R. 45 effecit V. Voſ. R. 46 *adferes* V. R. *adfer* Voſ. 47 ſi vel jungit R. 48 *adferes* V. *adfer* Voſ. R. 49 veniret V. 50 beneficio Lipſ. Steph. Dan. Fabr. al. 51 *adferes* V. *adfer* R. 52 deſunt V. Voſ. R. Lipſ Steph. al. 53 profectus eſt & tenuit Dan. Fabr. 54 Tyrrheniam V. R. Voſ. Steph. al. Tyrrhenam al. V. Cl. Drak. ad Sil. v. 11. 55 deeſt Voſ. R. 56 rege Voſ. R. Steph. Tyrrheni regis Fabr. Tyrrheni fratre Baſil. 57 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad ✝. 483. 58 pro Lydia ✱ lone Dan.

Hanc multos florentem annos rex deinde ſuperbo
Imperio & ſaevis tenuit Mezentius armis.
Quid memorem infandas caedes; quid facta tyranni
Effera? DI capiti ipſius, generique reſervent.
Mortua quin etiam jungebat corpora vivis,
Conponens manibuſque manus, atque oribus ora,
(Tormenti genus) & ſanie taboque fluentis
Complexu in miſero longa ſic morte necabat.

At

SERVII.

482. SAEVIS TENUIT MEZENTIUS ARMIS. Unde illi magis indigni injuriis, quorum perſona laudata: & hoc poſitum eſt, ut oſtendatur, an utile illis ſit, jungi Aeneae.]

483. QUID MEMOREM INFANDAS CAEDES. Figura oratoria, [58] * quae Paralepſis vocatur. Cicero: *Nam illa nimis antiqua praetereo.*

484. EFFERA. Cruenta. DII CAPITI IPSIUS. Ut eſt II. 190. *Quod dii prius omen in ipſum Convertant.* [59] [Quando enim volumus exprimere indignitatem rei, quaſi commoti avertimus orationem, ut VI. 529. *Dii talia Grajis.*]

485. MORTUA QUINETIAM. Quod ſupradictum eſt: quod Cicero etiam in Hortenſio de Tuſcis dixit.]

487. TORMENTI GENUS. Exclamatio eſt inventi ſupplicii, [60] [& deteſtatio.] SANIE TABOQUE. *Sanies*, mortui eſt: *tabo*, viventis ſcilicet ſanguis.

VARIORUM.

men genus & nobilitatem notare notiſſimum. Ovid. II. Triſt. 422.

Quis dubitet nomina tanta ſequi?

BURM.

474. RUTULUS. *Rutulos* Mentelii prior.

Ibid. CIRCUMSONAT. *Circumtonat* Mediceus a manu ſecunda. ſic *tonitru armorum* & ſimilia Poëtis paſſim. infra hoc ipſo libro 528.

Arma inter nubem coeli regione ſerena
Per ſudum rutilare vident, & pulſa tonare.

HEINS. *Bellum circumſonat armis* Parrhaſ. *circumſonat* non facile mutarem: nam ita & Ovid. IV. Triſt. x. III. *

Hic ego finitimis quamvis circumſoner armis.

& v. Triſt. III. II.

Nunc procul a patria Geticis circumſonor armis.

ita conſtanter codices Ovidiani utrumque locum exhibent. & ſaepe ſimilem querelam ingeminat miſerabilis ille exſul. Senec. Herc. Fur. 416.

Cum pace rupta bellicus muros fragor
Circumſonaret.

neque tamen *circumtonat*, ſi pluribus Mſſ. firmaretur, rejicerem. vid. Heinſ. ad Ovid. I. Met. 187. BURM.

477. ADFERS. *Adfer*, primus Moretanus a manu prima, & primus Rottendorphius a manu ſecunda. praeterea pro diverſa lectione tres alii. quam ſcripturam Servius quoque videtur agnoviſſe. HEINS. *Offers* Venetus.

478. INCOLITUR. *Colitur* tert. Mentelii, ſecundus Moreti, Francian. Dorvil. & Edd. Venet. & Mediol. & hoc firmat imitatio Silii lib. XV. 192.

Urbs colitur, Teucro quondam fundata vetuſto
Nomine Carthago.

& ita noſter lib. III. 13. & 72. &' alii. BURM.

479. AGYLLINAE. *Agellinae* Leidenſis, Vratiſlavienſis. *Agelinae* Venetus. *Aquilinae* primus Rottendorphius, cum Excerptis noſtris. de Viterbio capiebat Franciſcus Marianus de Etruria Metropoli cap. XII. BURM.

481. MULTOS. *Multis f. annis* Bigotianus.

484. GENERIQUE. *Gentique* Oudartii pro diverſa

58 * Paralempſis Voſſ. R. V. 59 deſunt V. R. Voſſ. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 487. 60 deſunt V. R. Lipſ. Baſil.

Digitized by Google

At feſſi tandem cives infanda furentem
Armati circumſiſtunt ipſumque domumque:
Obtruncant ſocios, ignem ad faſtigia jactant.
Ille inter caedes Rutulorum elabſus in agros
Confugere, & Turni defendier hoſpitis armis.
Ergo omnis furiis ſurrexit Etruria juſtis:
Regem ad ſupplicium praeſenti Marte repoſcunt.
His ego te, Aenea, ductorem millibus addam.
Toto namque fremunt condenſae litore puppes,
Signaque ferre jubent: retinet longaevus haruſpex

Fata

SERVII.

489. [61] [AT FESSI. Cum eſſent feſſi, tandem circumſiſtunt.]

493. CONFUGERE. Confugiebat: & ut diximus II. 132. hiſtoricus ſtilus eſt. DEFENDIER. Defendi, id eſt, defendebatur. Et vertit hiſtoriam: nam, ut diximus, Turnus magis confugit ad Mezentium.

495. [62] [AD SUPPLICIUM. Bene, non ab bellum.] PRAESENTI MARTE REPOSCUNT. Sine aliqua dilatione.

496. [63] [HIS EGO TE AENEA DUCTOREM. Quaſi grande incrementum.] ADDAM. Aut dabo; aut re vera addam habentibus [64] Tarchontem. [TOTO NAMQUE FREMUNT. Vel praeterita narrat; vel conjectura eſt, utrum velint qui ceſſant.]

498. LONGAEVUS ARUSPEX. Argumento aetatis vult doctum videri: [65] [Quibuſdam ſane diſplicet, quod aruſpicis nomen non addiderit, cujus aetatem auctoritatemque deſignat.

VARIORUM.

verſa lectione. *reſervant* Sprotianus.

487. TORMENTI GENUS. Haec in parentheſi ponenda eſt exclamatio. & imitatus Valer. Flac. II. 195.

(Tormenti genus) & nigris amplectitur hydris.

ubi vide notas. BURM.

Ibid. FLUENTIS. *Fluenti* tres Moretani priores, (niſi quod *fluente* tertius) tertius itidem Rottendorphius, & a manu ſecunda Gudianus, tum pro diverſa lectione Leidenſis. vide ſupra hoc libro ỷ. 167. HEINS. Sed lib. IX. 472. *atro fluentia tabo*. vid. ad Lucan. I. 241.

488. IN MISERO. *Complexu miſero* Francianus. *necabant* tertius Mentelii & Regius. ut *jungebant* alter Hamburg.

489. CIVES INFANDA. *Infanda civeſque furentem* Parrhaſ.

491. IGNEM. *Atque ignem ad* Parrhaſ.

492. INTER CAEDES. *Inter caedem* repone ex membranis vetuſtioribus, ut Menteliano priore, utroque Menagiano, primo Rottendorphio, Leidenſi & Hamburgico priori: etiam Mediceo a manu prima, & Moretano quarto. Phaedrus lib. II. 7.

Subito Latrones ex inſidiis advolant,
Interque caedem ferro mulum truſitant.

inter caedes tamen habes lib. XI. 729. HEINS. Vid. ad Phaedr. II. 7. infra ỷ. 709. *inter caedes*. & X. 648. *medias inter caedes*. BURM.

495. PRAESENTI. *Manifeſto* Oudartii ex gloſſa. *praeſente* Regius. de *repoſcere* vid. ad lib. II. 139.

496. EGO. *Ergo* Dorvil.

497. FREMUNT. *Frement* Gudianus. *in litore* alter Hamburgicus. mox, *juvat* Venetus. *facta canens* Gudianus.

499. DE-

61 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 62 deſunt iisdem. 63 deſunt iisdem. 64 Tarchonem Voſ. R. Tarchonaem V. in Lipſ. deerant reliqua ad ỷ. 498. 65 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad ỷ. 503.

Fata canens: O Maeoniae delecta juventus,
Flos veterum virtuſque virûm, quos juſtus in hoſtem
Fert dolor, & merita adcendit Mezentius ira;
Nulli fas Italo tantam ſubjungere gentem:
Externos optate duces. Tum Etruſca reſedit
Hoc acies campo, monitis exterrita Divom.
Ipſe oratores ad me, regnique coronam
Cum ſceptro miſit, mandatque inſignia Tarchon,
Succedam caſtris, Tyrrhenaque regna capeſſam.
Sed mihi tarda gelu ſecliſque effoeta ſenectus

In-

SERVII.

500. FLOS VETERUM. Ennianum.]

503. EXTERNOS OPTATE DUCES. Votis ſcilicet: [66] [vel certe *exſpectate*, legite.]

504. HOC ACIES CAMPO. Quaſi jam in bellum parati [67] [SUBJUNGERE. Conjungendo ſubjungere.]

505. REGNIQUE CORONAM. Inſigne; non revera *coronam*, quam Tuſci reges nunquam habuerunt. Ergo ſpecies eſt pro genere.

506. MANDATQUE INSIGNIA. Aut mittit inſignia, id eſt, omnia ornamenta regalia: aut re vera [68] [ipſe Tarchon oratores ad me miſit, coronamque cum ſceptro regni.] MANDATQUE INSIGNIA, id eſt, magna, ut: *Caſtris ſuccedam, Tyrrhenaque regna capeſſam.* [69] [Alii, *inſignia*, pro faſcibus, qui ad Romanos a Tuſcis tranſlati ſunt; aliud eſt enim *inſigna*, ſingulari numero; aliud *inſignia*, in quibus veſtis, & ſella regia accipi poteſt: vel *mandat*, tradit, ut dicimus, *mandari magiſtratum.* Salluſtius Catil. 23. *Ad conſulatum mandandum M. Tullio Ciceroni.*

508. SED MIHI TARDA GELU. Occurrit tacitis quaeſtionibus, dicens ſe non iſſe propter ſenilem aetatem; filium vero propter mixtum genus per originem matris: unde Aeneam dicit ire debere, cui & aetas & origo regna concedunt. SECLISQUE EFFOETA SENECTUS. Notandum dicta *ſecula*, etiam in uno homine, ſecundum eos, qui dicunt *ſeculum* triginta annos habere: nam alii [70] volunt centum & decem: alii mille annis putant *ſeculum* [71] contineri.

VARIORUM.

499. DELECTA. *Dilecta* Oudartii & Montalbanius. *Maeonidae* citat Serv. ad XI. 759.

500. IN HOSTEM. *In armis* Leidenſis.

502. SUBJUNGERE. *Summittere* Ed. Veneta.

503. OPTATE. *Optare* alter Menagii. Servius, *exſpectate*. forte, *ſpectate* ſcripſerit. ita enim Servium explicuiſſe credo *ſpectate* eo ſenſu, quo Gratius Cyneg. 330. *Hunc ſpectet ſilvas domitura juventus*. plura dicemus ad Claudian. III. Stilic. 86. & I. Rap. Proſ. ℣. ultimo. ſi *optate* tenendum, pro legite, eligite exponendum, ut aliis in locis Maronis. BURM.

Ibid. RESEDIT. *Reſidit* in Moretano tertio. ſic *inſidere*, *conſidere*, *obſidere* tertiae conjugationis verba apud noſtrum frequenter occurrunt. HEINS. *Haec acies* Parrhaſ.

504. DIVUM. *Divorum* ſecundus Rottendorphius.

506. TARCON. *Tarchon* noſtri omnes. in vetupo codice Pieriano *Tarcho*. ſic & infra 603. *Haud procul hinc Tarcho*. ſic *Almo* ex ſcriptis ſuperiori libro ℣. 532. ſic a *Tarchone Thyrreno* Solinus operis initio, non *Tarchonte*, Ed. Salm. ſic & Cato apud Salmaſ. ibid. pag. 60. HEINS. *Tharcon* & *Tarcon* alii. & hanc veram ſcripturam credit Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. VIII. 474.

508. SECLISQUE. *Seriſque* Parrhaſ. Servius explicat

66 deſunt R. V. Lipſ. Steph. al. ut, *exſpectate* vel legite Voſ. 67 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 68 deſunt iisdem. qui, aut revera, *mandat inſ.* id eſt &c. 69 deſunt iisdem. 70 deeſt Dan. Fabr. ſed Lipſ. alii volunt CXX. 71 continere V.

Digitized by Google

Invidet imperium, ſeraeque ad fortia vires.
Natum exhortarer, ni mixtus matre Sabella
Hinc partem patriae traheret. Tu, cujus & annis
Et generi fata indulgent, quem numina poſcunt,
Ingredere, o Teucrûm atque Italûm fortiſſime ductor.
Hunc tibi praeterea, ſpes & ſolatia noſtri,
Pallanta adjungam. Sub te tolerare magiſtro
Militiam, & grave Martis opus, tua cernere facta

Ad-

SERVII.

509. INVIDET IMPERIUM. Bona [72] elocutio, ut VII. 58. *Liber pampineas invidit collibus umbras.*

510. [71] MIXTUS MATRE SABELLA. Pro, duplici genere natus.

511. PARTEM PATRIAE TRAHERET. Sic dixit *traheret*, quomodo dicitur *originem ducere*. ET ANNIS. Ad ſe retulit.

512. GENERI FATUM INDULGET. Ad Pallanta retulit.] QUEM NUMINA POSCUNT. Ut: *Externos optate duces.*

513. ITALUM FORTISSIME DUCTOR. [74] Ἐυσυμβόλως jam ductorem Italiae vocat Aeneam.

514. SPES, ET SOLATIA. *Spes*, quia multa ſibi de ejus virtute promittebat pater: [75] *Solatia*, quia amiſſa conjuge, unici filii utebatur ſolatio. [76] [Eſt autem ſolatium, praeſentis diminutio triſtitiae.]

515. TOLERARE. Quaſi rem aſperam & difficilem. [77] [Et per hoc ſignificat nondum eum ſufficere, ut intelligatur quid nolit: nam & paternam ſollicitudinem ſervat, & heroicam virtutem: & ideo non vult ſimpliciter dicere, nondum debere puerum pugnare; ſed verecunde: *Sub te tolerare magiſtro.*]

VARIORUM.

plicat de longo ſpatio aetatis, quae per ſecula computabatur. & ita capiebat Scaliger illa Manilii II.

Lis una fuit, per ſecula, mortis.

id eſt quamdiu vixerunt. cui obloquitur Huetius, qui de omni, quod fuit, tempore capit. quod an verum ſit, & non alia poſſent exempla praeter Oreſtis & Pyladis adduci, nunc non vacat inquirere. certe alterum habet Sueton. in Auguſt. XIII. & non admodum diſſimile eſt Damonis & Phintiae apud Valer. Max. IV. VII. Ext. I. & iſti capiti praefatus Valerius, Oreſtis & Pyladis mentione facta, domeſtica & externa exempla ſubjungit. & ita *ſecula*, pro longis temporibus, aliis rebus tribui ſolet, ut Romano imperio, quod, ut homo, natum, vivere, & mori paſſim ab aliis dicitur, *ſecula* tribuit Valer. Flac. II. 245. ubi vide quae dixi. Rutil. I. 183.

Porrige victuras Romana in ſecula leges.

BURM.

509. INVIDET IMPERIUM. Vide ad Petron. cap. XIV.

511. HINC. *Hic* Venetus & Editio Juntina. *patrem patriae* Mediceus. *patriae partem* Dorvil.

512. FATUM INDULGET. *Fata indulgent* Mediceus cum tribus Moretanis, alter Mentelianus, alter itidem Hamburgenſis. *Fatum indulgent* Gudianus, nimirum *numina*, *cui numina indulgent fatum*. HEINS. *Poſcant* Venetus. *Fatis indulgent* Regius. *fatum indulget* Dorvil.

513. INGREDERE. Barth. ad Stat. II. Theb. 195. explicat regnum, imperium mihi delatum tu capeſſe. ſic *ingredi imperium* Juſtin. VII. cap. ult. ſed generatim pro *incipere* quancumque rem dici notavit Cort. ad Sall. Jug. XLII. & diu ante eum Paſſerat. ad Propert. III. El. I. pr. vid. quae diximus ad II. Georg. 175. BURM.

Ibid. O TEUCRUM. *Et Teucrum* Zulichemius.

514. HUNC. *Nunc* Zulichemius & primus Rottendor-

72 locutio Dan. Fabr. 73 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad *Quem* ỳ. 512. 74 Euſymbolos Voſ. R. ſupr. 563. 75 *ſolatium* V. R. Voſ. Steph. al. 76 deſunt iidem. & Lipſ. & Dan. ſed Baſil. habet. 77 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al.

Adſueſcat, primis & te miretur ab annis.
Arcadas huic equites bis centum, robora pubis
Lecta dabo; totidemque ſuo tibi nomine Pallas.
Vix ea fatus erat: defixique ora tenebant
Aeneas Anchiſiades & fidus Achates,
Multaque dura ſuo triſti cum corde putabant;
Ni ſignum coelo Cytherea dediſſet aperto.
Namque inproviſo vibratus ab aethere fulgor

Cum

SERVII.

517. MIRETUR. Imitetur. Lucanus IX. 807. *Miratoremque Catonis*, [78] [id eſt, imitatorem:] optima enim ingenia neceſſe eſt, ut ea, quae mirantur, imitentur.

519. SUO NOMINE. Bene in omnibus filii gratiam facit: [79] [maluit enim munus ſuum cum perſona ejus dividere, quam ſuo nomine totum dare:] namque dicit: Dat tibi Pallas milites ducentos ſuo nomine; ipſe vero a me [80] accipies ducentos.

520. [81] [DEFIXIQUE ORA TENEBANT. Aut tacebant, ut IV. Geor. 483. *Tenuitque inhians tria Cerberus ora:* aut ſtupebant.]

522. TRISTI CUM CORDE. Propter brevitatem auxiliorum. [82] [PUTABANT. Figura per tempora: *putabant*, quaſi putaſſent, niſi ſignum dediſſet: aut certe *putabant*, cogitabant: unde & arbores *putari* dicuntur, quia diu deliberatur, quid eis adimi debeat, quid relinqui: *Putare*, eſt & diſcernere, & in partes redigere; inde *diſputare*.]

523. CAELO APERTO. Sereno, ut I. Georg. 393. *Et aperta ſerena Proſpicere:* [83] [in eo eſt enim quid aperti.]

524. IMPROVISO. Nullum enim indicium praeceſſerat [84] nubium. [85] [VIBRATUS. Proprium telorum ad [86] fulgura tranſtulit.] FULGOR. id eſt, fulgetra. [87] [Et tria genera *fulgoris* eſſe dicuntur; unum *Conſiliarium*, ubi quid cogitantibus nobis accidit, quod vetat aut hortatur; alterum *auctoritatis*, quod evenit re geſta, quod probet; tertium *ſtatum* eſt, ubi nec novi quidquam geſſimus nec cogitamus; ſed quietis noſtris rebus fruimur: ſed duo haec, quae ſequuntur, ad locum hunc non pertinent. Primum ſane apte videtur adnecti, ubi quid cogitantibus nobis accidit, quod vetat aut hortatur, quod *conſiliarium* dicitur: nam & hic modo Aeneas de brevitate auxilii cogitat; quia ait: *Multaque dura ſuo triſti cum corde putabant:* & ſic fulgur factum eſt, quod eum hortetur, ne de bellicis ſubſidiis deſperet.]

VARIORUM.

tendorphius. vid. ad lib. VI. 817.

515. PALLANTA. *Pallantam* Dorvill.

516. TUA. *Et tua* Francianus. *fata* Dorvill. *militiam grave* primus Rottendorphius. *onus* prior Hamburgenſis pro varia lectione.

517. PRIMIS ET TE. *Primis & jam miretur* Parrhaſ.

518. ARCADAS. *Arcades* prior Hamburgicus pro diverſa lectione. *Arcades* Ed. Venet. & Francianus, & Ed. Ald. *hinc* idem, & Menagii prior.

Ibid. BIS CENTUM. *Ter centum* Parrhaſ. vide ſupr. VII. 274. & IX. 370. *robora pubis* illuſtravimus ad Valer. Flac. II. 694.

519. NOMINE. *Munere Pallas* in priore Voſſiano ac Gudiano. nec aliter pro diverſa ſcriptura prior Hamburgicus & Schefferius. in Gudiano praeterea a manu prima, *ſuo ſibi munere*. argute mehercule, ut cum praecedentibus haec melius cohaereant: non enim ſe Aeneae daturum electae pubis robora dixit, ſed Pallanti, quibus ille, inquit,

ſuo

78 *deſunt iisdem. in Lucano legitur, miratorique Catonis.* 79 deſunt iisdem. 80 accipiet V. Steph. Accipient R. Accipies Voſ. Fabr. al. 81 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 82 deſunt iisdem. 83 deſunt iisdem. in eo eſt enim quod aperti * Dan. Baſil. in loco ex Georgicis habet *A parte ſerena proſpicere.* 84 ruptum V. a m. ſec. 85 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 86 *fulgora* & *fulgor* & mox *fulgetis*, & ita porro Dan. 87 deſunt iisdem.

Invidet imperium, ſeraeque ad fortia vires.
Natum exhortarer, ni mixtus matre Sabella
Hinc partem patriae traheret. Tu, cujus & annis
Et generi fata indulgent, quem numina poſcunt,
Ingredere, o Teucrûm atque Italûm fortiſſime ductor.
Hunc tibi praeterea, ſpes & ſolatia noſtri,
Pallanta adjungam. Sub te tolerare magiſtro
Militiam, & grave Martis opus, tua cernere facta

Ad-

SERVII.

509. INVIDET IMPERIUM. Bona [72] elocutio, ut VII. 58. *Liber pampineas invidit collibus umbras.*

510. [73] MIXTUS MATRE SABELLA. Pro, duplici genere natus.

511. PARTEM PATRIAE TRAHERET. Sic dixit *traheret*, quomodo dicitur *originem ducere*. ET ANNIS. Ad ſe retulit.

512. GENERI FATUM INDULGET. Ad Pallanta retulit.] QUEM NUMINA POSCUNT. Ut: *Externos optate duces.*

513. ITALUM FORTISSIME DUCTOR. [74] Ἐυσυμβόλως jam ductorem Italiae vocat Aeneam.

514. SPES, ET SOLATIA. *Spes*, quia multa ſibi de ejus virtute promittebat pater: [75] *Solatia*, quia amiſſa conjuge, unici filii utebatur ſolatio. [76] [Eſt autem ſolatium, praeſentis diminutio triſtitiae.]

515. TOLERARE. Quaſi rem aſperam & difficilem. [77] [Et per hoc ſignificat nondum eum ſufficere, ut intelligatur quid nolit: nam & paternam ſollicitudinem ſervat, & heroicam virtutem: & ideo non vult ſimpliciter dicere, nondum debere puerum pugnare; ſed verecunde: *Sub te tolerare magiſtro.*]

VARIORUM.

plicat de longo ſpatio aetatis, quae per ſecula computabatur. & ita capiebat Scaliger illa Manilii II.

Lis una fuit, per ſecula, mortis.

id eſt quamdiu vixerunt. cui obloquitur Huetius, qui de omni, quod fuit, tempore capit. quod an verum ſit, & non alia poſſent exempla praeter Oreſtis & Pyladis adduci, nunc non vacat inquirere. certe alterum habet Sueton. in Auguſt. XIII. & non admodum diſſimile eſt Damonis & Phintiae apud Valer. Max. IV. VII. Ext. I. & iſti capiti praefatus Valerius, Oreſtis & Pyladis mentione facta, domeſtica & externa exempla ſubjungit. & ita *ſecula*, pro longis temporibus, aliis rebus tribui ſolet, ut Romano imperio, quod, ut homo, natum, vivere, & mori paſſim ab aliis dicitur, *ſecula* tribuit Valer. Flac. II. 245. ubi vide quae dixi. Rutil. I. 183.

Porrige victuras Romana in ſecula leges.

BURM.

509. INVIDET IMPERIUM. Vide ad Petron. cap. XIV.

511. HINC. *Hic* Venetus & Editio Juntina. *patrem patriae* Mediceus. *patriae partem* Dorvil.

512. FATUM INDULGET. *Fata indulgent* Mediceus cum tribus Moretanis, alter Mentelianus, alter itidem Hamburgenſis. *Fatum indulgent* Gudianus, nimirum *numina, cui numina indulgent fatum.* HEINS. *Poſcant* Venetus. *Fatis indulgent* Regius. *fatum indulget* Dorvil.

513. INGREDERE. Barth. ad Stat. II. Theb. 195. explicat regnum, Imperium mihi delatum tu capeſſe. ſic *ingredi imperium* Juſtin. VII. cap. ult. ſed generatim pro *incipere* quancumque rem dici notavit Cort. ad Sall. Jug. XLII. & diu ante eum Paſſerat. ad Propert. III. El. I. pr. vid. quae diximus ad II. Georg. 175. BURM.

Ibid. O TEUCRUM. *Et Teucrum* Zulichemius.

514. HUNC. *Nunc* Zulichemius & primus Rottendor-

72 locutio Dan. Fabr. 73 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad *Quem* ꝟ. 512. 74 Euſymbolos Voſ. R. ſupr. 563. 75 *ſolatium* V. R. Voſ. Steph. al. 76 deſunt iisdem. & Lipſ. & Dan. ſed Baſil. habet. 77 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al.

Adſueſcat, primis & te miretur ab annis.
Arcadas huic equites bis centum, robora pubis
Lecta dabo; totidemque ſuo tibi nomine Pallas.
Vix ea fatus erat: defixique ora tenebant
Aeneas Anchiſiades & fidus Achates,
Multaque dura ſuo triſti cum corde putabant;
Ni ſignum coelo Cytherea dediſſet aperto.
Namque inproviſo vibratus ab aethere fulgor

Cum

SERVII.

517. MIRETUR. Imitetur. Lucanus IX. 807. *Miratoremque Catonis*, [78] [id eſt, imitatorem:] optima enim ingenia neceſſe eſt, ut ea, quae mirantur, imitentur.

519. SUO NOMINE. Bene in omnibus filii gratiam facit: [79] [maluit enim munus ſuum cum perſona ejus dividere, quam ſuo nomine totum dare:] namque dicit: Dat tibi Pallas milites ducentos ſuo nomine; ipſe vero a me [80] accipies ducentos.

520. [81] [DEFIXIQUE ORA TENEBANT. Aut tacebant, ut IV. Geor. 483. *Tenuitque inhians tria Cerberus ora*: aut ſtupebant.]

522. TRISTI CUM CORDE. Propter brevitatem auxiliorum. [82] [PUTABANT. Figura per tempora: *putabant*, quaſi putaſſent, niſi ſignum dediſſet: aut certe *putabant*, cogitabant: unde & arbores *putari* dicuntur, quia diu deliberatur, quid eis adimi debeat, quid relinqui: *Putare*, eſt & diſcernere, & in partes redigere; inde *diſputare*.]

523. CAELO APERTO. Sereno, ut I. Georg. 393. *Et aperta ſerena Proſpicere*: [83] [in eo eſt enim quid aperti.]

524. IMPROVISO. Nullum enim indicium praeceſſerat [84] nubium. [85] [VIBRATUS. Proprium telorum ad [86] fulgura tranſtulit.] FULGOR. id eſt, fulgetra. [87] [Et tria genera *fulgoris* eſſe dicuntur; unum *Conſiliarium*, ubi quid cogitantibus nobis accidit, quod vetat aut hortatur; alterum *auctoritatis*, quod evenit re geſta, quod probet; tertium *ſtatum* eſt, ubi nec novi quidquam geſſimus nec cogitamus; ſed quietis noſtris rebus fruimur: ſed duo haec, quae ſequuntur, ad locum hunc non pertinent. Primum ſane apte videtur adnecti, ubi quid cogitantibus nobis accidit, quod vetat aut hortatur, quod *conſiliarium* dicitur: nam & hic modo Aeneas de brevitate auxilii cogitat; quia ait: *Multaque dura ſuo triſti cum corde putabant*: & ſic fulgur factum eſt, quod eum hortetur, ne de bellicis ſubſidiis deſperet.]

VARIORUM.

tendorphius. vid. ad lib. VI. 817.

515. PALLANTA. *Pallantam* Dorvill.

516. TUA. *Et tua* Francianus. *fata* Dorvill. *militiam grave* primus Rottendorphius. *onus* prior Hamburgenſis pro varia lectione.

517. PRIMIS ET TE. *Primis & jam miretur* Parrhaſ.

518. ARCADAS. *Arcades* prior Hamburgicus pro diverſa lectione. *Arcades* Ed. Venet. & Francianus, & Ed. Ald. *hinc* idem, & Menagii prior.

Ibid. BIS CENTUM. *Ter centum* Parrhaſ. vide ſupr. VII. 274. & IX. 370. *robora pubis* illuſtravimus ad Valer. Flac. II. 694.

519. NOMINE. *Munere Pallas* in priore Voſſiano ac Gudiano. nec aliter pro diverſa ſcriptura prior Hamburgicus & Schefferius. in Gudiano praeterea a manu prima, *ſuo ſibi munere*. argute mehercule, ut cum praecedentibus haec melius cohaereant: non enim ſe Aeneae daturum electae pubis robora dixit, ſed Pallanti, quibus ille, inquit,

ſuo

78 deſunt iisdem. in Lucano legitur, *miratorique Catonis*. 79 deſunt iisdem. 80 accipiet V. Steph. Accipient R. Accipies Voſ. Fabr. al. 81 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 82 deſunt iisdem. 83 deſunt iisdem. in eo eſt enim quod aperti * Dan. Baſil. in loco ex Georgicis habet *A parte ſerena proſpicere*. 84 nuptum V. a m. ſec. 85 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 86 *fulgora* & *fulgor* & mox, *fulguris*. & ita porro Dan. 87 deſunt iisdem.

Cum ſonitu venit, & ruere omnia viſa repente,
Tyrrhenuſque tubae mugire per aethera clangor.
Suſpiciunt: iterum atque iterum fragor intonat ingens.
Arma inter nubem, coeli in regione ſerena,
Per ſudum rutilare vident, & pulſa tonare.

Ob-

SERVII.

525. CUM SONITU. [88] Tonitrus ſcilicet. Et, ut diximus ſupra ỳ. 431. ordinem tenuit, qui nobis apparet, ut fulgetras dicat priores, cum ſint ante tonitrua. RUERE OMNIA. Sic enim ſonat, ut videatur ruina: [89] [alibi I. 120. *Caeliquе ruina.*] Bene autem temperavit dicens, [90] [VISA, id eſt, ad opinionem animi.]

526. TYRRHENUSQUE TUBAE MUGIRE PER AETHERA CLANGOR. *Tyrrhenum clangorem* dixit [91] *tubae* ideo, quia apud Tuſcos tubam conſtat inventam. Ergo *Tyrrhenus clangor tubae*, ſonus Tyrrhenarum tubarum. Et bene congruis [92] ominibus arma nuntiantur, [93] per ſonum tubarum. [94] [Et figurate per epitheti immutationem Tyrrhenae tubae: Varro de Seculis, *auditum ſonum tubae de caelo* dicit. Videtur autem hic opportune *Tyrrhenae tubae* facta mentio, ut jam Tyrrhenorum caſtra vocare videatur Aeneas.]

527. FRAGOR INTONAT INGENS. *Fragor*, eſt proprie armorum ſonus: quod autem dicit *intonat*, illud ſpectat XII. 654. *Fulminat Aeneas armis:* [95] quae vult fragore tonitrua, ſplendore fulgetram imitari. Non autem mirum eſt, a Venere adlatis armis ineſſe fulgorem: nam & Homerus dicit a Thetide oblata arma habere motum quendam & ſpiritum: quae duo in aqua eſſe manifeſtum eſt. Thetidem autem novimus Nympham [96] [eſſe. Homerus autem ſic Iliad. T. 12.

> Ὣς ἄρα φωνήσασα θεὰ κατὰ τεύχε' ἔθηκε
> Πρόσθεν Ἀχιλλῆος· τὰ δ' ἀνέβραχε δαίδαλα πάντα.
> Μυρμιδόνας δ' ἄρα πάντας ἕλε τρόμος, οὐδέ τις ἔτλη
> Ἄντην εἰσιδέειν, ἀλλ' ἔτρεσαν· αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
> Ὡς εἶδ', ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος.]

528. INTER NUBEM. Per nubem, more ſuo. Et dicit in ſerena parte caeli fuiſſe nubem, per quam arma portata ſunt.

529. PER SUDUM. *Sudum*, eſt quaſi ſubudum, ſerenum poſt pluvias, ut IV. Georg. 77. [97] *Ver nactae ſudum.* [98] [Alii *ſudum*, ſemiudum volunt dici, cum per nubes ad nos perveniat Solis ictus non integer. PULSA TONARE. Recte arma, quae hisdem ignibus, quibus fulmina, facta ſunt, ait tonare pulſa: & hic magis proprie, quam Homerus: ille enim ſpirare ait & moveri; hic vero armis Aeneae caeleſtem ſonitum dedit, unde veniebant.]

VARIORUM.

ſuo munere alios bis centum eſt additurus, hoc eſt a ſe conſcriptos. certe & in Mediceo a manu prima, *tuo ſibi nomine* pro *ſuo ſibi nomine*, ut opinor. HEINS. *Tibi munere* Zulichemius Vratiſlavienſis. *tibi numine* Pugetianus. ſed *ſuo ſibi nomine* arridet maxime. vid. ad VI. 142. BURM.

520. DEFIXIQUE. *Defixaque* Hugenianus & Parrhaſianus. *diffixique* Leidenſis.

522. SUO CUM CORDE. An *duo c. c. putabant. tum* ſecundus Rottendorph. *movebant* Hugenianus a manu ſecunda. hic & ſequens verſus deerant Mentelio priori a manu prima.

523. COELO. *E coelo* Montalbanius. *dediſſet ab alto* Bigotianus. & Leidenſis pro diverſa lectione.

524. FULGOR. *Fulgur* Mentelii prior.

526. TYRRHENUSQUE. Vide Lutat. ad Statii VI. Theb. 404. qui *Tyrrhenum murmur* dixit.

527. INTONAT. *Increpat* Mediceus & Gudianus, duo Hamburgici, primus Rottendorphius, Leidenſis, alter Voſſianus, alter Menagianus, & Schef-

88 tonitru Steph. al. tronitruus Voſ. Tonitruum Dan. Fabr. mox & fulgetras dicit Lipſ.. 89 deſunt V. 90 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ſed habent. *viſa repente* praeter Lipſ. 91 deeſt Dan. 92 deeſt V. R. Voſ. Steph. Dan. al. Fabr. ac, mox, congruis omnibus V. R. nominibus Baſil. 93 ſonis V. R. per ſonos Voſ. Steph. al. 94 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. in fine notae malim, *ut jam Tyrrhenorum caſtra vocare videatur Aenean.* ut reſpondeat vatis dicto. *Externos optate duces.* BURM. 95 & vult Steph. 96 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. *eſſe* etiam deeſt Baſil. 97 deeſt V. R. Voſ. Steph. Dan. 98 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al.

Obſtupuere animis alii; ſed Troïus heros
Adgnovit ſonitum, & Divae promiſſa parentis.
Tum memorat: Ne vero, hoſpes, ne quaere profecto,
Quem caſum portenta ferant: ego poſcor Olympo.
Hoc ſignum cecinit miſſuram Diva creatrix,
Si bellum ingrueret; Volcaniaque arma per auras

Latu-

SERVII.

531. Agnovit sonitum. Hoc eſt, quid ſonitus ſignificaret. Divae promissa parentis. Κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus Venerem ei promiſiſſe.

532. Hospes. Et qui ſuſcipit, & qui ſuſcipitur, *hoſpes* vocatur, ut hoc loco Euander. Item ſupra ỳ. 463. *Hoſpitis Aeneae ſedem:* [99] [ſicut & *vector*, qui vehit, & qui vehitur: & *alumnus*, qui alit, & qui alitur. Ne vero quaere profecto. Hic *profecto*, vetuſte pro expletiva conjunctione poſitum.] Ambae particulae ad ornatum pertinent tantum.

533. Portenta. Modo bona omina. Ego poscor Olympo. Aut de Olympo poſcor, id eſt, haec ſigna mei cauſſa fiunt: aut certe [1] in Olympum poſcor, [2] [dempta praepoſitione, ut: *It clamor caelo.* [3] [Alii in *Olympo poſcor:* Alii *Olympo* ſequentibus jungunt.]

534. Diva creatrix. Rerum omnium generaliter.

VARIORUM.

Schefferius cum primo & quarto Moretanis, quod & vetuſtiores Pieriani agnoſcunt, & recte. mox quippe ſubjungitur, *pulſa tonare.* ut *intonat* hic videatur ferri non poſſe, quamquam memini probe illorum libro II. 692. *ſubitoque fragore intonuit laevum.* & lib. IX. *coelum tonat omne fragore. Increpare* hic ſumitur, quomodo apud Naſonem XII. 51. *qualem cum Juppiter atras Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.* & apud eumdem II. Faſtorum 501. ex veterrimis membranis,

Cum ſubito motu nubes crepuere ſiniſtrae.

ubi in vulgatis, *ſepes tremuere ſiniſtrae.* apud Petronium carmine de bello civili,

Vix dum finierat, quum fulgure rupta coruſco
Increpuit nubes, eliſôſque abſcidit ignes.

ſic ſcribo. vulgati, *intremuit nubes.* Plautus Amphitr. Act. V. I. 25. *Totus timeo, ita me increpuit Juppiter.* de tonitru cape, quod *crepitum* vocat ibidem. *Strepitus, crepitus, ſonitus, tonitrus.* noſter infr. lib. IX. 504. *At tuba terribilem ſonitum procul aere canoro Increpuit. Fragor increpat* etiam a Nonio Marcello in *increpare* agnoſcitur. ubi hunc ipſum producit locum, & *increpare* pro ſonare ſumptum monet. Zeno Veronenſis Sermone de timore: *Cum gravamur rumpentibus,* (forte *erumpentibus*) *ſonis, concuſſis undique cardinibus, cum praeter morem terrifico fragore intonans concrepat coelum.* HEINS. *Inſonat* Dorvill. *ſonus intonat* Gudianus a manu ſecunda. *fragor intonat* Leidenſis, & Parrhaſ. & multi alii. Edit. Mediol.

528. Arma inter nubem, coeli in regione serena. *Inter nubes coeli regione ſerena,* apud Nonium legitur. certe τὸ *in* manus prima in Mediceo codice non agnoſcebat, recentiori manu adſcriptum. & rectius omnino videtur abeſſe. nec aliter in Gudiano a manu ſecunda. HEINS. *Inter nubes* etiam Parrhaſianus. *inter nubem*, per nubem, cum Servio explicat Lamb. ad Plauti Moſt. II. I. 38. *regione* pro *in regione* Suetonii codices ſaepe. vid. ad Caeſar. cap. XXXIX. BURM.

529. Tonare. *Sonare* Gudianus, alter Mentelianus, & ſeptem alii minoris rei. HEINS. Ita Leidenſis & tertius Mentelii & Francianus.

532. Ne vero. *Nec vero* Excerpta noſtra. *nec quaere profecto* Oudartii. *profecto* Lucretiano more, ut notat Lamb. ad lib. I. 978. multis exemplis, quae ut recte teneremus, bis legi voluit nuperus editor, qui ſolo hoc Virgilii loco defungi potuiſſet, vel quatuor etiam Lucani adjungere. *Tunc vero memorat, hoſpes ne,* Venetus. BURM.

533. Ferant. *Ferunt* Parrhaſ.

537. Me-

99 deſunt iiſdem. ſed Baſil. *ne quaere.* contra Dan. deſunt, ad, *ne quaere.* 1 in Olympo R. 2 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. 3 deſunt V. R. Voſ. Steph. al.

Laturam auxilio.
Heu, quantae miſeris caedes Laurentibus inſtant!
Quas poenas mihi, Turne, dabis! quam multa ſub undas
Scuta virûm, galeaſque, & fortia corpora volves,
Thybri pater! poſcant acies, & foedera rumpant.
Haec ubi dicta dedit, ſolio ſe tollit ab alto;
Et primum Herculeis ſopitas ignibus aras
Excitat, heſternumque Larem, parvoſque Penatis
Laetus adit, mactant lectas de more bidentis,
Euandrus pariter, pariter Trojana juventus.

Poſt

SERVII.

537. HEU. Adeo de victoria fretus eſt, [4] ut etiam hoſtium miſereatur: [5] [quod Aeneae κατὰ τὸ πρέπον recte tribuitur, qui pius ubique inducitur:] & hinc naſcitur ille ſenſus XI. 152. *Non haec, o Palla,* [6] *dederas promiſſa parenti.* Item Aeneas XI. 54. *Hi noſtri reditus, expectatique triumphi, Haec mea magna fides!*

540. [7] [POSCANT ACIES. Quaſi eant nunc, & flagitent bellum.] FOEDERA RUMPANT. Quae ſe facturum Latinus promiſerat; non enim erant facta: [8] [aut certe *foedera*, quod in ſeptimo legati cum muneribus miſſi.]

542. HERCULEIS SOPITAS IGNIBUS ARAS. Hypallage eſt, id eſt, [9] ſuſcitabat aras Herculeas, in quibus erant ignes ſopiti.

543. HESTERNUMQUE LAREM. Cui pridie ſacrificaverat, & eſt iteratio: nam male quidam EXTERNUM legunt, id eſt, extraneum.

544. [10] [MACTAT LECTAS. De more lectas, an de more mactat?]

545. EUANDRUS. Pro, *Euander*, ſed vitavit ὁμοιοτέλευτον ſequentis verbi.

VARIORUM.

537. MISERIS CAEDES. *Caedes miſeris* Scholiaſtes Horatii Epod. X. & ſic Montalbanius codex. HEINS. *Clades* Bigotianus a manu ſecunda. *inſtent* Mediceus. idem Schol. ad I. Od. 15. vulgatum ordinem habet.

538. MIHI, TURNE. *Tu mihi, Turne* Francianus. *mihi, Turne, dabis poenas* alter Hamburgicus.

Ibid. SUB UNDAS. *Sub unda* Zulichemius, Dorvill. & Oudartii. *ſub undis* ſecundis Moreti. vid. lib. I. 100. & Cerdam. *ſed multa ſub undas* Venetus.

543. EXCITAT. *Suſcitat* Menagianus, Sprotianus, pr. Rottendorphius, pr. & quart. Moretanus, alter Mentelius, alter Hamburgicus & Schefferius; nec aliter agnoviſſe Servium liquido apparet. ſupr. 416.

Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes. lib. V. 743.

Haec memorans cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes. dein perperam vetuſtiores Pieriani cum Mediceo noſtro, priore Voſſiano, & aliis duobus aut tribus, *Externumque*, quod merito damnat Servius. HEINS. *Suſcitat heſternumque* Francianus & Ed. Mediol. *ſuſcitat* etiam Hugenianus, Vratiſlav. Leidenſ. unus & Excerpta noſtra. *Herculeas ſopitis ignibus aras Excitat, externumque* Dorvil. & Parrhaſ. qui tamen *heſternumque.* vide adnotata ad Ovid. VIII. Met. 642. & V. Faſt. 506. BURM.

544. MACTAT. *Mactant* Mediceus, quomodo & lib. IV. hoc hemiſtichium legitur. HEINS. *Laetas* Sprotianus & Excerpta noſtra. *mactant* Zu-

4 & ut V. 5 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 6 *dederam* Voſ. R. 7 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 8 deſunt iidem. 9 ſuſcitavit V. Voſ. R. Steph. al. 10 deſunt Lipſ.

Digitized by Google

Poſt hinc ad navis graditur, ſocioſque reviſit:
Quorum de numero, qui ſeſe in bella ſequantur,
Praeſtantis virtute legit: pars cetera prona
Fertur aqua, ſegniſque ſecundo defluit amni,
Nuntia ventura Aſcanio rerumque patriſque.
Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arva:
Ducunt exſortem Aeneae; quem fulva leonis

Pel-

SERVII.

546. POST HINC AD NAVES GRADITUR. Unum vacat, aut POST, aut HINC, ut III. Georg. 300. *Poſt hinc digrediens jubeo frondentia capris Arbuta:* tale eſt illud II. 40. *Primus ibi ante omnes.*

547. QUI SESE IN BELLA SEQUANTUR. In expeditionem & bellicam praeparationem: nam, ut ſupra I. 356. diximus, *bellum*, eſt tempus omne, quo vel praeparatur aliquid pugnae neceſſarium; vel quo pugna geritur. *Praelium* autem dicitur conflictus ipſe bellorum: unde modo bene dixit: *Qui ſeſe in bella ſequantur*; non [11] in praelium: nam ad auxilia petenda vadit, non ad pugnam. Quanquam, etiam ſi ſic diceret, *qui ſeſe in praelium ſequantur*, non valde abs re eſſe videbatur: hi enim equites, cum a [12] Tarchonte accepiſſet Aeneas auxilia, cum aliis Hetruſcis equitibus per terram miſſi, obvios ſtatim habuere bellantes: & quaſi jam hinc recta pergere videntur in praelium: unde etiam a [13] Cymodocea naviganti Aeneae dicitur X. 239. *Jam loca juſſa tenet forti permixtus Hetruſco Arcas eques.*

549. SEGNIS. Sine remigio, [14] [id eſt, ceſſans, nihil adminiſtrans.] Et reſpexit ad [15] deſcendentes, de quibus ait ſup. 94. *Remigio noctemque diemque fatigant.* Licet fueritleniſſimus fluvius. [16] [Epitheton ergo ad tempus, non enim ignavos dixit: aut *ſegnis* certe, quia meliores elegerat. DEFLUIT. Defertur.]

550. RERUM. Quas geſſerat. PATRIS. Ubi eſſet.

552. EXSORTEM AENEAE. [17] Per id, quod non eſt facturn, quod factum eſt indicatur. Per *exſortem* autem optimum & praecipuum ſignificat, [18] [*Exſortem* autem, [19] ut *exlegem*: & multi hoc loco reprehendunt Virgilium, qui, cum Aeneam ubique Pontificem oſtendat; & Pontificibus non liceat equo vehi, ſed curru, ſicut in ſeptimo 280. a Latino ei currum miſſum dicit, cur equo [20] cum uſum faciat? dicens: *Ducunt exſortem Aeneae, quem fulva leonis Pellis obit totum praefulgens unguibus aureis.* Et inf. 585. *Jamque adeo exierat portis equitatus apertis Aeneas inter primos:* cujus rei haec redditur ratio: Aeneam non tantum Pontificii Juris, ſed omnium ſacrorum & peritum & primum fuiſſe: Virgilium autem inventa occaſione ritum Romanarum ceremoniarum exponere: more etenim veteri ſacrorum, neque Martialis, neque Quirinalis Flamen, omnibus ceremoniis [21] tenebantur, quibus Flamen Dialis, neque diurnis ſacrificiis [22] diſtinebantur, & abeſſe eis a finibus Italiae licebat: neque ſemper praetextam, neque apicem, niſi tempore ſacrificii, geſtare ſoliti erant: ergo ſi ire eis in provinciam licebat, & equo ſine religione vehi licuit: quod hic oſtendit, velut in Provinciam miſſo Aeneae equum datum: nam Euander hoc ait ſup. 475. *Sed tibi ego ingentes populos opulentaque regnis Jungere caſtra paro.* Deinde infra de poteſtate obtinendae provinciae ſubtexuit, 505. *Ipſe oratores ad me regnique coronam Cum ſceptro miſit.* Tum excuſatione interpoſita hortatur Aeneam, ut Etruſcis, regem & ducem deſiderantibus, praeſit, ait enim 511. *Tu, cujus & annis, Et generi fatum indulget.* Incedere ergo & equo meri-

11 ad praelium V. 12 Tharcone Voſ. R. & ita fere ſemper variant codices. mox auxilium, cum Dan. 13 Cymodicea R. ad Cymodocea V. 14 deſunt R. V. Voſ. Lipſ. Steph. al. 15 aſcendentes Baſil. 16 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. mox, *Patris.* ſubjectum Lipſ. 17 dicit extra ſortem aliorum. per &c. Fabr. id eſt, extra &c. Baſil. 18 deſunt ad ℣. 553. V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 19 aut Dan. deeſt Fabr. 20 cum ipſum * faciat Dan. cum inſidentem ſ. Fabr. 21 tenebatur Dan. Fabr. 22 deſtinabantur Dan. Fabr.

Pellis obit totum, praefulgens unguibus aureis.
Fama volat parvam ſubito volgata per urbem,
Ocius ire equites Tyrrheni ad limina regis.
Vota metu duplicant matres, propiuſque periclo
It timor, & major Martis jam adparet imago.
Tum pater Euandrus dextram complexus euntis
Haeret, inexpletum lacrimans, ac talia fatur:

O mi-

SERVII.

merito uti potuit, ſi ei ire in provinciam fas erat. Sciendum tamen, Poëtam contentum eſſe diverſum Jus Pontificale, dum aliud narrat, attingere.]

553. Pellis obit totum. Pellis oſtenditur magnitudo in eo, quod dicit *totum obit*, [23] [id eſt, circumdat.] Unguibus aureis. Aut quia ungues ipſi, cum aruerint, auri imitantur colorem: aut quia [24] ſolebant deaurari. Statius vi. Th. 721. *Auro manſueverat ungues.*

555. Ocius. Poſitivus antiquus eſt, id eſt, celeriter: nec enim poteſt eſſe comparativus, ubi nulla eſt comparatio: [25] [tractum autem eſt ex Graeco ὠκέως. Aut comparativus pro poſitivo ponitur.]

556. Vota metu duplicant matres. Bene *metu duplicant*, nam ineſt ſemper in matribus votum. Propiusque periclo It timor. [26] [*Periclo*, id eſt, ad periculum vicinus: aut certe, *It timor propius periclo: propius*, pro, propior:] nam matres, quod timent, hoc putant liberis poſſe contingere. [27] [Aut certe aequatur periculo timor, & per dativum extulit, ut i. Georg. 355. *Propius ſtabulis armenta tenerent*: aut poëtice dixit timorem periculo comitem.]

557. Jam apparet. Adhuc illis pergentibus jam praelium cogitabatur a matribus [28] [ergo ut ſolet, *imaginem*, τὴν φαντασίαν, ut eſt ii. 369. *Et plurima mortis imago*: hanc Salluſtius *ſpeciem* dicit, ſicut ipſe dicit: *Speciem captae urbis efficere diſcedentes*.

558. Pater Euandrus. Cum dicit *pater*, oſtendit cujus.] Dextram complexus euntis. Filii ſcilicet: quia dixerat *pater*.

559. Haeret [29] inexpletum. Multi diſtinguunt, ut ſit: *Inexpletus haeſit*, & talia locutus eſt lachrymans. Alii legunt *inexpletus lachrymis*. Honeſtius tamen eſt, *inexpletum* [30] [*lachrymans*, ut ſit nomen pro adverbio, id eſt, inexplebiliter.]

VARIORUM.

Zulichemius. *adiit*, *mactat* Dorvill.

547. Sequantur. *Sequuntur* Francianus. *ſequentur* alter Hamburgicus.

548. Praestantis. Ita potiores ſcripti. at primus Rottendorphius a manu prima, *praeſtanti*. vide annotata ad hujus libri ỷ. 167. HEINS.

550. Regumque. *Regnique* alter Hamburgicus. mox, *petentibus arma* Venetus.

552. Exsortem. Vel *ingentem* Zulichemius. *exortem* Dorvil.

554. Parvam. *Parvas urbes* prior Hamburgicus.

555. Ad litora. *Ad limina* Mentelius uterque, ſecundus tertiuſque Rottendorphii, & tres alii, etiam Gudianus a manu prima. quod mihi ſe probat. HEINS. Ita etiam Francianus. vide ad lib. ii. 371.

557. It timor. *It metus* apud Priſcian. lib. xviii. HEINS. Vid. ad Valer. Flac. i. 547. *propiuſque pericli Hic amor* vitioſe citat Philarg. ad iv. Georg. 47. poſſet & *propius periclum*. ſed

ſequor

[23] deſunt V. Lipſ. [24] ſolent V. [25] deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. aut comparativum pro poſitivo ponitur. ut *ſenior* pro *ſenex*; eſt autem a Graeco nomine comparatum ὠκὺς Baſil. [26] deſunt R. it timor periculis, id eſt, ad periculum vicinius, aut certe propius periculo pro proprior. nam matres R id eſt ad p. vicinius, a. c. pro periclo propior. nam Voſſ. id eſt ad p. vicinus, a. c. it timor proprius periclo, pro proprior. nam Steph. & ita Fabr. niſi quod, vicinius, &, aut certe propius, propior. nam. . . . in Baſil. nihil erat niſi, propius periculo, pro propior. nam &c. primis omiſſis. [27] deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. [28] deſunt iiſdem. ad *dextram* ỷ. 558. [29] inexpletus V. Vol. R. Baſil. [30] deſunt V. Voſ. R.

O mihi praeteritos referat ſi Juppiter annos!
Qualis eram, quum primam aciem Praeneſte ſub ipſa
Stravi, ſcutorumque incendi victor acervos;
Et regem hac Herilum dextra ſub Tartara miſi:
Naſcenti cui tris animas Feronia mater
(Horrendum dictu) dederat, terna arma movenda;

Ter

SERVII.

560. O MIHI PRAETERITOS REFERAT SI JUPPITER ANNOS. Et *o*, & *ſi*, optantis ſunt: [31] [id eſt, utinam:] quae nunc junguntur: nam ſingula ante ponebantur, ut VI. 187. *Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus.* Ergo unum vacat, quantum ad antiquitatem: & notandum, votum de praeterito fieri.

561. QUALIS ERAM, CUM PRIMAM ACIEM. Aut ut ſim talis, qualis tunc eram, quando iſta perfeci: aut certe laudantis eſt: *Qualis eram, cum primam aciem Praeneſte ſub ipſa Stravi.* [32] [Et bonum principium parentis, qui filium ad bella mittens cohortetur: ab aetate enim juvenum coepit, cui facile eſſe debet hoſtem poſternere; ſimul & filium paternis exemplis admonuit, ut III. 343. *Et pater Aeneas & avunculus excitat Hector.* PRAENESTE SUB IPSA. In ſeptimo 682. neutro genere dixit: *Quique altum Praeneſte viri.*]

562. SCUTORUMQUE INCENDI VICTOR ACERVOS. [33] [Hoc traxit de hiſtoria. Tarquinius enim Priſcus, victis Sabinis, in honorem Vulcani, eorum arma ſuccendit: quem poſtea ſecuti ſunt caeteri. [34] [VICTOR. Euandrum, in Italiam venientem, Herilus, rex Praeneſtinus, auxilio ſuorum civium voluit expellere: quos vicit Euander; & Herilum interfecit; & interfectorum clypeos combuſſit.]

564. CUI TRES ANIMAS. Per tranſitum oſtendit illam Platonis & Ariſtotelis contentionem, qui [35] dubitant, utrum quatuor, an tres animae ſint in homine, φυτικὴν, αἰσθητικὴν, νοητικὴν, [36] remota κινητικῇ. Hoc autem loco per *tres animas* magnum & perfectum indicat virum: nam quantum ad fabulam pertinet, tres animas [37] propter tria habuit corpora. Attendendum ſane, hoc ſibi Euandrum vindicare, quod fuit in Hercule: nam ut ille Geryonen extinxit, ita hic [38] Herylum occidit; inde eſt, quod paulo poſt [39] ait: *Neque finitimo Mezentius unquam Huic capiti inſultans.* Herculis enim mos fuit, ut etiam non rogatus laborantibus ſubveniret. Tunc enim, ſicut & Varro dicit, *omnes, qui fecerant fortiter, Hercules vocabantur.* Licet eos primo [40] XLIIII. [41] enumeraverit. Hinc eſt, quod legimus Herculem Tirynthium, Argivum, Thebanum, [42] Libyum. FERONIA MATER. Nympha Campaniae, quam etiam ſupra VII. 799. diximus. Haec etiam libertorum dea eſt, in cujus templo raſo capite pileum accipiebant. Cujus r:i etiam Plautus in Amphitryone I. I. 305. facit mentionem: *Quod utinam ille faxit Juppiter, ut ego hodie raſo capite calvus capiam pileum!* [42] * [In hujus templo, Tarracinae, ſedile lapideum fuit, in quo hic verſus inciſus erat: *Benemeriti ſervi ſedeant, ſurgent liberi.* Quam Varro libertorum deam dicit Feroniam, quaſi Fidoniam.

565. HORRENDUM DICTU. Dictum eſt per Poëtam his, quibus fides difficiliorem interponit adfectum, ut alibi II. 204. *Horreſco referens:* & IV. 454. *Horrendum dictu, latices nigreſcere ſacros:* & hoc facit, ut probabilitas credendi naſcatur.] TERNA ARMA MOVENDA. Figura poëtica, nam *trina* debuit dicere: *arma* enim numeri ſunt tantum pluralis: [non enim dicimus, *tria arma.*] *Movenda* autem, vel contra ipſum, vel ab ipſo.

VARIORUM.

ſequor codices. vid. ad Sil Ital. I. 13. de metu & dolore vid. ad Valer. Flac. I. 326. BURM.

559. INEX-

31 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 32 deſunt iisdem. & Lipſ. 33 primus victis V. 34 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. Dan. al. 35 dubitabant Baſil. 36 deeſt V. R. Voſ. (qui in Graecis, ut ſemper, admodum turbant) Steph. Fabr. al. 37 per tria Dan. Fabr. 38 Erylum V. Voſ. R. Steph. Herilum Baſil. 39 dicit V. Voſ R. Steph. al. 40 CXLIII. V. & Lipſ. 41 enumeraverint R. Baſil. 42 Libyn V. Libim Voſ. Lybim R. Libym Steph. al. 42 * deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad TERNA ꝟ. 565. in Plauti verbis Lipſ. dat, *ut raſo capite portem pileum.* & mox, deſunt, non e. d. t. *arma.*

Ter leto ſternendus erat: cui tunc tamen omnis
Abſtulit haec animas dextra, & totidem exuit armis.
Non ego nunc dulci amplexu divellerer uſquam,
Nate, tuo: neque finitimo Mezentius uſquam,
Huic capiti inſultans, tot ferro ſaeva dediſſet
Funera, tam multis viduaſſet civibus urbem.
At vos, o Superi, & Divom tu maxume rector
Juppiter, Arcadii, quaeſo, miſereſcite regis,
Et patrias audite preces. Si numina veſtra

In-

SERVII.

569. FINITIMO. Aut in finitimo: aut finitimo capiti, [43] [id eſt, vicino.]

570. [44] [HUIC CAPITI INSULTANS. Ad curam enim viri fortis, & viri boni pertinet, ne quid injurioſe fiat alicui homini: ergo & hinc contumeliam ducit, quod finitimos a tyranni injuria non defenderit.]

571. VIDUASSET CIVIBUS URBEM. Scilicet viris fortibus peremptis: proprie *viduaſſent* dixit, quia urbs generis eſt foeminini. Horatius I. od. 10. abuſive & ſatis [45] incongrue in genere maſculino poſuit, dicens: *Viduus pharetra riſit Apollo.*

572. AT VOS, O SUPERI. Jam hinc quaſi pater loquitur: divisa enim eſt haec adlocutio, & ultima pars ejus habet adfectum parentis; quod & ipſe oſtendit dicens: ET PATRIAS AUDITE PRECES. Prima vero viri fortis eſt, ut: *Qualis eram, cum primam aciem Praeneſte ſub ipſa Stravi.*

574. [46] [PATRIAS AUDITE PRECES. Poterat videri idem dixiſſe, niſi libenter voto ſuo immoraretur. NUMINA VESTRA. Mihi faventia.]

VARIORUM.

559. INEXPLETUM. *Inexpletus lacrimis* in Mediceo & pro diſcrepante ſcriptura in Gudiano: in ſex aliis, *inexpletus lacrimans.* prior Voſſianus, & alter Hamburgicus, *in amplexum lacrimans.* Montalbanius, *in amplexu lacrimans.* HEINS. Ita variant & alii. *inexpletus* Ed. Venet. *inexpletum* Dorv. a m. ſec.

561. ERAM. *Erat* Priſcianus lib. XVII. pag. 1110.

Ibid. PRAENESTE SUB IPSA. Ita loco hoc ſcriptum eſſe a Marone teſtis eſt Priſcianus libr. VII. cum tamen libro ſuperiore dixerit, *altum Praeneſte. ſub ipſa* etiam Macrobius lib. V. cap. 8. & 14. HEINS. Subintelligi poteſt *urbe. Praeneſtae* Dorvil.

562. SCUTORUMQUE. *Sacrorumque* ſecundus Moreti. *accendi* Venetus.

563. ERYLUM. *Erilum* potiores ſcripti. Mediceus, *Erylum.* cum vulgatis Macrobius videtur facere lib. V. Saturn. 8. *Erylum* tamen Gudianus, primus Rottendorphius, Mentelius alter, Moretanus primus ac ſecundus exhibent. HEINS. *Cerilum* Zulichemius. *Elinum* Sprotianus a manu ſecunda. *Erilum* Dorvil. *Acerilum* Excerpta noſtra. *hac* deeſt Vratiſlavienſi.

565. TERNA. Si *terna* legis, Servii verba ſunt merae nugae, quae ut legitime congruant, lege vel, *triaque arma*, vel *tria arma.* ut nulla fiat colliſio, ut in Aen. I. 405. *Et vera incessu patuit Dea, ille ubi matrem Agnovit.* MUSON. *Trina* prior Hamburgenſis pro diverſa lectione, & Florentina Juntarum editio. mox, *cui tunc tamen omnes* ſcripti. deinde in priore Mentelio, *Abſtulit haec animas, totidem dextra exſuit armis.* HEINS.

566. TER LETO. *Terque ſolo* Oudartii.

568. DULCI. *Duplici* Sprotianus. *devellerer* idem & primus Rottendorphius, & quartus Moreti. *tunc dulci* Dorvill.

569. FINITIMUS. *Finitimo* Mediceus & caeteri noſtri cum Pierianis pleriſque, ut referatur ad τὸ *huic capiti*, quod mox ſequitur. in ſolo Rottendorphio

pri-

43 deſunt iisdem. 44 deſunt iisdem. 45 congrue Voſ. 46 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. Danieli etiam, *Numina v. m. fav*

Incolumem Pallanta mihi, ſi fata reſervant,
Si viſurus eum vivo, & venturus in unum;
Vitam oro: patiar quemvis durare laborem.
Sin aliquem infandum caſum, Fortuna, minaris;
Nunc, o nunc liceat crudelem abrumpere vitam,
Dum curae ambiguae, dum ſpes incerta futuri,
Dum te, care puer, mea ſera & ſola voluptas,
Conplexu teneo: gravior ne nuntius auris

Vol-

SERVII.

577. DURARE LABOREM. Ipſius ſcilicet ſenectutis. Terentius Phorm. IV. I. 9. *Senectus ipſa morbus eſt.* *Durare* autem, eſt ſuſtinere. Horatius I. od. 14. *Ac ſine funibus vix durare carinae Poſſunt imperioſius aequor.* [47] [Et Virgilius I. 207. *Durate, & voſmet rebus ſervate ſecundis.* INFANDUM CASUM. Parentis eſt, nolle memorare, quod formidat. CRUDELEM VITAM. Quae filio eſt ſuperſtes. [48]

581. SOLA ET SERA. Quia & unus erat, & ſerius ſuſceptus; [49] [id eſt, a ſeniore: vel propter hoc vitam optat longiorem, quod brevem ex illo fructum conſecutus ſit; vel quod ſera ex filiis voluptas eſt.

VARIORUM.

primo, a manu ſecunda, *finitimus*. deinde pro *unquam*, uterque Mentelius, & alii nonnulli, *uſquam*. at Moretanus ſecundus, *Mezentius hoſtis*. etiam Gudianus a manu ſecunda. HEINS. *Uſquam* & *umqoam*, utroque in verſu variant codices. *huic*, id eſt meo capiti. ἀναλυτικῶς. *finitimo ferro* pro *bello*, ut Suet. Aug. I. & Juſtin. I. I. & alii. *viduas urbes* Lucano III. 399. voluit pro *vacuas* dare Heinſius. *capiti inſultare* explicuimus ad Suetonii Caeſ. XXII. *finitimos* Dorvil. a m. ſec. BURM.

573. MISERESCITE REGIS. Ad Virgilii exemplum dixiſſe Stat. I. Theb. 282. *generis miſereſce tui* notat Scholiaſtes Barth. ubi alii *miſerere* habent.

575. RESERVANT. *Reſervent* Bigotianus & Parrhaſ.

577. PATIAR. *Patior* Mediceus, & prior Menagianus. tum & primus Rottendorphius, alter Mentelius, prior Hamburgicus, & Venetus. HEINS. *Quamvis* Leidenſis. *patior* Parrhaſ. & praefert Catroeus vulgatae, ex Pierio ſua compilans. *oro & patior* Ed. Vener.

579. NUNC, O NUNC. *Nunc, nunc o liceat* Mediceus & caeteri, excepto priore Menteliano. *Tunc tunc o liceat* Scholiaſtes Perſii ad Satyr. I. 25. HEINS. *Nunc, nunc o liceat crudelem* Dorvil. *rumpere* Zulichemius. ita II. 644. *ſic, o, ſic poſitum adfati diſcedite corpus. nunc nunc o* Ald.

580. DUM CURAE. *Dum ſpes ambiguae curae dum incerta futuri* Parrhaſ.

581. MEA SERA ET SOLA. *Mea ſola & ſera* codices vetuſti, pauciſſimis minoris rei exceptis, niſi quod in Gudiano a manu prima videtur fuiſſe *ſera & ſola*. HEINS. *Kare puer, mea ſola & ſera* Dorvil. *ſola & ſera* Ed. Venet. Mediol. & Ald. variant etiam in ordine verborum codices Servii ad lib. IX. 482. BURM.

582. CONPLEXU. In Mediceo *complexus*. etiam in Vaticano Pierii. nec aliter Voſſianus prior, Leidenſis, Sprotianus, & Menagianus alter. alter Hamburgicus, *complexum*. HEINS. *Complexu* Francianus. *amplexu* Parrhaſianus. vid. ad Petron. cap. LXXXVI. & Val. Flac. I. 214. BURM.

Ibid. NE NUNCIUS. *Neu* Gudianus a manu ſecunda. *nec* & *vulnerat* Markl. ad Statii v. Silv. II. 88. contra ſcriptos *nec* ibi intrudens, & hoc loco, ubi *ne* conſtanter ſcripti, firmans incertam correctionem, quae huic loco non convenit. nam non pendent haec a praecedentibus, ſed per ſe ſub-

47 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. 48 addit Fabr. ut, *Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam*, ex lib. IX. 497. 49 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad 585.

Volneret. Haec genitor digreſſu dicta ſupremo
Fundebat: famuli conlabſum in tecta ferebant.
Jamque adeo exierat portis equitatus apertis:
Aeneas inter primos, & fidus Achates:
Inde alii Trojae proceres. Ipſe agmine Pallas
In medio, chlamyde, & pictis conſpectus in armis.
Qualis, ubi Oceani perfuſus Lucifer unda,
Quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignis,
Extulit os ſacrum coelo, tenebraſque reſolvit.

Stant

SERVII.

583. SUPREMO. Hoc ex perſona Poëtae: quia periturus erat Pallas.

585. JAMQUE ADEO EXIERAT. *Adeo*, ad ornatum pertinet tantum.

587. [50] [INDE. Hic *deinde* ſignificat: & eſt polyſemus ſermo.] IPSE AGMINE PALLAS IN MEDIO. [51] Hic enim mos fuit, ut tyrones ponerentur in medio; & ambirent viri fortes exercitum. Aut certe honoris eſt, medium locum in exercitu tenere, ut ipſe alibi IX. 28. *Medio dux agmine Turnus.* [52]

588. CONSPECTUS. Conſpicuus, conſpicabilis, nam pro nomine participium poſuit. [53] [Sic eſt XI. 93. *Et verſis Arcades armis.*

589. QUALIS OCEANI. Homericum eſt.]

590. ANTE ALIOS ASTRORUM DILIGIT IGNES. Venus in caelo habet [54] propriam ſtellam, quae oriens Luciferum, occidens Veſperum facit. Inde Statius VI. Th. 241. *Et alterno deprenditur* [55] *unus in ortu.* Habet etiam duas alias; unam in ſigno Tauri; & unam in Septentrione: unde etiam Taurus domus eſſe dicitur Veneris. Ideo dixit: *Quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignes.*

591. SACRUM. Venerabile. TENEBRAS autem RESOLVIT, propter jubar, quod ſola poſſidens aliquod [56] efficiat lumen.

VARIORUM.

ſubſiſtunt, & deprecantis graviorem nuntium eſt animi male augurantis. BURM.

583. DICTA SUPREMO. *Moeſta ſupremo* Mediceus a manu prima. pro *aures vulneret* Donatus in Hecyram Terentii Act. IV. Sc. 4. *aures verberet* eleganter mehercules. etſi Nonius in *grave* vulgatam lectionem expreſſit. apud Tacitum vita Agricolae cap. XLI. *aures ſermonibus verberatas.* Plautus Amphitr. I. I. 177.

Hinc enim mihi dextera vox aures, ut videtur,
verberat.

Alcimus Avitus lib. I.

Non ſi forte fragor ſecuras verberet aures.

HEINS. *Verberet* Bigotianus. utrumque ſatis defendi poſſet. ſed mihi *vulneret* magis triſti nuntio convenire videtur. nam *verberari aures* potius dicuntur clamoribus magnis, & ſonitu, qui nobis horrendus, vehemens & ingratus ad aures accidit, ſed non ſemper triſtia adfert. ut Lucan. VII. 25. *Nullas tuba verberet aures;* ubi praecedit de ſomno rupto, & idem ſignificat quod Horatius Epod. II. *nec excitatur claſſico miles truci. verberet* ergo adſcribendum librariis, qui haec verba ſoliti fuerunt commutare. vid. ad Ovid. IV. Met. 726. & ad Sueton. Neron. XXVI. BURM.

585. JAMQUE ADEO. Deerat hic pagina in Mediceo, uſque ad. ✝. 643. HEINS.

Ibid. PORTIS. *Portas apertas* Hugenianus. ita ſolent *exire*, *excedere*, *egredi* conſtruere. vid. ad Ovid. II. Metam. 517.

587. TROJAE PROCERES. *Proceres Trojae* Leidenſis, ut hiatus in hoc verſu relinquatur. HEINS.

588. IN

50 deſunt iisdem. 51 hic enim haec fuit R. an, ſic enim lex fuit. mox, & abirent Voſ. haberent R. 52 & ſupra I. 698. *compoſuit ſponda mediamque locavit.* haec addunt Fabr. & Baſil. quae minime huc quadrant, ibi enim de convivio, hic de exercitu agitur. BURM. 53 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad ✝. 590. 54 unam propriam Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 55 *Venus* Dan. 56 adfert Dan. Fabr. efficit V.

Stant pavidae in muris matres, oculiſque ſequuntur
Pulveream nubem, & fulgentis aere catervas.
Olli per dumos, qua proxima meta viarum,
Armati tendunt. It clamor, & agmine facto
Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.
Eſt ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem,
Religione patrum late ſacer: undique colles
Incluſere cavi, & nigra nemus abiete cingunt.

600 Sil-

SERVII.

592. [57] [Oculisque sequuntur. Mira brevitate hoc explicuit, id eſt, quam longiſſime proſpiciunt.

593. Pulveream nubem. ὕστερον πρότερον.

594. Qua proxima meta viarum. Qua proximus circuitus eſt.]

595. Agmine facto. *Agmen*, eſt proprie exercitus ambulans: quidquid fuerit aliud, abuſive dicitur. [58]

597. Prope Caeritis amnem. Agylla civitas eſt Tuſciae, a conditore [59] Agella appellata, cui [60] ex inſcitia Romana aliud eſt inditum nomen: nam cum Romani, euntes per Tuſciam, interrogarent Agyllinos, quae diceretur civitas; illi, utpote Graeci, [61] quid audirent ignorantes, & optimum ducentes ſi prius eos ſalutarent, dixerunt, χαῖρε: quam ſalutationem Romani nomen civitatis eſſe putaverunt: & detracta aſpiratione eam *Caere* nominaverunt, ut dixit Hyginus [62] de Urbibus Italicis. Amnis autem [63] [aut tacuit nomen, aut, ut quidam volunt,] Minio dicitur: quia alibi dixit x. 183. *Qui Caerete domo, qui ſunt Minionis in arvis.* [64] [Alii certe montem putabant: ab hoc oppidum dictum.]

598. Late sacer. Hoc eſt, non ſolum colebatur a civibus, ſed etiam ab accolis. [65] [Undique. Deeſt *quem*, vel *eum*.]

599. Nigra. Umbroſa: more ſuo.

VARIORUM.

588. In medio. *It medio* Markland. ad Statii v. Silv. i. 245. vid. inf. 675. ix. 28. & 728. & ſaepe alibi.

589. Perfusus. *Profuſus* ſecundus Mentelii.

591. Os sacrum. Vertiſſe Virgilium vocem εἶδος per *os*, docet Urſinus ad Fragmenta Sapphûs pag. 288. ſed *os*, *vultum* & ſimilia dant Poetae Soli, Lunae & aliis ſideribus. vid. ad Petron.

Ibid. Resolvit. *Removit* Bigotianus.

592. Stant. *Sunt pavidae* primus Rottendorphius a m. pr.

594. Meta. *Meta* hic notat finem viarum, vel locum, quo plurimae viae exeunt in unum, & ad quam metam calle vel ſemita propius itur, quam per circuitum. male Servius explicare videtur. imitatur Stat. ii. 496.

Fert via per dumos, propior qua calle latenti
Praecelerant, denſaeque legunt compendia ſilvae.

ubi Lutatius hunc Maronis locum laudat. BURM.

596. Quatit ungula campum. Marius Plotius libello de Metris videtur legiſſe, *quatit ungula pulverem*. ſed Nonius Marcellus & Diomedes Grammaticus ſtant pro recepta lectione. ſtant & codices ſcripti. HEINS. Ita Aeſchylus ſeptem contr. Theb. 83. πεδιοπλόκτυπος βοᾷ. ut recte explicuit Arnaud. Specim. Animadv. Critic. cap. xxxiii. ita &

57 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad ℣. 595. 58 ſive ſtans, ſive caſtra metans Fabr. al. haec adſuta ſunt, credo, & reſpicere locum ex iii. Georg. 347. ubi *in agmine ſtare*, dum *caſtra metantur* dicitur exercitus. BURM. 59 deeſt Voſ. V. R. Lipſ. Steph. al. 60 ex inſcientia Voſ. Fabr. hanc vocem ſaepe librarii mutaverunt in *inſitiam*. vid. ad Quinctil. ix. 4. pag. 841. eaſcitia R. ex juſtitia Steph. 61 qui audierant Lipſ. deinde prius ſalutarent V. 62 in urbibus V. R. Voſ. Steph. al. 63 deſunt iisdem & Lipſ. & mox, et qui alibi iidem. 64 deſunt iisdem. in fine aſteriſcum poſuit Dan. legendum forte, *alii Caere montem* &c. nam in ſaxeo tumulo jacere dicit Cluverius Ital. Ant. lib. ii. p. 489. ex loco ſupr. h. l. 479. BURM. 65 deſunt Lipſ.

Silvano fama eſt veteres ſacraſſe Pelaſgos,
Arvorum pecoriſque Deo, lucumque diemque,
Qui primi finis aliquando habuere Latinos.
Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant
Caſtra locis, celſoque omnis de colle videri
Jam poterat legio, & latis tendebat in arvis.

Huc

SERVII.

600. VETERES SACRASSE PELASGOS. De his varia eſt opinio: nam alii eos ab Athenienſibus; alii a Laconibus; alii a Theſſalis dicunt originem ducere, quod eſt propenſius: nam multas in Theſſalia Pelaſgorum conſtat eſſe civitates. Hi primi Italiam tenuiſſe perhibentur: [66] [*Philochorus* ait, ideo nominatos Pelaſgos, quod velis & verno tempore advenire viſi ſunt, ut aves. Hyginus dicit, Pelaſgos eſſe, qui Tyrrheni ſunt: hoc etiam Varro commemorat.]

601. ARVORUM PECORISQUE DEO. Publica ceremoniarum opinio hoc habet: pecorum & [67] agrorum deum eſſe Sylvanum. Prudentiores tamen dicunt, eum eſſe ὑλικὸν θεὸν, hoc eſt, deum τῆς ὕλης. Hyle autem, eſt fex omnium elementorum, id eſt, [68] igni ſordidior, & aëre, item aqua & terra ſordidior: unde cuncta procreantur: quam ὕλην, Latini *materiam*, appellaverunt; nec incongrue, cum materia ſylvarum ſit. Ergo quod Graeci a toto, hoc Latini a parte dixerunt. LUCUMQUE, DIEMQUE. Hoc a Romanis traxit, apud quos nihil fuit tam ſolenne, quam dies conſecrationis. Hinc eſt illud I. 737. *Noſtroſque hujus meminiſſe minores.* [69] [Ecce & hic luco & numen, & conſecrationem dedit.]

603. TARCHO ET TYRRHENI. *Tarcho*, [70] [ſic legitur] eſt Latinus nominativus de Graeco veniens, ab eo, quod eſt *Tarchon*, [71] perdita litera N, & ω in o murata, ut [72] *Apollo*, Ἀπόλλων, *Plato*, Πλάτων. Aliter verſus non ſtat. TUTA TENEBANT CASTRA LOCIS. Hoc eſt, induſtria & natura munitiſſima. Sed novimus, *caſtra* per naturam munita eſſe non poſſe, niſi in collibus fuerint, quod ſi in montibus ſunt, quomodo procedit: *Latis tendebat in arvis?* Ne ſit ergo contrarium, intelligamus, quod hodieque videmus & legimus, hanc collium fuiſſe naturam, ut planicies eſſet in ſummo, in qua inerant caſtra Tarchontis. Quanquam multi velint, *Celſoque* [73] *omnis de colle videri Jam poterat legio*, ad Aeneam referre; ut intelligamus, venientes in collibus fuiſſe Trojanos; Caſtra vero Hetruſca in campis: quod ſi velimus accipere, quemadmodum procedit: *Tuta tenebant Caſtra locis?* [74] [nam *tuta*,] id eſt, per naturam locorum.

604. [75] [DE COLLE VIDERI. Incertum, utrum ipſa in colle agens; an ab his, qui de colle proſpiciunt.]

605. TENDEBAT IN ARVIS. Ut II. 29. *Hic ſaevus tendebat Achilles.* [76] [Hoc eſt tentoria habebat]

VARIORUM.

& de curribus idem Aeſchylus ℣. 211. ἱππηλάτοισιν ὄχλοις dixit. luxuriant Poëtae in his. vid. Heinſ. ſupr. ad lib. VI. 591. apud Non. Marc. in *quatere* Mercerus edidit *quadripedante p. cuatit.* vid. & lib XI. 875. BURM.

597. CAERITIS AMNEM. *Ceritis* Priſcianus ter quaterve agnoſcit, quomodo & ſcripti nonnulli. ſed apud Macrobium lib. III. Saturn. cap. 3. legitur *Caeretis.* & *Ceretis* in utroque Menteliano, priore Voſſiano, primo Moretano & quinque aut ſex aliis. *Caeretanus* hic Tuſciae fluvius Plinio appellatur. Placet etiam diphthongus, ut in *Caere*, quod Graecis Καῖρε. recte *Caeritis* Gudianus. alio-

66 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. Filliocorus Dan. Philiocorus Fabr. ſed legendum, *Philochorus*, docuit Munckerus ad Fulgent. Myth. I. 13. unde eo non nominato Maſvicius ita edidit. ſatis notus ille Grammaticus Athenienſis, & ſaepe a Fabricio in Bibliotheca Graeca memoratus. vide & Lambec. ad Codinum pag. 175. BURM. 67 agnorum V. R. V. 68 ignis ſordidior & aër, item aquae & terrae ſordidiora Voſ. & Dan. niſi quod, terrae ſordidior. igni ſordidior & aëri terraeque terra ſordidiora R. igni ſordidior & aër, item aqua & terra ſordidiora Steph. ignis & aër, item aquae & terrae ſordidior V. 69 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 70 deſunt iisdem. 71 perdito n. iidem. 72 ut *Apollon*. aliter R. Voſ. Lipſ. alterum exemplum in *Plato* deeſt etiam Dan. 73 omnes R. Steph. 74 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 75 deſunt iisdem. 76 deſunt iisdem & Lipſ.

Huc pater Aeneas, & bello lecta juventus,
Succedunt, feſſique & equos & corpora curant.
At Venus aetherios inter Dea candida nimbos
Dona ferens aderat: natumque in valle reducta
Ut procul egelido ſecretum flumine vidit,

Ta-

SERVII.

606. ET BELLO LECTA. Quia ait ſupra ỳ. 547. *Qui ſeſe in bella ſequantur, Praeſtantes virtute legit:* aut *lecta* proprie: quia [77] delectus militum eſt.

607. FESSIQUE ET EQUOS ET CORPORA CURANT. Ingenti arte, quod ſequebatur, omiſit, redditurus in decimo: namque ſi vellet dicere, veniſſe Aeneam, [78] vidiſſe Tarchontem, petiſſe auxilia, ſatis longum fuerat, & peribat illud, quod ait ſupra 497. *Toto namque fremunt condenſae littore puppes:* cum [79] & Hetruſcorum feſtinationi dicentis brevitas congruat. Verum hoc, quod in iſto loco praetermiſit, reddit in decimo, dicens x. 148. *Namque ut ab Evandro caſtris ingreſſus Hetruſcis, Regem adit, & regi memorat nomenque, genusque.*

608. AETHERIOS NIMBOS. Per aërem numinum, ſcilicet purgatiorem, qui circa deos eſt.

609. DONA FERENS ADERAT. [80] [Homerus ait Iliad. T. 3. *Ἡ δ' ἐς νῆας ἵκανε θεοῦ παρὰ δῶρα φέρουσα.*] REDUCTA Secreta.

610. EGELIDO SECRETUM FLUMINE VIDIT. *Egelido*, id eſt, nimium gelido: & eſt una pars orationis, ut IIII. Georg. 145. *Eduramque pirum:* id eſt, valde duram, & ſic dixit, *Secretum flumine egelido*, hoc eſt, praeſidio fluminis: ut dicimus, *ſecretus eſt monte*, [81] vel ſylvis. Latenter autem oſtendit, Aeneam, non niſi flumine ablutum, [82] numen videre potuiſſe.

VARIORUM.

alioquin erit producenda ſecunda ſyllaba, ut lib. x. 183. *Qui Caerete domo.* HEINS. *Ceretis* Francianus & Parrhaſianus & Ald.

599. CINGUNT. *Cingit* Macrobius, ſed librariorum culpa, ut opinor. mox *Agrorum pecoriſque* idem Macrobius. *Cingit* etiam in Leidenſi, priore Hamburgico & Montalbanio & a m. pr. tertio Rottendorphio. HEINS. *Cingit* Parrhaſ. *ilice cingit* Zulichem. a manu pr. *Silvarum pecoriſque* Cerda. male: non enim differebant multum, *Faunus*, *Pan*, *Silvanus*, qui omnes agreſtes dii, ruſticorum & paſtorum numina erant, & Servii verba docent, ὑλικὸν θεὸν non debere verti *Silvarum deum*, *ſed univerſae ſubſtantiae materialis dominatorem*, ut de Pane loquitur Macrob. I. 22. unde & in Gloſſis Πᾶν, θεὸς ὑλαῖος, vertitur, *Silvanus*. & hinc inter agreſtium numina *Silvanum* invocat Maro lib. I. Georg. 20. cui etiam eſt ſtudium *arva* tueri. *Arva* autem licet proprie agros, qui ſeruntur & arantur, notent, latius de univerſo agro & regione millies poni ſolet. ut *Lavinia*, *Saturnia*, *arva* de tota regione. vid. ad Rutil. I. 83. BURM.

603. TARCHO. *Tarchon* Gudianus, Venetus & nonnulli alii. *Tharco* alter Mentelii. *&* deeſt Montalbanio & primo Rottendorphio. *Tarcon* Parrhaſ. vid. inf. XI. 727. & h. l. ỳ. 506.

605. ET LATIS. *Ut latis tendebat in arvis* caſtigabat Tanaq. Faber animadverſis ad Phaedri fabellas, non inconcinne, ſed obſtant libri veteres. HEINS. Ita & Barthius ad Stat. x. Theb. 857. *Latiis* conjecerat Heinſius in codicis ora. *Letis* Francian. a manu prima. ut & mox, *leta juventus*. vulgata legitur apud Serv. II. Aen. 29. Torr. ad Suet. Galb. XII. citat, *jam poterat locus. in armis* Excerpta noſtra. BURM.

606. LECTA. *Electa* primus Rottendorphius & Leidenſis. *hoc pater* Leidenſis alius. vid. ſupr. 423.

607. FESSIQUE ET. *Feſſique equos* Dorvill.

609. NATUMQUE. Commentator Crucquianus ad Horat. I. Od. 17. laudat, *penituſque in valle reducta*. vid. lib. VI. 703. *natum in* alter Hamburgicus.

610. EGELIDO. *E gelido* Leidenſis, Zulichemius,

77 dilectus V. Voſ. R. Dan. 78 deeſt Voſ. 79 Etruſcorum feſtinationi edicentis V. R. 80 deſunt Voſ. R. V. Lipſ. corrupta Homeri verba dant Steph. Dan. Baſil. 81 vel egelido V. R. 82 nomen V.

Talibus adfata eſt dictis, ſeque obtulit ultro:
En, perfecta mei promiſſa conjugis arte
Munera: ne mox aut Laurentis, nate, ſuperbos,
Aut acrem dubites in proelia poſcere Turnum.
Dixit, & amplexus nati Cytherea petivit:
Arma ſub adverſa poſuit radiantia quercu.
Ille Deae donis & tanto laetus honore,
Expleri nequit, atque oculos per ſingula volvit,
Miraturque, interque manus, & brachia verſat
Terribilem criſtis galeam, flammaſque vomentem,

Fati-

SERVII.

611. OBTULIT ULTRO. Id eſt, *deam confeſſa*, ut in ſecundo 591. dixit; [83] [eſt autem ὕστερον πρότερον:] & ordo eſt: Obtulit ſe, & locuta eſt.

612. PROMISSA. Καλῶς τὸ συνεχόμενον, ut ſupra 534. *Hoc ſignum cecinit miſſuram diva creatrix.*

613. LAURENTES SUPERBOS. Ut ſup. 118. *Quos illi bello profugos egere ſuperbo.*

614. ACREM TURNUM. Fortem: & proprie apud nos *acer* eſt, qui apud Graecos [84] δεινὸς dicitur: nam *fortem*, & *vehementem*, [85] & *aſperum*, & *amarum* poteſt ſignificare. POSCERE. Provocare. [86] Cicero 1. in Verr. 26. *Poſcunt majoribus poculis*, id eſt, provocant.

617. DEAE DONIS. Propter arma. TANTO LAETUS HONORE. [87] [Munere divae:] quod [88] manifeſte viderat matrem, & plenam numinis ſui.

619. INTERQUE MANUS ET BRACHIA VERSAT. [89] [Ex Homero Iliad. T. 18. Τέρπετο δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων θεοῦ ἀγλαὰ δῶρα.] [90] Diſtinguendum autem eſt, ut intelligas Aeneam manibus minora, brachiis majora arma conſideraſſe, ut puta loricam vel ſcutum: haec enim ſunt arma majora; minora vero, galeam, gladium, ocreas. VERSAT. Conſiderat, ut v. 408. *Huc illuc vinclorum immenſa volumina verſat.*

VARIORUM.

nius, Ed. Venet. & Mediol. *ingelido* Montalbanius. *& procul* Parrhaſian.

612. PROMISSA. *Promiſſi* Excerpta noſtra. *arte* Sprotianus.

613. NE MOX. *Nec* editio Juntina & Oudartii codex. *nec mox bis Laur.* Ed. Venet.

614. DUBITES. *Dubitas* Regius.

616. SUB ADVERSA. *Sub averſa* Leidenſis. *radientia* Mentelii prior, Menagii prior, Gudian. & tres quatuorve alii. & ita *radientis* ſupr. ỷ. 23. Gudianus & primus Rottend.

618. EXPLERI. *Impleri* membranae Thuaneae Macrobii lib. v. Saturn. 8. quomodo & Gudianus pro diverſa lectione. HEINS. *Per ſingula verſat* ſecundus Moreti. *miratur* Ed. Ald. pr. *interque manus ſua brachia* Parrhaſ. *verſet* Reg.

620. VOMENTEM. Τὸ *vomentem* in Gudiano a ſecunda manu erat repoſitum, eraſa priſca lectione. videbatur tamen fuiſſe *tonantem*, nam *nantem* ex ſcriptura veteri ſupererat. HEINS. *Flammamque* alter Hamburgicus. *flammiſque* Parrhaſ. a m. pr. de ſplendore capit Duker. ad Flor. IV. XII. 16. ut lib. x. 270. vide mox ad ỷ. 634. illud *nantem* potuit etiam ex *minantem* ſuperfuiſſe. *minaces* & *minantes* vero galeas alii dixerunt. vid. ad Valer. Flac. VI. 519. ſed valeant conjecturae incertae. infra etiam ỷ. 680. *geminas cui tempora flammas Laeta vomunt.* BURM.

621. Lo-

83 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 84 dinos dicitur Voſ. Graecos noſcitur R. 85 ἄμὸς & aſp. Dan. 86 Cicero prima & ſecunda actione in Verrem Fabr. al. 87 deſunt Steph. Dan. 88 manifeſtam V. Voſ. R. Steph. 89 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. 90 jungendum eſt V. Voſ. R. Steph. Dan.

Fatiferumque enſem, loricam ex aere rigentem,
Sanguineam, ingentem, qualis, quum caerula nubes
Solis inardeſcit radiis, longeque refulget.
Tum levis ocreas electro, auroque recocto,
Haſtamque, & clipei non enarrabile textum.
Illic res Italas, Romanorumque triumphos,
Haud vatum ignarus, venturique inſcius aevi,
Fecerat Ignipotens: illic genus omne futurae
Stirpis ab Aſcanio, pugnataque in ordine bella.
Fecerat & viridi foetam Mavortis in antro

Pro-

SERVII.

621. FATIFERUMQUE ENSEM. *Fatum* ſaepe pro *morte* poſitum legitur, [91] [*fatiferum* ergo, lethiferum.] RIGENTEM, SANGUINEAM, INGENTEM.] Diſtinguendum propter plura epitheta. [*Sanguineam* autem, velut cruentam, terribilem.]

623. SOLIS INARDESCIT RADIIS. Irim Phyſica ratione deſcribit, quae fit cum aquoſam nubem ſolis ardor inradiat. Nec eſt incongrua haec comparatio; cum lorica de diverſis metallis fieri plerumque conſueverit.

624. LEVES OCREAS. Id eſt, nitida tibialia. RECOCTO. Saepe purgato, [92] [quia quanto plus coquitur, melius fit: ergo ad qualitatem & ad commendationem refertur. Sic Homerus Iliad. Σ. 608.

Αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξε σάκος μέγα τε στιβαρόν τε,
Τεῦξ' ἄρα οἱ θώρηκα φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς.
Τεῦξε δέ οἱ κυνέην βριαρὴν κροτάφοις ἀραρυῖαν,
Καλὴν, δαιδαλέην· ἐπὶ δὲ χρύσεον λόφον ἧκε.
Τεῦξε δή οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο.]

625. NON ENARRABILE. Bene *non enarrabile:* cum enim in clypeo omnem hiſtoriam Romanam [93] velint eſſe deſcriptam, dicendo: *Illic genus omne futurae Stirpis ab Aſcanio, pugnataque in ordine bella:* carptim tamen pauca commemorat, ſicut in primo 456. ait, *Videt Iliacas ex ordine pugnas:* nec tamen univerſa [94] deſcripſit. [95] [Sane intereſt inter hunc & Homeri Clypeum: illic enim ſingula dum fiunt narrantur; hic vero perfecto opere noſcuntur: nam & hic arma prius accipit Aeneas, quam ſpectaret; ibi poſtquam omnia narrata ſunt, ſic a Thetide deferuntur ad Achillem. Opportune ergo Virgilius: quia non [96] videtur ſimul & narrationis celeritas potuiſſe connecti, & opus tam velociter expediri, ut ad verbum poſſet occurrere.]

627. HAUD VATUM IGNARUS. [97] [Liptotes figura, id eſt,] futurorum non inſcius. [98] [Et quibusdam videtur, hunc verſum omitti potuiſſe.] VENTURIQUE INSCIUS AEVI. Non *aevi*, ſed quae in aevo erant futura.

629. STIRPIS AB ASCANIO. Uſque ad Auguſtum Caeſarem. [99] [PUGNATAQUE IN ORDINE BELLA. Et hic ſubaudiri poteſt de Aſcanio: & bella [1] Albanorum, quae Romanorum, in clypeo dicit.]

630. MAVORTIS IN ANTRO. Poteſt accipi, & *fecerat lupam Mavortis*, [2] [& *Mavortis*] *in antro.* [3] [Fabius ſpeluncam Martis dixit.] Dicendo autem ET, oſtendit multa alia [4] eſſe depicta. [5] [Eſt autem elegans figura *Fecerat procubuiſſe:* ſane

laus

91 deſunt Lipſ. ut & ultima, *ſanguineam* &c. quae ne habent V. Voſ. R. Steph. al. 92 deſunt iisdem. ſed Steph. & Baſil. Homerica habet, quae deſunt contra Dan. 93 velit V. Voſ. R. Steph. al. vellet Dan. Fabr. 94 deſcribit Dan. Fabr. 95 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 96 auditus s. c. n. c. p. connecti * & opus Dan. 97 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 98 deſunt iisdem. 99 deſunt iisdem. 1 bonorum q. R. i c. dicit * Dan. ſed Fabr. ſine aſteriſco. 2 deſunt V. 3 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 4 fuiſſe V. Voſ. Steph. al. fuiſſe dicta R. pro picta. 5 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al.

Procubuiſſe lupam: geminos huic ubera circum
Ludere pendentis pueros, & lambere matrem
Inpavidos: illam tereti cervice reflexam
Mulcere alternos, & corpora fingere lingua.

635 Nec

SERVII.

laus operis, ut tale videretur. FOETAM vero, quae peperit, & nutrire potuiſſet.]

631. PROCUBUISSE. Id eſt, prima parte ſe inclinaſſe, quod Graeci [6] *προνεύειν* dicunt: ut inclinatione corporis ubera praeberet infantibus: nam ſi *procubuiſſe*, jacuiſſe accipias, contrarium eſt, quod dicit: *Ludere pendentes pueros.* [7] [Quod ſi *procubuiſſe*, ut ſup. 82. *Cum foetu concolor albo Procubuit*, accipiamus, intelligere debemus PENDENTES, deſiderio alimoniae ſuſpenſos, vel intentos, ut IV. 79. *Pendetque iterum narrantis ab ore.* Alii *pendentes*, ceſſantes, ut IV. 88. *Pendent opera interrupta, minaeque Murorum ingentes.*] Sciendum tamen, voluiſſe eum geſtum proprie exprimere, quem in ipſius lupae cernimus ſtatuis. GEMINOS HUIC. Modo revera geminos, alias ſimiles. Sane totus hic locus Ennianus eſt.

632. LUDERE. Moveri. Terentius Adel. III. IV. 13. [8] *Congrum iſtum maximum pauliſper in aqua ſinito ludere*, [9] [id eſt, moveri.] LAMBERE MATREM. Quaſi matrem, cujus affectum pueris exhibebat. [10] [Sane veteres etiam nutrices [11] *matres* vocabant, ut ait Plautus in Menaechmis prol. 19. *Et mater non poſſit dignoſcere, quae mammam dabat*]

633. TERETI CERVICE. Rotunda, cum longitudine, ut VIII. Ecl. 16. *Incumbens tereti Damon ſic coepit olivae.*

634. MULCERE ALTERNOS. Non quod in pictura erat dicit; ſed id, quod intelligimus factum fuiſſe, ut I. 483. *Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.* ET CORPORA FINGERE LINGUA. Id eſt, tergere. Cicero in Seſtiana cap. 35. *Spongiis ſanguis effingebatur*, id eſt, tergebatur. [12] [*Fingere* tamen, & formare aliquid, & ad integram faciem arte perducere ſignificat; inde *Fictores* dicuntur, qui imagines vel ſigna ex aere vel cera faciunt.

VARIORUM.

621. LORICAM. *Et loricam* Bigotianus, quod Heinſio placebat. *loricamque* prior Hamburg. *rugentem* Francian.

624. RECOCTO. *Recoctas* primus Rottendorph.

627. VATUM. *Fati* Bigotianus. *fatum* Sprotianus & primus Rottendorphius & primus Moreti. quod pro *fatorum* capit Waddel. Anim. Critic. p. 26. *ignaros* ſecundus Rottend. & Menagii alter.

628. FUTURAE. *Latinum* Ed. Venet. inſcite ex lib. I. 6. repetitum.

629. PUGNATAQUE IN. *Pugnantique ordine* Montalbanius. *pugnata ex ordine* Oudartii ſine praepoſitione. *pugnataque ordine* Francian.

630. FOETAM MAVORTIS. Vondelius ex Marte gravidam interpretatur, quod nec hiſtoriae, nec verbis convenit. ſed *foeta Lupa* Mavortis eſt jam onere levata, ut Nonius explicat, quae peperit, & ideo lacte nutrire poteſt infantes. illa vero in antro Martis procumbit, ut geminis ubera praeberet. *foeta* enim & plena ſive gravida, & etiam jam enixa. vid. lib. I. 55. & II. 238. BURM.

631. GEMINOS. *Geminoſque* Francianus.

633. REFLEXAM. *Reflexa* Gudianus & Menagianus prior cum aliis quatuor minoris rei: etiam primus Rottendorphius a manu prima. HEINS. Et Francianus. *lingere* profert Catroeus, ingrato ſono. ut infr. IX. 89. *reflexam* moveri non debet. vid. Daviſ. ad Cicer. II. de N. D. 42. *reflexa cervice* tamen dixit Maro lib. X. 535. ſic *flexa cervice* Ovid. Epiſt. XVI 131. ubi vide notas. ita ut Mſſ. ſtandum ſit, quia utroque modo locuti veteres. hic quia *tereti* additur, *reflexam* praefero. BURM.

634. MULCERE. Recte Servius. de quo videri debent Miſcell. Obſerv. Critic. Vol. I. p. 20. & IV. pag. 198. & quae diximus ad lib. I. 483. vid. & modo ỷ. 620. de verbo *fingere*, quod in hac re etiam Ovidius adhibet, II. Faſt. 418. vid. Heinſ. ad Ovid. XX. Epiſt. 134. BURM.

635. SI-

6 *προσκλιτοῦσαι* Steph. *προκλῖναι τινὰ* Baſil. ſaltem *προκλίναι* dixiſſet, ſed vulgata optima eſt. 7 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. 8 *congruum* R. V. Fabr. & Maſvic. *maximum* omittit Dan. in R. turbata ſcriptura, *maxima im. in aqua. pauliſper* deerat R. Voſ. Steph. al. in Voſſiano & Steph hic ſubjungebantur, alii pendentes, ceſſantes, ut, *pendent opera interrupta.* 9 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Baſil. 10 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 11 deeſt Fabr. in placito nunc legitur, ut *mater ſua non internoſſe poſſet.* 12 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al.

Nec procul hinc Romam, & raptas ſine more Sabinas
Conſeſſu caveae, magnis Circenſibus actis,
Addiderat, ſubitoque novum conſurgere bellum
Romulidis, Tatioque ſeni, Curibuſque ſeveris.

Poſt

SERVII.

635. NEC PROCUL HINC ROMAM. Congrue, juxta proprios conditores. RAPTAS SINE MORE SABINAS. [13] *Raptas* ſpectaculo, ſine ullo exemplo: [14] [aut ſine ullo bono more: vel *raptas*, ſtupratas, id eſt, per vim. Hiſtoria autem talis eſt: Romulus, cum turbam civium non haberet, Aſylum condidit, ad quem locum, ſi quis confugiſſet, eum exinde non liceret auferri: hic cum videret virorum multitudinem ſine connubiis poſſe deperire, a vicinis civitatibus matrimonia poſtulavit; ſed ab eis contemptus, *celetes* ſe Neptuno, Equeſtri deo, qui & Conſus dicitur, editurum propoſuit, ad quos *celetes* cum de vicinis civitatibus maxima multitudo cum omnibus foeminis conveniſſet, Romulus eas ſigno dato rapi de ſpectaculo fecit: ob quam rem a Sabinis bellum ei indictum eſt; in quo cum jam capto a Sabinis Capitolio in foro Romano pugnaretur, & ejus milites fugerent, Jovi Statori templum ſe facturum eſſe promiſit, ſi ejus ſtetiſſet exercitus. Quo voto reſtituta pugna, cum anceps eſſet, intervenientibus mulieribus Sabinorum, quae jam Romanis nuptae erant, [15] pugna ſedata eſt, & icto foedere Tatius Rex Sabinorum in partem Urbis acceptus eſt: unde Romani a Curibus Quirites appellati ſunt.]

636. CONSESSU CAVEAE. *Cavea* eſt, ubi populus [16] ſpectat. [17] [Plautus in Amphitryone Prol. 65. *Ut conquiſitores ſinguli in ſubſellia eant per totam caveam ſpectatoribus.* Vallis autem ipſa, ubi Circenſes editi ſunt, ideo *Murcia* dicta eſt, quia quidam vicinum montem *Murcum* appellatum volunt; alii, quod fanum Veneris Verticordiae ibi fuerit, circa quod nemus e myrtetis fuiſſet, inde mutata litera *Murciam* appellatam: alii *Murciam* [18] a *murco*, quod eſt *murcidum*, dictam volunt; pars a dea [19] *Murcia*, quae cum ibi Bacchanalia eſſent, furorem ſacri ipſius *murcidum* faceret.] MAGNIS CIRCENSIBUS ACTIS. *Magnis*, quantum ad paupertatem priſtinam pertinet: nam legimus propter equorum inopiam diverſis eos tunc uſos animalibus. Raptae autem ſunt Sabinae Conſualibus, hoc eſt, menſe Martio. *Conſus* autem, eſt deus conſiliorum: qui ideo templum [20] ſub tecto in Circo habet, ut oſtendatur tectum debere eſſe conſilium: inde eſt, quod & Fidei panno velata manu ſacrificabatur, quia fides tecta eſſe debet & velata. Ideo autem dicato Conſi ſimulachro rapuerunt Sabinas, ut tegeretur initum de [21] raptu conſilium. Iſte Conſus, & [22] Equeſtris Neptunus dicitur: unde etiam in ejus honorem Circenſes celebrantur. Errant ergo, qui dicunt *magnis Circenſibus*, aut Megaleſiacis, aut Romanis, quos conſtat fieri ante calendas Januarias. ACTIS autem, cum agerentur: quia non erat praeſens a paſſivo participium, ut I. 121. *Et qua vectus Abas.* CIRCENSIBUS. *Circenſes* dicti, vel a circuitu, vel, quod, ubi nunc metae ſunt, olim [23] gladii ponebantur, quos circum [24] [ibant,] dicti [25] inde *Circenſes*, [26] [ab enſibus, circa quos [27] circumibant. Sane notandum, poſitos *Circenſes*,] ſine adjectione ludorum, cum] ita dicamus *ludos theatrales*, *ludos gladiatorios*, *ludos Circenſes*.

638. ROMULIDIS. Hic dativus pluralis venit ab eo, quod eſt *hic* [28] *Romulida*. CURIBUSQUE SEVERIS. Mire [29] [& merito, dixit *ſeveris:* cum enim filias perdiderint [30] Caeninenſes, [31] Antemnates, [32] Cruſtuminii, & Sabini; caeteris quieſcentibus, Sabini ſoli bella ſumpſerunt, [33] [ſicut dictum eſt:] ſed intervenientibus poſtea triginta foeminis, jam enixis, de illis, quae raptae erant, pax facta eſt:

ex

13 raptae Dan. 14 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 15 deeſt Fabr. 16 exſpectat Dan. 17 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. deſunt Plautina Dan. 18 a murcido Dan. 19 murcia dicit, & reliqua deſunt Fabr. quae cum ibi bacicanali eſſent furorem ſacri ipſius marcidum facerent * Dan. 20 ſub tecto circo V. ſub tecto habet Voſ. Steph. ſub circo R. Dan. 21 rapto V. R. Voſ. Steph. Fabr. al. vid. ad lib. IV. Aen. 217. 22 equae V. Eques Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. Fabr. al. 23 vel gradus V. gradii R. 24 deſunt R. ad *ita dicamus.* 25 deeſt V. Voſ. Steph. autem Baſil. 26 deſunt uſque ad *ſine adjectione* Dan. 27 currebant Voſ. 28 Romolida R. 29 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 30 Cetinenſes Steph. Dan. Cerinenſes Fabr. 31 Antemnatae R. 32 Cruſtumini V. R. Voſ. ceterum, haec contra fidem hiſtoriae narrari notat Bebotius lib. I. Apoph. 5. 33 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. deinde, qui interv. V. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Poſt îdem inter ſe, poſito certamine, reges
Armati Jovis ante aram, pateraſque tenentes
Stabant, & caeſa jungebant foedera porca.

Haud

SERVII.

ex [34] quarum nominibus Curiae appellatae ſunt. In communem etiam mulierum honorem Calendae eis [35] dicatae ſunt Martiae Horatius III. Od. 8. *Martiis caelebs quid agam calendis?* Juvenalis IX. Sat. 53. *Munera foemineis tractat ſecreta calendis.* Nec enim aliter congruit, Martias calendas eſſe foeminarum; niſi quia, ut diximus, [36] foeminae bella ſedarunt. Sane ſciendum, omnes virgines raptas, excepta Herſilia, quam, ſublatam a marito, ſibi Romulus fecit uxorem. [37] [Aut SEVERIS, diſciplina; aut rem hoc verbo reconditam dixit; quia Sabini a Lacedaemoniis originem ducunt, ut Hyginus ait de Origine Urbium Italicarum, a Sabo, qui de Perſide Lacedaemonios transiens ad Italiam venit, &, expulſis Siculis, tenuit loca, quae Sabini habent: nam & partem Perſarum nomine *Caſpiros* appellare coepiſſe, qui poſt corrupte *Caſperuli* dicti ſunt. Cato autem, & Gellius, a Sabo, Lacedaemonio, trahere eos originem referunt. Porro Lacedaemonios duriſſimos fuiſſe omnis lectio docet. Sabinorum etiam mores populum Romanum ſecutum, idem Cato dicit: merito ergo *ſeveris*, qui & a duris parentibus orti ſunt, & quorum diſciplinam victores Romani in multis ſecuti ſunt.]

639. POSITO CERTAMINE. Finito, ut I. 374. *Ante diem clauſo componet veſper Olympo.*

640. JOVIS ANTE ARAM. Ante templum Jovis Statoris, quod fecerat Romulus, poſtquam orans elatis armis meruit ne ſuus exercitus [38] fugaretur.

641. JUNGEBANT FOEDERA PORCA. *Foedera*, ut diximus ſupra I. 62. dicta ſunt a *porca*, *foede*, & crudeliter, occiſa: [39] [nam cum ante gladiis configeretur, a Fecialibus inventum, ut ſilice feriretur; ea cauſa, quod antiquum Jovis ſignum lapidem ſilicem putaverunt eſſe. Cicero *foedera* a fide putat dicta. Sed] [40] hujus porcae mors optabatur ei, qui a pace [41] reſiluiſſet. [42] Falſo autem ait *porca:* nam ad hoc genus ſacrificii porcus adhibebatur: ergo aut uſurpavit genus pro genere, ut VIII. Ecl. 28. *Timidi venient ad pocula damae:* cum *has damas* dicamus; item ſupra [43] *lupam*, cum artis ſit, *hic* & *haec lupus:* aut certe illud oſtendit, quia in omnibus ſacris foeminei generis plus valent victimae. Denique ſi per marem litare non poſſent, ſuccidanea dabatur [44] foemina; ſi autem per foeminam non litaſſent, ſuccidanea adhiberi non poterat. [45] [Quidam *porcam*, euphoniae gratia dictam volunt. Hujus autem [46] facti in Sacra via ſigna ſtant: Romulus a parte Palatii; Tatius venientibus a Roſtris.]

VARIORUM.

635. SINE MORE. Ovid. I. Art. 113. *ſine lege*, ubi tamen codex Schefferi, *ſine more.* vide, quae ibi adnotavimus. BURM.

636. CONSESSU. *Conceſſu* tertius Mentelii, & Gudianus a manu prima. & ita Menagii alter & quartus Moreti.

637. ADDIDERAT. *Addiderant* Editio Juntina.

638. ROMULIDIS. *Romulidi* Menagii prior.

640. ANTE ARAS. *Ante aram* ſcripti, exceptis primo Rottendorphio, Sprotiano, Moretano primo, altero Voſſiano & Schefferio. HEINS. *Aram* Editio Juntina. Ald. & Cerdae & aliae.

641. CAESA PORCA. Heinſius in Schedis ſcripſerat, *caeſa porco*, ut *porcus* femina ſaepe Catoni de R. R. vide Feſtum in *Recto fronte.* ſic *agnus* femina in Leg. XII. Tabul. vide Voſſ. de Analog. lib. I. cap. 16. *ſic oculis capti talpae.* I. Georg. 183. & *timidi damae* in Ecl. IV. ſed *caeſa porca* etiam Sueton. Claud. XXV. BURM.

642. CI-

34 quorum V. 35 dictae Dan. 36 feminis bella ſedata ſunt Dan. Fabr. 37 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 38 fugeret Voſ. R. Steph. al. 39 deſunt Voſ. R. V. Lipſ. Steph. al. 40 cujus mors Voſ. R. V. Steph al. 41 reſiluiſſet V. R. Voſ. Steph. Dan. ſed *reſiluiſſet* legendum. 42 errare Servium credit Voſſius, ex eo quod non obſervavit porcum etiam de femina dici. ita notavit Ryckius. vide hic Taubmannum. 43 deeſt R. cum Martis V. perperam geminata littera m. 44 feminea Dan. Fabr. 45 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 46 fortaſſe ſcriptum fuit, *pacti.*

Haud procul inde, citae Metium in diverſa quadrigae
Diſtulerant, (at tu dictis, Albane, maneres)
Raptabatque viri mendacis viſcera Tullus
Per ſilvam, & ſparſi rorabant ſanguine vepres.

Nec

SERVII.

642. CITAE METIUM IN DIVERSA QUADRIGAE. Donatus hoc loco contra metrum ſentit, dicens, CITAE, *diviſae:* ut eſt in Jure: [47] *Ercto non cito:* id eſt, patrimonio, vel haereditate non diviſa: nam *citus*, cum diviſus ſignificat, *ci* longa eſt. Ergo *citae*, veloces [48] intelligamus. Quod autem dicit Virgilius [49] *Metum:* Metius Fuffetius dictus eſt, quod nomen mutilavit cauſſa metri. Novimus autem nominum vel mutationem, vel mutilationem conceſſam Poëtis: ſic pro Polluce, Caſtorem; pro Citheride, Lycoridem poſuit, ut Ecl. 2. *Sed quae legat ipſa Lycoris.* Hic autem Metius Fuffetius, cum apud Albanos ſummam rerum teneret, a [50] Romanis in auxilium contra Fidenates vocatus, jure ſocietatis venit quidem; ſed in ipſo proelio ad hoſtes defecit. Quod cernens Tullus Hoſtilius, ait voce maxima militibus ſuis, ita ut etiam [51] hoſtis audiret: *Ne trepidetis, meo conſilio factum eſt, ut factioſe Metius Fuffetius ad hoſtes tranſiret.* Quo [52] conſilio & ſuis pene amiſſas jam reddidit vires, & effecit, ne hoſtes crederent Metio: quem poſt victoriam captum Tullus Hoſtilius religavit ad [53] binas quadrigas; ita ut ab unis quadrigis traherentur manus; pedes vero ab alteris: quibus agitatis velociter, eum crudeli morte diſcerpſit. Videns itaque Poëta Romano nomini incongruam eſſe vindictam, culpam criminis retorquet in auctorem, dicens ex ſua perſona ad ipſum Metium: [54] [AT TU DICTIS ALBANE MANERES. Ideo etiam MENDACIS infert,] ut tacitae quaeſtioni, & invidiae [55] crudelitatis occurrat. [56] [Sane conſtat, poſt victoriam de Albanis Romanorum, quam per conditionem Horatiorum & Curiatiorum adepti ſunt, hoc factum eſſe, quod hoc loco Poëta narravit: [57] [nam quemadmodum Metius vel ad auxilium facile niſi juſſus veniſſet? vel poſt cognitam fraudem acciri tam facile potuiſſet, niſi tanquam ſubjectus congratulatum victoriam ad Tullium Hoſtilium veniſſet?]

VARIORUM.

642. CITAE. Donatus explicat *diviſae.* ſed H. Stephan. recte animadvertit primam eo ſenſu eſſe producendam. ut & Servius. ſed quidam apud Lucretium lib. I. 386. *ſi cita diſſiliant* explicant diviſa, alii *cito* vel *cita* pro *cito* capiunt. vid. notas Bapt. Pii.

Ibid. METUM. *Mettum* corrigit Salmaſius ad Florum animadverſis ſecundae curae lib. I. cap. 3. qui illic conſulendus. Pierius in ſuis omnibus *Metum* exſtare adfirmat. in Nonii tamen editis exemplaribus verbo *differre* eſt *Metium. Metum* plerique noſtri etiam agnoſcunt. prior tamen Mentelius *Maetum.* Gudianus, primus Rottendorphius tertiuſque, alter Mentelius, alter Menagianus, *Mettum.* ſecundus Moretanus & Venetus *Metium.* ſed *Mettium* omnino legi oportet, ut id vocabulum in duas ſyllabas contrahatur, quomodo in Georg. *Stellio* IV. 242.

Ignotus adedit
Stellio, & Lucifugis congeſta cubilia blattis.

atque id genus alia complura. Mutilatum quidem a Marone hic loci id nomen Servius contendit, quo jure ipſus viderit, in ejus tamen vetuſtis exemplaribus conſtanter *Mettius Fufetius.* hic Albanus quatuor aut quinque locis appellatur. vere. Aſſeverat quidem ad Florum Salmaſius, etiam *Metiam* familiam fuiſſe apud Romanos, eamque ex marmoribus antiquis aſſerere conatur. ſed fruſtra. Non enim negarim fieri potuiſſe, ut in infima plebe apud Romanos, aut per eorum municipia fuerint *Metio* nomine indigetati. ſed nihil illis cum *Mettia* gente illuſtri & antiqua. Nec Graecos moror, apud quos per ſimplex *tau* id nomen ſcribitur. certe apud Statium prima ſyllaba in *Metio* producitur propemptico ad

Me-

47 Eroto V. Erecto R. Steph. Fabr. Baſil. 48 intelligimus Dan. Fabr. 49 *Mettium. Mettius Fufetius* V. Voſ. & ita poſtea: *Metium. Metius Suffetius* Steph. Dan. al. *Suffetius* etiam Fabr. *Metum. Metius Suffetius* Baſil. Quem a. d. V. *Metum* Lipſ. 50 a Romanis auxilium R. 51 hoſtes audirent V. ut jam hoſtis R. voce magna, etiam Lipſ. 52 auxilio Dan. 53 duas Dan. Fabr. binas q. ita ut a binis q. Lipſ. 54 deſunt V. 55 credulitatis R. 56 deſunt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. ad ÿ. 646. 57 deſunt Fabr. nam quemadmodum * dum & jus vel auxilium facile niſi juſſus veniſſe vel poſt c. fr. arcirem tam &c. Dan.

Nec non Tarquinium ejectum Porſenna jubebat
Adcipere, ingentique urbem obſidione premebat:
Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.

Il-

SERVII.

646. NEC NON TARQUINIUM EJECTUM PORSENNA JUBEBAT. Tarquinius Superbus habuit perditos filios, inter quos Aruntem: qui dum in caſtris eſſet, patre ſuo Ardeam obſidente: & ortus eſſet inter eum & Collatinum, maritum Lucretiae, de uxoribus ſermo, eo uſque proceſſit contentio, ut ad probandos earum mores, arreptis equis ſtatim [58] domos ſuas ſimul proficiſcerentur. Ingreſſi itaque civitatem [59] Collatinam, ubi Lucretiae domus, invenerunt eam lanificio operam dantem, & triſtem propter mariti abſentiam. Inde ad Aruntis domum profecti, cum uxorem ejus inveniſſent cantilenis & ſaltationibus indulgentem, reverſi ad caſtra ſunt. Quod Aruns dolens, cum de expugnanda Lucretiae caſtitate cogitaret, mariti ejus nomine epiſtolam finxit, & dedit Lucretiae: in qua hoc continebatur, ut Aruns ſuſciperetur hoſpitio. Quo facto, per noctem ſtricto gladio ejus ingreſſus cubiculum cum [60] aethiope, [61] hac arte egit, ut ſecum coiret, dicens: [62] *Niſi mecum concubueris, aethiopem tecum* [63] *interimo, tanquam in adulterio deprehenderim.* Timens itaque Lucretia ne famam caſtitatis [64] morte deperderet (quippe quam ſine purgatione futuram eſſe cernebat) invita turpibus imperiis paruit. Et [65] altera die convocatis propinquis, marito Collatino, patre Tricipitino, Bruto avunculo, qui Tribunus [66] celerum fuerat, rem indicans, petiit ne violatus pudor, neve inultus ejus [67] [eſſet interitus: & [68] ejecto gladio ſe interemit: quem Brutus de ejus corpore] [69] extractum tenens proceſſit ad populum: & multa conqueſtus de Tarquinii ſuperbia, & filiorum ejus turpitudine, egit, ne [70] in urbem reciperentur, auctoritate qua plurimum poterat: nam ut diximus, Brutus Tribunus equitum fuerat. Sed cum non [71] ſuſciperentur, Tarquinius contulit ſe ad [72] Porſenam, regem Tuſciae: qui pro Tarquinio cum ingentibus copiis capto Janiculo, & illic caſtris poſitis, Romam vehementer obſedit. Et cum per ſublicium pontem, hoc eſt ligneum, [73] [qui modo lapideus dicitur] tranſire conaretur, ſolus Cocles hoſtilem impetum ſuſtinuit, donec a tergo pons ſolveretur a ſociis: quo ſoluto ſe cum armis praecipitavit in Tyberim, & licet laeſus [74] eſſet in coxa, tamen [75] ejus fluenta ſuperavit: unde eſt illud ab eo dictum, cum ei in comitiis coxae vitium objiceretur: *Per ſingulos gradus admoneor triumphi mei.* In tantam autem obſidionis neceſſitatem populus venerat, ut etiam obſides daret: ex quibus Cloelia, inventa occaſione, tranſnatavit [76] Tyberim, & Romam reverſa eſt: redditaque mox rurſus eſt, pacis lege eam Porſena repetente: qui admiratus virtutem puellae, dedit ei optionem, ut cum quibus vellet rediret. Illa elegit virgines, [77] [quae injuriae poterant eſſe obnoxiae:] unde Porſena, hoc quoque miratus, conceſſit: & rogavit per literas populum Romanum, ut ei aliquid virile decerneretur: cui data eſt ſtatua equeſtris, quam in Sacra via hodieque conſpicimus. EJECTUM [78] autem quare? aut quia facile poterat ſuſcipi [79] [& occidi.] Sed ideo non [80] eſt ſuſceptus; quia occidi non poterat, religione impediente: rex enim [81] etiam ſacrorum fuerat: unde poſtea [82] etiam alii facti ſunt conſules, alii reges ſacrorum. Sane PORSENNA. Unum N addidit metri cauſa: unde & penultimae datus accentus eſt: nam *Porſena* dictus eſt. Martialis I. Epig. 22. *Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.*

648. AENEADAE. Satis longe petitum epitheton. [83] [Et poteſt hoc loco hiſtoria de Mutio accipi.]

649. IL-

58 domus Dan. 59 Collatiam, ubi fuit Lucretiae V. Voſ. R. (qui Collaetiam) Baſil. 60 Atriope V. cum deeſt V. 61 ac arte R. Baſil. 62 ni mecum Voſ. 63 interimam Steph. 64 amore Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan. 65 altero V. Voſ. R. Steph. 66 equitum celerum V. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 67 deſunt R. 68 erecto Baſil. & ita Nanſius correxit, & rectius puto, niſi quis malit *detecto*, accepto Lipſ. 69 exercitum V. R. exertum Voſ. Steph. al. 70 in urbe R. 71 ſuſciperetur Tarquinius, contulit R. Voſ. V. Dan. Fabr. al. 72 Porſenam Voſ. ſemper. Perſennam R. & ita in ſequentibus. reliqui & Edd. Porſennam. 73 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 74 deeſt V. Voſ. Steph. al. licet in coxa, tamen R. 75 deeſt V. 76 fluvium & Voſ. R. V. Steph. al. 77 deſunt iiſdem & Lipſ. qui & virgines non habet. 78 atqui facile poterat iidem. atqui facile V. Voſ. R. Steph. al. autem, quia facile Lipſ. 79 deſunt Steph. 80 deeſt Dan. 81 deeſt V. 82 deeſt V. R. Voſ. Steph. al. 83 deſunt iiſdem. & Lipſ.

Illum indignanti ſimilem, ſimilemque minanti
Adſpiceres; pontem auderet quod vellere Cocles,
Et fluvium vinclis innaret Cloelia ruptis.
In ſummo cuſtos Tarpejae Manlius arcis

Sta-

SERVII.

649. ILLUM. [84] *Coclitem* ſcilicet. Et modo *Cocles*, in [85] hoc homine, de quo dicit, proprium eſt nomen; in aliis appellativum: nam *luſcos*, *coclites* dixerunt antiqui: unde & Cyclopas, [86] *coclites* legimus dictos, quod unum oculum habuiſſe perhibentur: [87] [quaſi στρογγυλώπας a rotunditate.] [88] [Plautus in Curculione II. I. 23. *De Coclitum proſapia te eſſe arbitror: nam hi ſunt unoculi.*]

651. VINCLIS INNARET CLOELIA RUPTIS. [89] Atqui obſides non ligantur; ſed *vincla* pro cuſtodiis accipiamus: [90] [aut pro foederibus:] aut certe *ruptis vinclis*, pontis, id eſt, ponte reſoluto.

652. IN SUMMO CUSTOS TARPEJAE MANLIUS ARCIS. In ſumma clypei parte. [91] [nam poſtea ait: *In medio claſſes aeratas.*] Et bona ratione utitur, in pictura apta unicuique rei loca diſtribuens. Ideo enim in ſumma clypei parte dicit eſſe factum Capitolium: quia hoc arcem Urbis eſſe manifeſtum eſt. [92] Haec hiſtoria autem talis eſt: Brenno duce Senones Galli venerunt ad Urbem: & circa [93] Alliam fluvium occurrentem ſibi omnem deleverunt exercitum populi Romani. [94] Aliaque die cum vellent ingredi civitatem, primo cunctati ſunt, inſidias timentes: quia & patentes portas, & nullum in muris videbant. Poſtea paulatim ingreſſi cuncta vaſtarunt, octo integris menſibus: adeo [95] ut, quae incendere non poterant, militari manu diruerent, ſolo remanente Capitolio, ad quod cum utenſilibus reliqui confugerant cives; qui [96] tamen a Gallis obſidebantur, etiam id penetrare cupientibus: quos alii per dumeta & ſaxa aſpera; alii per cuniculos dicunt conatos aſcendere. Tunc [97] Manlius, cuſtos Capitolii, Gallos detruſit ex arce, clangore anſeris excitatus, quem privatus quidam dono Junoni dederat: namque, ſecundum Plinium, nullum animal ita odorem hominis [98] ſentire dicitur, [99] [quod Ovidius in Metamorph. II. 538. intelligens, dixit: *Nec ſervaturis vigili Capitolia voce Crederet anſeribus.*] Qua cauſa poſtea eo die, quo hoc factum eſt, canes, qui tunc dormientes non ſenſerant, cruci ſuffigebantur; anſeres auro & purpura exornati in lecticis geſtabantur. Sane hic Manlius poſt defenſum Capitolium pro praemio ſingulis libris farris ob virtutem a populo donatus eſt. In tantam autem cibi penuriam redacti erant in obſidione, ut coriis madefactis & poſtea frictis veſcerentur: cujus rei argumentum eſt, quod hodieque ara in Capitolio eſt Jovis Soteris, in qua liberati obſidione, coria & [1] ſola vetera concremaverunt. Hic tamen Manlius, poſtmodum adductus in ſuſpicionem regni appetiti, vel inimicorum oppreſſus factione, a populo damnatus eſt.]

VARIORUM.

Metium Celerem. in Familiis Romanis Fulvii Urſini a Carolo Patino auctis quatuor numiſmata argentea occurrunt diverſa inter ſeſe *Mettiae* gentis, quae M. METTII nomen exhibent. apud Gruterum quoque in antiquis inſcriptionibus ſaxa complura Mettiae familiae occurrunt. in vetuſtiſſimo codice Epiſtolarum Plinii lib. I. Ep. V. *Mettius Carus.* ibidem, *ſententia Metti Modeſti.* & denuo, de

84 Collectum V. 85 hoc loco Dan. 86 Coclitas V. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 87 deſunt V. R. Lipſ. Steph. al. ſed Voſ. habet, quaſi opas a rotunditate. 88 deſunt V. R. Voſ. Steph. Dan. 89 aut quia Dan. 90 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 91 deſunt iisdem. 92 Hiſtoria talis eſt iidem. 93 Halliam V. Aliam Voſ. R. 94 alioque die, quo V. 95 ut ea quae Steph. al. adeo quae i. n. p. m. m. diluerent R. 96 tantum Steph. 97 Mallius Voſ. R. mox, deſtruxit ex arce idem. 98 ſentit V. Voſ. R. Lipſ. Steph. 99 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. ad ℣. 653. ſed Dan. & Baſil. ad *Qua cauſa.* 1 ſolia Fabr. male: *ſola* enim proprie calceorum detritorum ſoleae & alutae, Graecis κάττυματα. v. Schol. Ariſtoph. in Acharn. 301. & Veſp. 1155. Latinis etiam, ut *ſcortum*, proprie de pelle & calceis dicitur, & improprie de meretrice & pathico, ita & καττύματα eo ſenſu apud Graecos uſurpari docet Caſaub. ad Athen. XIII. 2. & neſcio an ita poſſint illa capi apud Petron. cap. LXXXI. *libidinis ſuae ſolum vertit*, id eſt pathicus qui mutavit cinaedum, & ejus contubernium reliquit, licet aliter capiant interpretes. ita in Gloſſis quum *ſolum* vertatur κάττυμα. σύλμα (de qua voce. vid. Periz. ad Ael. IX. Var. 25) *ſolum vertit* deinde explicat [illegible] eſt pellitur a ſedibus & patria ſua. vid. Dounaeum ad Demoſthen. Orat. de pace p. 8. quod egregie convenit Petronio. BURM.

Digitized by Google

Stabat pro templo, & Capitolia celſa tenebat,
Romuleoque recens horrebat regia culmo.
Atque hîc auratis volitans argenteus anſer
Porticibus Gallos in limine adeſſe canebat:
Galli per dumos aderant, arcemque tenebant,

De-

SERVII.

653. PRO TEMPLO. Pro defenſione templi, [2] [hoc eſt, in templo] nam ante templum, non procedit: cum obſeſſus intra templum eſſet. Sic in nono 677. *Ipſi intus dextra ac laeva pro turribus aſtant*. Terentius Phorm. II. I. 39. *Nam*, [3] *niſi haec ita eſſent, pro illo haud ſtares, Phaedria*. TENEBAT. Defendebat: & eſt militare verbum, ut etiam Salluſtius dicit: unde e contrario *victos, loco motos* dicimus. Cicero II. Catil. I. *Loco* [4] *ille motus eſt*.

654. HORREBAT REGIA CULMO. Curiam [5] Calabram dicit, quam Romulus texerat culmis. [6] Ideo autem *Calabra*, quod, cum incertae eſſent Calendae aut Idus, a Romulo conſtitutum eſt, ut ibi Patres vel populus calarentur, id eſt, vocarentur, a Rege ſacrificulo; ut ſcirent, qua die Calendae eſſent, vel etiam Idus: ut, quoniam adhuc faſti non erant, ludorum & ſacrificiorum praenoſcerent dies.

655. ATQUE HIC. *Hic*, in Capitolio [7] ſcilicet: & ſatis prudenter *argenteum anſerem* dixit: nam quaſi & epitheton eſt coloris, & ſignificavit rem veram: nam in Capitolio in honorem illius anſeris, qui Gallorum nuntiarat adventum, poſitus fuerat *anſer argenteus*. AURATIS PORTICIBUS. Hoc ad tempus retulit florentis Romanae reipublicae: nam illo loco, ubi dixit: *Horrebat regia culmo:* ideo addidit *Romuleo*, ut incipientis & pauperis adhuc imperii tempora deſignaret.

656. [8] [GALLOS. Senones, qui Senones dicti ſunt, quod Liberum patrem hoſpitio recepiſſent.] CANEBAT. [9] Quaſi praedivinabat: nam *canere*, & dicere, & divinare ſignificat.

657. ARCEMQUE TENEBANT. Deeſt *pene:* nam prope tenuerunt.

VARIORUM.

de *Mettii Modeſti pietate*. His adde quae Pierius ad hunc locum ex marmoribus antiquis producit. HEINS. Apud Suet. Veſp. XIV. *Mettium Pompuſianum* habet Memm. codex, ubi alii *Metium*. ſed & Dom. X. *Mettium* Copeſianus. *Geminus Metius* inter Latinos Liv. VIII. 7. ubi duo codices *Mettium*. BURM.

643. DISTULERANT. *Diſpulerant* Mediceus a manu ſecunda.

645. SPARSI. *Sparſo* Bigotianus. ſed *ſparſi* Lutatius ad Stat. X. Theb. 166. utrumque dici poſſe vidimus ad Eclog. IX. I. & Val. Flac. III. 166. de genere τῦ *vepres* vid. apud Serv. ad I. Georg. 271. BURM.

646. TARQUINIUM. *Tarquinum ej. Porſena* Ed. Venet. *Tarquinus* Venet. Dorvil. *electum* Gudianus.

Ibid. PORSENA. Nova de ſyllaba contentio, quam movit Pierius, indiligens numerorum obſervator. Deceptus autem codicibus depravatis, etiam locum Martialis Spectac. IV. non recte adducit, qui eſt, *Traducta eſt Gyaris*. non enim *Getulis* legendum, quae vox moloſſum efficit. Martialis X. 20. *ſicci Getula mapalia Paeni*. FABRIC. Vid. ad Sueton.

647. INGENTIQUE. *Ingentemque* Gudianus a manu prima.

650. QUOD. *Quia* ſcripti conſtanter. & bene. HEINS. *Quod* Francianus. *qui auderet vellere* Ed. Venet. *auderet qui avellere* Medic. *quia* Dorvill.

651. ET. *At* Leidenſis. *Coclea* Zulichemius, Menagius uterque. *Delia* Excerpta noſtra a manu prima. *Cleria*, *Cloria*, *Coclia* alii. *Cordia* Dorvil. *ruptis in. Cloelia vinclis* Parrhaſ. *vincula rumpere* ſimiliter dixit lib. II. 134. ubi vid. Serv. BURM.

652. MAN-

2 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 3 *nihil haec* Voſ. R. In Terentio legitur, *cum illo haud ſtares*. 4 *illo* Steph. Baſil. 5 Calabriam R. V. Steph. 6 ad quam calabatur, id eſt vocabatur ſenatus & populus a rege ſacrificulo &c. V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. niſi quod R. & Steph. vocabatur ſenatus, vocabatur & populus. reliqua ad, *ut quoniam* deerant. 7 deeſt V. R. Voſ. Steph. al. 8 deſunt iiſdem. & Lipſ. 9 praecanebat Dan. Fabr.

Defenſi tenebris, & dono noctis opacae.
Aurea caeſaries ollis, atque aurea veſtis.
Virgatis lucent ſagulis: tum lactea colla
Auro innectuntur. Duo quiſque Alpina coruſcant
Gaeſa manu, ſcutis protecti corpora longis.

Hîc

SERVII.

658. Defensi tenebris, et dono noctis opacae. Multi iterationem volunt. Alii dicunt *tenebris*, propter cuniculos. Dono noctis. Somno [10] Manlii: nam ſomnus, noctis eſt donum.

659. [11] [Caesaries. Coma, ideo quod caedi poteſt.] Aurea vestis. Hoc eſt, barba: unde contra *inveſtes* dicimus imberbes: unde eſt ſup. 160. *Tunc mihi prima genas veſtibat flore* [12] *juventas*.

660. Virgatis lucent sagulis. Quae habebant in virgarum modum deductas [13] vias. Et bene adluſit ad Gallicam linguam, per quam *virgae*, purpura dicitur. [14] *Virgatis* ergo, ac ſi diceret purpuratis. Gaesa. Haſtas viriles: nam etiam viros fortes Galli [15] *Gaeſos* vocant.

662. Scutis longis. [16] Per hoc corporum oſtenditur magnitudo, ut ſupra vii. 275. *Stabant tercentum nitidi in praeſepibus altis*. Per quod equorum magnitudinem expreſſit.

VARIORUM.

652. Manlius. Antiqui libri *Mallium* hunc vocant. FABRIC. *Manlius* Dorvil. *Mallius* plerique codices. *Malius* Hugenianus.

655. Hic. *Hinc* ſecundus Moretanus. HEINS. Et ita Dorvill.

Ibid. Argenteus anser. Imitatione Lucretii lib. iv. 685. ubi vide Pii notas.

657. Olli. *Galli* noſtri codices conſtanter. Pierius ex pervetuſto exemplari profert, *Olli per dumos*. HEINS. Et ita Lutat. ad Stat. i. Theb. 99. ſed Statius haec imitans lib. iv. 798. *Illi per dumos*.

658. Defensi tenebris. *A tenebris* Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. iii. Od. 4. HEINS. Sed tunc diverſus a Poëtae mente ſenſus exiret. vid. ad Ecl. vii. 6.

659. Atque aurea vestis. Giphanius Indic. Lucretian. in *veſtis* barbam interpretatur. HEINS. *Caeſaries ſolis* Menagii prior.

660. Lucent. *Fulgent* Mentel. prior & alter Menagianus, cum Leidenſi & Moretano ſecundo. HEINS. Et ita Ed. Venet. & Dorvill. parum intereſſe credo, quia haec verba de eadem re ſaepe occurrunt, ut exempla a Brouckh. ad Propert. ii. i. 5. adducta probant, ubi puellas *lucere* & *fulgere* promiſcue dici probat. de auri & purpurae ſplendore etiam eadem verba ſaepe inveniuntur. ut notum. male vero hic per virgas purpuram Servius intelligit, cum ſint auratae virgae, quas egregie explicant Brouckhuſ. ad Tibul. ii. vi. 36. & Drakenb. ad Sil. Ital. iv. 155. &c, quos ibi adducit, viri docti. in Valerio Flac. vero lib. ii. 159. *virgatam nurum* nos alio ſenſu explicuimus, &

10 deeſt V. R. Voſ. Lipſ. Steph. al. 11 deſunt iisdem. 12 *juventa* Fabr. *juventus* Baſil. 13 *vias* omnes habent ſcripti & editi, & neſcio unde *ſtrias* petierit Malvicius. mirari etiam ſubit, qua confidentia Markland. ad Statii v. Silv. ii. 153. reprehendens Brouckhuſium, qui hic *vias* illuſtrarit ad Tibulli locum ex ii. vi. 36. in notis adductum, & adfirmet in optimis editionibus *ſtrias* legi, quam veram & indubitatam vocat lectionem. ſine dubio vir doctus nullam videtur, praeter hanc Maſvicianam, editionem conſuluiſſe. atqui *ſtrias* in architectonica dicuntur eminentiae in columnis, quae inde *ſtriatae* dicuntur. quum *ſtriges* ſint concavitates, ut docuit Baldus in Lexico Vitruviano, ubi adducit locum ex lib. iv. i. *trunco toto ſtrias uti ſtolarum rugas matronali more demiſerunt*. unde apparet fuiſſe plicas in veſtibus, ut rugae in corpore humano, quae extra cutem eminent, & quae dicuntur arare vultum, id eſt ſulcos ducere, qui ſunt velut *ſtriges*, & verſam terram in aggerem quaſi, qui *porca* vocatur & *ſtria*, extollere. ſed hic agitur de intexto auro veſtibus, quod *deductae vias* notant. quae ſunt lineae virgae, quae non eminent ut ſtriae, ſed aequatae ſuperficie veſtium & diſcretae varietate coloris & metalli fiunt, ut hodie paſſim videmus. unde nec in Tibullo & aliis *auratae vices* pro *viae* admitti poſſunt. in Varronis loco lib. i. de R. R. 29. poſſet legi, *qua aratrum vomere lacunam & ſtriam facit, ſulcus vocatur*. ut *lacuna* ſit depreſſa pars ſulci, *ſtria* elata inter duos ſulcos, quae *porca* dicitur. vel cum Mſ. delenda vox *ſtriam*, ut lacuna ſit ſulcus, porca elata terra inter duos ſulcos. Heinſius ad Ovid. Remed. 191. dicit *foeni ſtriam* dici auctoribus R. R. metam foeni. vellem locum deſignaſſet, quem nondum inveni. BURM. 14 virgatis, id eſt purp. V. Voſ. R. 15 *Caeſos* V. *Geſos* V. Steph. *Gaeſoſos* R. *Gaeſatos* Voſſ. de vitiis Serm. i. 2. conjicit, ubi de *Gaeſis* etiam agit erudite. 16 per haec V. Voſ. R. Steph. al.

Hîc exſultantis Salios, nudoſque Lupercos,
Lanigeroſque apices, & lapſa ancilia coelo
Extuderat: caſtae ducebant ſacra per urbem
Pilentis matres in mollibus. Hinc procul addit

Tar-

SERVII.

663. HIC. In eodem ſcuto. Et congrue ſacerdotes ſtatim poſt templa commemorat. SALIOS. Qui ſunt in tutela Jovis, Martis, Quirini. Dicti *Salii* ideo, quod circa aras ſaliunt & tripudiant. [17] [Alii a *Salio*, Aeneae comite, dictos volunt] NUDOSQUE LUPERCOS. Cum in honorem Panos Lupercaliorum [18] [ſolemnitas celebraretur, pecora Romanorum] ſubito a latronibus rapta ſunt. Illi projectis veſtibus [19] perſecuti ſunt: his latronibus oppreſſis, & receptis animalibus, propter rem a nudis [20] proſpere geſtam, conſuetudo permanſit, ut nudi Lupercalia celebrarent.

664. LANIGEROSQUE APICES. Flamines in capite habebant pileum: in quo erat brevis virga deſuper habens lanae aliquid: quod cum per aeſtus [21] ferre non poſſent, filo tantum capita religare coeperunt: nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat: unde a filo, quo utebantur, *flamines* ſunt dicti, quaſi *filamines*. Verum feſtis diebus filo depoſito, pilea neceſſe erat accipere, quae ſecundum alios ad oſtendendam ſacerdotii eminentiam ſunt reperta: ſicut columnae mortuis nobilibus ſuperponuntur, ad oſtendendum eorum [22] columen. Alii dicunt, non propter eminentiam dignitatis hoc factum; ſed quia, cum ſacrificarent apud Laurolavinium, & eis exta frequenter aves de vicinis venientes [23] lucis abriperent, eminentia virgarum eas terrere voluerunt. Exinde etiam conſuetudo permanſit, ut apud Laurolavinium ingentes [24] haberent virgas, non breves ut in Urbe. [25] LAPSA ANCILIA COELO. Regnante Numa Pompilio ſcutum breve & rotundum coelo lapſum eſt: & cum aruſpices reſpondiſſent, illic fore orbis imperium, ubi illud fuiſſet, diligentia Numae, ne quandoque ab hoſtibus poſſet auferri, adhibito Mamurio fabro, multa ſimilia facta ſunt. & in templo Martis locata. Quod autem dicit *ancilia*, plurali utitur numero pro ſingulari: nam unum lapſum eſt. *Ancile* autem dicitur, aut quaſi undique circumciſum: aut quaſi ἀμφίχειλον, id eſt, undique labrum habens.

665. EXTUDERAT. Studioſe [26] fecerat. DUCEBANT. Deducebant: haec enim fuerat conſuetudo.

666. PILENTIS MATRES IN MOLLIBUS. *Pilenta*, ſunt vehicula: ſicut nunc baſternas videmus. Erant autem tunc veneti coloris, non, ut nunc ſunt, [27] ruſſati, quibus niſi caſtae [28] [matronae uti non poterant, ſicut nec vittis: unde addit *caſtae*.] *Mollibus* autem, penſilibus, [29] ut [*molle feretrum*; & *oſcilla mollia*:] contra, *plumas penſiles* dicimus, & molles ſignificamus: [30] [& *mollibus*, molliter ſtratis:

17 deſunt V. Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 18 ſolemne Dan. in V. deerant haec. 19 inſecuti ſunt, Dan. Fabr. perſecuti ſunt latrones, quibus opp. Voſ. Lipſ. Steph. al. perſecuti ſunt, quibus opp. R. 20 propere bene Dan. Fabr. apud Vellej. II. 102. *prima parte introitus proſpere rem geſſit*. ut Heinſius reſtituit. vid. ad Sueton. Aug. cap. VII. BURM. 21 portare Dan. Fabr. in Codice V. Heinſius notaverat hinc deeſſe reliqua uſque ad lib. IX. 720. 22 culmen Dan. Fabr. al. quod ſuppoſitum ab ignaris: *columen* & *culmen* idem ſaepe notare, vidimus ad Ovid. I. Metam. 680. & hinc ſaepe voces has permutarunt librarii: ut apud Lucan. VII. 594. vid. Gronov. ad Senec. Thyeſt. 54. ſic Varro de R. R. III. 7. *columina villarum* vocat, quae noſter I. Ecl. 83. *culmina* dicit. ſupr. ℣. 451. Nonius in Bubo: *Quod bubo in columine aedis Jovis ſedens conſpectus eſt.* ita puto legendum pro vulgato in *columna*. nam ita *columen* ſaepe explicuerunt Grammatici. ut Donatus ad Terent Phorm. II. I. 57. *columen familiae*, explicat, *columen*, culmen, an *columen*, *columna*. ita hoc loco *columnae* impoſitae ſepulchris nobilium, etiam *columina* vocari poſſent. vide Voſſ. Etymol. in *columna*. unde montes qui Graecia κίονες dicuntur, ut Pindaro I. Pyth. 37. vide Cl. Periz. ad Aelian. V. 3. a Catullo *columina* vocantur Carm. LXIV. ut ad Ovidii d. l. vidimus. BURM. 23 locis R. Steph. Dan. arriperent Baſil. 24 haberentur virgae Voſ. Baſil. haberentur virgas R. 25 ſunt etiam qui flamines a geſtamine pilei dicti ſunt, quaſi *pilamines* Baſil. addit. ſed Fabric. ſunt e. q. f. a. g. p. dictos ajunt, quaſi *pilamines*. 26 fecerat. & a tundo *tutudi* Baſil. 27 gruſſati R. 28 niſi caſtae R. reliquis omiſſis ad *Mollibus*. niſi caſtae utebantur, *Mollibus* Steph. al. niſi caſtae non utebantur Lipſ. 29 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 30 deſunt iiſdem & Fabr.

Tartareas etiam ſedes, alta oſtia Ditis;
Et ſcelerum poenas, & te, Catilina, minaci
Pendentem ſcopulo, Furiarumque ora trementem,
Secretoſque pios: his dantem jura Catonem.

Haec

SERVII.

ſtratis: quidam *pilenta*, [31] tecta ciſia vulgo dicta tradunt.] HINC PROCUL. Bene longe a templis Inferos facit. [32] [Et bene *Tartareas ſedes*, ut nihil praetermiſſum videretur.]

668. SCELERUM POENAS. Pro, ſceleratorum. Et bene ait *ſcelerum poenas:* in crimina enim perſonae incidunt; non ipſarum ſunt proprie crimina: unde & ſceleribus ſunt ſtatuta ſupplicia, quae in ſe incidentes homines obnoxios faciunt. ET TE, CATILINA, MINACI PENDENTEM SCOPULO. Hoc quaſi in Ciceronis gratiam dictum videtur.

670. [33] [SECRETOSQUE PIOS. Aut in ſecreto morantes; aut participaliter, ab illis ſecretos.] HIS DANTEM JURA CATONEM. [34] Ut ſupra vi. 842. diximus, Cenſorium ſignificat; non Uticenſem, qui contra Caeſarem bella ſuſcepit. [35] [Quomodo enim piis jura redderet, qui in ſe impius fuit?] Et ſupergreſſus eſt hoc loco Homeri diſpoſitionem. Siquidem ille Minoen, Rhadamantum, Aeacum de impiis judicare dicit; hic Romanum ducem innocentibus dare jura commemorat.

VARIORUM.

& de *notis Threiciis*, ut Valer. Max. ix. xiii. 3. vocat, capiendum Poëtam credidimus, ut poſtea etiam Valeſium ad Excerpta Peireſciana ex Diodor. Siculo pag 56. explicuiſſe deprehendimus. & ita *virgatae tigres* Senec. Hipp. 345. & Herc. Oet. 146. variis maculis & lineis quaſi cutem diſtinctam habentes. de aureis vero virgis agi recte ex praecedentibus, caeſarie &c. quae ex auro erant, conſtare notarunt alii. vid. ad Ovid. ii. Met. 107. in Montalbano codice hic etiam legebatur, *fulget*, quod poſſet non diſplicere, ſi diſtinctio poſt *veſtis* tolleretur, & ipſa veſtis diceretur *fulgere*. ſed maneat vulgata, quia inconcinnius *veſtis* diceretur *fulgere ſagulis*. ſic Ovid. x. Met. 112. *cornua fulgebant auro*. & viii. 26. *auro fulgens clypeus*. ut Heinſius reſtituit. & ita paſſim. BURM.

661. INNECTUNTUR. *Immiſcentur* Oudartii.

Ibid. ALPINA CORUSCANT GAESA. *Geſſa* Mediceus. Graecis γαῖσα καὶ γαισὸς id teli genus. in Menteliano *Gaeſa*. ceterum duo Gaeſa portaſſe ut plurimum Gallos ex Varrone liquet de vita P. R. *Cum binis Gaeſis eſſent*. Claudian. Laud. Stilic. ii. 242. *Binaque Gaeſa ferens animoſo pectore fatur*. vide quae notamus ad Silium viii. 550. Nonius in *Gaeſa*, & Scholiaſtes Statii Theb. iv. 64. *coruſcat*. ſed idem Theb. vii. 339. *coruſcant*. *coruſcat* in priore Voſſiano, altero Mentelio, & aliis quatuor. *coruſca* Mentelianus prior. HEINS. *Ceſa* Francianus. *Geſſa* Dorvil. *duo cuique* Parrhaſ. *Albina* etiam Parrhaſ. & pr. Rottend. a m. pr. Livius ix. 36. *falcibus, biniſque Gaeſis armati*. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. ii. 444. ab hac voce Franci habuere *Geſt*. ut ex prioris aevi lingua Borellus docet. *coruſcat* Ald. BURM.

662. SCUTIS LONGIS. Haec laudat Schol. Lucani lib. vi. 259. ubi, *longis Teutones armis*. ſed ibi de contis, non de ſcutis agitur.

663. HINC. *Hic* in omnibus fere noſtris, praeter Gudianum & Venetum. & hoc Pierius in ſuis nonnullis invenit. HEINS.

664. APICES. *Laries* Mediceus. *hinc* Editio Juntae.

665. EXTUDERAT. *Extulerat* tertius Rottendorphii, Leidenſis, primus Moreti, & a manu prima Sprotianus & ſecundus Hamburgenſis. *Excuderat* Leidenſis, Hugenianus, Zulichemius Par-

31 in Dan. legitur pilenta. *laeta celſia* ●. ſed vulgo dicta tradunt. ſed Maſvicius ſuam lectionem *tecta ciſia* hauſit ex Scheff. de Re Vehic. i. 25. quod moneri oportuerat, & Salmaſ. ad Lampr. Elagab. cap. xix. de Baſternis, quae tectae erant lecticae, multus agit, & adducit epigramma,

Aurea matronas claudit Baſterna pudicis.

Schefferus etiam Pilenta a Baſternis differre, quod illa rotas haberent, hae carerent, docet, ubi & explicat, quid ſit *ducere ſacra*. BURM. 32 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 33 deſunt iiſdem. 34 & ſignificat Uticenſem qui &c. ita ediderunt Commel. & Emmen. ſumma cum negligentia. & ſupra diximus R. & ut ſupr. Dan. ut & ſupra Steph. 35 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al.

Digitized by Google

Haec inter tumidi late maris ibat imago
Aurea; ſed fluctu ſpumabant caerula cano:
Et circum argento clari delphines in orbem
Aequora verrebant caudis, aeſtumque ſecabant.
In medio claſſis aeratas, Actia bella
Cernere erat: totumque inſtructo Marte videres
Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus.

Hinc

SERVII.

671. HAEC INTER. Bene inter Inferos & Superos mare factum dicit, quod, ut ſupra diximus, nos ab [36] Antipodibus dividit, qui Inferi ſunt noſtri comparatione.

672. IMAGO AUREA. Non eſt contrarium, quod & *caeruleam*, & *auream*, & *argenteam* maris eſſe dicit imaginem: quam ſcimus pro ventorum qualitate mutari, & colores varios reddere, quod expreſſum in ſcuto fuiſſe ſignificat. [37] IBAT autem, quidam pro *erat* accipiunt, ut I. 46. *Aſt ego, quae divum incedo regina.* Sane ubique propoſitum eſt Poëtae Auguſti gloriam praedicare; itaque majorem partem operis in hoc clypeo Auguſto [38] adſignat.] CAERULA. Id eſt, maria. FLUCTU CANO. Omnis enim ſpuma alba eſt, [39] [quae fluctibus naſcitur.]

673. IN ORBEM. [40] In circuitu, [41] [in medio; utrum clypeo, an mari?]

674. AESTUMQUE SECABANT. Naturalem rem oſtendit: nam ſemper mare turbatur, [42] cum Delphini apparuerint.

676. CERNERE ERAT. Graeca figura eſt: [43] [ſicut Graece dicitur: ὁρᾷν ἦνεσι.]

677. [44] [FERVERE LEUCATEN. *Fervere*, ab eo quod eſt *fervo* facit: nam ab eo, quod eſt *ferveo*, *fervere* facit, [45] *ve* producta: ſic *effulgere*. Alii dicunt antique per tertiam conjugationem correpta media ſyllaba poſitum, ut III. Georg. 221. *Lavit ater corpora ſanguis*: pro lavat; de eo in tertio Georgicorum in ipſo loco plenius dictum eſt.] LEUCATEN. In promontorio Epiri eſt mons *Leucate*: [46] [quod quia ſaxa nuda in cacumine habuit, ex horum candore *Leucates* appellatus eſt. AUROQUE EFFULGERE FLUCTUS. Non quod hic ex auro fluctus eſſe dicat, quos ſupra canos dixit, [47] ſed quod mare ex auro expreſſum ſit, fluctus per aurum effulgeant.]

VARIORUM.

Parrhaſ. & Dorvill. Sprotianus a manu ſecunda *Exciderat* Montalbanius & alter Menagii. vid. ad IV. Georg. 315. BURM.

666. HINC. *Huic* ſecundus Rottendorphius & Venetus.

667. ALTA OSTIA. Cicer. I. Tuſc. 16. *aperto oſtio alti Acherontis*. vid. IV. Georg. 467.

669. SCOPULO. *In ſcopulo* Oudartii.

Ibid. TREMENTEM. *Prementem* primus Rottendorphius. & ita Genevenſis editio.

670. CATONEM. Cenſorium quoque intelligit Brioſius in Epiſtolis pag. 116. Segraeus Uticenſem intelligit. vide hic Cerdam & Ruaeum & alios.

271. HAEC. *Hoc* Francianus.

672. SPUMABANT. *Spumabat* in Mediceo, Gudiano & Moretano ſecundo, ut ad imaginem referatur. HEINS. *Spumabant aequora* Zulichemius. *caerula ponto* Montalbanius a manu prima. ego *ſpumabant* retinui: tanta enim arte erat imago illa ficta, ut ipſa caerula ſpumare viderentur.

673. ARGENTO. *Ex argento* Francianus.

Ibid. ORBEM. *Orbe* Menagius alter, Venetus, duo Rottendorphii. *orbes* Montalbanius & Hugenianus. *arcano clari* Venetus.

674. VERREBANT. *Vertebant* Leidenſis, tertius Rottendorphius a manu prima. *aeſtuque* Sprotianus.

675. ACTIA BELLA. Heinſius conjecerat *Actia*

36 Antipodis Voſ. R. Dan. 37 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 38 adſignat * Dan. 39 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. Dan 40 in circuitum Steph. Baſil. 41 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 42 quod R. apparuerunt Steph. al. 43 deſunt Voſ. R. Steph. Dan. eſt etiam deeſt Steph. 44 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 45 ut producta Dan. 46 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 47 ſed mare & ex auro Dan.

Hinc Auguſtus agens Italos in proelia Caeſar
Cum Patribus, Populoque, Penatibus, & magnis DIs,
Stans celſa in puppi: geminas cui tempora flammas
Laeta vomunt, patriumque aperitur vertice ſidus.

Par-

SERVII.

678. HINC AUGUSTUS AGENS ITALOS. Cum de ſtatu reipublicae eſſet longa contentio inter Auguſtum & Antonium & [48] Lepidum, placuit, ut totum Orientem teneret Antonius; Auguſtus Gallias & Hiſpanias cum Italia; Lepidus Africam, Siciliam, Sardiniam: ad cauſſam majoris fidei Antonius ſororem Auguſti duxit uxorem. Profecti itaque ſunt in provincias ſuas. Sed Antonius [49] [in prima aetate creatus Tribunus plebis, Caeſarianas partes cum Curione defendens, bellum civile inter Caeſarem Pompejumque commovit. Quaeſtor fuit, idemque Augur: quo Conſule in ſenatu Caeſar occiſus eſt. Hic, ſicut dictum eſt, cum diviſa Repub. ad Orientem iſſet;] in Aegypto captus eſt amore Cleopatrae, non uſquequaque adeo, ut ea dimiſſa, contra Parthos proficiſceretur: [50] quibus, cum ante victor eſſet, poſt repulſus, dum Cleopatrae cupiditate feſtinat, exercitum omnem frigore in Armenia perdidit. Ipſe tamen, animalium cadaveribus paſtus, cum paucis ad Aegyptum eſt reverſus: ubi ei coepit ſuadere Cleopatra, ut ſe ſortiretur uxorem, derelicta ſorore Auguſti: quo facto Auguſtus vehementer accenſus, contra eum coepit bella moliri. Antonius, re comperta, collectis Orientis viribus, prior cum uxore Cleopatra venit ad bellum. Conflictum eſt navali certamine circa Actium, Epiri promontorium: ubi victi ſunt Antonius & Cleopatra, & in fugam coacti: [51] [poſtea occiſo Antonio, illa ſibi ſerpentes abhibuit.] [52] [Sed Antonius, cum Alexandriam obſideri videret, & in eo eſſe, ut capi poſſet, ſe ipſum occidit; Cleopatra vero, cum ad Auguſtum eſſet adducta, & in cuſtodia eſſe juſſa eſſet, admotis ſibi, ut putatur, ſerpentibus, vitam finivit.] Sed quia belli civilis triumphus turpis videtur, laborat Poëta, ut probet juſtum bellum fuiſſe, dicens, Auguſtum eſſe *Cum Patribus, populoque, penatibus, & magnis diis*; contra cum Antonio auxilia peregrina, & [53] monſtroſa Aegypti numina: & re vera in exercitu Antonii omnes barbari fuerunt: quod & Virgilius dicit: *Aegyptum, vireſque Orientis, atque ultima ſecum Bactra vehit.* Unde etiam de bello hoc egit triumphum: nec enim civile putatum eſt, quod tantummodo Romano duce geſtum eſt, qui & ipſe Barbarae ſerviebat uxori, adeo ut praetoria ei caſtra concederet: quorum qui potiebatur imperio ipſe vocabat exercitum, unde in illo loco de Cleopatra inf. 696. *Patrio vocat agmina ſiſtro:* nam Antonius conſulare ſibi tantum detinuit imperium, in quo ſola eſt poteſtas jubendi: ille enim ducit exercitum, qui habet in poteſtate caſtra praetoria.

679. PENATIBUS ET MAGNIS DIIS. Alii unum volunt eſſe; alii ſeparant, ut *magnos deos* accipias Jovem, Minervam, Mercurium, quos Aeneas de Samothracia ſuſtulit.

680. TEMPORA FLAMMAS LAETA VOMUNT. Naturaliter enim Auguſtus igneos oculos habuiſſe dicitur; adeo ut [54] [obtutum ejus nemo contra aſpectare poſſet: denique] quidam [55] eques Romanus, interrogatus ab eo, [56] cur ſe viſo verteret faciem, dixerit: *Quia fulmen oculorum tuorum ferre non poſſum*, ſicut ait Suetonius.

681. APERITUR VERTICE SYDUS. [57] Apparet ſydus in vertice, hoc eſt, ſuper galeam: nam ex quo tempore per diem ſtella viſa eſt, dum ſacrificaretur Veneri Genitrici, & ludi funebres Caeſari [58] exhiberentur, [per triduum ſtella apparuit in Septentrione,] quod ſidus Caeſaris putatum eſt Augusto-

48 neſcio unde venerit *Catullum*, in Voſ. R. & Lipſ. & *Catullum* in Steph. & mox iterum pro Lepido Catulus Afr. Siciliam Sardiniam ad cauſam m. fidei. Antonius &c. ita diſtinguit Steph. Baſil. & ad cauſſam Dan. & Maſvic. inter Catulum vero & Caeſarem contentio in Praeturam ejus incidit, nec cauſſam bello praebuit; levior quippe, & quam remiſit Caeſar. Sueton. Caeſ. xv. BURM. 49 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 50 quibus victis, dum Cleopatrae Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 51 deſunt Baſil. ſed Lipſ. Voſ. R. Steph. al. deſunt ſequentia ad, *ſed Antonius.* 52 monſtruoſa Voſ. Fabr. al. vid. ad VII. 563. nomina R. 53 in loco Dan. 54 deſunt R. Steph. al. 55 deeſt Baſil. 56 cur verteret Baſil. cur ſe viſo averterit Voſſ. Suetonius hoc non narrat, ſed vide ad Auguſt. cap. LXXIX. 57 deeſt Voſ. R. Steph. al. 58 exhiberentur, cujus ſidus p. e. Aug. perſuadente, in honorem patris &c. reliquis mediis & mox ſequentibus, rejectis R. Lipſ. Steph. al. ſed Voſſ. habet media, ſed *quod* deeſt nec etiam habet illa, *nam ideo*, &c. ſed poſt *perſuadente*, *in honorem* &c. ſequitur. in honorem patris Auguſti ſtellam Baſil. in honorem patris Auguſtus Voſ. R. pro *per triduum*, Broukh. ad Propert. IV. VI. 57. per *ſeptem dies* legendum eſſe monuit.

Digitized by Google

Parte alia ventis & DIs Agrippa ſecundis
Arduus agmen agens: cui belli inſigne ſuperbum
Tempora navali fulgent roſtrata corona.
Hinc ope barbarica, variiſque Antonius armis,
Victor ab Aurorae populis & litore rubro
Aegyptum, vireſque Orientis, & ultima ſecum

Ba-

SERVII.

guſto perſuadente: [nam ideo Auguſtus omnibus ſtatuis, quas ob divinitatem Caeſaris ſtatuit, hanc ſtellam adjecit.] Ipſe vero Auguſtus in honorem patris ſtellam in galea coepit habere depictam. [59] [Honorifice autem Poëta unam ſtellam *ſidus* dixit, cum ſidus ex multis ſtellis conſtet.]

682. PARTE ALIA. Non e contra; ſed in alia parte aciei. VENTIS, ET DIIS AGRIPPA SECUNDIS. [60] [*Agrippa*, dicitur ab *aegro partu*, id eſt, qui pedibus naſcitur. Sed hic Agrippa, non adeo claro genere ortus, viribus, & ſocietate Auguſti, ad ſummos honores pervenit: nam & Tribunus plebis quietiſſimus fuit: & poſt tertium Conſul: & in multis bellis cum Auguſto geſtis victoriam Auguſto ſua virtute confecit: nam & Sextum Pompejum apud [61] Mylas ipſe devicit; & apud Actium Antonium & Cleopatram navali certamine prope ipſe ſuperavit: ob quod meruit etiam gener eſſe Auguſto.] *Secundis* ergo dixit, Auguſti comparatione: nam hoc dicit: Auguſtus nimio ventorum & numinum utebatur favore. Agrippa [62] ſecundis. Hoc eſt, Ille habuit primum favorem; hic ſecundum. [63] [Hadrianus ſcribit, Agrippam ſolitum tempeſtate orta milites cogere, naves in fluctus urgere, ut conſuetudine diſcriminis dempto metu, redderet eos adverſum pericula fortiores: ergo πρὸς ἀνδραγαθίαν ſaevi maris, quod [64] exercitationi militibus erat, ait *Diis & ventis ſecundis* eſſe pugnatum; ut tempeſtatem quidem Agrippa non timuerit; ſed favor divinus maria conſtraverit: nam & ipſa Actiaca pugna, cum Aquilo ei eſſet adverſus, eo exercitio, quo milites adſueverat adverſum fluctus naves agere, ad portum ſe fugere [65] finxit: quare, cum hoſtes decepti inſequi conati eſſent, converſis ſubito navigiis ſuis Alexandrinas naves incurrit, & telis ac flammis in eas miſſis, refragante hoſtibus fluctu, cum nihil ipſi tale facere poſſent, victoriam conſecutus eſt: merito ergo *Ventis ſecundis*.

683. INSIGNE SUPERBUM. Quaſi principale decus.]

684. NAVALI ROSTRATA CORONA. Sextus [66] Pompejus, Pompeji filius, [67] in Sicilia piraticam exercuit; contra quem primo cum Agrippa [68] dimicavit Auguſtus, poſtea Agrippae cura data eſt: qui eum delevit, ob quod ei Auguſtus roſtratam dedit coronam, quia vicerat navali certamine.

685. HINC. A parte contraria. [69] [OPE BARBARICA. Crimen Antonii, quod ope barbarica Romanus pugnet.] VICTOR AB AURORAE POPULIS. Quia primo vicerat Parthos, ut diximus: [70] [aut quia Antonium Parthi poſtea pepulerunt; ſed videtur hoc ideo tacuiſſe, ne Auguſtus inbellem ſuperaſſe videatur: ideo addidit victorem Orientis Antonium, ut majorem hoſtem Auguſtus viciſſe videatur.]

686. LITTORE RUBRO. Erythraeo mari, quod eſt inter Aegyptum & Indiam.

687. ET ULTIMA SECUM BACTRA VEHIT. *Ultima*, non quantum ad fines [71] ſpectat orbis terrarum; ſed *ultima* in imperio Antoniano: conſtat enim, Bactrianos [72] poſt ſe habere gentes innumeras.

VARIORUM.

Ecia vela. claſſes aeratas & Accia bella Parrhaſ. *Auratas* Ed. Veneta.

676. VIDERES. *Videre* Montalbanius. *Leucatem*

Zuli-

59 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 60 deſunt iiſdem ad *ſecundis*. partu, id eſt, qui hodie bis naſcitur Dan. Fabr. 61 moelas Dan. Fabr. 62 ſequenti, hoc eſt R. Voſ. & mox, iſte ſecundum Baſil. 63 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. ad ỷ. 684. 64 exercitatione militibus erat * Dan. & Fabr. ſed hic ſine aſteriſco. 65 finxiſſe, & mox, incurriſſe, & conſecutum Dan. 66 deeſt Commel. & Emm. 67 in Siciliam Voſ. R. 68 pugnavit Steph. 69 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. mox deeſt, primo Lipſ. 70 deſunt iiſdem. 71 pertinet Dan. Fabr. 72 poſſe habere Steph.

Bactra vehit; ſequiturque (nefas) Aegyptia conjunx.
Una omnes ruere, ac totum ſpumare reductis
Convolſum remis, roſtriſque tridentibus, aequor.
Alta petunt: pelago credas innare revolſas
Cycladas, aut montis concurrere montibus altos.
Tanta mole viri turritis puppibus inſtant.

Stup-

SERVII.

688. NEFAS. Exclamatio eſt: [73] [quaſi *pro nefas!* aut per parentheſin dictum eſt: & *nefas*,] non in eo tantum, quod Aegyptiam Romanus duxerat; ſed etiam, quod mulier caſtra ſequebatur: [74] quod in ingenti turpitudine apud majores fuit, unde bellaturus Pompejus in Lesbo reliquit uxorem.

689. RUERE. Ruebant, id eſt, veniebant cum impetu. [75] [Et hoc verbo more ſuo oſtendit velocitatem.

691. CREDAS. Pro, credat quis.]

692. CONCURRERE MONTIBUS ALTOS. Alii ALTIS legunt; unum tamen eſt.

693. TURRITIS PUPPIBUS INSTANT. Hoc de hiſtoria traxit: nam Agrippa primus hoc genus turrium invenit, ut de tabulatis ſubito erigerentur, ſimul ac ventum eſſet in praelium, turres, hoſtibus improviſae, [76] [in navigando eſſent occultae.

VARIORUM.

Zulichemius, Leidenſis, & Venetus. *Leucantem* Mentelii prior.

678. HINC. *Hic* Francianus.

679. POPULOQUE. *Populiſque* Ed. Venet.

680. CELSA IN PUPPI. Priſcianus lib. VII. *prima in puppi* videtur agnoviſſe. *Puppi* & *puppe*. *Virgil. in* III. *Stans celſa in puppi.* & VIII. *prima in puppi.* vide annotata lib. III. 527. & lib. V. 486. deinde *geminas huic*, non *cui* Gudianus. HEINS. *Stat* Menagii prior, tertius Rottendorphius, & Excerpta noſtra. & Ed. Venet. & Mediol.

681. VOMUNT. *Volunt* Mediceus a manu prima. *movens* Sprotianus a manu prima.

682. ET DIS. *Ac Dis* Venetus *Dis & ventis* Serv. ad I. Aen. 292.

683. ARDUUS. Deeſt hic verſus Parrhaſ.

685. VARIISQUE. Heinſius conjecerat, *Phariiſque*, quod, niſi ſequeretur *Aegyptum*, non diſpliceret. nam & alibi ita peccarunt Librarii. vid. ad Sueton. Domit. I. & alibi. BURM.

686. VICTOR. Marklandus ad Stat. II. Silv. VI. 3. legebat *ductor. victorque* Francianus & praecedenti verſu *opere*. utrumque perperam. ſed *victor* non movendum, propter rationes a Servio adductas. *ab aurora populos* primus Rottend. *Aurora populis* Leidenſis.

687. VIRESQUE. *Vires* Parrhaſ.

Ibid. ULTIMA SECUM BACTRA VEHIT. Contra Servium exponit Brouckh. ad Prop. III. I. 16. vid. ad Lucan. lib. VIII. 298.

688. SEQUITURQUE. *Sequitur* Regius. Aegyptia ad invidiam dicitur, contra leges unde ne Romana quidem matrona Lucan. X. 67. dicitur.

690. STRIDENTIBUS. *Tridentibus* habet liber A. Colotii, qui fuit Pomponii Laeti. URSIN. *Roſtriſque tridentibus*, ſolus ex noſtris Mediceus, cum Gudiano. Leidenſis, *roſtris ſtridentibus*. caeteri, *roſtriſque ſtridentibus*. niſi quod in priore Hamburgico pro diverſa ſcriptura *roſtriſque rudentibus*. adi adnotata ad lib. V. 143. *roſtriſque ſtridentibus* hic loci legendum eſſe pertinaciter contendit ex ſcriptis Giphanius Indice Lucretiano pag. 459. male. HEINS. *Roſtris ſtridentibus* Menagii prior.

691. CREDAS. *Credes* Gudianus. hoc incredibile excuſat Senec. Suaſor. I. quia *credas*, oſtendit, videri innare, non vero fieri. BURM.

692. AUT. *Et* Venetus & alter Hamburgenſis. *altis* duo Leidenſes & Hugenianus. ſed vulgata eſt apud Lutatium ad Statii IX. Theb. 337.

Ibid. MONTES CONCURRERE &c. Vide an non reſpiciat portentum, quod narrat Plin. II. 83.

694. TE-

73 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 74 quod ingenti Baſil. 75 deſunt Voſ. R. Lipſ. ad ✝. 691. Steph. al. 76 de*nt iisdem ad ✝. 695.

Stuppea flamma manu, teliſque volatile ferrum
Spargitur. Arva nova Neptunia caede rubeſcunt.
Regina in mediis patrio vocat agmina ſiſtro:
Necdum etiam geminos a tergo reſpicit anguis.
Omnigenûmque Deûm monſtra, & latrator Anubis,
Contra Neptunum, & Venerem, contraque Minervam
Tela tenent. Saevit medio in certamine Mavors

Et

SERVII.

694. TELISQUE VOLATILE. Cato: *Sub tela volantia.*]

695. ARVA NOVA NEPTUNIA CAEDE RUBESCUNT. *Nova caede*, magna, nimia: nam non dicit re vera, *nova* [77] [*arva*, ſed *nova caede:* cum alia fuerint bella civilia, & caedes aliae in ipſis. Homerus Iliad. K. 484. Ἐρυθαίνετο αἵματι γαῖα. Sed non eſt hoc *rubeſcunt.*]

696. PATRIO VOCAT AGMINA SISTRO. Cleopatra ſibi tantum adſumpſerat, ut ſe Iſin vellet videri. Iſis autem, eſt genius Aegypti, qui per ſiſtri motum, quod gerit in dextra, Nili acceſſus receſſuſque ſignificat: per [78] ſitulam, quam ſiniſtra [79] manu retinet, oſtendit [80] adfluentiam omnium lacunarum, [81] [id eſt, foſſarum, in quas Nilus ſtagnans recipiebatur.] Iſis autem lingua Aegyptiorum eſt Terra, quam Iſin volunt eſſe. [82] [Hanc Iſin, & alios deos, ideo Aegyptii colunt: quia deos reges habuiſſe dicuntur; ergo in opprobrium Alexandrini exercitus, pro claſſico *ſiſtrum* poſuit: quod autem ait VOCAT AGMINA, hoc eſt, quod ſuperius dictum eſt, & Auguſtus in Commemoratione vitae ſuae refert: *Antonium juſſiſſe, ut legiones ſuae apud Cleopatram excubarent, ejuſque nutu & juſſu parerent.* Bene ergo *vocat agmina*, quae ſignum dabat.]

697. A TERGO RESPICIT ANGUES. Hoc eſt, nondum videbat mortem futuram. [83] [Traditur enim, ne ad Triumphum Auguſti adſervaretur, [84] admota ſibi aſpide defeciſſe: tum GEMINOS; cum unum ſibi admoverit.]

698. DEUM MONSTRA. Ideo *monſtra* dixit, quia ſub Auguſto necdum Romani Aegyptia ſacra ſuſceperant. [85] [Et admittebat locus pro laude Auguſti aliquid etiam in Deos inclementius dici. Varro indignatur, Alexandrinos deos Romae coli.] LATRATOR ANUBIS. Quia capite canino pingitur: hunc volunt eſſe Mercurium, ideo, quia nihil eſt cane ſagacius. [86] [Bello autem Gigantum plures deos ferarum formas accepiſſe traditur.]

699. CONTRA NEPTUNUM. Homerum ſequitur, qui deos dicit contra ſe pro diverſis partibus habere certamen. [87] [Et quidam latenter illud tetigiſſe Virgilium volunt, quod Plinius Secundus in Hiſtoria naturali XXXII. I. dicit, quod Antonii navem piſcis Echeneis retinuerit; qui piſcis Latine *Remora* dicitur.]

VARIORUM.

694. TELIQUE. *Teliſque* Mediceus & caeteri omnes. probe omnino. HEINS. Et ita Parrhaſ. Reg. Dorvil. & plures cum Edit. Juntin. & multis aliis. *volabile* Montalban.

696. MEDIIS. *Medio* Francianus. ſic & apud Stat. II. Theb. 389. *conſtitit in mediis.* ubi Cod. Barth. *in medio.* male. in mediis, pro ipſe medius inter turbam, quae eum cingebat. vid. ad lib. II. 508. BURM.

697. GE-

77 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. ſed Baſil. ab Homerus. quod adſuerunt alii. ſed non intelligo quod additur, ſed non eſt hoc *rubeſcunt;* quum certe ἐρυθαίνεται id ſignificet. Gloſ. ἐρυθαίνεται *Rubeo.* melius vero adduxiſſent ex Homer. Iliad. Φ. 21. Ἐρυθαίνετο δ' αἵματι ὕδωρ. vide ad Ovid. IV. Met. 482. an legendum, *ſed hoc eſt nunc rubeſcunt.* BURM. 78 ſitellam Voſ. R. Dan. Fabr. 79 deeſt Voſ. R. Steph. 80 fluentiam R. Steph. al. 81 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 82 deſunt iisdem. 83 deſunt iisdem. 84 Cicer. pro Rabir. Poſt. cap. IX. dixit *aſpide ad corpus admota.* & eo genere Lucanus lib. IX. ter, & alii ponunt. hic tamen Dan. Fabr. Comm. & Emm. & Maſvic. *admota* ediderunt. ita vera ſequitur vibiam. BURM. 85 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 86 deſunt iisdem. 87 deſunt iisdem. vide ad Sueton. Aug. cap. XVIII. commentatores.

Digitized by Google

Caelatus ferro, triſteſque ex aethere Dirae;
Et ſciſſa gaudens vadit Diſcordia palla:
Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello.
Actius haec cernens arcum intendebat Apollo
Deſuper: omnis eo terrore Aegyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabaei.
Ipſa videbatur ventis regina vocatis
Vela dare, & laxos jam jamque inmittere funis.
Illam inter caedes pallentem morte futura

Fece-

SERVII.

701. CAELATUS FERRO. Aut in armis locatus: aut de ferro ſculptus; ſcilicet metallo ſibi congruo. [88] [aut *ſaevit ferro.*] DIRAE. *Dirae*, proprie ſunt ultrices deae: & bene has intereſſe dicit praelio. [89] [aut a Jove miſſas ad terrorem Aegyptiis inferendum,] [90] aut puniendum Antonium, qui matrimonii laeſerat [91] fidem.

702. SCISSA DISCORDIA PALLA. [92] [Utrum *ſciſſa palla gaudens*; an *ſciſſa palla vadit*, & ſeorſum *gaudens?*] Ideo autem *Diſcordia:* quia unius civitatis [93] [& cives principes] erant: & bene *Diram Diſcordia* ſequitur, quam Bellona comitatur: nam per diſcordiam venitur ab bellum, [94] [in quo neceſſe eſt ſanguinem fundi, ideo ait: *ſanguineo flagello*] Horatius I. Epiſt. XIX. 49. *Ira, truces inimicitias, & funebre bellum.*

704. ACTIUS HAEC CERNENS. Quem poſtea *Actium* nominavit Auguſtus.

706. VERTEBANT TERGA SABAEI. [94] * Omnes populi Orientis ſunt.

707. [95] [IPSA VIDEBATUR VENTIS. Apud plures, Cleopatram priorem fugiſſe; poſt inſecutum Antonium.]

708. JAM, JAMQUE. Scilicet aviditate fugiendi. [96] [Et bene *jam jamque* addidit: quia tempus operis in pictura declarari non poterat.]

709. INTER CAEDES. Inter ſuorum cadavera. MORTE FUTURA. Omine mortis futurae.

VARIORUM.

697. GEMINOS. An *gelidos* a veneno. vid. ſupr. VII. 450. *necdum & geminos* Dorvil.

698. ANUBIS. *Anobis* in Mediceo. HEINS. *Anubes* ſecundus Rottendorphius.

699. ET VENEREM. Copula deeſt Dorvil.

700. TELA TENENT. *Tenens* Scholiaſtes Horatii Crucquianus libr. III. Od. 4. HEINS.

Ibid. IN CERTAMINE. Praepoſitio deeſt Parrhaſiano.

701. DIRAE. *Divae* Mentelius uterque, primus Rottendorphius, quatuor aut quinque alii. etiam Mediceus a manu prima. ſic & variant codices lib. IV. 473. HEINS.

704. ARCUM INTENDEBAT. *Arcum tendebat* Gudianus, prior Mentelius & alii ſeptem. praeterea, pro *deſuper* in priore Voſſiano *protinus.* HEINS. *Arcu intendebat* Mentelii tertius & Regius. *intendebat* vindicat Commentator Horatii Crucquianus ad lib. I. Od. 2. & ita editio Juntina. *tendebat* Dorvil. vid. ad lib. I. 18 BURM.

705. AEGYPTUS. Valerius Probus in Grammatica, ubi agit de Deſinentibus in *os*, hoc loco *Aegyptos* agnoſcit. Conſulantur annotata IV. Georg. 210. HEINS.

708. LAXOS. *Lapſos* Zulichemius, Bigotianus, Dorvil. & Oudartii. *jamjam immittere* Parrhaſ.

709. ILLAM. Male *illum* apud Apulejum de mun-

88 deſunt iiſdem. 89 deſunt iiſdem. 90 ad puniendum. 91 foedus Voſ. R. Steph. al. Matrimoniale etiam Baſil. & quaedem antiquiores Edd. 92 deſunt iiſdem & Lipſ. 93 deſunt iiſdem. 94 deſunt iiſdem. 94 * omnes iſti populi Lipſ. ſequens nota. 95 deeſt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 96 deſunt iiſdem.

Fecerat Ignipotens undis & Iapyge ferri;
Contra autem magno maerentem corpore Nilum,
Pandentemque ſinus, & tota veſte vocantem
Caeruleum in gremium, latebroſaque flumina victos.
At Caeſar, triplici invectus Romana triumpho
Moenia, DIs Italis votum inmortale ſacrabat.
Maxima tercentum totam delubra per Urbem
Laetitia, ludiſque viae plauſuque fremebant:

Omni-

SERVII.

710. IAPYGE FERRI. Vento, qui de Apulia flans, optime ad [97] Orientem ducit. *Iapygia* enim Apulia dicta eſt. Horatius I. Od. 3. [98] *Obſtrictis aliis praeter Iapyga.* [99] [Quem Varro De ora maritima *Argeſten* dicit, qui de Occidente aeſtivo flat: hic in Apulia peſtilens eſt.]

711. MAGNO CORPORE. [1] [Aut ita eum, tanquam deum, corpore formatum accipiendum eſt: aut *magno*,] ſeptemfluo, [2] [& non *corpore moerentem*, ſed *magno corpore pandentem ſinus.*]

713. VOCANTEM CAERULEUM IN GREMIUM. Hoc de hiſtoria eſt: nam legitur, Cleopatram praeſagio mortis futurae oblitam eſſe receſſus Aegypti petere: in quibus facile poterat bella reparare. De qua re ſe moriens dicitur increpaſſe. [3] [Bene ergo Poëta adjicit hortatum fuiſſe Nilum, ut interius fugeret, ideo: *Tota veſte vocantem Caeruleum in gremium.*] LATEBROSAQUE FLUMINA. [4] Quia Nili origo neſcitur; licet Plinius dicat, haud longe ab Aethiopia Maurorum, poſt majorem Atlantem, lacum eſſe, ex quo Nilus erumpit. Quod videtur eſſe veriſimile ex belluarum ſimilitudine.

714. TRIPLICI TRIUMPHO. Tres enim Auguſtus habuit triumphos: nam primo die triumphavit exercitus, qui Antonium vicerat [5] [navali bello;] ſecundo, qui Dalmatas vicerat; tertio, ipſe cum Alexandrino eſt ingreſſus triumpho.

715. [6] [DIIS ITALIS VOTUM IMMORTALE SACRABAT. Videtur aedem Apollinis dixiſſe, quae eſt in Palatio.

716. TERCENTUM. [7] Pro, multis.

717. LUDISQUE VIAE, PLAUSUQUE FREMEBANT. Hoc eſt, [8] Compitalitii ludi celebrati ſunt. [9] [Et eſt Zeugma: nam & *delubra fremebant.*]

VARIORUM.

mundo. HEINS.

Ibid. MORTE FUTURA. *Caede futura* Oudartii. vid. ad Lucan. IV. 516.

710. IAPYGE. *Iapige* Parrhaſ. *Iapide* Dorvill.

711. MAGNO. *Magni*, id eſt Pompeji, Waddel. Animad. Critic. p. 27. cur maerentem vocet Nilum, vid. Brouckhuſ. ad Prop. III. IX. 51.

712. PANDENTEMQUE. *Pandentem ſinus, & tota* Parrhaſ.

Ibid. TOTA VESTE. Giphanius Indice Lucretiano contendit *torta veſte* corrigi debere. etiam in Auſoniano, quem mox ſubjiciemus, loco. Vide illum, in *Amictus coeli.* ſed fallitur. Naſo VI. Metam. 298.

Ultima reſtabat, quam toto corpore mater,
Tota veſte tegens &c.

Statius arbore Atedii III. Silv. II. 32.

Vidit, & in fontem niveos ne panderet artus
Sic tota cum veſte ruit.

Maronis hunc locum manifeſte reſpexit Auſonius Moſella 368.

Naviger undiſona dudum me mole Saravus
Tota veſte vocat.

Stant & pro vulgata ſcriptura codices vetuſti & Agroecius de Orthographia, apud Scholiaſten tamen

97 herentem R. Tarentum Steph. ad orientem ducit, vel Tarentum. Horatius Lipſ. 98 *obſtrnſis* Baſil. *obſtructis* Fabr. 99 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 1 deſunt iisdem. 2 deſunt iisdem. 3 deſunt iisdem. 4 quia nil origine ſcitur R. pro de origine, mox, ex quo erumpit Voſ. R. Steph. al. 5 deſunt iisdem. vid. Sueton. Aug. XXII. 6 deſunt iisdem ad ℣. 717. 7 hoc eſt pro multos Dan. 8 per compitalitia ludi Fabr. al. forte compitalitia ludi, ut *megaleſia, floralia ludi* dicuntur. vid. ad Quinctil. lib. 1. c. 5. p. 65. 9 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al.

Omnibus in templis matrum chorus, omnibus arae:
Ante aras terram caeſi ſtravere juvenci.
Ipſe, ſedens niveo candentis limine Phoebi,
Dona recognoſcit populorum, aptatque ſuperbis
Poſtibus: incedunt victae longo ordine gentes,
Quam variae linguis, habitu tam veſtis & armis.
Hîc Nomadum genus, & diſcinctos Mulciber Afros,

Hîc

SERVII.

720. CANDENTIS LIMINE PHOEBI. In templo [10] [Apollinis, in Palatio] de ſolido marmore effecto, quod adlatum fuerat de Portu Lunae, [11] qui eſt in confinio Tuſciae & Liguriae: [12] [ideo ait *candentis*.]

721. DONA RECOGNOSCIT POPULORUM. Aurum coronarium dicit, quod [13] triumphantibus hodieque a victis gentibus datur. Imponebant autem hoc imperatores propter conceſſam [14] immunitatem. Ideo ergo dixit *dona*: [15] nam ſi hoc non eſſet, ſpolia diceret. [16] [APTATQUE SUPERBIS POSTIBUS. Porticum enim Auguſtus fecerat, in qua ſimulacra omnium gentium conlocaverat, quae porticus appellabatur *Ad nationes*.]

724. HIC NOMADUM GENUS. Atqui Antonius Orientis habuit populos; ſed intelligamus has gentes Africae operas ſuas locaſſe: & ſimul cum Antonio ab Auguſto eſſe ſuperatas. DISCINCTOS. Vel habitum eorum oſtendit, qui uſque in talos [17] fluebat: quod Plautus ridet in Poenulo v. II. 15. dicens: [18] *Quaenam illaec avis?* cum Afrum vidiſſet, veſtem demiſſam trahentem; [19] [neque enim utuntur hodieque zonis:] aut *diſcinctos*, [20] inhabiles militiae: omnes enim, qui militant, cincti ſunt: aut inefficaces; ut contra *praecinctos*, ſtrenuos dicimus. Horatius I. Sat. v. 6. *Altius ac nos* [21] *praecincti ſunt*: unde & Graece εὔζωνος appellatur, non qui bonam zonam habet, [22] ſed qui eſt ſtrenuus. [23] MULCIBER. Vulcanus: ab eo, quod totum ignis permulcet: [24] [aut quod ipſe [25] mulctatus pedes ſit, ſicut quibuſdam videtur: aut quod igni mulctatur.]

VARIORUM.

men Crucquianum Horatii lib. I. Od. 37. legitur *tuta veſte*. idem *lacrimoſaque flumina*; pro *latebroſa*. ſed mendoſe. HEINS. *Sinum & tota quem* Leidenſis. *ſinum* & *totaque in* primus Rottend. *totaque in* Menagii prior. *torta* etiam Valeſius in Valeſianis pag. 176.

716. DELUBRA. *De turba* Parrhaſ.

717. LUDISQUE. *Laudiſque* Parrhaſ. & Leidenſis. *Plauſumque* Dorvil.

718. OMNIBUS ARIS. *Omnibus arae* ſcripti omnes, excepto Veneto. bene. HEINS. *Ara* Parrhaſ.

719. TERRAM. *Terras* Dorvill.

721. RECOGNOSCENS. Id eſt diligentius nunc expoſita ordine inſpiciens, & quae antea quaſi acervatim adlata eſſent, nunc ſingula diſcernens, & quae cuique loco eſſent reponenda. Nam haec vis verbi *recognoſcere*, ante jam viſa, vel nota, diligentius excutere. Ovid. I. Faſt. 5.

Sacra recognoſces, annalibus eruta priſcis.

Minut. Fel. cap. XXI. *Lege Stoicorum ſcripta vel ſcripta ſapientium, eadem mecum recognoſces*. ubi *re* abundare, & pro *cognoſcere* capiendum vult quidam. ſed vis eſt ejus particulae iterum cognoſcere, in memoriam olim nota revocare. BURM.

Ibid. APTATQUE. *Actatque* Dorvill.

724. MUL-

10 deſunt iisdem. 11 qui eſt in Liguria Voſ. R. Steph. al. fuerat de Liguria, reliquis ad ℣. 721. omiſſis Lipſ. 12 deſunt iisdem. 13 deeſt iisdem. 14 vitam Steph. Dan. Fabr. al. vitam emunitatem (pro & immunitatem) Voſ. conceſſa munita R. conceſſam monetam Lipſ. 15 deeſt Dan. nam. s. h. n. e. nam ſpolia d. R. 16 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 17 fluebant R. 18 *quae eſt illa avis* Voſ. R. Steph. al. *quaenam illaec avis eſt* Dan. Fabr. ut hodie etiam in Plauto legitur. 19 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 20 inhabitales Voſ. 21 *praecinti ſunt unam* Voſ. R. pro *praecinctis unum*, quod accidit, quia litera *s* paſſim in illis codicibus pro *ſunt* poni ſolet, linea ſuperducta, ut in Voſſiano eſt *praecincti s unum*. BURM. 22 ſed ſtrenuus Voſ. Dan. ſed et ſtrenuus R. 23 mulcifer Voſ. R. 24 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 25 mulcatus, & mox, mulcatur Dan.

Hîc Lelegas, Caraſque, ſagittiferoſque Gelonos
Finxerat. Euphrates ibat jam mollior undis,
Extremique hominum Morini, Rhenuſque bicornis;
Indomitique Dahae, & pontem indignatus Araxes.
Talia, per clipeum Volcani, dona parentis
Miratur, rerumque ignarus imagine gaudet;

Ad-

SERVII.

725. LELEGAS. Theſſalos. Lucanus de Theſſalia VI. 383. *Mox Lelegum dextra preſſum deſcendit aratrum.* CARASQUE. *Carae*, inſulani populi fuerunt, [26] piratica famoſi, victi a Minoë, ut & Thucydides & Salluſtius dicunt. GELONOS. Populos Scythiae.

726. EUPHRATES IBAT JAM MOLLIOR UNDIS. Sentiens quaſi, ſe eſſe ſuperatum. Horatius II. Od. 9. *Minores volvere vertices.*

727. MORINI. Populi Galliae, in finibus, qui Britanniam ſpectant, [27] [proximi Oceano.] RHENUS. Fluvius Galliae, [28] [qui Germanos a Gallia dividit.] BICORNIS autem, [29] [aut commune eſt omnibus fluviis, aut proprie de Rheno:] quia per duos alveos fluit; per unum, qua Romanum imperium eſt; per alterum, qua interluit Barbaros: [30] [ubi jam Vahal dicitur, & facit inſulam Batavorum.]

728. INDOMITIQUE DAHAE. Populi Scythiae, [31] [a parte Septentrionali, juncti Perſidi: unde Dani dicti.] PONTEM INDIGNATUS ARAXES. Hic Armeniae fluvius, [32] [quem pontibus niſus eſt Xerxes conſcendere: vel [cui Alexander Magnus pontem fecit, quem fluminis incrementa ruperunt: poſtea Auguſtus firmiore ponte eum ligavit: unde ad Auguſti gloriam dixit: *Pontem indignatus Araxes.*

729. PER CLYPEUM VULCANI. Hic diſtinguendum: nam *Vulcani parentis*, non procedit.] PARENTIS. [33] Nunc honoris.

730. [34] [RERUM Futurarum, quae nondum fuerunt.] [35] [IMAGINE GAUDET. Ignarus erat veritatis, ſed triumphorum imagine delectabatur.

VARIORUM.

724. MULCIBER. In vetuſtis exemplaribus, tam apud noſtrum, quam alios ſcriptores antiquos, *Mulcifer*, non *Mulciber* frequenter exaratum offendas. quod crederent ſemidocti librarii a mulcendo ferro id nomen deduci. At vero Macrobius hoc loco Maronis prolato libr. VI. Saturn. cap. 5. nomen ſimplex eſſe non compoſitum aſſeverat. ut *Gradivus.* addita hac interpretatione. *Mulciber eſt Vulcanus, quod ignis ſit, & omnia mulceat ac domet.* HEINS. Commentator Crucquianus ad Horatii Art. Poët. 50. *diſcinctos Celtiber Afros* producit. vitioſe. certe *Mulciber* omnes praeter Gudian. Schol. Lucan. ad lib. X. 447. *diſtinctos Mulciber Afros:* etiam mendoſe. & ita Leidenſis. *divinctos* Gudian. *diſvinctos* Francian. *Mulcifer* Dorvillianus.

725. HIC. Tam hic, quam proximo verſu *hinc* in nonnullis codicibus. quidam hoc loco *hinc*, & mox *his*. alii hoc loco cum vulgatis faciunt, & mox *hinc* prae ſe ferunt. HEINS. *Numadum* maxima pars codicum. *Hinc Nomadum* Rottend. pr. *Hinc Lelegas* decem Codd. *hinc relegas ceraſque* Dorvil. *Carraſque* multi & Ed. Junt. *Gelones* Vratiſl. & Parrhaſ.

726. FINXERAT. *Pinxerat* alios legere notat Taubm.

727. MORINI. *Norini* Parrhaſ.

728. DAHAE. *Daſae* Dauſquejus ad Silium Italicum libro XIII. 764. corrigebat. ſed aliter ſcripti. HEINS. In quibus, *Dahae*, *Dachae*, *Dachi*, *Daci*,

26 piraticam exercentes, famoſi Baſil. 27 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 28 deſunt iiſdem. 29 deſunt iiſdem. 30 deſunt iiſdem. ubi jambal Baſil. & antiq. Edd. Jan. Douza Annal. Holland. lib. VI. p. 291. legit *Sincfal.* BURM. 31 deſunt Voſ. R. Lipſ. Steph. al. 32 deſunt Dan. reliqua vero R. Lipſ. Steph. ad *Parentis* ỳ. 729. deſunt. 33 id eſt matris Fabr. deſunt Steph. Dan. credo legendum *nunc Veneris.* in Baſil. in aliquibus autem libris ita habetur: per clypeum Vulcani. hic diſt. e. n. Vulcani parentis non procedit, nam dona parentis, id eſt matris accipiendum eſt. ſed in Voſ. non procedunt. in quo pleraque alio ordine erant poſita. 34 deſunt Dan. Baſil. 35 deſunt R. Steph. & Lipſ. ad *famamque* ỳ. 731.

Adtollens humero famamque, & fata nepotum.

SERVII.

731. [36] [ATTOLLENS HUMERO FAMAMQUE ET FACTA NEPOTUM. [37] [Si *fata* legeris, hoc eſt, quod nepotes fataliter fecerunt. Hunc verſum notant Critici, quaſi ſuperfluo & inutiliter additum, nec convenientem gravitati ejus: namque eſt magis neotericus.] [FAMAMQUE. Gloriam. NEPOTUM. [38] Poſterorum.]

VARIORUM.

Daci, *Dacae*. v. ad Lucan. VII. 429. *& ponte* Montalbanus. *Araxis* prior Hamburgicus.

731. ATTOLLENS. Hunc verſum jure notatum credo, ut a gravitate alienum & fere frigidum. illud *impreſſum nefas* lib. x. 497. hinc non longe abit. ſic ſatis quoque floride Juſtinus lib. xxx. 4. *Ferenteſque in bellum Macedones majorum ſuorum antiquam & obſoletam gloriam, Romani virentem recentibus experimentis virtutis florem.* DORVILLIUS.

Ibid. FATA. *Facta* duo Moreti, Bigotianus, tertius Mentelii, & Hugenianus a manu ſecunda. *flammamque* Mediceus. *humeris* Parrhaſ.

36 deſunt R. Steph. ſed Voſ. & Baſil. deſunt ad *hunc verſum*. 37 deſunt Dan. 38 poſteriorum Baſil.

 P. VIR-

Digitized by Google



P. VIRGILII MARONIS *Aeneidos.*

LIBER NONUS.

ATQUE ea diverſa penitus dum parte geruntur,
Irim

SERVII.

1. ATQUE EA DIVERSA PENITUS DUM PARTE GERUNTUR. In hoc libro mutatio eſt omnium rerum: nam & aliae perſonae, & loca alia ſunt, & alud negotium incipitur. Ab Aenea enim tranſit ad Turnum; a Tuſcia ad Ardeam; a petitione auxiliorum ad bellum; quem [1] tranſitum quidam culpant, neſcientes Virgilium prudenter junxiſſe ſuperioribus negotiis ſequentia, per illam particulam, *Atque ea diverſa penitus dum parte geruntur.* Scilicet dum offeruntur arma, dum dantur

1 Tranſitum ad Turnum Baſil.

Irim de coelo miſit Saturnia Juno
Audacem ad Turnum. Luco tum forte parentis
Pilumni Turnus ſacrata valle ſedebat.
Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore locuta eſt:
Turne, quod optanti Divûm promittere nemo

Au-

SERVII.

tur auxilia. [2] [DUM enim, cum ſit conjunctio, hic tamen adverbii vim obtinet. Terentius Eun. II. III. 28. *Mea nihil refert, dum potiar modo.*] Sane formatus eſt iſte liber ad illa Homeri, ubi dicit per noctem egreſſos eſſe [3] Diomedem & Ulyxem, cum capto Dolone caſtra penetrarunt: nam partem maximam & oeconomiae & negotiorum exinde habet. DIVERSA PENITUS. Valde diverſa, [4] id eſt, longius remota, [5] [vel apud Pallanteum, vel in Etruria:] unde paulo poſt dicit: *Nec ſatis, extremas Corythi penetravit ad urbes, Lydorumque manum.*

2. IRIM. *Iris*, quaſi ἔρις dicta eſt: nunquam enim ad conciliationem mittitur, ſicut Mercurius; ſed ad diſturbationem. Et eſt miniſtra non tantum dearum, ſed & deorum: [6] [nam praeter Homerum] & Virgilius hoc probat, dicens inf. 803. *Aëriam coelo nam Juppiter Irim Demiſit, germanae haud mollia juſſa ferentem.*]

3. AUDACEM AD TURNUM. Fortem, ſine felicitate; ſicut de Pallante diximus VIII. 110. [7] [& modo audaciae laus opportuna, quia ad audendum exhortandus eſt.]

4. PARENTIS PILUMNI. *Pilumnus* & *Pithumnus* fratres [8] fuerunt, & Dii: horum *Pithumnus* uſum ſtercorandorum invenit agrorum: unde & *Sterquilinius* dictus eſt; *Pilymnus* vero pinſendi frumenti: unde & a piſtoribus deus colitur. Ab ipſo etiam *pilum* dictum eſt. [9] [Quidam *Pilumnum* & *Pithumnum* Caſtorem & Pollucem accipiunt: nonnulli [10] laudum deos: Varro conjugales deos ſuſpicatur.] SACRATA VALLE. Ideo *Sacrata*, quia, ut diximus ſupra I. 441. nunquam eſt lucus ſine religione. SEDEBAT. Ut Aſper dicit, *erat*: quae clauſula antiqua eſt, & de uſu remota. Secundum Plautum autem, *ſedere*, eſt conſilium capere, qui inducit in Moſtellaria fragm. ſervum dicentem: *Sine, juxta aram ſedeam, & dabo meliora conſilia.* Sed ſecundum augures, *ſedere*, eſt augurium captare: namque poſt deſignatas coeli partes a ſedentibus [11] captantur auguria: quod & ipſe ſupra oſtendit latenter, inducens Picum ſolum ſedentem, ut VII. 187. *Parvaque ſedebat Succinctus trabea:* [12] [quod eſt augurum, cum alios ſtantes induxerit: ergo *ſedebat*,] aut erat, aut conſilia capiebat, aut augurabatur. [13] [Unde & hic *lucus* vice aedis ſacratae accipi debet: quod plenius illo loco dictum eſt VII. 174. *Hoc illis curia templum.* Aut, quia in locis ſacris ſedentes, qui conſilia habituri erant, curiam in templo haberent: quod Numa cum ſciret, Veſtae aediculam, non templum, ſtatuit; ne ibi Senatus haberi poſſet, & ipſa neceſſitate vir introiret locum: nam & ipſa *conſilia* a *ſedendo*, quaſi *conſidia*, dicta ſunt: ſedentium enim animi tranquilliores fiunt.]

5. THAUMANTIAS. Secundum poëticam, Thaumantis filia. Caeterum ex admiratione hoc nomen accepit, [14] [quae admiratio de ejus coloribus naſcitur: & Graece θαῦμα dicitur.]

6. DIVUM PROMITTERE NEMO. *Nemo*, pro *nullus* poſuit, & eſt Acyrologia: nam, *divum nemo*, non poſſumus dicere, cum proprie *nemo*, ſit [15] nec homo.

VARIORUM.

3. AD TURNUM. *Ad Rutulum* alter Voſſianus.

2 deſunt Voſ. R. Steph. al. 3 Diomeden & Ulixen R. Voſ. 4 & longius Steph. diverſa, longius rem. Baſil. 5 deſunt Voſ. R. Steph. al. 6 deſunt Steph. Baſil. nam praeter deorum R. 7 deſunt Voſ. R. Steph. al. 8 fuerunt Dii. Voſ. R. Baſil. & ita ex Andino codice reſtituit Gronov. ad Liv. XXIV. 23. & praeterea, *ſtercorandi agrorum, unde & ſtercelinius dictus.* *Sterculinius* Voſ. R. vid. ad I. Georg. 21. *Stercutium* vocat inſ. ad X. 76. Servius. ubi & *Picumnus* vocatur pro *Pitumno*, & forte rectius hic quidam *Pitumnus*, facili mutatione *e* in *t*. BURM. 9 deſunt Voſ. R. Steph. al. 10 ſ. *infantum.* ut lib. X. 76. 11 captabantur Dan. captare namque auguria R. 12 deſunt Steph. 13 deſunt Voſſ. R. Steph. al. 14 deſunt iisdem. haec eadem leguntur apud Scholiaſten Statii ad lib. I. Achil. 220. quia admiratio, malim. 15 ne homo Voſ.

Auderet, volvenda dies, en, adtulit ultro.
Aeneas, urbe, & ſociis, & claſſe relicta,
Sceptra Palatini, ſedemque petit Euandri.
Nec ſatis: extremas Corythi penetravit ad urbes:
Lydorumque manum, collectos armat agreſtis.
Quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poſcere currus.

Rum-

SERVII.

7. AUDERET. Docet per tranſitum, multa interdum [16] temporum ratione provenire, quae numina praeſtare non poſſunt: quod etiam paulo poſt ꝟ. 97. in Matris deum petitione Juppiter probat, dicens: *Cui tanta Deo permiſſa poteſtas*. VOLVENDA. Pro, volubilis. [17] [AENEAS URBE ET SOCIIS. Ab occaſione: & oſtendit, quid illi expugnandum ſit: quia caret defenſore.. [URBE. Urbs iſta, quae eſt tutam * VII. 157. *Ipſe humili deſignat moenia foſſa*.] Hanc *Caſtrum Laurens* ait dici Varro, oppidum tacet; ſed ubi primum Aeneas egreſſus ſit, eum locum *Trojam* nuncupari [18] tradit.

9. PALATINI. Prolepſis eſt.]

10. NEC SATIS. Quia occurrebat, ab Euandro eum facile poſſe remeare. CORYTHI PENETRAVIT. [19] [Ut totam Etruriam peragraſſe videatur.] *Corythi* autem, montis Tuſciae, qui, ut diximus VII. 209. nomen accepit a Corytho rege, cum cujus uxore concubuit Juppiter, unde natus eſt Dardanus. [20] [*Penetravit* autem, bene, quia ſupra dixerat, *penitus*.

11. LYDORUMQUE MANUM. Omnia haec ad occaſionem faciendi pertinent, ex longinquitate, ut dictum eſt, regionis.

12. NUNC TEMPUS. A metu.] ARMAT AGRESTES. Ne ei formidinem injiciat, *agreſtes* eſſe commemorat.

VARIORUM.

nus. HEINS. Et ſecundus Moreti. *in luco* Franciarus.

4. SACRATA VALLE. *Secreta* Scholiaſtes Statii Theb. I. 104. ſed aliter Nonius Marcellus verbo *ſedet*. & is ipſe Scholiaſtes ad Achill. I. 593. *ſecreta* tamen eſt in quarto Moretano. HEINS. Vid. ad II. Aen. 157.

5. LOCUTA EST. *Eſt* deeſt ſecundo Moreti. *Teumantias* Zulichemius.

6. DIVUM PROMITTERE NEMO. *Nemo pr. Divum* Parrhaſ. *attulit* illuſtrant notae Gronovii & Drak. ad Liv. XXVII. 13.

7. VOLVENDA. Vid. Catroeus.

8. URBE. *Turba* prior Hamburgenſis pro varia lectione.

9. PALATINI. *Palantini ſ. petivit* Dorvil.

Ibid. PETIT. Haec lectio defenſa a Politiano Miſcel. LXXI. quem nunc ſequimur. FABR. *Petit* Mediceus & Gudianus probe. caeteri noſtri omnes *petivit* contra metrum. HEINS. *Petivit* Edd. pr. & Med. *regnumque petivit* Ald. vid. Erythr. Ind.

10. CORYTHI. Ita ex ſcriptis reponendum. quod Lydum ac Phrygium nomen, quomodo & Paridis filius eſt dictus. ſupra id ipſum quoque nomen mendoſum exſtabat. vide notas Aeneidos III. 170. HEINS. *Corithi*, *Choriti* ſcripti.

11. COLLECTOSQUE. *Collectos* codices plerique noſtri. *& collectos* in Pierianis nonnullis, quomodo Montalbanius, alter Mentelius, tertius Rottendorphius, prior Hamburgenſis. etiam Gudianus a manu prima. mihi epexegeſis hoc loco mirifice placet. HEINS. *Manus* alter Menagii & Leidenſis. *& collectos* Regius. *collectoſque* Parrhaſ. & Ed. Venet. *manum collectos* Dorvil.

12. CURRUS. *Currum* alter Menagii. *curſus* ſecundus Rottendorphii. ita lib. X. 581.

Nec Diomedis equos nec currus cernis Achillis.

ubi etiam *currum* alii codices. vid. & lib. XII.

[16] temporis Steph. Fabr. al. [17] deſunt Voſ. R. Steph. al. ad ꝟ. 10. in Fabr. deerat ab URBE. ad *hanc*. in corruptis a Daniele editis verbis forte legendum, *urbs iſta*, *quae eſt dicta Troja*, ut *ipſe* &c. vid. inf. ad ꝟ. 48. BURM. [18] tradit * Dan. vid. ad lib. VII. 158. & XI. 316. [19] deſunt Voſ. R. Steph. al. [20] deſunt iiſdem. ad *armat* ꝟ. 12.

Rumpe moras omnis, & turbata adripe caſtra.
Dixit, & in coelum paribus ſe ſuſtulit alis;
Ingentemque fuga ſecuit ſub nubibus arcum.
Adgnovit juvenis, dupliciſque ad ſidera palmas
Suſtulit, & tali fugientem eſt voce ſecutus:
Iri, decus coeli, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? unde haec tam clara repente
Tempeſtas? medium video diſcedere coelum,

Pa-

SERVII.

13. ET TURBATA ARRIPE CASTRA. Aut *arripe* & *turba*: aut turbata invade, per abſentiam Aeneae [21] [inordinata: aut certe, turba & arripe.]

14. PARIBUS ALIS. Id eſt, aequalibus: & oſtendit aequalem volatum.

15. FUGA. Pro veloci reditu: neque enim fugit.] SECUIT SUB NUBIBUS ARCUM. [22] Hoc eſt, duxit, ut VI. 900. *Ille viam ſecat ad naves*. Et re vera arcus ipſe variis coloribus ſectus eſt. Bene autem SUB NUBIBUS, quia ſine nubis beneficio arcus non videtur.

16. AGNOVIT JUVENIS. [23] [Deeſt, *eam*: &] Irim tantum agnovit; non & a quo miſſa eſſet, utrum a Jove, an a Junone. Hinc eſt, quod dicit: *Quis te mihi nubibus actam Detulit in terras?* [24] [unde apparet, eum ſciſſe nuntiam illam & Jovis, & Junonis eſſe.]

19. REPENTE. Item aliud augurium: nam, cum Iris ſine nubibus non poſſit videri, poſt ejus abſceſſum ſtatim eſt ſecuta ſerenitas. CLARA autem, bene addidit: quia *tempeſtas τῶν μέσων* eſt.

20. [25] DISCEDERE COELUM. Chaſma dicit factum, id eſt, ſubitam aëris diſceſſionem & quendam receſſum: per quod vult videri [26] inter chaſma Irim ſe recepiſſe. MEDIUM autem bene dixit: nam eſt & ſummum: unde eſt lib. I. Aen. 226. *Sic vertice coeli Conſtitit*. Nubes autem in medio ſunt, [27] ubi omnia iſta fiunt ſigna, quae dicit, id eſt, Iris, ſerenitas, chaſma: nam ſi in ſummo fierent, nullus videre potuiſſet. Humani enim oculi altiorem & nimium ſplendorem ferre non poſſunt. Sane chaſma eſt (ita enim Plinius II. 26. vocat) [28] diſruptio, & quidam coeli [29] diceſſus. [30] [In Auguralibus libris inter oſtenta etiam coelum diſciſſe dicitur. Et quidam hic *coelum* pro aëre accipiunt, ut Lucretius IV. 133. *In hoc coelo, qui dicitur aër*.]

VARIORUM.

XII. 624. & alibi. *non poſcere* Dorvil. BURM.

13. TURBATAQUE. *Et turbata* codices noſtri. etſi alterum malit Giphanius Indice Lucretiano. vel etiam *turbata arripe*. HEINS. *Eripe* Oudartii. *turbataque* Serv. infr. ad ỹ. 147.

17. AC TALI. *Et tali* cum Mediceo, priore Menteliano, Leidenſi & quinque aliis. HEINS. *Ac tali* Dorvill.

18. ACTAM. *Aptam* Dorvill.

19. TAM CLARA. *Tibi clara* Montalbanius.

20. DISCEDERE COELUM. Hanc lectionem *diſcedere* propriam & elegantem antiqui libri Aldini habent, & imitando ſignificavit veram eſſe Vida. *Diſcedere* hoc loco & apud Ciceronem Divinatione, eſt idem, quod Graecis χάζειν. & ejuſmodi diſceſſus coeli *Chaſmata* Plinius nominavit: cujuſmodi horribile fuit in Hermunduris & Melibocis, ante quadriennium, die ſexta Novembris. FABRIC. *Medium video*, ſcripti codices conſtanter. & ſic Seneca lib. VII. Nat. Quaeſt. 20. pro *diſcedere* tamen Mentelianus uterque cum aliis compluribus *diſcindere*, quod & vetuſtas editiones occupavit. fruſtra. pro altera ſcriptura videantur quae collegi ad Ovid III. Faſt. 371. curis ſecundis. & ita

21 deſunt iiſdem. ad *ſecuit* ỹ. 15. 22 hoc dixit, ut *ille* Steph. 23 deſunt Voſ. R. Steph. al. 24 deſunt iiſdem. 25 DESCINDERE R. Steph. Fabr. al. 26 caſma ſe recepiſſe Voſ. caſmatri recepiſſe R. chaſ.ma tum Irim ſe recepiſſe Steph. Baſil. omiſſo τῷ *inter*. 27 ubi ſunt omnia ſigna Baſil. ubi omnia fiunt ſigna Voſ. R. Steph. 28 diruptio Baſil. 29 receſſus Voſ. R. Dan. Fabr. Baſil. quae & , *diruptio* habet. 30 deſunt Voſ. R. Steph. al.

Palantiſque polo ſtellas. Sequor omina tanta,
Quiſquis in arma vocas. Et ſic effatus ad undam
Proceſſit, ſummoque hauſit de gurgite lymphas,
Multa deos orans; oneravitque aethera votis.
Jamque omnis campis exercitus ibat apertis,
Dives equûm, dives pictaï veſtis & auri.
Meſſapus primas acies, poſtrema coërcent
Tyrrhidae juvenes: medio dux agmine Turnus.

[Ver-

SERVII.

21. PALANTESQUE POLO STELLAS. Bene *palantes*, quaſi in alienum tempus errore venientes: [31] [aut *palantes*, quae ſunt *palantes*, epitheton ſtellarum perpetuum.] OMINA TANTA. Scilicet coeleſtia. [32] [Et hic *omina* pro ſignis vel auſpiciis poſuit.]

22. QUISQUIS IN ARMA VOCAS. Vel Juno, vel Jupiter.

24. ONERAVITQUE AETHERA VOTIS. Iterum atque iterum: [33] [aut alia atque alia] eſt vota pollicitus. Locus autem iſte dictus eſt ſecundum augurum morem, apud quos fuerat conſuetudo; ut, ſi poſt acceptum augurium ad aquam veniſſent, inclinati [34] aquas haurirent exinde manibus, & fuſis precibus vota promitterent, ut viſum perſeveraret augurium, [35] quod aquae interceſſu [36] diſrumpitur: unde etiam in duodecimo, viſum augurium non procedit, nec ſortitur exitum firmum; quia cygnus, dimiſſus ab Aquila, in fluvium cecidit, ut XII. 255. *Praedamque ex unguibus ales Projecit fluvio.* Hinc videtur etiam, [37] Turnum minime potuiſſe liberari.

25. JAMQUE OMNIS CAMPIS EXERCITUS IBAT. Intelligamus hunc exercitum primo confuſe in campos ruiſſe; poſt digeſtum in ordines, ut ſit ſequentium fluminum congrua comparatio: quae flumina dicit poſt camporum inundationem in alveos ſuos reverti: nam hoc vult dicere: ut de campis flumina in alveos ſuos redeunt, ſic digeſta eſt in acies militum multitudo, quae fuerat ante diffuſa.

26. DIVES EQUUM. Per genitivum frequentius utimur hac figura, quam per ablativum. [38] [Sane hic ſecutus veteres, cujus rei *dives* addidit, cum alibi ſubtraxerit lib IV. Aen. 263. *Dives quae munera Dido:* & VII. 11. *Dives inacceſſos ubi Solis filia lucos.*]

27. COERCENT. Cogunt, colligunt; [39] [alias, continent; alias, compeſcunt; nonnulli *poſtrema*, pro, poſtremas partes accipiunt.

VARIORUM.

ita praeter Mediceum, prior Voſſianus, Menagianus uterque, primus tertiusque Moretani, tum & Gudianus a manu prima. *diſcedere* etiam Seneca agnoſcit, in cujus editionibus quibusdam etiam *Pallenteſque polo ſtellas.* aliter Lipſius in ſua editione expreſſit. *Pallenteſque* etiam in membranis nonnullis eſt deprehendere. HEINS. *Diſcindere* Dorvil. Edd. Venet. Mediol. & Ald. *dehiſcere* Sprotianus. ex Homero deſumtum, qui Iliad. I. 554.

Οὐρανόθεν δ' ἄρ' ὑπεῤῥάγη ἄσπετος αἰθήρ.

deinde *Pollenteſque* Francian. & a m. pr. Vratiſlav. vid. Lucret. VI. 85. *Pallanteſque* Dorvill.

21. SEQUOR. *Sequar* Mediceus & alii multi. ego ſequor alterum. HEINS.

23. PROCESSIT. *Praeceſſit* Leidenſis. *Nimphas* Dorvil. a m. ſec.

24. ONERAVITQUE. *Oneravit* ex ſcriptis Giphan. Indice Lucretiano pag. 468. HEINS. Vid. ad lib. V. 167.

25. JAMQUE OMNIS. *Jamque adeo* in Mediceo a ſe-

31 deſunt iisdem. 32 deſunt iisdem. 33 deſunt iisdem. 34 deeſt iisdem. 35 quod aquae interceſſu diſrumpitur firmum eſt Steph. al. & R. ſed *eſt* deeſt. 36 dirumpitur Voſ. R. 37 Turno R. Turnus Voſ. Steph. al. 38 deſunt Voſ. R. Steph. al. 39 deſunt iisdem ad ℣. 31.

[Vertitur arma tenens, & toto vertice ſupra eſt.]
Ceu ſeptem ſurgens ſedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,
Quum refluit campis, & jam ſe condidit alveo.
Hic ſubitam nigro glomerari pulvere nubem
Proſpiciunt Teucri, ac tenebras inſurgere campis.
Primus ab adverſa conclamat mole Caïcus:
Quis globus, o cives, caligine volvitur atra!

Fer-

SERVII.

30. SEDATIS AMNIBUS. Quia Nilus exundat aeſtate, cum caetera flumina imminutione quieta ſunt.]

31. ALTUS PER TACITUM GANGES. Fluvius Indiae eſt, qui, ſecundum Senecam, in ſitu Indiae, novem alveis fluit; ſecundum [40] Melam III. cap. 7. ſeptem: qui tamen & ipſe commemorat nonnullos dicere, quod tribus tantum alveis fluat. Virgilius tamen, Nilo eum jungens, ſeptem alveos habere ſignificat. Hanc varietatem Donatus fugiens longum Hyperbaton facit, dicens: *Ceu ſurgens ſeptem amnibus Nilus aut Ganges.* ALTUS PER TACITUM. Sane bene addidit *Per tacitum altus*, hoc eſt, [41] per profundam altitudinem: nam licet [42] creſcat, [43] intra ripas tamen eſt; nec, [44] [ut Nilus,] ſuperfunditur campis: unde Aſper diſtinxit, *altus per tacitum.* [45] [Et bene agmen exercitus flumini comparavit: quia & fluviorum agmina ipſe dicit II. 782. *Leni fluit agmine Tybris.*] PINGUI FLUMINE NILUS. *Nilus*, dictus eſt quaſi [46] *νέαν ἰλύν*, hoc eſt, *novum limum* trahens: quod volens exprimere dixit, *Pingui flumine*, id eſt, fluore, quae res foecundam efficit terram, quod & ipſe in Georgicis oſtendit dicens II. 187. [47] *Liquuntur montibus amnes, Felicemque limum.* Item IV. Georg. 291. *Et viridem Aegyptum nigra foecundat arena.*

32. [48] [CUM REFLUIT CAMPIS. Hoc eſt, a campis rediit: tunc enim omnia ora ejus apparent; alias, cum abundat, una ejus facies eſt.

35. AB ADVERSA. Caſtris oppoſita, an venienti agmini?] QUIS GLOBUS. Id eſt, quantus: admirantis enim eſt, non interrogantis: nec enim interrogat qui nuntiat.

VARIORUM.

a ſecunda manu. placet. HEINS.

27. MESSAPUS. *Meſapus* Ald. & ita ſemper Dorvil. qui & *prima*. & mox *Turidae*.

29. VERTITUR ARMA TENENS. In pleriſque libris hic verſus deſideratur: &, ſi dicendum eſt, huc tranſlatus videtur ex VII. Aeneid. 784. FABRIC. Deeſt in Pierianis pleriſque hic verſus, etiam in Mediceo ac Menteliano utroque, tribus Rottendorphiis, Gudiano, Moretanis omnibus, ac caeteris pleriſque. & recte quidem. jam enim eumdem verſum ſupra lib. VII. 784. habuimus. *arma gerens* Scholiaſtes Statii Theb. I. 201. HEINS. Deeſt & Franciano, Regio & Parrhaſ. *eſt* deeſt Dorvill.

31. PER TACITUM. Hoc egregie illuſtrat Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. XV. 145.

32. CAMPIS. *Ripis* Bigotianus. *alvo* Francianus. Caſtalio Decad. VII. cap. 5. Obſervat. *refluere campis*, explicat relabi e campis in alveum. vid. Cerdam. BURM.

33. SUBITAM. *Subito* Parrhaſianus.

Ibid. PULVERE. *In pulvere* Oudartii. *magno glom.* Gudianus a manu prima. mox, *conſpiciunt* prior Hamburgicus. *Aſpiciunt* Bigotii.

35. CAICUS. *Caïcos* in priore Menteliano. HEINS. *Caycus* uterque Hamburgici & Oudartii. *ab averſa* Zulichemius. *voce Caïcus* ſecundus Rottendorphius. male. recte Servius, quae erat verſa in ho-

40 melonem Voſ. R. Steph. Dan. Baſil. ſed quae hic leguntur de tribus alveis, hodie in Mela non exſtant. 41 deeſt Steph. 42 creſcant R. 43 inter Steph. 44 deſunt Steph. nec tacitum juſto perfunditur R. 45 deſunt Voſ. R. Steph. al. 46 νεαν νειλυν R. νεανεια Voſ. 47 *liquuntur* R. 48 deſunt Voſ. R. Steph. al. ad *Quis* ℣. 35.

Ferte citi ferrum, date tela, & ſcandite muros.
Hoſtis adeſt, eia. Ingenti clamore per omnis
Condunt ſe Teucri portas, & moenia conplent.
Namque ita diſcedens praeceperat optumus armis
Aeneas: ſi qua interea Fortuna fuiſſet,
Neu ſtruere auderent aciem, neu credere campo:
Caſtra modo, & tutos ſervarent aggere muros.

Er-

SERVII.

38. Hostis adest, eja. Hic diſtinguendum, ut [49] *eja*, militum ſit properantium clamor: & eſt Ennianum, qui ait, [50] *Eja machaeras*. Ergo *eja* ingenti clamore dicentes, ad portas ruebant. Alii *Hoſtis adeſt, eja*, legunt. [51] [Alii *eja* non a perſona ad perſonam dictum putant; ſed ipſum Poëtam quaſi actu rei & imaginatione exclamaſſe.]

40. Namque ita [52] discedens praeceperat. Excuſatio Trojanorum, ne portas clauſiſſe timore [53] viderentur. Optimus armis. Peritus armorum, dux egregius, qui & futura provideret.

41. Si qua interea fortuna fuisset. Scilicet bellicus caſus.

43. [54] [Tutos servarent aggere muros. Id eſt, tutos beneficio aggeris muros.]

VARIORUM.

hoſtes. vid. ad Valer. Flacc. I. 493.

37. Scandite. *Et ſcandite* codices vetuſti plerique. *Aſcendite* Mediceus, & pro diverſa lectione *ſcandite*, omiſſo τῷ *&*, quod & alii complures vetuſti libri confirmant ex Pierianis, ex noſtris Venetus. idque Voſſius in opere Grammarico etiam amplectebatur lib. II. cap. XI. Macrobius tamen Saturnal. lib. VI. cap. 6. *& ſcandite* agnoſcit. In Gudiano *aſcendite* vel *& aſcandite*. Opinor omnino ſcribendum *eſcendite*, quod verbum doctiſſimus Gronovius Livio aliiſque non paucis ſcriptoribus primus feliciter reſtituit ad ipſum Livium lib. II. 28. *Aſcendere muros* tamen hoc libro rurſus occurrit infra 509. Auctor de Viris Illuſtribus cap. LVIII. in vita Scipionis Aemiliani, *muros hoſtilis civitatis primus eſcendit*. ſic Schottus in veteri libro invenit. A. Gellius libro V. Noct. Attic. cap. 6. *Muralis eſt corona, quae donatur ab imperatore, qui primus Murum ſubiit, inque oppidum hoſtium per vim eſcendit*. ita ex optimis membranis ibi nunc legitur. Livius XXVI. cap. 48. *ſe ſatis compertum habere Q. Trebellium & Sex. Digitium pariter in murum eſcendiſſe*. & lib XXVIII. cap. 19. *ſe ipſum, ſi caeteri cunctentur eſcenſurum minatur*. Caeſar lib. VII. de Bell. Gall. 27. *iis qui primi murum eſcendiſſent praemia propoſuit*. quomodo ex optimis exemplaribus recte Gronovius. pari modo *eſcendere currum, eſcendere templum*, ſimiliaque. Memmius apud Nonium Marcellum in *Clivus: ille ardua nitens Fortunae eſcendere Cliva*. Varro γνῶθι σεαυτὸν apud eumdem Nonium in *cetarii: Non animadvertis cetarios eſcendere in malum alte, ut penitus per aquam perſpiciant piſces*. ſic utroque loco optimi codices. Aruſianus Meſſius: *Eſcendo equum. Salluſt. Jugurth. pars equos eſcendere obviam ire hoſtibus*. Apud Ciceronem lib. V. Tuſcul. Quaeſt. in optimis membranis: *in rotam beatam vitam non eſcendere*. apud Nonium denuo in verſibus Accii ex Nyctegreſia caſtigandam videtur, voce *textus*, *Eſcendit aura laterum texta Vulcani vorax*. apud A. Gellium lib. X. cap. 15. *ſcalas eſcendere*. libr. XVII. cap. 2. in verbis Q. Claudii Quadrigarii: *Cominius qua eſcenderat, deſcendit*. mox addit ipſe: *neque enim Galli, qui Capitolium obſidebant, eſcendentem Cominium viderant*. libr. XVIII. 7. *Eſcendere in concionem* ex Cicerone. vide Frontonem in *eſcendere*. ſic lege apud Lucan. lib. III. v. II. *eſcenſo furialis ſtare ſepulchro*. Statium pag. 34. & ex Mſ. apud Dictyn Cretenſ. pag. 76. 86. 96. 140. 147. 150. Ed. Merc. vide de hoc verbo Schiopp. Suſpect. Lect. lib. I. cap. 21. HEINS. Copula deſideratur in ſimili verſu lib. IV. 594.

Ferte

[49] heja Voſ. ehia R. [50] qui iteheia macheras V. quia jam machaera R. ſed turbata ſcriptura. [51] deſunt Voſ. R. Steph. al. [52] DISCENDANS Voſ. DESCENDANS R. [53] videantur Steph. & Maſvic. [54] deſunt Voſ. R. Steph. al.

Ergo, etſi conferre manum pudor iraque monſtrat,
Objiciunt portas tamen, & praecepta faceſſunt,
Armatique cavis exſpectant turribus hoſtem.
Turnus, ut ante volans tardum praeceſſerat agmen,
Viginti lectis equitum comitatus, & urbi
Inproviſus adeſt: maculis quem Thracius albis
Portat equus, criſtaque tegit galea aurea rubra.
Ecquis erit mecum, juvenes, qui primus in hoſtem?
En,

SERVII.

44. PUDOR, IRAQUE MONSTRAT. Licet eos hortaretur ira & pudor.

45. [55] [OBJICIUNT. Objices ponunt; vel objicibus muniunt; & per hoc [56] cludunt. FACESSUNT. Hic faciunt; alias, diſcedunt, ut: *Illa hinc faceſſat.*

46. TURRIBUS. Pro, in turribus]

47. TARDUM AGMEN. Peditum dicit, qui equitum comparatione tardi ſunt.

48. URBI. Trojae, quam fecerat Aeneas caſtrorum in morem.

49. MACULIS QUEM THRACIUS ALBIS. [57] [Figuras maculis albas habens: &] nove *albas maculas* dixit, cum [58] proprie macularum haec ſit natura, ut obſcuritate ſua album aliquid infuſcent.

50. CRISTAQUE TEGIT GALEA AUREA RUBRA. [59] [Pro, galea criſtas habens rubras; ſed] duo ablativi ſunt, & duo nominativi, quos metrica ratione diſcernimus: nam *rubra criſta*, longae ſunt ultimae: quia ablativi ſunt caſus. Sane hujuſmodi verſus peſſimi ſunt.

VARIORUM.

Ferte citi flammas, date tela, impellite remos. ſed ibi a vocali incipiens *impellite* nihil ſcabri in metro relinquit. Hic ultimam in *tela* produci propter *ſc.* volunt, de quo multi egerunt. & hic H. Steph. in Schediaſ. pag. 53. ſed probandum erat ex Virgilio & ejus temporis Poëtis, tam veternoſe delitiatos Auguſtaei temporis vates, ut ait Broukhuſ. ad Propert. III. IX. 46. & ad Tibul. II. I. 8. Videri poſſunt quos adducit Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. IX. 575. & alii. de τῷ *eſcendere*, quod mirum in modum placuit viris ſummis, ut dixi ad Suet. Caeſ. LXI. non adſentior Heinſio hic intrudenti, quum Virgilium hoc amaſſe oſtendendum erat. ideoque ego cum optimis codicibus copulam ſervavi. BURM.

38. EIA. *Heia* Gudianus, Venetus & duo alii. de ſimili clamore vid. ad Valer. Flac. III. 45. mox *portis* tertius Rottendorphius.

42. NEU STRUERE AUDERENT ACIEM. *Acies* primus ſecundusque Moretani, tres Rottendorphii, & quatuor alii. HEINS. *Ne* prior Hamburg. & primus Rottend. & duo alii. *acies* Dorvill. Parrhaſ. & Francianus. *nec credere* Venetus.

43. SERVARENT. *Servaſſent* prior Hamburgenſis.

44. MONSTRAT. *Furor iraque* apud Nonium Marcellum in *conferre*. *monſtrant* praeterea in tertio Rottendorphio, priore Hamburgico, & Veneto. HEINS. *Monſtrant* etiam Zulichemius & Dorvill.

45. TAMEN. *Tantum* Dorvil.

46. CAVIS. *Suis* Sprotianus. *urbibus* Mediceus. *cavae turres*, quae in alveo ſuo viros celant, ut in equo Trojano II. Aen. 38. & 53. ſic *cavae* in turribus *feneſtrae* infr. 534. non enim ſolidae erant turres, ſed intrinſecus cavae. BURM.

47. VOLANS. *Volans t. proceſſerat* ſecundus Moreti. *rapidum praec.* Bigotianus. mox *electis* Montalbanus.

51. ECQUIS ERIT MECUM, O JUVENES. *Juvenes*

[55] deſunt iisdem ad ℣. 47. [56] ludunt Dan. [57] deſunt Voſ. R. Steph. al. hic iterum incipiebat L. [58] propriae macularum haec ſit, ut R. & Voſ. in quo *haec* erat, pro hoc. & ita L. proprie m. hue ſit, ut. [59] deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

En, ait. Et jaculum adtorquens emittit in auras
Principium pugnae, & campo ſeſe arduus infert.
Clamore excipiunt ſocii, fremituque ſequuntur
Horriſono: Teucrûm mirantur inertia corda;
Non aequo dare ſe campo, non obvia ferre
Arma viros, ſed caſtra fovere. Huc turbidus atque huc
Luſtrat equo muros, aditumque per avia quaerit.

Ac

SERVII.

52. [60] [En, ait. Eclipſis, feſtinationis exprimendae gratia: quidquid enim addideris, ſenſus admittet.]

53. Principium pugnae. Hoc de Romana ſolemnitate tractum eſt. Cum enim volebant bellum indicere, Pater patratus, hoc eſt, princeps Fecialium, proficiſcebatur ad hoſtium fines; & praefatus quaedam ſolemnia, clara voce dicebat: *Se bellum indicere propter certas cauſſas:* aut quia ſocios laeſerant; aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios [61] reddiderant. Et haec *Clarigatio* dicebatur, a claritate vocis. Poſt quam clarigationem haſta in eorum fines [62] miſſa, indicabatur jam [63] pugnae principium. [64] [Poſt tertium autem & triceſimum diem, quam res repetiſſent ab hoſtibus, Feciales haſtam mittebant. Denique cum Pyrrhi temporibus adverſum tranſmarinum hoſtem bellum Romani geſturi eſſent, nec invenirent locum, ubi hanc ſolennitatem per Feciales indicendi belli celebrarent, dederunt operam, ut unus de Pyrrhi militibus caperetur, quem fecerunt in Circo Flamineo locum emere, ut quaſi in hoſtili loco jus belli indicendi implerent: denique in eo loco ante pedem Bellonae conſecrata eſt columna. Varro in Caleno ita ait: *Duces cum primum hoſtilem agrum introitum irant, ominis cauſa prius haſtam in eum agrum mittebant, ut caſtris locum caperent:* Ergo bene hoc Poëta, de more Romano tractum, Turno utpote duci dedit, ſed in hac conſuetudine Fecialis, qui bellum indicebat, antequam haſtam jaceret, etiam terram hoſtium conteſtabatur: unde quidam volunt, Aeneam ſcientem, quod bellum geſturus eſſet, ſicut a Sibylla cognoverat; ubi ad Italiae partem debitam venit, primum adoraſſe terram, ut VII. 136. *Geniumque loci, primamque deorum Tellurem.*]

54. Clamorem excipiunt socii. Legitur & *clamore*. Si Clamore, ſenſus erit talis: Haſtae jactum ſocii clamore comitantur; ſi clamorem, intelligimus, Turni eos clamorem excepiſſe, [65] [& cum fremitu eos ſequutos eſſe, id eſt, excipiunt clamorem Turni,] & cum fremitu eum ſequuntur.

55. Inertia corda. Non re vera; ſed ſicut hoſtibus videbatur.

57. [66] [Arma viros. Vehementius *viros* pronuntiandum. Castra fovere. Veteres *fovere*, pro diu incolere & habitare dicebant.]

58. Aditumque per avia quaerit. Etiam *per avia*. Sane exprimitur Turni violentia: nam viam per avia nullus requirit.

VARIORUM.

nes omiſſo τῷ *o* ſcripta exemplaria, quibus accedo. HEINS. *Et quis* Francianus & Parrhaſ. & Dorvil. *juvenis* Sprotianus. *quis primus* Leidenſis, Francianus, primus Rottendorph. & Montalbanius. *cui* Menagianus alter. ita & variatur infr. 77. & 146. & centies alibi.

52. Torquens. Ita Mentelianus. *intorquens* Mediceus. ceteri *attorquens*. quod Pieriani quoque vetuſtiores agnoſcunt. nec dubito quin recte: nam *attorquere* ſimul torquere ſignificat. etſi verbum id paullo rarius eſt atque inſolentius. HEINS. *Attorquens* Francianus. *torquens* Parrhaſ. alter Menagianus, Dorvil. & Venetus, & Ed. Veneta. *intorquere* magis obvium apud noſtrum. vid. ad lib. II. 52. 231. & alibi. *emittat* Montalban. & Zu-

60 deſunt iisdem. 61 redderent L. Voſ. R. Dan. Fabr. 62 immiſſa Steph. 63 pugnare R. 64 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. 65 deſunt L. R. Steph. al. 66 deſunt Voſ. L. R Steph. al.

Ac veluti pleno lupus inſidiatus ovili,
Quum fremit ad caulas, ventos perpeſſus & imbris,
Nocte ſuper media; tuti ſub matribus agni
Balatum exercent: ille aſper & inprobus ira
Saevit in abſentis: conlecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & ſiccae ſanguine fauces.
Haud aliter Rutulo, muros & caſtra tuenti,
Igneſcunt irae: duris dolor oſſibus ardet;

Qua

SERVII.

60. AD CAULAS. Munimenta & ſepta ovium. [67] Eſt enim Graecum nomen, *c* detracto: [68] nam Graeci αὐλὰς vocant animalium receptacula: [69] [unde in ſacris aedibus, & in tribunalibus, ſepta, quae turbas prohibent, [70] *aulas* vocamus.]

61. NOCTE SUPER MEDIA. Ultra mediam noctem, id eſt, [71] plus quam media, vel] majore ejus parte [72] tranſacta. Et eſt bona elocutio, facta per Syllepſin, ut ſi dicas: *Legi nocte ſuper media:* id eſt, ultra mediam noctem: nulla enim ſyllepſis eſt, quae non & [73] caſum mutet, & egeat ſubauditione, ut inf. 287. *Hanc ego nunc ignaram hujus, quodcumque pericli eſt.*

62. [74] [IMPROBUS IRA. Non *ira improbus*, ſed *ira ſaevit:* totum autem ſumma brevitate narratum.]

63. SAEVIT IN ABSENTES. Fantaſiam ſaevitiae expreſſit: quia ſic circa caulas fremunt, ut in ipſis animalibus ſolent.

64. EX LONGO RABIES. Abſoluta elocutio, ut ſi dicas, *Ille fame fatigatur ex longo.* [75] [SANGUINE. Pro, a ſanguine.]

VARIORUM.

Zulichemius. BURM.

53. ET CAMPO. *Campis* Zulichem. primi Rottend. & Hamburg. Parrhaſ. & Excerpta noſtra, & Ed. Veneta. de τῷ *infert* vid. ad lib. XI. 742. BURM.

54. CLAMOREM. *Clamore* bene Mediceus. in caeteris noſtris perperam *clamorem.* HEINS. *Accipiunt* Montalbanius.

55. INERTIA. *Inhercia* Dorvill.

57. VIROS. *Viro* Zulichemius. *hic hic* ſecundus Moretanus.

58. ADITUMQUE PER AVIA QUAERIT. Quod in aliis legitur, *Aditumque & pervia quaerit*, non Virgilianum eſt. Incenſi hominis eſt, aditum per avia, hoc eſt, ubi nullus ſit, quaerere. FABRIC. *Per atria* alter Hamburgicus a m. prima.

59. PLENO. Petro Scriverio corrigendum videbatur *Poeno ovili*, adverſus auctoritatem codicum vetuſtorum. Nec obniterer tamen ego multum, ſi de leonibus hic res eſſet. *Poeni leones* & *Numidae leones* paſſim apud Poëtas occurrunt, de quibus egi ad Naſonem Art. Amat. libro II. 183. de *Poenis lupis* agere Poëtas haud recordor. majori igitur jure infra ỷ. 341. reſcripſiſſe poterat,

Inpaſtus ceu Poena Leo per ovilia turbans.

ſed & illic *plena ovilia* recte ſe habent. apud Prudentium paſſione Hippolyti,

Si tibi de pleno lupus excludatur ovili.

HEINS. *Inſidiatur* Menagii alter & Montalbanus, Hugenianus & primus & ſecundus Moretani cum Vratiſlavienſi, & Parrhaſ. & Dorvil.

60. QUUM FREMIT. *Dum fremit* Macrobius lib. IV. Saturn. cap. 5. aliter Priſcianus libro VII. HEINS. Et Scholiaſt. Horatii Ep. II. *Dum furit* dat Bapt. Pius ad Lucret. II. 950.

62. EXERCENT. Aliter *metu mutum* eſt pecus infr. 341.

64. SICCAE SANGUINE. Scholiaſtem Voſſianum

67 eſt autem Dan. 68 nam G. *caulas* vocant R. *aulas* Steph. Dan. al. 69 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 70 *caulas* legit Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 647. Petron. bello civili cap. CXIX. ỷ. 17. *Auiam* vocat caveam, in qua Tigris vectatur. 71 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. id eſt majorem ejus partem. & eſt Baſil. 72 deſunt Voſ. R. L. Dan. 73 contra Dan. mox caſus mutet R. 74 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. 75 deſunt Voſ. R. L. Steph. al.

Qua tentet ratione aditus, & qua via clauſos
Excutiat Teucros vallo, atque effundat in aequor.
Claſſem, quae lateri caſtrorum adjuncta latebat,
Aggeribus ſaeptam circum & fluvialibus undis,
Invadit: ſocioſque incendia poſcit ovantis:
Atque manum pinu flagranti fervidus inplet.
Tum vero incumbunt; urguet praeſentia Turni:
Atque omnis facibus pubes adcingitur atris.
Diripuere focos: piceum fert fumida lumen

Tae-

SERVII.

67. ET QUA VIA CLAUSOS. *Qua* adverbium loci eſt, non pronomen: nam non ſtat verſus, ſi *via* ſeptimus ſit, non nominativus. Ergo *qua via*, per quam partem viae vallo Trojanos excutiat. Legitur tamen, ET QUAE VIA, & eſt ſenſus abſolutior.

68. [76] [EFFUNDAT IN AEQUOR. In planum, in campum.

71. INVADIT: SOCIOSQUE INCENDIA POSCIT OVANTES. Hyſteronproteron, ut aviditatem juvenis oſtenderet. INCENDIA autem, pro materia, ex qua incendia ſequuntur: & videtur eventum poſuiſſe.

73. TUM VERO. Ut ſignum incendendarum navium datum eſt.

74. FACIBUS PUBES ACCINGITUR ATRIS. Pro, ad faces accingitur, ut ſit dativus, ut II. 235. *Accingunt omnes operi:* aut *accingitur*,] armatur, inſtruitur [77] [facibus.] [78] [ATRIS. Quaſi lethiferis: nam faces ardentes ſunt.]

75. [79] [DIRIPUERE FOCOS. Quaeritur, quid ibi faciant foci? Sed in carminibus quaedam nec ad ſubtilitatem, nec ad veritatem exigenda ſunt: aut certe *focos*, quos ibi habere potuerunt.] PICEUM FERT FUMIDA LUMEN. Sordidior enim in tedis & ignis & fumus eſt.

VARIORUM.

num ad Lucan. VI. 553. habere *ſiccaeque in ſanguine* teſtatur Oudendorpius. de *Faucibus* vide ad Phaedr. I. fab. I.

65. TUENTI. *Petenti* Parrhaſ.

66. ET DURIS. Scripti noſtri τὸ *&* non agnoſcunt hoc loco, nec agnoſcunt Pieriani: & ſane pro Maroniano more rectius omnino abſit. praeterea *haeret* Montalbanius, non *ardet*. in Gudiano *durus dolor oſſibus ardet*. HEINS. *Igneſcuntque irae* Dorvill.

67. QUA VIA. *Qua*, id eſt, quo loco. *via* id eſt acceſſio ad muros. ſunt aliae duae lectiones: quas, quoniam neutram ſequor, ne ponere quidem volo. FABRIC. *Quae via* in Sprotiano. ſed tantundem eſt. nec rationis quicquam video, cur homines eruditi, atque in his Petrus Scriverius, adeo aeſtuarent in hoc loco. *qua*, qua parte, bene ſecundus Hamburgenſis interpretatur. bene etiam alter Mentelius & tertius Rottendorphius *ubi*. in Gudiano *qua ratione*. *via* igitur primi non ſexti caſus in *vi* minime mutanda eſt. HEINS. *Qua* Francianus. vid. ad Ecl. IX. I.

68. EXCUTIAT. *Excutiet* primus Rottendorphius, ſecundus Moreti. *vallo, effundat* Dorvill. *vallo Teucroſque effundat* Venetus.

Ibid. IN AEQUOR. *In aequum* Mediceus. & Pierii Vaticanus veterrimus, pari ſignificatione. HEINS.

70. SAEPTAM. *Cinctam* in altero Voſſiano. HEINS. *Septem* alter Hamburg. *ſepta* Parrhaſ.

72. IMPLET. Alii *infert*. quod & Donatus videtur agnoſcere. ita infra 522. *Fumiferos infert Mezentius ignes*. *Implet* retinui, vel quaſi proprium, vel ut antecedens ponatur pro conſequenti. FABRIC.

76 deſunt iisdem. ad *armatur* ℣. 74. 77 deeſt iisdem. 78 deſunt iisdem. & Dan. 79 deſunt L. R. Voſ. Steph. a'.

Taeda, & conmixtam Volcanus ad aſtra favillam.
  Quis deus, o Muſae, tam ſaeva incendia Teucris
Avertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
Dicite. Priſca fides facto, ſed fama perennis.
Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida
Aeneas claſſem, & pelagi petere alta parabat;
Ipſa Deûm fertur genetrix Berecyntia magnum

Vo-

SERVII.

77. QUIS DEUS, O MUSAE. Quia res deorum eſt, [80] [& ardua,] ideo per ſe eam non poteſt dicere. Hic autem gloria Turni latenter oſtenditur, cujus vis niſi a numinibus repelli non potuit. [81] [TEUCRIS. Aut detraxit praepoſitionem *ab*, ut ſit *ab Teucris:* aut *Teucris*, in honorem ſalutemque Teucrorum incendia claſſibus avertit.]

79. PRISCA FIDES FACTO, SED FAMA PERENNIS. Omnis antiquitas [82] difficile pura & incorrupta manat in poſteros. [83] Hoc enim dicit: Factum hoc, licet priſcum ſit, id eſt, antiquum, tamen fama ejus non eſt obliterata [84] temporum vetuſtate. [85] [Alii ſic intelligunt: Fabuloſum eſt quidem, ſed fides ejus rei penes priſcos eſt: ejus enim rei, cujus auctorem facere noluit, ſic ordinem protulit. Alii: Jam quidem evanuit fides, hoc eſt, nemo credit factum; adhuc tamen fama vivit, & dicitur. *Priſca* autem fides, ἀξιοπιστία, quaſi non ſit [86] facta hiſtoria.]

80. QUO PRIMUM. [87] Hoc eſt, initio: non enim ſecundo factae ſunt naves apud Idam ab Aenea. PHRYGIA FORMABAT IN IDA. Id eſt, formare cogitabat: non enim in Ida, ſed apud Antandrum factae ſunt. [88] [Et bene PHRYGIA IN IDA: quia & in Creta eſt alia Ida, ut III. 105. *Mons Idaeus ubi, & gentis cunabula noſtrae*]

81. ALTA PELAGI. Abſolutum eſt, ut: *Lata camporum.*

82. IPSA DEUM FERTUR GENETRIX. Figmentum hoc, licet poëticum ſit, tamen quia exemplo caret, notatur a [89] priſcis: unde longo [90] prooemio excuſatur: nam ideo & priſca ratione religionis, & Jovis beneficio, dicit eſſe perfectum, ut naves mutarentur in Nymphas: quo vel aliqua ex parte poſſit eſſe veriſimile. [91] [Sane quidam *Fertur* reprehendunt, quod dicendo auctoritatem rei detraxerit: alii laudant, quod dicendo *Fertur*, incredibili rei auctoritatem dare noluerit.] BERECYNTIA. Mater Deum a monte Phrygiae *Berecynto*, cujus ultima ſyllaba caret aſpiratione, quam addimus, [92] quotienſcumque montem Deli *Cynthum* dicimus. Eſt autem tenuis iſta diſcretio, quibus nominibus ſubtrahi debeat aſpiratio: nam ecce, *Ripaei*, montes Arcadiae, non ſcribantur cum aſpiratione: quam addimus, cum *Riphaeos*, montes Scythiae, ſignificamus.

VARIORUM.

BRIC. Si *infert* in codicibus eſſet, legendum foret, *atque manu pinum flagrantem fervidus infert.* & *manu* erat in Dorvill. ſed codices noſtri nihil variant ſed in Ed. Baſil. 1551. eſt *infert. fragranti* Medic. BURM.

75. DIRIPUERE FOCOS. Catroeus capit de communibus focis, ubi ignis erat, & unde torres rapuerunt. Servius rogat, quid ibi faciant foci? ſed quid faciebant in caſtris Porſennae Romam obſidentis, quibus Mutius manum injecit? ſed Rutuli non diripuere focos caſtrorum, quae nondum capta erant, nec etiam ipſi caſtra poſuerant: ſed credo Poetam focos agreſtium in locis circa caſtra habitantium intelligere. BURM.

Ibid. FERT. *Infert* Sprotianus. pro *lumen*, *fumum* a manu prima alterius Hamburgici.

77. QUIS DEUS. *Qui* Gudianus a manu prima.

&

80 deſunt R. 81 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. 82 difficilis. Baſil. 83 Ergo hoc dicit Dan. Fabr. Maſv. 84 temporis L. Voſ. R. Steph. deeſt Baſil. 85 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. 86 forte, *ficta* hiſtoria. 87 vide Abrah. Gronov. ad Juſt. XII. 7. 88 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. 89 a priſcis R. a creticis Voſ. a criticis L. 90 prooemio mutarentur in nymphas, quod vel ex parte aliqua excuſatur. nam ideo & priſca r. r. & j. b. d. e. p. ut naves poſſint eſſe veriſimile R. 91 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 92 quoties L. Voſ. R. Steph. al.

Vocibus his adfata Jovem: Da, nate, petenti,
Quod tua cara parens domito te poſcit Olympo.
Pinea ſilva mihi, multos dilecta per annos,
Lucus in arce fuit ſumma, quo ſacra ferebant,
Nigranti picea trabibuſque obſcurus acernis:
Has ego Dardanio juveni, quum claſſis egeret,

Lae-

SERVII.

83. DA, NATE, PETENTI. Ac ſi diceret, ei, [93] quae jubere debuerat. [94] [Et dicendo NATE & PARENS iteratione auxit adfectum.] DOMITO TE POSCIT OLYMPO. Videtur hoc dicere: Praeſta ei, cujus beneficio ſervatus ad Olympi regna veniſti. Saturnus enim, cum omnes conſumeret filios, Jovem ſolum eſſe non potuit, celatum matris auxilio. *Domito* ergo *Olympo*, in tuas ſcilicet leges per beneficium meum mundo redacto. [95] [Sane haec narratio tunc II. libri erat, ſed dilata eſt, ut hic opportunius redderetur: aut ne bis idem diceretur: poteſt ergo aut *κατὰ τὸ σιωπώμενον* videri, aut *ὕστερον πρότερον*.]

85. PINEA SYLVA MIHI. Congrue: nam *Pinus* in tutela Matris Deum eſt.

86. IN ARCE FUIT SUMMA. Hoc eſt, apud Gargara, quae dicta ſunt quaſi [96] *κάρα καράς*, id eſt, *caput capitis*, [97] *altitudinis altitudo: κάρα* enim eſt *ἡ κεφαλή*. [98] Gargara autem, ſunt montis Idae cacumina: propter quod [99] dixit *In arce ſumma*. [1] [Sane & hic locum ſacratum oſtendit. Et *Pinea ſylva lucus fuit:* tale ſcema eſt Eclog. I. 58. *Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes*, ubi foeminino plurali foemininum ſingulare jungit. Et I. Ecl. 75. *Ite meae, quondam felix pecus, ite capellae:* ubi duobus foemininis pluralibus neutrum ſingulare [2] reſpondet.]

87. NIGRANTI PICEA. *Nigranti*, umbroſa: & *picea*, arboris genus eſt, unde pix deſudat. Harum autem ſecundum Plinium quinque ſunt ſpecies: ſicut etiam ſupra diximus. Lib. VI. 180.

88. HAS EGO. Non *trabes:* nam de acere naves non fiunt: unde melius arbores intelligimus, referentes ad *piceas* vel [3] *pinus*. Sane notandum *trabes* [4] [eum dixiſſe de arboribus, cum non dicantur *trabes*,] [5] niſi jam caeſae ſint & [6] poſitae. [7] [Abutitur ergo eo, quod poſterius eſt, pro eo, quod eſt prius. QUO SACRA FEREBANT. Non addit qui; ſed intelligimus Phrygas. Item III. 106. *Centum urbes habitant magnas:* id eſt, Cretes. Et bene arbores conſecravit, quibus immortalitatem petitura eſt. CLASSIS EGERET. Pro *claſſe*, genitivus pro ablativo: &] juſta Aeneae petitio, & concedentis benignitas numinis excluſit piaculum: nam his remotis ſacrilegium committeretur: [8] [ideo addidit, *laeta dedi*.]

VARIORUM.

& mox Venetus, *qui depulit*. HEINS. *Detulit* Menagii prior.

78. TANTOS. *Tantis* Regius.

79. DICITE. *Diſcite* alter Hamburgicus & alter Menagii, Leidenſis & Bigotianus. ſed Muſarum eſt *docere* & praecipere, non *diſcere*. *priſca fides facta eſt, & fama* Waddel. Anim. Critic. p. 27. *perhennis* Dorvil. apud Ovid. VI. Faſt. 609. poſſet legi, *certa fides facto*, pro *facti* vel *factis*. ut alii codices. BURM.

84. TE POSCIT. *Jam poſcit* Venetus. *domitor te p. Olympi* Waddel. Anim. Critic: p. 27.

85. DILECTA. *Delecta* Mediceus cum Sprotiano, & primo Rottendorphio. paullo ante *gnate* ſolus ex noſtris Menagianus alter. HEINS.

86. ARCE. Recte Servius de montis cacumine capit.

93 qui jubere Steph. quae jure R. 94 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 95 deſunt iisdem. & puto pertinere ad ỳ. 80. & reſpici ad initium lib. III ut pro II. legendum eſt. 96 *κάρα κάρατος* Fabr. al. Cara Caros Voſ. R. L. 97 deeſt Voſ. 98 Homerus *Γάργαρον ἄκρον* Fabr. *ἄκρον* Baſil. & ita Iliad. Ξ. 292. 99 dicit Voſ. Steph. 1 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. 2 quae dei comitatus * Dan. 3 pinos Voſ. L. R. Steph. al. 4 deſunt R. Steph. quod accidit ob repetitam vocem *trabes*. 5 non, niſi jam caeſae ſint & compoſitae, dici Steph. & R. qui non habet dici. non dici niſi jam caeſas & compoſitas L. 6 compoſitas Voſ. & jam compoſitae Baſil. depoſitae Dan. 7 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 8 deſunt iisdem.

Laeta dedi: nunc ſollicitam timor anxius urguet.
Solve metus, atque hoc precibus ſine poſſe parentem,
Neu curſu quaſſatae ullo, neu turbine venti
Vincantur. Proſit noſtris in montibus ortas.
Filius huic contra, torquet qui ſidera mundi:
O genetrix, quo fata vocas? aut quid petis iſtis?
Mortaline manu factae inmortale carinae
Fas habeant? certuſque incerta pericula luſtret

Ae-

SERVII.

89. TIMOR ANXIUS ANGIT. Aut perpetuum eſt timoris epitheton: aut certe verum timorem voluit ſignificare, ut ſepararet ab eo, qui ex cupiditate naſcitur proſperorum, ut v. 137. *Exultantiaque haurit Corda pavor pulſans.*

90. [9] SOLVE METUS. Id eſt, meos.]

92. PROSIT NOSTRIS IN MONTIBUS ORTAS. Bona brevitate detraxit & HIS & ESSE: nam plenum eſt: Proſit [10] his ortas eſſe in montibus noſtris: quod fecit elocutionis cauſſa. [11] [Sane oſtendit, quod ſupra *arcem* dixit pro *monte:* & bene *ortas*, ut ſenſum quendam navibus daret, verbum de origine commoda.]

93. TORQUET. Suſtinet, [12] [aut nutu ſuo] regit.

94. QUO FATA VOCAS? Oſtendit fata poſſe aliquatenus trahi; non tamen uſquequaque. Hinc enim dicit *quo*, id eſt, ad quam rem. PETIS ISTIS? Id eſt, pro iſtis: nam ſic dicimus, *peto tibi*, id eſt, pro te. [13] [Aut *iſtis*, utrum precibus, an navibus?]

96. FAS HABEANT? Jus: nec enim poſſunt aeterna eſſe, quae ab hominibus facta ſunt. Horatius: Art. Poët. 63. *Debemus morti nos noſtraque:* nam ſicut animi [14] facta ſunt immortalia, ita corporis pereunt. [15] Salluſtius: Jug. II. *Caeterum ſtudia omnia noſtra, ſicut anima, immortalia ſunt.* CERTUSQUE INCERTA PERICULA LUSTRET AENEAS? [16] [Securus dubia tentet?] Et hoc dicit: Caſibus licentiam haec petitio vult adimere: nam Aeneas, forte, qua homo eſt, navigationis debet timere periculum: quod perit, ſi ejus navibus aeternitas detur.

VARIORUM.

capit. vid. & ad ỿ. 92. quem ſi adhibuiſſet Vondelius, non vertiſſet *op het Slot*. vid. ad Petron. cap. CXVI. & ad Val. Flac. III. 565. ſic Alpes *arces* dicuntur Claudian. Bell. Getic. 385. in Ida vero formabat claſſem caedendo arbores in Gargaris, quae pars montis Idae. unde & Paris ligna petiit, teſte Ovidio Ep. XVI. 107.

Ardua proceris ſpoliantur Gargara ſilvis,
Innumeraſque mihi longa dat Ida trabes.

qui & mox *robora* flexa in naves addit, & antea *pineta* memoraverat. ita ut videatur haec Virgilii reſpexiſſe. BURM.

Ibid. FEREBANT. *Tenebant* Gudianus a manu prima. *parabant* Zulichemius. male. vid. lib. II. Georg. 376. & VI. Aen. 810. BURM.

87. TRABIBUS. Vide quae diximus ad Val. Flac. III. 484. Ovid. x. Met. 373.

Saucia trabs ingens.

BURM.

89. URGUET *Angit* ſcripti omnes noſtri cum Pierianis. ſuperiori ſaeculo *anxius urges* repoſuerunt, quod utcumque placeret, ſi vetuſtorum codicum niteretur auctoritate. & ſane ab altero Voſſiano confirmari poſtea id animadverti. *angit* tamen a Servio agnoſcitur, idque Nicolao Erythraeo placuiſſe video. HEINS. *Urguet* Ald. ſonus ingratus *anxius angit*, ut lib. VIII. 634. *lingere lingua*,

9 deſunt iisdem. 10 & his Baſil. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 12 deſunt iisdem. 13 deſunt iisdem. 14 facta Voſ. Steph. 15 hic locus Salluſtii non integer eſt. antea dixerat, *res cunctae, ſtudiaque noſtra omnia corporis alia, alia animi naturam ſequuntur.* poſtea vero *ingenii egregia facinora, ſicuti anima, immortalia ſunt.* 16 deſunt Voſ. R. L. Steph. al.

Aeneas? cui tanta Deo permiſſa poteſtas?
Immo, ubi defunctae finem portuſque tenebunt
Auſonios, olim quaecumque evaſerit undis,
Dardaniumque ducem Laurentia vexerit arva,
Mortalem eripiam formam, magnique jubebo
Aequoris eſſe Deas: qualis Nereïa Doto,
Et Galatea ſecant ſpumantem pectore pontum.
Dixerat: idque ratum Stygii per flumina fratris,

105 Per

SERVII.

97. CUI TANTA DEO PERMISSA POTESTAS? *Cui*; ac ſi diceret nec regi quidem deorum. [17] [*Permiſſa* autem, data; ut hoc poſſit praeſtare.]

98. DEFUNCTAE. Liberatae, ut VI. 83. [18] *O tandem magnis pelagi defuncte periclis.* PORTUSQUE TENEBUNT. Nautico uſus eſt verbo, cum de navibus diceret.

99. QUAECUMQUE. Hic oſtendit aliquas eſſe perituras. EVASERIT UNDIS. De undis exierit, [18] * [cum venerit] ad eum locum, de quo [19] navigatura jam non ſit. Alii legunt *evaſerit undas*; [20] [quod ſi eſt, intelligimus, quaecumque evaſerit] undarum periculum.

101. MORTALEM ERIPIAM FORMAM. Bene dixit *mortalem*: nec enim poteſt fieri, ut eadem res & mortalis ſit, & immortalis; [21] [ſed ut ſit immortalis,] ante eſt, ut deſinat eſſe mortalis.

102. QUALIS NEREIA DOTO. Non dixit, *tales* erunt: ſic ſupra II. 223. *Qualis mugitus fugit cum ſaucius aram Taurus.*

VARIORUM.

gua, quae placent Catroeo. confuſa haec verba videbis in adnotatis ad Naſonem III. Artis Amat. 541. vid. & ad Liv. XXIV. 2. *ſolicitus* Dorvil.

90. HOC. *Haec* Leidenſis, Zulichemius & Parrhaſ.

91. NE CURSU. *Neu curſu* vetuſtiores magno numero. HEINS. *Nec* Francianus & Dorvill. *neu* Mediceus. *non* Parrhaſ.

93. TORQUET. Haec adſuta a monacho credebat Ortuinus. *ſidera coeli* Leidenſis.

94. VOCAS. Servius videtur legiſſe *trabis*: nec aliter codex antiquus. ſed ego nihil muto. FABRIC. *Trabis* primus Rottend. & Excerpta noſtra a m. pr. *facta vocas* Dorvill. *qui petis* Regius. *an quid petis* Sprotian. Donatus ad Terent. Andr. Prolog. 15. & Eunuch. I. II. 12. odioſe dictum notat & iterum citat ibidem ad ℣. 122. nimirum *iſte* eſſe pronomen contemtui inſerviens ſaepe notarunt viri docti. *iſtis* vero, *pro iſtis* debere capi recte Servius notat. vid. ad lib. VIII. 127. BURM.

95. FACTAE. *Fictae* ſecundus Moreti.

96. LUSTRET. *Luſtrat* Zulichemius.

98. FINEM. *Fines* alter Menagii, Leidenſis & Oudartii.

99. EVASERIT UNDIS. Vel *undas* in ſecundo Moreti. quod & Servius pro diverſa lectione profert & mihi elegantius videtur. vid. lib. XI 702. & 905. HEINS. Vid. ad Valer. Flac. VII. 163. Servius infr. ad ℣. 468. *caſtris per fluvium Turnus evadit.*

100. VEXERIT. *Duxerit* Venetus. & Leidenſis, qui & *ad Laurentia. vexerat* Mediceus a manu prima. *in Laurentia* Waddel. Animad. Critic. p. 28. fruſtra. nam centies praepoſitionem omittit Noſter. vid. ad I. Aen. 2.

102. CLOTO. *Doto* verum nomen, ex Heſiodo, ubi Nerei & Thetyos filias recenſet. FABRIC. *Quales* multi codices & *Clotho* & Edd. priſcae.

103. PECTORE. *Vertice* prior Hamburgenſis pro varia lectione. & ita Ed. Veneta.

104. IDQUE. *Atque* ſecundus Rottendorphius, More-

17 deſunt L. Voſſ. R. Steph. al. 18 unde Steph. 18 * deſunt Dan.' cum veritate deum locum R. corruptiſſime. 19 navigatur jam tunc R. navigaturus jam non Steph. al. navigandum j. non Voſſ. L. 20 deſunt R. Steph. alii legunt, evaſerit undarum periculum L. Baſil. 21 deſunt L. V. R. Voſſ. Steph. al.

Per pice torrentis atraque voragine ripas
Adnuit, & totum nutu tremefecit Olympum.
 Ergo aderat promiſſa dies, & tempora Parcae
Debita conplerant, quum Turni injuria matrem
Admonuit ratibus ſacris depellere taedas.
Hîc primum nova lux oculis offulſit, & ingens
Viſus ab Aurora coelum tranſcurrere nimbus,
Idaeique chori: tum vox horrenda per auras

Ex-

SERVII.

105. PER PICE TORRENTES. Ardentes: & eſt figmentum poëticum.

106. [22] [TOTUM NUTU TREMEFECIT OLYMPUM. Homericum eſt Iliad. A. 530. Μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.]

107. ADERAT PROMISSA DIES. Promiſſum tempus advenerat. TURNI INJURIA. Scilicet, quam inferebat. Et modo *injuria*, eſt ἀδίκημα, id eſt, *injuſtitia*. Hinc eſt apud comicos *injurius*, qui audet aliquid contra ordinem juris. Et bene *injuria* [23] quia & contra neceſſitatem fati, [24] [quod Trojanos ad Italiam venire compulerat,] & contra rationem foederis, bella [25] commoverat. [26] [Alii *injuria*, violentia accipiunt.]

110. NOVA LUX. Hoc eſt, repentina, id eſt, *nimbus* Deorum; quod ipſe paulo poſt dicit: [27] [in ſecundo 616. *Nimbo effulgens.* Et hic *lux*, proprie; aliter poſtea 731. *Continuo nova lux oculis effulſit.*

111. NIMBUS. Lumen, quod capita Deorum ambit, ut ſaepe dixi.]

VARIORUM.

Moretanus, Leidenſis & Hugenianus.

108. CONPLERANT. *Compulerant* Leidenſis. *complerunt* Zulichemius a manu prima. *complerent* Dorvil. & mox *amonuit*.

109. SACRIS RATIBUS. *Ratibus ſacris* ſcripti omnes. *ratibus ſacras depellere taedas* apud Diomedem lib. II. Locum totum adſcribam. *Separatio eſt ſecretio rerum natura junctarum, quae in ambiguitatem cadunt, ut cum Turni injuria matrem admonuit ratibus ſacras depellere taedas. Hic enim mater cum Turno juncta eſt, quae ambiguitatis vitandae cauſſa ſeparari debet, ut ſit agnitio quae mater. Et ſacras taedas expreſſe legendum, ut abominandas oſtendat, ut auri ſacra fames. Taedae enim nuſquam abominandae, niſi illic ubi incendia facta, quoniam ſunt ipſae naturaliter ſacris accommodatae.* HEINS. *Trabibus* Cerda.

110. HIC PRIMUM. Non ante praeſentis Cybeles ſigna vidiſſe Italiam, indicari credit Catroeus. nec male, nam poſtea ſollemniter arceſſita aris templiſque recepta eſt.

Ibid. LUX. *Lex* Gudian.

Ibid. EFFULSIT. *Offulſit* omnino ſcribendum, quod in omnium veterrimo Mediceo, etiam in ſecundo tertioque Rottendorphiis legitur. uti & in Vaticano, principe ſuorum libro, aliiſque nonnullis invenit, quamvis ſpretum ac rejectum, Pierius. infra hoc ipſo libro 731.

Continuo nova lux oculis offulſit, & arma
Horrendum inſonuere.

ita ibi quoque Vaticanus, omnium codicum Pierianorum princeps, quamquam & vulgata ſcriptura illic loci tolerari poſſit. agit enim de Turno in urbem recepto, & animos tollente poſt hunc ſucceſſum. Silius Italicus lib. XIII. 114.

Cum ſubito dextrum offulſit conatibus omen.

ita liber optimus Colonienſis. vulgati codices pari illic in mendo cubant. Paullinus lib. V. de vita B. Martini:

Ipſe ad clauſa cito contendit limina greſſu,
Obſtructaeque fores Domino reſerante pateſcunt:
Obfulſit claro venerabilis ore ſacerdos.

Suffulgere habes in Catalectis veterum Poëtarum de Iride.

Nu-

22 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 23 nam Voſ. Steph. quoniam Baſil. deeſt R. 24 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. 25 moverat R. 26 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. 27 deſunt iidem ad ℣. 114.

Excidit, & Troum Rutulorumque agmina conplet:
Ne trepidate meas, Teucri, defendere navis,
Neve armate manus: maria ante exurere Turno,
Quam ſacras dabitur pinus. Vos ite ſolutae,
Ite, deae pelagi; Genetrix jubet. Et ſua quaeque
Continuo puppes abrumpunt vincula ripis,
Delphinumque modo demerſis aequora roſtris
Ima petunt. Hinc virgineae (mirabile monſtrum)
[Quot prius aeratae ſteterant ad litora prorae]

Red-

SERVII.

114. Ne trepidate meas. Pro, ne feſtinetis. Et per hoc ſignificatur, ideo ad navium defenſionem egreſſos non eſſe Trojanos, quia numen [28] vetuit.

116. [29] [Quam sacras dabitur pinus. Fabula talis eſt: [30] Attis, puer ſpecioſus, cum Matris Magnae praeeſſet ſacris, a rege civitatis ſuae [31] adamatus eſt; ſed cum intelligeret vim ſibi a rege inſtare, [32] quaſdam in ſylvas profugit; cum ergo inventus vim ſibi videret inferri, verenda ſtupratoris abſcidit, qui moriens eandem ipſam partem corporis puero abſcidit: quem ſemianimem ſub pinu latentem cum inveniſſent antiſtites Matris Magnae, [33] perlatum in templum deae fruſtra conati reficere, defunctum ſepelierunt: cujus ut perpetua maneret memoria, Mater Magna inſtituit, ut quotannis in ſacris ſuis plangeretur, pinumque arborem, ſub qua jacuerat, tutelae ſuae adſcripſit: & effecit, ut cultores ſui viriles ſibi partes amputarent, qui Archigalli [34] appellantur.]

117. Ite, Deae pelagi. Alii hucuſque volunt Matrem Deum locutam. [35] [Prope enim videtur abſurdum, ipſam indicare, quae ſit; cum jam nymphis, & audientibus utique, & videntibus, dicat.] Alii jungunt *Genitrix jubet:* [36] [& [37] putatur melius, quia poſtea ait x. 220. *Quas alma* [38] *Cybele Numen habere maris, nymphaſque* [39] *e navibus eſſe Juſſerat.*]

VARIORUM.

Nubila cum Phoebus perfudit lumine claro,
Tum fit ut humor aquae ſuffulgeat.

pari modo *offundi*, & *ſuffundi* frequenter apud optimos ſcriptores occurrunt. Statius Theb. I. 445.

Haud humiles tanta ira decet, generiſque ſuperbi
Magna per offuſum clareſcunt ſigna cruorem.

ſic veterrimus liber Anglicanus. ſic & *offervere* apud Lucretium lib. II.

Quatenus in pullos animalis vertier ova
Cernimus alituum vermiſque offervere terram.

ſic duo vetuſtiſſimi codices Voſſiani, & Modii tertius, non *effervere*. malim & *vermique* pro vermibus. HEINS. Vid. ad Valer. Flac. IV. 482. & ad Quinctil. IX. Declam. 7.

111. Nimbus. *Nubes* Sprotianus pro varia lectione.

112. Idaeique. *Idaeumque chorum* Zulichemius. *Iteique cori* Dorvil.

Ibid. Tum vox. *Cum vox*, in ſecundo tertioque Rottendorphiis. HEINS. *Per aures* primus Rottendorphius a manu prima. *accidit* malebat Heinſius.

114. Meas. *Meas veneteucri* Dorvill *trepidate* etiam feſtinate exponit Schol. Horat. II. Od 3.

119. Demersis. *Diverſis* Zulichemius. *dimerſis* ſecundus Moreti. *demergi* Excerpta noſtra. *aequore*

28 vetavit L. R. Voſ. 29 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad ℣. 117. 30 Atys Fabr. al. 31 amatus Baſil. 32 illam in ſilvas profugit, quum vero inventus eſſet a quodam, qui cum illi vim inferret, Rex verenda ſtupratoris abſcidit, qui moriens eadem ipſa corporis puero abſcidit Baſil. 33 prolatum Baſil. 34 nuncupantur Baſil. 35 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 36 deſunt L. R. Steph. al. 37 putaretur Dan. 38 Cybebe Voſ. 39 & navibus Voſ.

Reddunt ſe totidem facies, pontoque feruntur.
Obſtupuere animi Rutulis: conterritus ipſe
Turbatis Meſſapus equis: cunctatur & amnis
Rauca ſonans, revocatque pedem Tiberinus ab alto.
At non audaci ceſſit fiducia Turno:
Ultro animos tollit dictis, atque increpat ultro:

Tro-

SERVII.

123. Obstupuere animi Rutulis. [40][Hoc eſt, Rutulorum; dativus pro genitivo.] Timuerunt [41] ergo Rutuli; timuit Meſſapus, numinis [42] marini filius, [43] [qui utique fiducia patris & ſui, nihil ex mari timere debuerit: vel certe, VII. 692. *Quem neque fas igni cuiquam nec ſternere ferro*;] timuit [44] etiam Tyberis. Per hos autem gradus, [45] [id eſt, Rutuli, Meſſapi, amnis,] major Turni deſignatur audacia. [46] Tale eſt & in quarto 539. *At non infelix animi Phoeniſſa.*

124. Et amnis Rauca sonans. Licet antiquitas habuerit *hic* & *haec amnis*; melius tamen eſt, accipere *rauca ſonans*, pro, rauce, quam *rauca amnis.*

125. Revocatque pedem Tyberinus ab alto. Nunc ipſum deum territum dixit: ſupra, undas fuiſſe [47] perterritas & in ſe repreſſas.

126. [48] [Audaci Turno. Ecce ubi confirmat epitheton, quod Turno ſemper imponit: & hoc colore futuram orationem oſtendit.]

127. Animos tollit dictis. Magnanimitatem ſuam, [49] [quia ipſe non terreatur,] comprobat dictis. Tale eſt & [50] illud e contrario VIII. 223. *Turbatumque oculis.* [51] [Poteſt tamen accipi, eorum animos tollit, qui erant territi: & hinc increpat.]

VARIORUM.

quore Venetus.

121. Quot prius aeratae. Ex ſequenti libro huc tranſlatus verſus, ϗ παρεμβεβλημένον deſideratur in antiquis etiam. Habet τὸ ἀνακόλουθον vim ſuam, nec caret exemplo. ut lib. II. 331. *Millia quot magnis numquam venere Mycenis.* FABRIC. Abeſt hic verſus a Mediceo, Menteliano utroque, Gudiano aliiſque nonnullis noſtrorum, & Pierii vetuſtioribus. in nonnullis a ſecunda manu adſcriptus eſt. Nec dubito temere hunc verſum hic eſſe inculcatum, qui lib. X. 123. opportuniori loco occurrit. HEINS. Abeſt hic verſus etiam Regio, tribus Moretanis, & aliis. in Parrhaſ. & Dorvil. Edd. Ald. Junt. Steph. Dan. & aliis priſcis ſequens verſus huic praeponitur. *in litore* Sprotianus & Hamburg. alter, qui & *puppes* habet. *naves* Dorvil. ſive vero *prorae*, ſive *puppes*, ſive *naves* legatur, eodem redire puto. & Cl. Dorvillius diverſitatem lectionis inde natam credit, quia *aeratas puppes* ferre non potuerint librarii, qui in prora aerea roſtra fuiſſe ſciebant. ſed & *aerea puppis* occurrit lib. V. 198. ubi Servius etiam haerens, ideo *fortem* interpretatur. *aeratas puppes* dixit Ovid. XIV. Met. 103. ut noſter *aeratas claſſes* VIII. 675. & ita paſſim alii Poëtae: *puppis* autem hic non de una parte navis, ſed de tota debet ſumi, ut centies, & inde pauca loca occurrunt, ubi non variat lectio in *puppes* & *naves*, & *claſſes*. etiam aliquando *prorae*, ut apud Lucan. IX. 1079. vidi in Mſ. ſaepe *puppes* rectius, quia illae ſtant litore. ut lib. III. 277. & alibi. BURM.

122. Reddunt se. *Redduntur* alios habere notaverat Heinſius. *facies totidem* Venetus. *ferentur* pr. Rottendorph.

123. Animus Rutulo. *Animi Rutulis* Mediceus & Sprotianus, etiam Gudianus a manu prima: & placet. nam libro VIII. 530. jam habuimus, *obſtupuere animis alii.* nunc variare orationem maluit. lib. II. 120. & lib. V. 404. *obſtupuere animi.* HEINS. *Animis Rutuli* Dorvill. Ald. Edd. pr. & Mediol. vid. lib. II. 120. *obſtipuere* Ed. Junt. & aliae.

124. Messapus. *Meſapus*, *Meſappus* in ſcriptis. *& amens* Parrhaſ. a m. pr.

126. Ces-

40 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 41 deeſt iiſdem. 42 deeſt iiſdem. 43 deſunt iiſdem. 44 deeſt iiſdem. 45 deſunt iiſdem. 46 talis Dan. 47 territas R. pert. & in ſe preſſas L. 48 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 49 deſunt iiſdem. 50 illud contrarium Steph. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Trojanos haec monſtra petunt: his Juppiter ipſe
Auxilium ſolitum eripuit: non tela, nec ignes
Exſpectant Rutulos. Ergo maria invia Teucris,
Nec ſpes ulla fugae: rerum pars altera ademta eſt:
Terra autem in noſtris manibus: tot millia, gentes

Ar-

SERVII.

128. Trojanos haec monstra petunt. Id eſt, appetunt, [52] [hoc eſt, ad Trojanorum pertinet damnum,] ut t. 717. *Reginam petit.* Juppiter ipse. Scilicet, qui omnibus praeſtare conſuevit: unde & *Juppiter* dictus eſt, quaſi *juvans pater.* Ergo Auxilium solitum, non circa Trojanos accipimus; ſed quod ipſe [53] omnibus praeſtare conſuevit. [54] [Alii *auxilium ſolitum*, auxilium fugae accipiunt.]

129. Non tela neque ignes Exspectant Rutulos. Non expectant Trojani, ut Rutulorum telis aut ignibus pereant, qui jam navium amiſſione [55] perierunt.

130. Maria invia Teucris. Color eſt: nam rem, quam pro ſe Trojani putabant, in contrarium vertit, dicens, navigationis & fugae auxilium perdidiſſe Trojanos, quos conſtat pro felicitate habuiſſe, navigationis vitare diſcrimina.

131. Rerum pars altera adempta. [56] [Id eſt, naturae rerum:] humanae enim naturae duo elementa conceſſa ſunt, mare & terra. Nil me fatalia terrent. [57] [*Nihil*, pro non: &] tacitis occurrit quaeſtionibus, dicens: Si fataliter ſe ad Italiam veniſſe dicunt, jam venerunt: completa ſunt fata, & callide tacuit, quod erat fatale. Trojani enim [58] dicebant, Italiae ſibi regna deberi. Et eſt [59] oratorium, quaeſtiones ita proponere, ut [60] facilem ſolutionis ſortiantur eventum.

VARIORUM.

126. Cessit fiducia Turno. *Turno fiducia ceſſit* ſcripti omnes, exceptis altero Hamburgico & Veneto. ſic lib. x. 276. *Haud tamen audaci Turno fiducia ceſſit.* HEINS. Et ita Dorvilianus. & Servius ad lib. x. 270. ſed aliter ad lib. iv. 615.

127. Tollit. Ambigue dictum, ut apud Flor. I. 3. ubi rex *callidus tollit animos.* vide Freinshem. Indicem. an ſuos animos tollit, ut Servius videtur capere, an ſuis animos addat & tollat. quod malim, propter ſequens *increpat. dictis tollit* ſecund. Moreti. *tollit, dictis atque i. u.* Ed. Dan. Heinſ. BURM.

128. Petunt. *Petant* alter Hamburgicus, non male, ut ſit imprecantis. HEINS.

129. Non tela. Locus corruptus. lege, *nunc telaque & ignis*, &c. non ferendi interpretes cum ſuis expoſitionibus, i. e. (ut alii ſcriptores dicerent) ignes Rutulos morantur. FABER. *Neque ignes* in vetuſtioribus. *expectans* in Mediceo a m. prima. HEINS. Ortuinus etiam malebat, *nunc telaque & ignes. neque ignes* Parrhaſ. Dorvil. & multi alii. *exſpectant* vero hic eſt, non jam metuunt ſibi a ſolis Rutulis, nec credunt ſibi a telis & ignibus Rutulis exitium futurum; quod certum ſibi propoſuerant antea, quum deſcenderent in litus Latii, aut ſi male acciperentur, praeſidium fugae, naves habere credebant paratas, ut mari manus noſtras effugerent. hoc quoque jam ademto, & terra illis infeſta, & mille gentes armatae certam illis necem intentant. vide quae de hoc verbo *exſpectare* de re, quae certo evenire debet, diximus ad II. Georg. 237. & VI. Aen. 614. & alibi. eſt vero ſarcaſmus & irriſio. antea exſpectabant tela & ignes, navibus injicienda a Rutulis: nunc ab igne nihil metuendum, quia jam naves ademtae: ergo

52 deſunt iiſdem. 53 deeſt iiſdem. 54 deſunt iiſdem. 55 deeſt R. 56 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. Mare videlicet & terra Baſil. vir Ill. Bouherius ad Petron. ſpecimen belli Civilis ℣. 89. putat legendum, *humanae enim Vectorae duo elementa conceſſa.* id eſt duo elementa eſſe ad iter faciendum conceſſa, per mare & terram. eleganter & forte vere. niſi hoc intelligi ſatis quis putaret, ut humanae naturae ad iter faciendum duo elementa conceſſa ſint. Hinc Daedalus apud Ovid. II. Art. Am. 35.

Poſſidet en terras. & poſſidet aequora Minos:
Nec tellus noſtrae, nec patet unda fugae.

vide & VIII. Met. 185. ubi poſtea addit, *Naturamque novat*, quia Daedalus tertio elemento, aëre contra naturam humanam, uti inſtituit. BURM. 57 deſunt iiſdem. 58 dicunt R. L. 59 oratorum R. Steph. al. 60 facile Voſ. R. L. Steph.

Arma ferunt Italae. Nil me fatalia terrent,
Si qua Phryges prae ſe jactant, reſponſa Deorum.
Sat fatis Venerique datum, tetigere quod arva
Fertilis Auſoniae Troës. Sunt & mea contra
Fata mihi, ferro ſceleratam exſcindere gentem,
Conjuge praerepta: neç ſolos tangit Atridas

Iſte

SERVII.

134. SI QUA PHRYGES PRAE SE JACTANT. *Jactant*, quaſi & iſta [61] confingant: [62] [aut: *Prae ſe jactant*, prae ſe ferunt]

135. [63] [TETIGERE QUOD ARVA. Quaeſtio eſt, an ſuperare poſſent, qui forte venerint: &, ſicut ſupra dictum eſt, per conceſſionem argumentatur: etiam ſi vera ſunt, quae jactant, tamen jam completa ſunt, *Tetigere quod arva Fertilis Auſoniae Troës.*]

136. SUNT ET MEA CONTRA FATA MIHI. Hoc falſum eſt, quod dicit Turnus; ſed in arte rhetorica tunc nobis conceditur uti mendacio, cum redarguere nullus poteſt; ut [64] hoc loco: [65] quis enim vere poteſt ſcire, ſi Turno data ſint, nec ne, reſponſa? [66] Sane, quia ſcit falſum eſſe quod [67] dixit, argumentis probare dicta contendit, dicens eſſe ſceleratam gentem, ob raptam ſibi conjugem: in quo facto utitur Graecorum exemplo, qui [68] ob raptam Helenam gentem delevere Trojanam.

138. CONJUGE PRAEREPTA. Invidioſe, ſponſam *conjugem* vocat. NEC SOLOS TANGIT ATRIDAS ISTE DOLOR. Cur non in ſimilitudine criminis ſit poenae ſimilitudo? Si culpa repetitur, ſupplicia quoque geminentur.

VARIORUM.

ergo ſola tela reſtant, quae mille gentes terreſtri praelio in illos conjicient. BURM.

131. ADEMTA. *Demta* Montalbanus. & ita Servius Danielis.

132. IN NOSTRIS MANIBUS. Hoc aliter paullo explicandum, atque II. Georg. 45. *in manibus terrae:* & ut apud Stat. X. 29. *in manibus merces.* ubi videndi Lutatius & Barthius. nam Turnus hic jactat, ſe potentem in Italia eſſe, & adjutum tot millibus populorum, qui Trojanos bello terreſtri laceſſent, & in eas anguſtias redigent, ut evadere non poſſint. ſed expellant Italia vel occidant. vide Heinſ. ad Sil. Ital. XI. 163. *in noſtris manibus* praecipuos codices habere Heinſius notaverat. *terra autem noſtris manibus* Edit. Venet. BURM.

Ibid. MILIA GENTIS. *Gentes* non *gentis* vetuſtiores, excepto tamen Mediceo. & ſane concinnius per appoſitionem, *tot milia gentes*, quam *gentis*. HEINS. *Ferant* prior Hamburgicus pro diverſa lectione. *Itali* ſecundus Rottendorphius.

134. PRAE SE *Pro ſe* ſecundus Moreti.

135. DATUM EST. Tò *eſt* non exhibent Mediceus, primus Rottendorphius, uterque Voſſianus, tres Moretani, Mentelianus alter, tres alii, ex Pierianis ſolus Vaticanus agnoſcit. ſubſcribit verbum ſubſtantivum omittentibus Nonius vocabulo *tangere*, & Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. II. Od. 19. ſic lib. II. 291. *ſat Patriae Priamoque datum.* ubi pari modo verbum ſubſtantivum veteres pleri-que omittunt. Silius lib. II. 558. *ſat fidei proaviſque datum.* quomodo & illa ex optimis membranis ſunt caſtiganda. peſſime vulgo, *ſtat fidei proaviſque datus.* Valer. Flac. lib. III. 688. *ſat lacrimis comitique datum.* HEINS. *Stat* Francianus.

Ibid. QUOD. *Quid arma* alter Hamburgenſis.

136. ET MEA CONTRA FATA. Haec illuſtrari debent ex illis, quae dixi ad Ovid. I. Epiſt. 28. ubi docuimus omnibus fuiſſe ſua fata, quae ſi contraria eſſent, (vide I. Aen. 239.) majora vincebant minora fata. ita Aeneas magnis vir fatis, Turnum, cui minora erant, vincet. licet ille nunc Rutulis ſuis jactet, ſua fata Aeneae fatis contraria & ſuperiora fore. vide & ſupr. lib. VII. 293. ſic & de Appio Lucanus lib. V. 189. ubi comparantur ejus

fata

61 fingant Voſ. R. L. 62 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 63 deſunt iiſdem. 64 in hoc Dan. 65 quis enim poteſt ſcire, ſi Turno vere data ſ. &c. Dan. quis e. vere p. ſ. cur non data R. q. e. vere p. ſcire Turno data ſint L. Steph. & ita Baſil. niſi quod, data eſſet nec ne r. ubi vel *eſſent*, vel *eſſe*. ut alia Baſil. habet, legendum. 66 deeſt Voſ. R. Steph. al. & quia L. 67 loquitur Dan. 68 rapta Helena Voſ. R. L. Steph. al.

Iſte dolor, ſoliſque licet capere arma Mycenis.
Sed periiſſe ſemel ſatis eſt. Peccare fuiſſet
Ante ſatis, penitus modo non genus omne peroſos
Femineum: quibus haec medii fiducia valli,
Foſſarumque morae, leti diſcrimina parva,

Dant

SERVII.

140. [69] [PERIISSE SEMEL SATIS EST. Quaſi objectio eſt, ut ſi dicatur: *ſed periiſſe ſemel ſatis eſt*; immo vero ſemel ſatis fuit eos peccaſſe: ex quo colligitur, quotiens peccaverint, totiens eos perire debere.]

141. PENITUS MODO NON GENUS OMNE PEROSOS FOEMINEUM? Modo omne genus foemineum non eos penitus peroſos eſſe [70] decebat, [71] [propter quod ante perierunt.] Locutus eſt autem figurate.

142. [72] MEDII FIDUCIA VALLI. Quod inter Trojanos Rutuloſque ſit medium: & bene de muris nihil dixit.]

143. FOSSARUMQUE MORAE. [73] Quaſi non tutela; ſed mortis dilatio.

VARIORUM.

fata Caeſaris & Pompeji. ubi etiam quaedam adnotavimus. & hinc non inelegantur dicit idem Lucan. x. 3.

Pugnavit Fortuna ducis, fatumque nocentis Aegypti, &c.

BURM.

137. EXSCINDERE. *Excidere* Hugenianus. *ſcindere* duo Moretani. *excindere* Dorvil. vid. ad lib. IV. 425. mox *praerapta* Francianus.

138. NEC SOLOS. *An ſolos* Macrobius lib. IV. Saturn. 4. mendoſe, ut opinor, cum Nonius & Cledonius aliter agnoſcant. *an* pro *non* obrepſiſſe librariorum culpa ſit veroſimile. ſed idem Macrobius lib. V. 9. cum vulgatis facit. HEINS.

139. DOLOR. Proprietatem hujus vocis in uxore ab alio rapta, aut adulterio corrupta, eſſe notavit Jac. Goth. ad Leg. IX. Cod. Theod. ad Leg. Jul. de Adulter.

140. SED PERIISSE. *Si periiſſe* Francianus, Bigotianus, Zulichemius, tres Moretani & plurimi alii. & agnoſcit Rufinianus de Schem. Dian. p. 36. qui *ſatis ſemel eſt. cum* primus Rottendorphius. *peccaſſe* Hugenianus & prior Hamburgicus.

141. PEROSOS. *Peroſum* a Cariſio citatur lib. II. ſed mendoſe, ni fallor. atque ita etiam a Scholiaſte Statii Theb. III. 231. *peroſum* etiam uterque Voſſianus, Leidenſis, quatuor Moretani, uterque Menagianus, primus & ſecundus Rottendorphii, alii quini. etiam pro diverſa lectione prior Mentelius, & Gudianus a manu ſecunda. in Mediceo, *peroſos*, & emendatum, *peroſus*. *peroſis* quoque Gudianus a manu prima, quod admitti poſſet. HEINS. *Peroſom* Dorvill. a m. ſec. *peroſum* Francian. Reg. Parrhaſ. Edd. Venet. Mediol. Ald. pr. Junt. & aliae. *peroſos* Schol. Horat. I. Od. 21. *nunc genus* etiam Venetus. & ita corrigebat Markland. ad Statii v. Sil. III. 35. ubi difficilem hunc ad intelligendum locum explicare conatur. ſed & ſenſus ſatis conſtat etiam retento *non*, ſi cum Caſtelvetr. in operibus Criticis p. 126. *modo non* eo ſenſu capias, quo apud Suetonium & alios ſaepe *tantum non* occurrit. non ſolum peroſos Laviniam, ſed etiam penitus omne femineum genus. ut objectio ſit. *ſed* (quod ſervandum, non *ſi*, ut Catroeus Pierium compilans) periiſſe, diruta & incenſa Troja, ſatis eſt ob Helenae raptum. reſponſio eſt, hoc dandum, ſi etiam ſatis fuiſſet ſemel ante peccaſſe & doctos infelici bello ob Helenam raptam, poſtea abſtinuiſſent a Lavinia mihi praeripienda, & potius exoſi fuiſſent omne genus femineum, quam nova pericula ſalutis ſubire. *modo non* vero pro *tantum non*, in uſu fuiſſe notarunt interpretes ad Valer. Max. VIII. XI. Ext. 7. & ita ſaepe utitur Amm. Marc. ut XIV. 7. XXII. 14. XXII. 6. & paſſim. varietas illa in *peroſos* & *peroſis*, venit a vario regimine τῦ *ſatis*: dicimus enim *ſatis eſt me*, & *mihi* feciſſe. vid. ad Ecl. VII. 33. *peroſum* vero dubiam facit conſtructionem, an *Aeneam* intelligendum; ſed tunc *quibus* obſtaret. an jun-

69 deſunt iisdem. 70 oportebat Dan. Fabr. dicebat Baſil. *eſſe* deeſt omnibus, praeter Steph. 71 deſunt L. R. Steph. al. 72 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 73 deeſt L. Voſ. R. Steph.

Dant animos. At non viderunt moenia Trojae
Neptuni fabricata manu conſidere in ignis?
Sed vos, o lecti, ferro qui ſcindere vallum
Adparat, & mecum invadit trepidantia caſtra?
Non armis mihi Volcani, non mille carinis
Eſt opus in Teucros. Addant ſe protenus omnes
Etruſci ſocios: tenebras, & inertia furta

Pal-

SERVII.

144. AN NON VIDERUNT. Legitur &, AT NON VIDERUNT: ſi AN NON, abſolutum eſt; ſi AT NON, inceptiva eſt particula, ad ornatum pertinens. Horatius Epod. v. I. *At o deorum quidquid in* [74] *coelo regis*. Tale eſt VII. 363. *At non ſic Phrygius penetrat Lacedaemona paſtor:* [75] [& eſt exemplum a majore ad minus, hoc eſt: At, credo, non viderunt Neptuni manu fabricata moenia conflagraſſe, ut fiduciam vitae in exiguo vallo & parva foſſa habeant.

146. LECTI FERRO. Utrum, ad ferrum lecti, an potius acie lecti? ut ſi dixiſſet, virtute lecti.] VALLUM. [76] [Hiſtorice [77] locutus eſt:] *Vallum* autem dicitur ipſa munitio: nam *valli*, fuſtes ſunt, quibus *vallum* munitur. Ipſe de ſuſtentaculis vitium. [78] II. Georg. 409. *Vallos primus ſub tecta referto.*

147. [79] [TREPIDANTIA CASTRA. Ut ſupr. 13. *Turbataque arripe caſtra.*]

148. NON ARMIS MIHI VULCANI, NON MILLE CARINIS. Bene *arma* generaliter dixit: nam & ipſe habuit a Vulcano, ſed ſolum gladium, ut XII. 90. *Enſem, quem Dauno ignipotens deus ipſe parenti Fecerat, & Stygia candentem tinxerat unda.* Per hoc autem quaſi latenter dicit ſe Achille eſſe meliorem, qui ſe Trojanos etiam ſine divinis armis ſuperare poſſe confidit.

149. ADDANT SE PROTINUS OMNES. Ne timere videatur auxiliorum multitudinem: dicit incrementa eſſe victoriae. [80] [Quidam *protinus*, hic pro [81] licet accipiunt.]

VARIORUM.

jungendum τὸ genus, quod abſurdum. quare *peroſos* praetuli. BURM.

142. VALLI. *Belli* alter Hambugicus.

143. DISCRIMINE PARVO. *Diſcrimina parva* per appoſitionem praetulit Pierius ex ſuis. quomodo Mentelianus noſter uterque, cum tribus Rottendorphiis, duobus Moretanis, totidem Menagianis, Hamburgicis ac Voſſianis, aliiſque quatuor. in Mediceo, Gudiano, ac Sprotiano, *diſcrimine parvo*. HEINS. Et ita duo Leidenſes, & Ald. Junt. & aliae Edd. vid. ad Ovid. VII. Metam. 426.

144. AN NON VIDERUNT. *At non viderunt* Mediceus & caeteri praeſtantioris notae. ſupra ſimili locutione lib. VII. 363.

At non ſic Phrygius penetrat Lacedaemona paſtor.

ubi *An* in codicibus quoque minus caſtigatis erat repoſitum, quem locum huc oportune a Pierio trahi ſerus agnoſco. ſupra 140. *ſed periiſſe ſemel ſatis eſt*. ubi male in plurimis ſcriptis eſt repoſitum *ſi periiſſe*. apud Cariſium tamen lib. IV. *an non* invenio contra mentem & manum ejus, ut opinor. etiam apud Diomedem Grammaticum lib. II. ubi de allegoria agit, cum tamen hunc locum alteri illi *At non ſic Phrygius* adſtruendo ſubjungat. HEINS. *At non* Francianus. Reliqui & Edd. Mediol. Ald. Junt. & Excerpta noſtra *an non*.

146. QUIS SCINDERE. *Qui ſcindere* Mediceus, Mentelianus uterque & Gudianus, caeterique praecipuae rei. HEINS. *Vos ſelecti* Mentelius prior a manu

74 *coelo eſt* Steph. *regit* L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. *quisquis* in Maſvic. 75 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. ad vallum ℣. 146. 76 deſunt iisdem. ut & mox *autem*. 77 elocutus Maſvicius ſolus. 78 *primus vallos* L. Voſ. R. Steph. al. 79 deſunt iisdem. 80 deſunt iisdem. 81 ego potius ellipſin τῷ *licet* eſſe, pro *licet addant*, putem, quam ut *protinus* regat illud, quae ellipſis frequentiſſima. ſed tunc minor diſtinctio ponenda poſt Teucros, non *opus in Teucros*, *addant ſe*. BURM.

Palladii, caeſis ſummae cuſtodibus arcis,
Ne timeant; nec equi caeca condemur in alvo.
Luce, palam certum eſt igni circumdare muros.
Haud ſibi cum Danais rem ſaxo & pube Pelaſga
Eſſe putent, decumum quos diſtulit Hector in annum.
Nunc adeo, melior quoniam pars acta diei,
Quod ſupereſt, laeti bene geſtis corpora rebus
Procurate, viri; & pugnam ſperate parati.

In-

SERVII.

153. LUCE PALAM. Propter tenebras & furta inertia. [82] [Vel *luce*, quod Ilium nocte captum eſt: *Palam*, quia inſidiis.]

155. QUOS DISTULIT HECTOR. Bene ſolius Hectoris facta eſt commemoratio, ut oſtendatur [83] periiſſe eum, qui potuit eſſe terrori. [84] [Et fatis Hectori dedit, quaſi plus eſſet differre, quam vincere;] [85] per quod vult Aenean nihil fortiter in bello feciſſe Trojano.

156. MELIOR QUONIAM PARS ACTA DIEI. Id eſt, major, & prima. [86] [An, quoniam dicit hoc optimum, quod matutinum?]

157. BENE GESTIS CORPORA REBUS. In eo tantum, quod hoſtes non auſi ſunt egredi: nam nihil egerant. [87] [Ergo hortativa eſt oratio ad ſocios, ut audaciores eſſe debeant, cum videant ſe timeri. Homeri eſt Iliad. B. 381. Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα.

158. PROCURATE. Verbum compoſitum, id eſt, curate.] PUGNAM SPERATE PARARI. Scilicet contra Trojanos: non a Trojanis: ne videatur contra ſupradicta [88] omnia nunc ſociis inferre terrorem. [89] [Ergo a me parari ſperate, id eſt, pugnaturos vos ſcitote, licet hoſtes muris ſe teneant, ut XI. 18. *Arma parate animis, & ſpe praeſumite bellum.* *Sperate* autem dixit: quia cupidos eos oſtendit pugnae & victoriae, ut viros fortes.]

VARIORUM.

a manu prima. *at vos* quartus Moreti. *electi* Regius. *vos ellecti f. quis* Dorvil. *o laeti* Parrhaſ. a m. pr. *qui ſcindere* idem & Ed. Venet. vid. ſupr. ℣. 51.

151. CAESIS SUMMAE CUSTODIBUS ARCIS. Haec adſuta & ſpuria, repetita ex lib. II. 166. cenſet Freinshem. ad Curt. IV. XIII. 8.

152. NE TIMEANT. *Nec* Dorvil. & uterque Mentelii.

Ibid. CONDEMUR. *Claudemur* Bigotianus. *condemus* Montalb. *condentur* duo Moretani. *nec equidem cava condemur in alvo*, vitioſe Commentator Crucquianus Horatii IV. Od. 6. *Palladis* etiam idem Interpres ibid. ad ℣. 15. *caeco* Regius.

153. LUCE, PALAM. Diſtingendum poſt *Luce*, cum optimis codicibus & editionibus. ſic Ovid. XIII. Met. 100.

Luce nihil geſtum eſt.

Palam ablativo jungi verum eſt, ut *palam me*, *te*, *aliquo*, & ſimilibus. Ovid. II. Art. Am. 559. *Marte palam.* & ſaepe alibi. vid. ad Quinctil. VI. Declam. 14. ſed *luce palam* dici vix puto.

155. ESSE PUTENT. *Eſſe ferant* duo Rottendorphii, & ſecundus Moretanus, etiam Gudianus a manu prima. HEINS. *Putant* alter Hamburgicus, Zulichemius, & Leidenſis.

156. MELIOR QUONIAM PARS ACTA DIEI. *Diei eſt* Mediceus, prior Mentelianus, Moretani quatuor, duo Voſſiani, quinque alii. ſed & Nonius verbum ſubſtantivum agnoſcit operis initio. HEINS. *Quoniam melior* Venetus. Nonius dictum hoc tranſlatum ab hominis aetate, quaſi eſſet *Diei puber aetas*, dicit. haec autem pars prima negotiis agendis deſtinata, ut poſt meridianum tem-

82 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 83 ipſe periiſſe, qui Steph. al. periiſſe qui Voſ. R. L. 84 deſunt R. L. Steph. al. 85 propter quod Baſil. 86 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 87 deſunt R. Voſ. L. Steph. Homerica deſunt etiam Dan. quae habet Baſil. omiſſis aliis. in L. etiam deerat, *nam nihil egerant.* 88 omnia R. Steph. Dan. Fabr. al. deinde, nunc ſociis in furorem R. inferre timorem Steph. al. nec ſocios putare inferiores L. 89 deſunt L. Voſ. Steph. al.

Interea vigilum excubiis obſidere portas
Cura datur Meſſapo, & moenia cingere flammis.
Bis ſeptem, Rutulo muros qui milite ſervent,
Delecti: aſt illos centeni quemque ſequuntur
Purpurei criſtis juvenes, auroque corufci:
Diſcurrunt, variantque vices, fuſique per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateras aënos.
Conlucent ignes: noctem cuſtodia ducit
Inſomnem ludo.

Haec

SERVII.

159. VIGILUM EXCUBIIS. *Excubiae*, diurnae ſunt; *vigiliae*, nocturnae.

162. CENTENI QUEMQUE. Centurionum ſcilicet. ex more Romanae militiae: nam ex numero militum, qui eos ſequuntur, gradus dignitatis apparet: [90] [unde & *milites* dicti a *mille*: & *Tribuni militum* dicti ſunt χιλίαρχοι.]

163. [91] PURPUREI CRISTIS JUVENES. Hic verſus per figuratum ablativum prolatus eſt.

164. VARIANTQUE VICES. Vices ſtationum.

165. INDULGENT VINO. Ablativus caſus eſt, & deeſt *ſibi*; ni figuratum eſt, ex fiducia, ſcilicet: ſequitur enim 188. *quae Rutulos habeat fiducia.*] VERTUNT CRATERAS AHENOS. [92] Potantes exhauriunt: & eſt hemiſtichium Ennianum.

166. [93] [CUSTODIA. Nomen ambiguum; ſed modo, quae cuſtodit.

VARIORUM.

tempus genio & conviviis, unde Ovid. VII. Met. 662. *pars optima menſae eſt data*, ubi alii *pars ultima*, quod olim probavi, nunc aliter exiſtimo. Meliorem enim partem diei, ſeptem horas eſſe primas, quibus negotiis ſtudiis & operibus vacandum eſſe cenſent Medici, quorum opiniones recenſet & firmat Naudaeus in Quaeſtionibus Iatrophilologicis, Quaeſtione III. pag. 60. & hoc etiam Virgilii loco illuſtrat. & certe hoc quoque nos per omnem aetatem, re & conſuetudine ſaluberrimum eſſe experti fuimus. BURM.

157. LAETI BENE GESTIS REBUS. Terent. Adelp. V. I. ad hunc morem reſpicit. *potaſti, quaſi re bene geſta.* quum ante Syrus dixiſſet. *curaſti te molliter.*

158. SPERARE PARATI. *Parari* in noſtris omnibus, excepto ſecundo Moretano, & in Pierianis. neque aliter Servius. ſed apud Macrobium lib. V. Saturn. 9. & lib. VII. I. *parati* legas. HEINS. Nullum dubium eſt, quin *parati* ſit legendum, & notum illud apud Romanos, ut quum pugnae tempus inſtaret, monerentur milites, ut *pranſi parati* eſſent. & Serv. ad XI. Aen. 18. *parati* hoc loco agnoſcit. & hinc centies *miles paratus* occurrit. vid. ad Petron. cap. CXXXII. & Ovid. VII. Met. 132. ſimilis, ſed de propioris pugnae momento eſt formula, *paratus & intentus*, de qua egimus ad Sueton. Caeſar. LXV. BURM.

160. FLAMMIS. *Flamma* Parrhaſ. & ſecundus Rottendorphius & Hamburgenſis.

161. BIS SEPTEM, RUTILIS. Concinnius utique in Mediceo, *Bis ſeptem, Rutulo muros qui milite ſervent, delecti.* HEINS. *Rutuli* Regius Dorvill. & Parrhaſ. Edd. Venet. Med. Ald. Junt. & aliae. & Catroeus probat. *qui muros* alter Hamburgicus. *dilecti* Gudianus.

162. SECUTI. *Sequuntur* omnes noſtri ac Pieriani, uno Vaticano excepto, in quo *ſecuti.* HEINS. Ita & Edd. priſcae. *ſecuntur* quatuor codices.

163. PURPUREI. *Purpureis* prior Menagianus, & ſecundus Rottendorphius, cum Moretano tertio, alteroque Voſſiano. Rottendorphius

[90] deſunt Voſ. R. L. Steph. al. [91] deſunt Voſ. R. L. Steph. al. ad *verſum* ✝. 165. [92] Potant, & eſt hemiſt. iidem. [93] deſunt iisdem. ad ✝. 169.

Haec ſuper e vallo proſpectant Troës, & armis
Alta tenent: nec non trepidi formidine portas
Explorant, pontiſque & propugnacula jungunt:
Tela gerunt. Inſtant Mneſtheus acerque Sereſtus:
Quos pater Aeneas, ſi quando adverſa vocarent,
Rectores juveni, & rerum dedit eſſe magiſtros.
Omnis per muros legio, ſortita periclum,
Excubat, exercetque vices, quod cuique tuendum eſt.

Ni-

SERVII.

168. E VALLO. E muro. ARMIS ALTA TENENT. Bona elocutio, id eſt, armati tenent alta, hoc eſt, muros: *Tenent* autem, cuſtodiunt.]

169. TREPIDI FORMIDINE. Feſtini [94] per formidinem: nam non eſt iteratio.

170. [95] [EXPLORANT. Confirmant.] PONTESQUE. Qui fiunt in muris anguſtioribus: [96] [ut ſit facilior tranſitus ad diviſas muri partes.] PROPUGNACULA. Pinnas murorum.

173. RECTORES JUVENUM. Legitur & [97] JUVENI; ſi JUVENI, Aſcanium; ſi JUVENUM, magiſtros militum accipe.

174. SORTITA PERICULUM. [98] Aut forte diviſa ad defenſionem periculi: [99] [aut parturiens periculum, quod quiſque experiretur.]

175. QUOD CUIQUE TUENDUM EST. Exercet unuſquiſque vices ad id, quod [1] accepit tuendum.

VARIORUM.

phius quoque primus, & prior Hamburgicus a manu prima. HEINS. Et Parrhaſ. & Edd. veteres. & agnoſcit Rufinian. de Schem. Lex. pag. 34.

164. VARIANTQUE VICES. Id eſt, alternis excubias, & alia munia militaria obeunt, ſuccedentibus aliis & aliis. ut etiam mox ỳ. 175. vid. ad Quinctil. II. Declam. cap. 2. & Ovid. Met. I. 626. BURM.

165. INDULGENT VINO. Dativus eſt, & operam dant, explicat Lutatius ad Stat. I. Theb. 49. & ita ipſe Servius ad IV. Georg. 198. *concubitu indulgent*, dativum eſſe pro *concubitui* notat, ut & Philargyrius. ſic VIII. 512. *generi indulgent*. & ita alibi noſter, & quis non veterum? BURM.

Ibid. ET VERTUNT. *Evertunt* Leidenſis a manu prima. *cretaras* primus Hamburgicus. *crateras aureos* Montalbanius pro varia lectione. vulgata apud Serv. ad lib. IV. 51. exſtat. BURM.

168. PROSPECTANT. *Deſpectant* Venetus.

169. FORMIDINE PORTAS EXPLORANT. *Pennas Explorant*, apud Nonium Marcellum in *explorare*. ut pinnas valli ſubintelligat. HEINS. Sed Edd. Junii & Gothofredi *portas* habent.

170. PONTISQUE. *Pontis &* Oudartii. *pontes &* Dorvil. *pontesque propugnacula* Parrhaſ.

171. INSTANT. *Inſtat* Menteliî. & Menagii priores, ſecundus Hamburgicus, & tertius Rottendorphius. *Mneſteus atque Sereſtus* Dorvil.

173. JUVENUM. *Rectores juveni*, germana lectio, quam & hoc loco, & infra in X. 70. Donatus eſt ſecutus, ſuper illa:

Num puero ſummam belli, num credere muros?

FABRIC. *Juveni* prior Hamburgicus pro varia lectione. & puto recte. nam & Tacit. I. Ann. 24. *rector juveni*, quamquam & ibi a *datus*, quod praecedit, poſſet pendere. Claudian Epiſt. I. 52. *comitem me pelle ſodali*, ut recte Heinſius, non *ſodalis*. *rector caſtris* Lucan. IV. 4. & de Aſcanio hoc ſolo intelligendum eſt, nam *rerum magiſtri* additur, ut ſummae belli praeeſſent, & ita reliquis juvenibus imperarent. Catrocus *juvenum*, peditum explicat, ut Princeps Juventutis. atqui hoc de equeſtri ordine dici ſolebat. BURM.

175. Ex-

94 propter Baſil. 95 deſunt iisdem. 96 deſunt L. R. Steph. al. deinde Pilas: ſine, *τῶν murorum* L. Steph. Pinnas Baſil. per illas R. 97 *juvenis*, ſi *juvenis* Voſ. 98 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 99 deſunt iisdem. forte, partiens periculum. 1 accipit R. Dan. Fabr. al.

Niſus erat portae cuſtos, acerrimus armis,
Hyrtacides; comitem Aeneae quem miſerat Ida
Venatrix, jaculo celerem levibuſque ſagittis:
Et juxta comes Euryalus, quo pulchrior alter
Non fuit Aeneadum, Trojana neque induit arma;
Ora puer prima ſignans intonſa juventa.
His amor unus erat, pariterque in bella ruebant:
Tum quoque communi portam ſtatione tenebant.
Niſus ait, DIne hunc ardorem mentibus addunt,

Eu-

SERVII.

177. IDA VENATRIX. A pleriſque *Ida*, mater Niſi accipitur: quia dixit *venatrix:* nam, ſi montem volueris accipere, abuſive *Idam venatricem* dictam intellige, pro, venationibus abundantem: nam *venatrix*, eſt proprie, quae venatur; non, quae venationibus abundat: [2] [aut *venatrix*, pro his, qui in ea venantur, ut III. Georg. 44. *Domitrixque Epidaurus equorum.*]

178. JACULO CELEREM. Bene inducit Niſum optimum eſſe jaculatorem: & hanc praemittit armorum peritiam, [3] qua plurimum poterit in Euryali defenſione.

180. TROJANA NEQUE INDUIT ARMA. Hoc eſt, qui nondum bellicoſa arma induerat, id eſt, acceperat. Et hoc dicit: Pulcher quidem erat, ſed nondum bellandi peritus.

181. [4] [PRIMA JUVENTA. Num prima lanugine? INTONSA. Hoc ad ſua tempora retulit; alioquin heroës non tondebantur.

182. AMOR UNUS ERAT. Id eſt, eorum ſtudio flagrabant. PARITERQUE IN BELLA RUEBANT. Aut ſimul, aut ſimiliter; & pari virtute, id eſt, aeque fortes erant.]

184. DIINE HUNC ARDOREM MENTIBUS ADDUNT, EURYALE, &c. Apud [5] Plotinum philoſophum, & alios, quaeritur, utrum mentis noſtrae acies per ſe ad cupiditates & conſilia moveatur, an impulſu alicujus numinis? Et primo dixerunt, mentes humanas moveri ſua ſponte; deprehenderunt tamen ad omnia honeſta impelli nos Genio, & numine quodam familiari, quod nobis naſcentibus datur; prava vero, noſtra mente nos cupere & deſiderare: nec enim poteſt fieri, ut prava, numinum voluntate, cupiamus, quibus nihil malum conſtat placere. Unde nunc [6] hic ortus eſt ſenſus. Hoc enim dicit Niſus: O Euryale, diine noſtris mentibus cupiditates injiciunt & deſideria? an deus fit [7] ipſa mentis cupiditas? MENTIBUS vero ADDUNT. Bene dixit *addunt:* nam animus ſui natura prudens eſt; ſed ei additur, ut aliquid impatienter [8] deſideret, [9] [quaſi praeter ejus naturam adjunctum.]

VARIORUM.

175. EXCUBAT, EXERCETQUE VICES. Nonius Marcellus in *Tueri*,

Succedunt variantque vices, quod cuique tuendum eſt.

ſed videtur duos verſus confudiſſe. nam infra ỷ. 222. habes, *ſuccedunt ſervantque vices.* in quarto Moretano, *Excubat exercentque vices.* HEINS. *Variantque vices* ſupra 164. unde confuſio nata. *exercentque* quartus Moretanus. *tuendum* omiſſo *eſt* ſecundus Hamburgicus.

177. IDA. *Ide* in ſecundo Moretano. HEINS. *Yda* Dorvil.

178. JACULO. *Jaculis* Vratiſlavienſis. *levibuſve* prior Hamburgenſis & Montalbanius.

179. ET JUXTA. *It juxta* primus Moretanus.

vid.

2 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 3 quia plurimum potuerit Dan Fabr. quae poſt pl. poterit Baſil. 4 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. ad ỷ. 184. 5 Plotinum R. 6 deeſt Steph. 7 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 8 deſideraret Dan. 9 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. adjunctum ex altero Baſil.

Digitized by Google

Euryale? an ſua cuique deus fit dira cupido?
Aut pugnam, aut aliquid jam dudum invadere magnum
Mens agitat mihi; nec placida contenta quiete eſt.
Cernis, quae Rutulos habeat fiducia rerum.
Lumina rara micant: ſomno vinoque ſepulti
Procubuere: ſilent late loca. Percipe porro,
Quid dubitem, & quae nunc animo ſententia ſurgat.
Aenean adciri omnes, populuſque patreſque,

Expo-

SERVII.

185. Dira cupido? Magna. [10] [Nonnulli tamen inter *cupiditatem*, & *cupidinem*, hanc differentiam eſſe volunt; ut maſculino genere *Cupidinem*, deum ipſum, id eſt, τὸν Ἔρωτα ſignificemus; foeminino *cupiditatem:* quamvis hoc auctores plerumque confundunt.]

186. Aliquid magnum. Scilicet, per hoſtes tranſitum.

187. Agitat. Molitur. Quiete. modo otio, non ſomno: nam in vigiliis fuerat conlocatus: [11] [qui enim cuſtos eſt, de inſomnio ſuo queri non poteſt.]

188. Cernis quae Rutulos habeat fiducia rerum. Ipſius deſiderii vult eſſe rationabiles cauſas; [12] [ne vanum mens agitare videatur: nam & negligentia hoſtium per fiduciam nimiam oſtenditur, & occaſio dabatur aliquid ſtrenue gerendi.]

189. Somno, vinoque sepulti. Alterum pendet ex altero: [13] [& *ſepulti*, quaſi ſine pulſu, & nihil ſentientes.]

190. Porro. Hortantis eſt: [14] [aut *nam* conjunctio expletiva?]

191. Quid dubitem. Id eſt, cogitem: omnis enim cogitatio in dubitatione eſt ante ſententiam.

192. Populusque patresque. Transfert in Trojanos Romanam conſuetudinem, ut ſolet plerumque: prius enim jubebat aliquid Populus; poſtea confirmabat Senatus.

VARIORUM.

vid. v. 558. *Et niſum juxta* Leidenſis.

180. Trojana nec. *Trojanaque induit* Ed. Venet.

182. Pariterque. *Pariter* Montalban.

183. Tunc. *Tum* ſcripti. etiam infra, *Tum ſic Hyrtacides*, & 424. *Tum vero exterritus amens Conclamat Niſus.* HEINS. *Tu* Francian.

184. Addunt. *Addant* Zulichemius.

185. Fit. *Sit* quartus Moretanus, Dorvil. & Parrhaſ. ſed *fit* Servius ad lib. VIII. 350. ubi tamen Daniel *ſit* dedit.

186. Aliquid magnum. Valer. Flac. II. 184. *magnum aliquid ſperabit amor.* unde apparet non opus eſſe correctione Heumanni, qui *aliud* volebat. *aliquid dudum* Gudianus, eraſa prima ſyllaba *jam.*

187. Placida. *Placita* quartus Moretanus & Bigotianus. *mens agit & ne placida* alter Hamburgicus. *eſt* deficit utrique Menagiano & Oudartii.

188. Quae. *Qua* alter Hamburgicus.

189. Rara. *Clara* alter Hamburgicus. *vera* Menagii prior.

Ibid. Soluti. *Sepulti* Voſſianus uterque, tres Moretani, primus Rottendorphius, Menagianus prior, Montalbanius, & Schefferius, & ſane infr. 236. *Rutuli ſomno vinoque ſoluti.* ſic orationem ſolet variare Maro, ut pluribus exemplis jam demonſtravimus. mox *proſpice porro* alter Voſſianus. in primo Rottendorphio & priore Hamburgico *perſpice.* HEINS. *Vino ſomnoque* Dorvill.

190. Percipe. *Perſpice* primus Rottendorphius, Hamburgenſis, duo Leidenſes, Bigotianus, & Markianus & Ed. pr. *proſpice* Vratiſlavienſis & Dorvill.

191. Et quae nunc. *Aut quae nunc* primus Rottendorphius, Menagianus & Hamburgicus priores cum Montalbanio, & Schefferio. HEINS.

Et

10 deſunt iiſdem. 11 deſunt iiſdem. 12 deſunt iiſdem. al. *nam* caret Voſſ. 13 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 14 deſunt L. R. Steph.

Expoſcunt; mittique viros, qui certa reportent.
Si tibi, quae poſco, promittunt, (nam mihi facti
Fama ſat eſt) tumulo videor reperire ſub illo
Poſſe viam ad muros & moenia Pallantea.
Obſtupuit magno laudum percuſſus amore
Euryalus; ſimul his ardentem adfatur amicum:
Mene igitur ſocium ſummis adjungere rebus,
Niſe, fugis? ſolum te in tanta pericula mittam?

Non

SERVII.

193. REPORTENT. Portent: nam *re* vacat: [15] [aut ab eo, quod eſt *reportare.*]

194. SI TIBI, QUAE POSCO PROMITTUNT. Poſcere eſt, ſecundum Varronem, *quotiens aliquid pro merito noſtro depoſcimus*; PETERE *vero eſt, cum aliquid humiliter, & cum precibus poſtulamus.* Et bene, [16] quod Euryalum nolit ducere, latenter oſtendit: [17] [nam ideo adjecit: *Mihi facti Fama ſat eſt.*]

195. SUB ILLO. Pro, ex illo: praepoſitionem mutavit.]

196. MOENIA PALLANTEA. Ubi nunc credit eſſe Aeneam.

198. [18] [ARDENTEM. Modo ardentem, ut IV. 101. *Ardet amans Dido*: an feſtinantem? ut I. 423. *Inſtant ardentes Tyrii*: an cupiditate caedis flagrantem? ut XII. 71. *Ardet in arma magis*: an propter illud, quod ipſe dicat: *Diine hunc ardorem mentibus addunt*: & deinde: *Aut pugnam, aut aliquid jamdudum invadere magnum.*]

199. SUMMIS ADJUNGERE REBUS. *Summum*, & *extremum* dicimus, & *laudabile.* [19] Bene ergo in re dubia ſermone uſus eſt dubio: nam hoc dicit: Non debes me, nec a tua gloria, nec a periculis ſegregare.

VARIORUM.

Et ita duo Leidenſes & Bigotianus. *dubitem*, *quae nunc* Venetus. *anima* Gudianus. *ſurgit*, alter Hamburgicus & Hugenianus.

192. OMNES, POPULUSQUE PATRESQUE. O*mnis* Oudartii, Venetus, & prior Hamburgicus. *Populique* Dorvil. *populoſque* tertius Rottendorphius. *Aeneam acciri que omnis populoſque* Parrhaſ. & alter Rottendorph. *arciri* Regius. recte vero *omnes*, ibique diſtinguendum: hi omnes vero ſunt, *populus* & *patres.* de quibus vide Bentl. ad Horat. III. Od. 6. & omnes dici, & deinde ſingulos exprimi vidimus ad Ecl. VI. 34. III. Aen. 90. & alibi. BURM.

193. CERTA. *Cepta* Oudartii. *reportant* prior Hamburgicus.

194. SI TIBI. Superſcriptum τῷ *tibi*, *dii* in Regio.

195. FAMA SAT EST. *Fama ſatis* Zulichemius. & Dorvill.

Ibid. VIDEOR. *Video* ſecundus Rottendorphius. *cumulo* etiam Zulichemius & Leidenſis. *ſub alto* Bigotianus. Servius male hic *ſub* pro *ex* capit. vide ad Ovid. Metam. I. 689. & ipſe Servius *ſub* pro *in* capit I. Aen. 126. 453. Zulichemio adſcriptum erat pro gloſſa, & *oſtendit digito.* recte. ſic capiendum illud Horatii I. Od. 9.

Vides ut alta ſtet nive candidum Soracte.

ſtans enim Horatius ante villam monſtrabat Taliarcho montem. *aperire* Heinſ. in notis Mſſ. ad Claud. IV. Conſ. Hon. 54. BURM.

197. PERCULSUS. *Percuſſus* noſtri codices. ſolus Menagianus prior & Moretanus ſecundus *perculſus.* ſed male. dictum libr. VIII. 121. & alibi. lib. II. Georg. 475. ex optimis membranis,

Quarum ſacra fero ingenti percuſſus amore.

Ho-

15 deſunt Voſ. R. Steph. al. credo corruptum locum, & legendum, aut pro eo quod eſt *adportare.* vid. ad lib. VII. 167. ut velit non tantum ſe ire ut Aeneae nuntium obſidionis portent, ſed & reduces reportent quid Aeneas velit hoc rerum ſtatu fieri. 16 Euryalum quod nolit dicere Voſ. *dicere* R. 17 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 196. 18 deſunt iidem. 19 bene ergo in rebus dubiis Dan. Fabr.

Non ita me genitor bellis adſuetus Opheltes
Argolicum terrorem inter Trojaeque labores
Sublatum erudiit: nec tecum talia geſſi,
Magnanimum Aenean & fata extrema ſecutus.
Eſt hic, eſt animus lucis contemtor, & iſtum
Qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.
Niſus ad haec: Equidem de te nil tale verebar:
Nec fas: non. Ita me referat tibi magnus ovantem
Jup-

SERVII.

201. Genitor bellis adsuetus. Ipſe puer eſt, necdum probatus: unde ſe [20] & a belli temporibus, & a patris virtute commendat.

202. Argolicum terrorem. Quem Graeci inferebant. [21] [Trojaeque labores. Bene *κατὰ τὸ σιωπώμενον* annos Euryali oſtendit: nam ſi a coepto Trojano bello, quod decennium tenuit, ſeptem anni erroris addantur, anni decem & ſeptem ſunt: Eſt ergo aetas pene ad bellum inhabilis; ſed exercitium oſtenditur, quod inter bella nutritus eſt.]

203: Sublatum. Suſceptum.

204. Magnanimum Aeneam. Ideo ſecutus, non ut vitae ſtudeam, ſed gloriae.

205. Est hic, est animus. *Hic*, poteſt eſſe & adverbium demonſtrantis, ut ſit, *Eſt hic*, id eſt, in meo pectore: poteſt & ſic accipi, ut [22] dicat: eſt hic animus lucis contemptor, hoc eſt, iſte animus. Ergo *Hic*, & produci poteſt, & corripi.

206. Istum qui vita bene credat emi honorem. [22] * [Qui iſtum honorem,] *quo tendis*, id eſt, ad quem niteris, libenter emat vita, id eſt, vitae pretio.

207. Nil tale verebar. Quale tu ſuſpicaris. [23] [Non. Diſtinguendum, ut initium juriſjurandi ſit: *Ita me referat*.

208. Referat tibi magnus ovantem Juppiter. Mire juſjurandum compoſitum ſic enumerat, quaſi relicturus eum, cum de virtutibus ejus optime ſentiat.] Haec. Humana negotia: vel quae loquitur.

VARIORUM.

Horatius Epod. xi.

Scribere verſiculos amore percuſſum gravi.

quo loco Priſcianus tamen libello de duodecim verſibus principalibus Aeneidos Virgilianae *perculſum* agnoſcit. Lucret. lib. i. initio, quae ſcriptura illic in nonnullis exemplaribus exſtat,

Aëriae primum volucres te, Diva, tuumque
Significant initum, percuſſae corda tua vi.

quamquam *perculſae* inveni ipſe illic in tribus codicibus pervetuſtis. vide & ad lib. i. 513. vi. 475. infr. v. 292. & lib. xi. 310. & ſic ſaepe libri Mſſ. variant, notante Voſſio de Analogia lib. iii. cap. 28. HEINS. *Tanto percuſſus* alter Hamburgicus.

198. Adfatur. *Adfatus* Sprotianus.

199. Summis adjungere rebus. *Tantis rebus* Macrobius Saturn. lib. vi. 6. at Nonius Marcellus vulgatum agnoſcit. HEINS. vide iv. 232. vii. 315. & viii. 273.

200. Solum te. *Te ſolum* Dorvill.

202. Argolicum. *Terrorem Argolicum* Parrhaſianus.

204. Fata. *Facta* tertius Mentelii & Oudartii.

205. Est hic, est. *En hic eſt* Scholiaſtes Statii Theb. i. 607. ſed Theb iii. 603. idem, *iſthic eſt* propius verum. HEINS. *Vitae contemtor* Sprotianus pro diverſa lectione. *& ipſum* Zulichemius. mox, *quo tendit* Vratiſlavienſis & Zulichemius a manu prima. *credit* etiam ſecundus Mo-

20 ab illis L. Voſ. R. Steph. al. 21 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. hic morem Romanum reſpicit, quo toga virili ſumta ab anno xvii. tirocinium bellorum inibant. ut notum eſt. 22 dicas iidem. 22 * deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 23 deſunt iisdem. ad *haec* ℣. 208.

Juppiter, aut quicumque oculis haec adſpicit aequis.
Sed ſi quis (quae multa vides diſcrimine tali)
Si quis in adverſum rapiat, caſuſve, Deuſve,
Te ſupereſſe velim: tua vita dignior aetas.
Sit, qui me raptum pugna, pretiove redemtum
Mandet humo ſolida: aut, ſi qua id Fortuna vetabit,
Abſenti ferat inferias, decoretque ſepulcro:
Neu matri miſerae tanti ſim cauſſa doloris:

Quae

SERVII.

210. [24] [SED SI QUIS. Multas cauſſas praetendit: primam, ipſius pueri; ſecundam, propter ſe; tertiam, matris: & eſt parentheſis.

211. SI QUIS IN ADVERSUM RAPIAT CASUSVE DEUSVE. Hoc eſt, quae multa, ut in tali diſcrimine, accidere poſſe intelligis. PRETIOVE. Pro, vel: *ve* enim ſyllaba, proprie *vel*, ſignificat.]

214. MANDET HUMO. Multi hic diſtinguunt; alii jungunt, *mandet humo ſolita;* [25] ut ſit, commendet in terra. SOLITA autem, [26] [id eſt, cui mandari defuncti ſolent.] FORTUNA, [27] [ſcilicet,] quae piis invidere conſuevit. Statius X. Theb. 379. hinc trahens colorem, ait: *Invida fata piis, & fors ingentibus auſis Rara comes.*

215. ABSENTI FERAT INFERIAS. [28] [*Abſenti*, quem non ſepelierit;] hoc eſt, cenotaphion faciat, & impleat honorem ſepulchri. [29] [De inferiis autem plenius in quarto Georgicorum 545. invenies.

216. MISERAE. Ad illum exitum, quem timet, retulit: [30] an dolet vicem jam *miſerae*, quae in hoc conſilio filii periclitatur?

VARIORUM.

Moreti. vulgata eſt apud Schol. Horat. III. Od. 24. BURM.

208. NEC FAS: NON. ITA. Diſtinctione τὸ [illegible] illuſtratur. in Culice 286.

Eurydicenque ultra ducendam reddere, non fas,
Non erat.

Contra XI. 180.

Non vitae gaudia quaero, Nec fas.

Theocr. Idyl. I. 15.

'Ου θέμις, ὦ Ποιμὰν τὸ μεσάμβριον, ὀ θέμις ἄμμιν Συρισδεν.

FABRIC.

210. QUAE. *Qui* Moretan. quartus.

211. CASUSVE, DEUSVE. Ita & lib. XII. 322. vid. ad Sueton. Claud. XIII.

212. VITA. Heinſius in ora codicis *vitae. dignior* pro juſtior. vid. D. Heinſ. ad Sil. III. 95.

213. SIT, QUI. *Si quis* primus Rottendorphius. vel *ſet quis* ab altera manu. *ſi qui* Gudianus a manu prima. *pugnae* alter Hamburgicus. *pretioque* Mentelii prior, Leidenſis. *vetabat* Sprotianus, alter Menagii & quartus Moreti. *vetavit* alter Hamburgicus. ſed *vetabit* metri cauſſa dixiſſe pro *vetet* docet Priſcianus lib. XVIII. p. 1145. BURM.

214. SOLITA. Perperam *ſolida* contra libros veteres hic antea legebatur. videantur quae notavimus ad Naſonem lib. I. Triſt. El. II. 53. *ſolito* in Menteliano priore. HEINS Servius aliter diſtinguit. ut *ſolita Fortuna* jungatur. & certe quomodo *ſolita* dici poſſit humus his modo advenis vix capio, quum patriam deberet ex vi vocis, vel ubi hominare conſueverat, ſignificare. quare non eſſem alienus a *ſolida*, ut cum naufragio, & in mari perire miſerrimum genus mortis, quia ſepulchro carebant, haberetur, nunc tot periculis terra & mari defunctus, felicem ſe credat, ſi amicus illum humo mandet. & ita olim ipſe cenſuit Heinſius ad Ovidii locum. vid. inf. querelas matris Euryali ℣. 485. *ſolita, ſi qua* Dorvil. BURM.

216. NEU MATRIS. *Ne matri miſerae tanti ſim*

24 deſunt iisdem. ad ℣. 214. 25 ut commendet iisdem. 26 deſunt L. Voſ. R. Steph. 27 deeſt iisdem. 28 deſunt iisdem. 29 deſunt iisdem. ad a *matribus* 217. 30 an dolent * jam Dan. an doleater jam Commel. & Emm. ut editum, legitur in Fabr.

Quae te ſola, puer, multis e matribus auſa,
Perſequitur, magni nec moenia curat Aceſtae.
Ille autem: Cauſſas nequidquam nectis inanis,
Nec mea jam mutata loco ſententia cedit.
Adceleremus, ait. Vigiles ſimul excitat. Illi
Succedunt, ſervantque vices: ſtatione relicta
Ipſe comes Niſo graditur, regemque requirunt.
Cetera per terras omnis animalia ſomno

La-

SERVII.

217. PUER. Mire diſſuadet dicendo *puer*.] E MATRIBUS. E nobilibus: nam *matres*, non niſi nobiles [31] accipimus: unde & *matronae* dictae ſunt. Scimus autem, non omnes mulieres in Sicilia remanſiſſe: nam legitur in XI. 35. *Et moeſtum Iliades crinem de more ſolutae*.

218. [32] [NEC MOENIA CURAT ACESTAE. Id eſt, Nec tenetur deſiderio Segeſtae civitatis.]

219. ILLE AUTEM. [33] Hoc loco eſſe interruptam orationem Niſi ab Euryalo, intelligimus.

221. VIGILES SIMUL EXCITAT. Qui vigiliarum officium [34] habebant: [35] [hoc eſt, futuros vigiles; alioquin quomodo excitat? & totum junctim legendum eſt; ut ſimul & dictum & factum videatur.]

222. SERVANTQUE VICES. Hic diſtinguendum: alias ſenſus non [36] procedit. [37] [STATIONE RELICTA. Hoc ad Niſum & Euryalum pertinet; ut ſit ſenſus: *Statione relicta, Ipſe comes Niſo graditur*: quidam: *Servantque vices ſtatione relicta*; pro, ſtationis relictae vices ſervant, intelligi volunt, ut I. 75. *Et pulchra faciat te prole parentem*: hoc eſt, pulchrae prolis.]

223. REGEMQUE REQUIRUNT. Regis filium, ut VI. 28. *Magnum reginae ſed enim miſeratus amorem*.

224. CAETERA PER TERRAS OMNES. Exaggerat more ſuo [38] vigilantum laborem.

VARIORUM.

ſim conuſſa tumultus. Scholiaſtes Statii Theb. III. 373. HEINS.

218. PROSEQUITUR. *Perſequitur* in noſtris omnibus, quod plus eſt quam *proſequi*: nec aliter agnoſcit Donatus in Terentii Andriam Act. V. Sc. 4. ad illum locum: *Meque in Aſiam perſequens proficiſcitur. Perſequens dicit, perſeverationem ſequentis oſtendens. Perſequitur enim qui non deſinit ſequi. Virgil. quae te ſola, puer, multis e matribus auſa perſequitur*. appoſite omnino. HEINS. *Proſequitur* Ed. Mediol. Junt. Ald. pr. *tantis e matribus* Mſ. & Edd. quaedam apud Serv. ad XI. Aen. 35.

220. CEDIT. Maſvic. edidit *ſedit*, neſcio quos vel codices vel editiones ſecutus. ſed eleganter eſt nec mutata ſententia *cedit loco*, id eſt victa eſt tua oratione. ut explicat Serv. ad VII. Aen. 333. deſumta locutione a militibus in pugna cedentibus. vid. Suet. Aug. XXIV. Liv. II. 47. & Cortium ad Salluſt. Catil. IX. & alios. ſic eadem Metaphora *vincere* dicitur, qui perſuadet. ut Juſtin. II. 13. *vincere conſilio caeteros*. ſed haec nota jam ſatis. *ſedet* vero ſententia, quum quis permanet in ea. quod verbum hic contrariam & ineptam faceret ſententiam, pro nec mea ſententia mutata placuit. vide Serv. ad IV. Aen. 15. *ceſſit* erat in Parrhaſ. BURM.

222. SERVANTQUE. *Variantque* videtur Nonius legiſſe. vid. ad ỳ. 175. ſupra & 164. ubi *variantque vices*.

223. IPSE. *Ille* Parrhaſ.

Ibid. REQUIRUNT. *Requirit* Oudartii. *Niſus gra-*

[31] dicimus Voſ. L. Steph. Dan. Fabr. al. [32] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [33] hunc locum e. interrupta oratione n. int. R. hunc l. e. interruptum, oratione L. Voſ. Steph. ab Euryalo deſunt illis, ut & Baſil. [34] ſimul habebant Baſil. [35] deſunt Voſ. L. R. Steph. al. [36] procedit, ſi adjunxeris, *ſtatione relicta* Baſil. [37] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [38] vigilantium Fabr. al.

Laxabant curas, & corda oblita laborum,
Ductores Teucrûm primi, delecta juventus,
Conſilium ſummis regni de rebus habebant,
Quid facerent, quiſvè Aeneae jam nuntius eſſet:
Stant longis adnixi haſtis, & ſcuta tenentes,
Caſtrorum & campi medio. Tum Niſus & una
Eu-

SERVII.

227. CONSILIUM SUMMIS REGNI DE REBUS HABEBANT. [39] [*Summis*, utrum maximis; an, quod putabant eas in extremo ſitas? & eſt] Lucilii verſus, uno tantum ſermone mutato: nam ille ait: *Conſilium ſummis hominum de rebus habebant.*

228. JAM NUNTIUS ESSET. *Jam*, aut cito; [40] [ut feſtinandum ſit, & jam nuntiandum Aeneae, nec differendum:] aut, cum nullum invenirent, [41] [ad deſperationem; quaſi nemo eſſet jam, qui poſſet audere.]

229. ADNIXI HASTIS. [42] [Mira facies conſilii: in dubiis non ſedent, ſed *ſtant*.] Oſtendit [43] ergo jam eos diuturna ſtatione fatigatos: quod autem *ſtant*, & Romani moris eſt, & bellicae neceſſitatis. Hunc autem ſtandi habitum & Salluſtius lib. III. Hiſt. commemorat, ut: [44] *Feſſi arma ſua quiſque ſtantes incumbere.*

230. CASTRORUM, ET CAMPI MEDIO. In medio campi eſt ſtatio, qui campus caſtrorum medius fuit: [45] [quia in mediis caſtris principes ſunt ſemper: & bene, *campi medio*, quam *campo medio*: tunc enim *campo medio*, cum aliquot campi ſunt, & unus eſt medius campus; *Campi* autem *medio*, in media parte unius campi.

VARIORUM.

graditur alter Menagii. *viſu* ſecundus Rottendorphius.

226. PRIMI, DELECTA. Codices probatioris notae ad unum omnes τὸ *&* jubent hinc faceſſere. Faceſſat igitur. HEINS. *Primi Teucrum*, ſecundus Moreti, Leidenſis, & Dorvill.

227. HABEBANT. *Conſilium agebant* bene Venetus. & pro diverſa lectione prior Hamburgicus. HEINS. Et ita Parrhaſ. Livius lib. X. *conſilia ſecreta agere.* ita *agere conventum*, *ſenatum*, apud Sueton. Caeſ. 88. ſed & *habere ſenatum* paſſim occurrit, & haec verba centies commutata. vid. ad Ovid. XIV. Met. 750. & ſupr. ad III. Aen. 695. *ſummi* Ed. Venet. argutatur hic Servius *de ſummis rebus* idem eſt, quod Romae dicebant *de ſumma re*, vel *republica*, de re maximi momenti, unde ſalus publica pendebat. vide ad Sueton. Caeſ. XXVIII. ubi Torrentius rectius hunc verſum advocaſſet quam ſupr. 199 ubi de rebus a privato agendis, in ſalutem tamen publicam agitur. ſic & lib. II. 322 *quo res ſumma loco* recte Servius, id eſt *reſpublica*. & ita centies alii. BURM.

228. NUNTIUS ESSET. *Nuntius iret* prior Hamburgicus pro diverſa lectione. HEINS. Ita lib. II. 547. *Nuntius ibis Pelidae genitori.* ſic *comes eſſe* & *ire*, de quo ad Lucan. IX. 22. vidimus. vide & Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. XV. 151. ſed lib. IV. 237. *hic noſtri nuntius eſto.*

229. ADNIXI. *Innixi* apud Nonium Marcellum in *longus*. *obnixi* in Gudiano a manu prima. HEINS.

230. CAMPI MEDIO. Mediceus *campis.* HEINS. *Campi in medio* Leidenſis ſec. Ed. Mediol. *Caſtrorum campi medio* Leidenſis primus. *in campi medio* Vratiſlav. differre putat Servius a *campo medio*. quod ne nimis ſit acutum, videndum. quum utroque modo haec efferri ſoleant, & variationes ut plurimum debeantur librariis, ut paſſim apud Ovidium factum notavimus. vid. ad I. Art. 113. VII. Met. 790. X. 167. ſic apud Livium VI. 23. *procedere in medium campi.* ubi vid. Cl. Drakenb. in Lucan. II. 222. *his meruit tumulum medio ſibi tollere campo.* & VIII. 249. *medio pelagi.* ubi alii *pelago*. Cicer. I. Tuſc. Diſp. 17. *Terram*

39 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. mox. uno ſermone M. Baſil. 40 deſunt L. R. Steph. al. 41 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 42 deſunt iiſdem. 43 deeſt iiſdem. 44 *feſſi* ejiciendum cenſet Douza, & contra Carrion retinendum, in notis ad fragmenta Salluſtiana p. 468. Ed. Hackianae. 45 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. ad ℣. 232.

Euryalus confeſtim alacres admittier orant:
Rem magnam, pretiumque morae fore. Primus Iulus
Accepit trepidos, ac Niſum dicere juſſit.
Tum ſic Hyrtacides: Audite o mentibus aequis,
Aeneadae: neve haec noſtris ſpectentur ab annis,
Quae ferimus. Rutuli ſomno vinoque ſoluti
Procubuere. Locum inſidiis conſpeximus ipſi,

Qui

SERVII.

231. ALACRES. Concitati. Terentius Eun. II. III. 12. *Quid tu es triſtis, quidve es alacris?* ADMITTIER ORANT. Hoc verbo oſtendit, olim & apud reges *admiſſionum* fuiſſe *officium*.]

232. REM MAGNAM PRETIUMQUE MORAE FORE. Dicebant, ſe adferre rem magnam, cujus mora pretium poſſet adferre, id eſt, poenam. Terentius Andr. III. V. 4. *Ego pretium ob ſtultitiam fero.* ut ſit ſenſus: Si tardius mittamur ad Aeneam, luemus [46] hoſtibus poenas. Alii ſic intelligunt: Scimus quidem adventum noſtrum moram veſtris adferre conſiliis; verum hujus morae erit pretium, id eſt, remuneratio: namque hoc offerebant, quod illi cogitabant, ut diximus ſupra: *Quiſve Aeneae jam nuntius eſſet?* [47] [Alii deeſſe putant *adfirmantes*; ut ſit ſenſus: adfirmantes rem magnam futuram, & multum illos conſecuturos, ſi audiendi ſe moram pertuliſſent: alii, qui *pretium* pro *poena* dicunt poſitum, ita tradunt, eos anxios tamdiu ſuper rebus dubiis futuros, quamdiu ſe non admiſerint ad loquendum.]

233. ACCEPIT TREPIDOS. Feſtinos, more ſuo. [48] [Ergo per metaleptin cupidos dixit [49] ἀπὸ [illegible]: non enim poſſumus timentes accipere; quod feſtinabant.]

235. NEVE HAEC NOSTRIS SPECTENTUR AB ANNIS. Bene excuſat: quia ſcit de aetate puerorum poſſe [50] dubitari, dicens, non ex ſuggerentum perſona, [51] [in qua eſt major auctoritas,] ſed ſua vi conſilia ponderanda. [52] [*Spectentur* autem, aeſtimentur.

236. RUTULI SOMNO VINOQUE SEPULTI. Occaſio prius narratur, [53] quam conſilium, ut neceſſario ad id, quod nuntiat, veniat.

237. LOCUM INSIDIIS CONSPEXIMUS IPSI. Ordo eſt: Locum conſpeximus, qui inſidiis patet: *ipſi* autem, ad fidem pertinet: qui enim rem tantam nuntiat, debet firma auctoritate contendere: & communicat conſcio, quod ſolus conſpexit.

VARIORUM.

ram in medio mundo ſitum, ubi alii *mundi*. ſed deſino. BURM.

231. ALACRES. *Alacris* Dorvil. a m. pr.

232. PRETIUM MORAE. Vera eſt ſecunda Servii explicatio. Ovid. III. Amor. XIII. 5. ubi recte revocavit manum Heinſius. idem II. XIV. 16. *Et pretium parvae non leve vita morae.* Curt. VI. VI. 10. *tantae morae pretium.* &c. Stat. XI. Theb. 80.

Nec pretium deforme morae.

BURM.

233. DICERE. *Ducere* alter Hamburgicus.

235. NEVE HAEC. *Ne haec* Dorvill.

236. VINOQUE SEPULTI. *Soluti* Mediceus, Mentelianus uterque, Gudianus & primus ac quartus Moretanus, alter Mentelii, aliique ſex. in caeteris *ſepulti.* in Moretano ſecundo *ſepulti procubuere.* quod ex verſu 189. hujus libri eſt repetitum inconcinne. ubi malim ex ſcriptis reponi, *ſomno vinoque ſepulti*, ut oratio varietur. HEINS. *Soluti convenere* vel *conticuere* Zulichem. *procubuere* Regius & Ed. Mediol. *ſepulti conticuere* Parrhaſ. & Edd. aliquot.

237. CONSPEXIMUS. *Proſpeximus* Venetus.

238. QUI.

46 hoſtium Steph. al. 47 deſunt Voſſ. L. R. Steph. al. 48 deſunt iiſdem. 49 deeſt Fabr. [illegible] Dan. 50 dubitare Steph. Dan. 51 deſunt L. Voſſ. R. Steph. Dan. al. 52 deſunt Voſſ. R. L. Steph. al. ad *Portae* ℣. 238. 53 ſic conſilium Dan. ſaepe apud Servium, *ſic* pro deinde, poſt legitur.

Qui patet in bivio portae, quae proxima ponto.
Interrupti ignes, aterque ad ſidera fumus
Erigitur. Si Fortuna permittitis uti,
Quaeſitum Aenean ad moenia Pallantea,
Mox hîc cum ſpoliis, ingenti caede peracta,
Adfore cernetis: nec nos via fallit euntis.
Vidimus obſcuris primam ſub vallibus urbem
Venatu adſiduo, & totum cognovimus amnem.
Hîc annis gravis atque animi maturus Aletes:

DI

SERVII.

238. QUI PATET IN BIVIO. Neceſſaria ſigna addidit.] PORTAE QUAE PROXIMA PONTO. Apparet, ut & ſupra diximus VII. 31. caſtra Trojana in Oſtienſi fuiſſe: ſiquidem nullus alter locus in Laurolavinati hinc fluvio cohaeret, hinc pelago. Et nunc dicit: *Portae, quae proxima ponto.* Item paulo poſt dicturus eſt 468. [54] [*Murorum in parte ſiniſtra*,] *Oppoſuere aciem: nam dextera cingitur amni.*

239. [55] [INTERRUPTI IGNES. Supra aliter 189. *Lumina rara micant.*] FUMUS ERIGITUR. Signum eſt ſopitorum ignium, quotiens major fumus erigitur.

240. FORTUNA. Occaſione, [56] [ad inquirendum Aeneam. Alii hunc ordinem volunt: *Si fortuna permittitis uti, Mox hic cum ſpoliis, ingenti caede peracta, Affore cernetis. Nec nos via fallit euntes Quaeſitum Aenean, & moenia Pallantea.*]

241. QUAESITUM. Ut quaeramus. CUM SPOLIIS. Hinc eſt, quod ſupra 208. Euryalo dixit; *Me referat tibi magnus ovantem Juppiter:* reſpiciens ad id, quod poſſet fortiter facere.

243. NEC NOS VIA FALLIT. Bene [57] ubique cuncta cum amico communicat.

244. OBSCURIS PRIMAM SUB VALLIBUS URBEM. Nos in obſcuris vallibus poſiti vidimus primam urbem, hoc eſt, primam partem urbis: nam [58] Palatium in monte eſt, non in vallibus.

245. [59] [TOTUM AMNEM. Hoc eſt, regionem amnis.]

246. ANNIS GRAVIS, ATQUE ANIMI MATURUS ALETES. Salluſtius de Philippo lib. I. Hiſt. *Qui aetate & conſilio caeteros antecibat:* [60] [nam in ſenioribus viget prudentia: unde Ovidius VI. Met. 29. *Seris venit uſus ab annis.*]

VARIORUM.

238. QUI. *Quod* Leidenſis.

240. FORTUNA. Occaſione, ut Servius. vid. Lutat. ad Stat. V. Theb. 131.

241. AD MOENIA. *Et moenia* Mediceus, Menagianus prior, Gudianus, tres Rottendorphii, alter Mentelius, & primus ſecunduſque Moretanus, cum duobus aut tribus aliis. quod ex ſuis Pierius etiam adnotavit. hoc eſt quaeſitum moenia & Aenean. HEINS. Et ita Francianus, Regius, Dorvill. Edd. Venet. & Mediol.

243. ADFORE. Pro *adeſſe* explicat Barth. ad Stat. I. Theb. 495.

Ibid. FALLIT. *Fallet* in eodem Mediceo. deinde poſt τὸ *urbem* tolle diſtinctionem cum membranis. HEINS.

244. PRIMUM. *Primam* agnoſcit & Cariſius. mendoſe. apud Nonium *primum* in *obſcurus*. Adi annotata lib. VI. 811. *primam ſub moenibus urbem* Gudianus. HEINS. *Moenibus* etiam Leidenſis & Regius. Donatus ad Terent. Hecyr. V. III. 24. cepiſſe videtur pro primam partem urbis, ut Servius.

245. TOTUM. *Tutum* ſecundus Rottendorphius. male. *totus* eſt quam longus eſt. ut Florus II. 16.

toto

54 deſunt L. R. Steph. al. 55 deſunt Dan. 56 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 57 utique Dan. Fabr. 58 Pallanteum. Baſil. 59 deſunt L. R. Steph. al. religionem amnis Voſ. 60 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan.

DI patrii, quorum ſemper ſub numine Troja eſt,
Non tamen omnino Teucros delere paratis,
Quum talis animos juvenum, & tam certa tuliſtis
Pectora. Sic memorans, humeros dextraſque tenebat
Amborum, & voltum lacrimis atque ora rigabat:
Quae vobis, quae digna, viri, pro laudibus iſtis,
Praemia poſſe rear ſolvi? pulcherrima primum
DI, moreſque dabunt veſtri: tum cetera reddet

Actu-

SERVII.

248. NON TAMEN OMNINO TEUCROS DELERE PARATIS. Ac ſi diceret: Licet iraſcamini ad tempus; hinc tamen apparet, [60] * non velle vos penitus delere Trojanos, quod tales animos noſtris juvenibus datis.

249. [61] [CERTA. Hoc loco, firma, vel fortia.]

250. HUMEROS DEXTRASQUE TENEBAT. Hoc ad affectum retulit: nec enim ſimul fieri poteſt. Intelligimus autem, quod & ſingulos, & membratim amplectebatur.

251. VULTUM LACHRYMIS, ATQUE ORA RIGABAT. Poëtice junxit: & modo unum [62] ſignificant; eſt autem iteratio. Interdum recipiunt diſcretionem: [63] [nam eſt naturaliter *facies*, quam habemus; *vultus* vero, quem pro nutu animi ad tempus formamus.] PRO LAUDIBUS. Id eſt, virtutibus: ab eo quod praecedit, id quod ſequitur, [64] [ut lib. v. Aeneid. 355. *Primam merui qui laude coronam.*]

254. DII MORESQUE DABUNT VESTRI. Ciceronis II. Philip. 44. eſt, tractum de [65] Philoſophis, qui dicunt ſufficere ad gloriam, benefacti conſcientiam: quod & Virgilius ſupra ait I. 604. *Et mens ſibi conſcia recti.* [66] [Scit enim Poëta nihil eſſe majus, quam quod vel a diis meruerimus, vel rectis moribus fecerimus.]

VARIORUM.

toto cecidit Alpheo. & III. 4. *toto Hebro vaſtavit.* vide ad Claud. II. in Stilich. ỳ. 188. BURM.

246. ALETHES. *Aletes* ex ſcriptis, ut ad lib. I. 121. monuimus. in Mediceo *Aletis*. HEINS. *Hinc annuit* & *Alaetes* Montalbanius. *Alaetes* etiam tertius Mentelii. *Animis* Sprotianus & duo Hamburgici, ſed prior a manu ſecunda. Ed. Venet. Donatus ad Terent. Andr. II. III. 15. vulgatam agnoſcunt & Rufinian. de Schem. Lex. p. 33. & ita, *aevi maturus* v. Aen. 73. ubi vide. BURM

247. DII PATRII. *Dii patrii indigetes, quorum ſub* Patr. *nomine* Francianus. ego illud *indigetes* ex interpretatione profluxiſſe reor. jam enim extra patriam in peregrino ſolo patrios, id eſt, olim Trojae cultos, poterat invocare. quum indigetes, proprii Italiae eſſent vocandi, quorum ſub numine Troja non erat. ſed deos patrios, id eſt penates & quos ỳ. 258. nominat Aſcanius. BURM.

249. TAM *Et tam* noſtri codices. in vetuſtis editionibus τὸ *&* non male omittitur. HEINS. *Et* Ald.

250. DEXTRAQUE. *Dextramque* prior Hamburgicus. *tenebant* alter Menagii. *ferebat* vel *terebat* alter Hamburgicus.

251. VOLTUM. *Multum* Oudartii.

252. PRO TALIBUS AUSIS. *Pro laudibus iſtis* Mediceus caeterique praeſtantiores. niſi quod in Menteliano priori, tribus Rottendorphiis, primo & ſecundo Moretanis, utroque Voſſiano, aliiſque nonnullis, *pro talibus auſis*, quod & ipſum Macrobius libr. VI. Saturn. cap. 6. eſt ſecutus. & Gudianus quoque a manu ſecunda agnoſcit. *pro laudibus illis* nuſquam comparet *Fortibus auſis* infr. ỳ. 281. denuo habes. ut altera ſcriptura hic loci prae-

60 * deeſt R. 61 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 62 ſignificat Steph. al. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 64 deſunt iidem. vid. ad lib. v. 355. & 751. 65 Philoſophia L. Voſ. R. & Steph. al. Editiones aliquae etiam, *qui dicis* habent. 66 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Actutum pius Aeneas, atque integer aevi
Aſcanius, meriti tanti non inmemor umquam.
Immo ego vos, cui ſola ſalus genitore reducto,
Excipit Aſcanius, per magnos, Niſe, Penatis,
Aſſaracique Larem, & canae penetralia Veſtae,
Obteſtor. Quaecumque mihi fortuna fideſque eſt,
In veſtris pono gremiis. Revocate parentem:
Reddite conſpectum. Nihil illo triſte recepto.

Bi-

SERVII.

255. ACTUTUM. Confeſtim, ſine dilatione: & eſt adverbium temporis. INTEGER AEVI. [67] [Integri aevi, id eſt,] Adoleſcens, [68] cui aetas integra manet: unde Ennius *Deos aevi integros* dicit, quibus multum aevi ſupereſt. [69] [Et bono omine, ad pericula pergentibus etiam per Aſcanium praemium pollicetur. Longiorem enim eis vitam promittit, ſi ea exſpectent, quae Aſcanius dare majora poſſit.]

256. MERITI. Praeſtiti, ut v. 801. *Merui quoque.* Item: VI. 664. *Quique ſui memores* [70] *alios fecere merendo.*

257. [71] [IMMO EGO VOS. Pulchre Poëta fidem ſponſionis Alethi addidit, ut eum ſtatim promiſſa Aſcanii ſequerentur.]

258. EXCIPIT ASCANIUS. Id eſt, ſubſequitur: & a Poëta dictum eſt. [72] [Vos autem NISE. Figurate, ut inf. 525. *Vos, o Calliope.* SOLA SALUS vero, cui una eſt ſalus, genitore reducto.]

259. CANAE VESTAE. Venerabilis, antiquiſſimae. [73] [Ipſa enim antiquiſſima dea eſt, Terra. PER MAGNOS, NISE, PENATES. Hoc eſt, quod ait III. 12. *Penatibus & magnis Diis*, id eſt, quos Aeneas ſecum advexerat: nam ideo ait *Aſſaracique larem*, id eſt, familiae noſtrae vel generi proprium; vel quos nos Trojani praecipue colimus: de quibus ait III. Aeneid. 349. *Phrygiique Penates, Quos mecum a Troja mediis ex ignibus urbis Extuleram.* Qui tamen dii, qui ſint, a diverſis varie traduntur, ſicut ſupra III. 12. dictum eſt.]

260. OBTESTOR. Adjuro: & eſt ordo: *Immo ego, cui ſola ſalus genitore reducto, Vos obteſtor per deos, revocate parentem.* FORTUNA, FIDESQUE EST. Id eſt, Quidquid caſu, quidquid conſilio egero, vobis committam: nam per *fidem*, conſilia ſignificat; per *fortunam* opes, imperium, & cujuſlibet rei poſſibilitatem. [74] [Alii ſic tradunt: *fortuna*, ut poſſit; *fides*, ut velit promiſſa perſolvere. Alii ita: quantum habeo fortunae in veſtris pono gremiis, doque fidem, me ita animatum eſſe, & ſic ſentire; mihi, inquit, habeo conjunctam fortunam & [75] fidem: nam, cum volumus oſtendere, quantum in noſtra ſit poteſtate, dicimus *fortunam & fidem. Fortuna*, de noſtris eſt poſſeſſionibus; *fides*, quantum nobis creditur ab inimicis.]

262. NIHIL ILLO TRISTE RECEPTO. Subaudis, *erit.*

VARIORUM.

praeſtet. HEINS. *Digna viris* Ed. Veneta. *pro talibus auſis* interpolatum eſt ex lib. II. 535. *laudibus auſis* Dorvil. *laudes* ſunt virtus bellica. vid. VIII. 273.

253. SOLVI. Primus Rottendorphius & Hugenianus diſtinguunt, *ſolvi pulcherrima ? primum.* mox. *tum & cetera* prior Hamburgicus.

254. DI, MORESQUE. *Di memoreſque* Leidenſis a manu ſecunda. *reddat* Zulichemius, & Mentelii prior a manu prima.

259. ASSARACIQUE LAREM. Neſcio an non hunc locum reſpiciens Philargyrius ad III. Georg. 287. legerit, *Aſſaracique domum.* an ad I. Aen. 284.

260. FI-

67 deſunt iiſdem. 68 cui aetas integra ſupereſt L. Voſ. Dan. Fabr. cui adhuc ae. i. ſupereſt Steph. al. 69 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 70 *aliquos* L. R. Dan. Fabr. notae huic addunt. Fabr. al. cum *mereri* ſit conferre, ut IV. 315. *Si bene quid de te merui.* 71 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 72 deſunt iiſdem. 73 deſunt iiſdem ad ℣. 260. dea eſt e terra Dan. 74 deſunt iiſdem. 75 fidem eſſe Dan.

Bina dabo argento perfecta atque aſpera ſignis
Pocula, devicta genitor quae cepit Ariſba:
Et tripodas geminos, auri duo magna talenta,
Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.
Si vero capere Italiam, ſceptriſque potiri
Contigerit victori, & praedae ducere ſortem:
Vidiſti, quo Turnus equo, quibus ibat in armis

Au-

SERVII.

263. [76] [ARGENTO PERFECTA. Id eſt, tota argentea.]

264. DEVICTA GENITOR QUAE CEPIT ARISBA. Atqui ſecundum Homerum Ariſba miſit Trojanis auxilium, & ab Achille ſubverſa eſt. [77] Sed accipimus, aut ante bellum Graecorum Ariſbam a Trojanis captam, & in amicitiae foedus admiſſam: aut certe pocula haec data ab Heleno, qui in Achillis bona per Pyrrhi [78] ſucceſſerat haereditatem, ut ſit: *quae cepit*, pro, quae accepit, devicta Ariſba, ſcilicet ab Achille. [79] [Dicta eſt *Ariſba*, a Meropis vel Macarei filia, quam primum Paris in conjugio habuit. Quidam ab Abante, qui Troica ſcripſit, relatum ferunt, poſt diſceſſum a Troja Graecorum, Aſtyanacti ibi datum regnum; hunc ab Antenore expulſum, ſociatis ſibi finitimis civitatibus, inter quas & Ariſba fuit; Aenean hoc aegre tuliſſe, & pro Aſtyanacte arma cepiſſe, ac, proſpere geſta re, Aſtyanacti reſtituiſſe regnum: quod ſi ita eſt, merito eam Aeneas & viciſſe, & haec pocula inde cepiſſe, memoratur.]

265. DUO MAGNA TALENTA. Bene addidit *magna*: nam varium apud diverſas gentes pondus eſt talenti; unde *talentum* poteſt & breve aliquid & magnum ſignificare: nam ut ſupra v. 112. diximus, ſecundum Plautum, Moſtel. III. I. 114. talentum [80] ſexaginta librarum eſt: qui, cum dixiſſet, [81] deberi centum viginti libras, paulo poſt intulit, duo talenta; per jocum dicens: *Debentur talenta tot, quot ego & tu ſumus:* Item Homerus *talentum* breve quiddam oſtendit, [82] [apud quem in equorum curſu, tertium praemium eſt lebes:] quippe quod accepit victus; cum victori levia data ſint munera.

266. [83] [CRATERA ANTIQUUM. Hoc eſt, antiquo opere factum, ut ei pretium creſcat ex tempore.

267. CAPERE ITALIAM. Obtinere.]

268. [84] DUCERE SORTEM. Statuere. [85] Alii proprie *ducere* legunt, quod eſt ſortium, ut VI. 22. *Stat ductis ſortibus urna.* [86] [Alii DEJICERE legunt, ſecundum illud v. 490. *Dejectamque aerea ſortem Accepit galea.* Id eſt, ſortiri praedam.

269. VIDISTI QUO TURNUS EQUO. Meliore oeconomia, Niſum noluit inducere poſtulantem equum Turni praemii loco; ſed honeſtius facit ultro offerri, cum Homerus fecerit Dolonem Achillis currus improbe poſtulantem.

VARIORUM.

260. FIDESQUE EST. *Eſt* ignorat Venetus.

262. RECEPTO. *Reducto* duo Moretani ex ✝. 257. ſupra.

265. GEMINOS. *Geminas* tertius Mentelii & Regius. S. Petitus lib. 1. Obſ. 4 legit:

Tripodas geminos auri, duo magna talenta.

& argenti talenta intelligit. vid. ad lib. v. 112. & confer Homer. Iliad. ✝. 267.

267. SI VERO. *Cum vero* prior Hamburgicus.

268. PRAEDAE DUCERE SORTEM. Monet Servius non deeſſe qui legant, *dejicere ſortem.* ut in illo, *dejectamque aerea ſortem Accepit galea.* certe in Mediceo, primo Rottendorphio & Gudiano a manu prima *dicere ſortem*, quod non eſt de nihilo, plus enim eſt *dicere*, quam *ducere ſortem:* nam *ducunt ſortem* qui ſortiuntur, *dicunt ſortem*

76 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 77 ſi accipimus R. ſed accipiamus L. 78 ſucceſſit Dan. 79 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 80 ſeptuaginta L. Voſ. R. Steph. al. 81 debere centum quadraginta Dan. Fabr. 82 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 83 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ✝. 268. 84 DICERE Voſ. 85 forte, alii *ducere* legunt, quod eſt proprie ſortium. BURM. 86 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ✝. 271.

Aureus: ipſum illum, clipeum criſtaſque rubentis
Excipiam ſorti, jam nunc tua praemia, Niſe.
Praeterea bis ſex genitor lectiſſima matrum
Corpora captivoſque dabit, ſuaque omnibus arma:
Inſuper his, campi quod rex habet ipſe Latinus.
Te vero, mea quem ſpatiis propioribus aetas
Inſequitur, venerande puer, jam pectore toto

Ad-

SERVII.

270. IPSUM ILLUM. Equum ſcilicet, cui ex pronomine addidit dignitatem.]

271. EXCIPIAM SORTI. [87] [Extra ſortem ſeponam, ut tibi dari poſſint,] id eſt, praeter ſortem dabo. [88] [JAM NUNC. Aut, jam nunc excipiam.

272. MATRUM. Cum dicit *matrum*, non ſolum ſexum oſtendit; ſed etiam propter muneris laudem vult oſtendere foecundas.

273. CAPTIVOSQUE DABIT. Subaudiendum, bis ſex.]

274. INSUPER HIS. Super haec: [89] [eſt figurata elocutio, per dativum caſum.] CAMPI, QUOD REX HABET IPSE LATINUS. Mos fuerat, ut viris fortibus, [90] atque regibus, pro honore daretur aliqua publici agri particula; ut habuit Tarquinius Superbus in campo Martio: quod ſpatium ab Homero [91] *τίμενος* dicitur. Hoc ergo, quod Latinus [92] pro honore de republica habuit, ab Aſcanio intelligamus eſſe promiſſum.

276. PECTORE TOTO. Omni affectu. [93] [Et eſt de proverbio. Cicero de Legibus I. 18. *Niſi toto pectore* [94] *amatur, ut dicitur.* Cum enim dicit, *ut dicitur*, oſtendit proverbiale.]

VARIORUM.

tem qui ſortiendi faciunt poteſtatem. ſic *praemia*, *munera dicere*, de quibus nos copioſe egimus lib. V. Aeneid. 486. *ducere* enim *ſortem* nihil aliud, quam *trahere ſortem*, quomodo noſter alibi, *ſorte trahebant*. & lib. VI. 22. *ſtat ductis ſortibus urna*. Nec dubito quin Servius invenerit in ſuis exemplaribus *deicere ſortem*, quod ille pro *dejicere* poni ſit opinatus, ut alibi non ſemel in codicibus Maronianis ponatur. ſic in Montalbanio lib. X. 554. *Tum caput orantis nequicquam & multa precantis Deicere deturbat terrae.* Paullo diverſa ſignificatione apud Horatium Art. Poët. *dictae per carmina ſortes*. HEINS. *Ducere* defendit Marklandus ad Stat. V. Silv. III. 92. & habet Serv. ad III. 323. *deducere* Dorvil.

269. VIDISTI. *Vidiſtis* apud Macrobium libr. VI. Saturn. 6. ubi tamen *vidiſti* in membranis Thuaneae Bibliothecae exſtabat exaratum. *vidiſtis* etiam hic in Sprotiano, Montalbanio & priore Hamburgico. HEINS. *Vidiſtis* & Zulichemius & Parrhaſ. *quis ibat* Francianus.

271. JAM NUNC. *Nunc jam* Dorvill.

272. LECTISSIMA. *Laetiſſima* Venetus, Leidenſis, Zulichemius, & Excerpta noſtra. *letiſſima* Dorvill.

274. INSUPER ID. Malo legere, *inſuper his*, id eſt praeter haec: vel (ut Servius) *ſuper haec*. Horatius II. Serm. VI. 3.

Et paulum ſylvae ſuper his foret.

ita aliquoties Silius, Poëtae noſtri, ut volunt, imitator. Homer. Il. Ψ. 184. FABRIC. Variant codices. Venetus, *inſuper id campi, quod Rex habet ipſe Latinus.* uterque Menagianus, tertius Rottendorphius, *inſuper his*. nec aliter Leidenſis, duo Moretani, alter Voſſianus, & Schefferius, quam veram eſſe ſcripturam cenſeo. in Mediceo, *inſuper is campi quis*, hoc eſt, *inſuper his campi, quis rex habet*, pro habitat. nec abludit alter Hamburgicus, in quo, *inſuper hi campi, quos rex habet*. Medicea ſcriptura archaiſmum olet Maroni familiarem. Accius apud Nonium: *ubi habet? urbe agrone?* poſſis etiam, *inſuper id campi, quo rex habet. Campos quos* Dorvill. Parrhaſ. Gudianus, Mentelianus uterque, duo Rottendorphii, prior Voſſianus, alii complures, *inſuper*

87 deſunt iisdem. 88 deſunt iisdem. ad ℣. 274. 89 deſunt iisdem. 90 ſive regibus L. Voſ. Steph. Dan. 91 vel. τίμενος Steph. Baſil. 92 per honorem Steph. 93 deſunt L. Voſ. Steph. al. 94 amabitur edidit Maſvicius, ſecutus duces ſuos caecos, & contra Ciceronis verba & mentem.

Adcipio, & comitem caſus complector in omnis.
Nulla meis ſine te quaeretur gloria rebus:
Seu pacem, ſeu bella geram; tibi maxima rerum
Verborumque fides. Contra quem talia fatur
Euryalus: Me nulla dies tam fortibus auſis
Diſſimilem arguerit: tantum: Fortuna ſecunda
Haud adverſa cadat. Sed te ſuper omnia dona
Unum oro: genetrix Priami de gente vetuſta

Eſt

SERVII.

279. RERUM VERBORUMQUE FIDES. Et rempublicam tibi committam, & tecum omne communicabo conſilium.

280. [95] [CONTRA QUEM TALIA FATUR EURYALUS. Cur, cum duobus ſit locutus Aſcanius, & unus illi reſpondit, id eſt, [96] Euryalus, & minor? Quia Euryalo & familiarius, & poſterius eſt locutus: deinde, quod Euryalus matrem commendare debeat.]

281. ME NULLA DIES TAM FORTIBUS AUSIS DISSIMILEM ARGUERIT. Ab hoc officio, & ab hac audacia acceſſu temporis inferior non probabor, qualiſcumque fortuna comitetur: [97] [id eſt, nunquam aut tam ſecunda fortuna acciderit, aut tam adverſa, ut me diſſimilem mei faciat: hoc eſt, neque ſecundis intumeſcam, neque adverſis dejiciar.]

282. TANTUM. Tantummodo hoc poſſum de me promittere; ut ſemper audeam, ſemper velim, fortiter facere: nam [98] hoc eſt, quod dicit: TAM FORTIBUS AUSIS DISSIMILEM ARGUERIT. Tantum ergo meum eſt, hoc promittere, ſive proſpera, ſive adverſa fortuna comitetur: nam AUT, disjunctiva particula eſt, non negantis adverbium. [99] [Quidam ſic intelligunt: tantummodo fortuna proſpera non in contrarium recidat; tanquam nunc in ſecundis rebus ſit, cum obſideatur. Alii ita putant: me nulla dies diſſimilem arguet, ſive, quae eſt hodie, fortuna permanſerit, ſive etiam laeta fuerit, id eſt, nec ſi feliciter mihi, nec ſi infeliciter ceſſerit, diſſimilis ero huic conatui: & melius legitur, ſine aſpiratione, *aut adverſa*.]

283. SUPER OMNIA DONA. [1] Ultra omnia, [2] [magis quam omnia: proprie enim *ſuper* id ſignificat, ut ſit, pro omnibus donis.]

284. PRIAMI DE GENTE VETUSTA. De familia. Et bene eam etiam ex cognatione commendat: nam Aſcanius nepos eſt Priami per Creüſam.

VARIORUM.

per his campi quos. Schefferius pro diverſa lectione *Inſuper his campos quos*. HEINS. *Inſuper his campos quos* Vratiſlav. *campii quos* Francianus. *campos quos* Dorvill. Parrhaſ. & Ed. Venet.

275. TE. *Tu* Bigotianus.

Ibid. SPATIIS PROPIORIBUS AETAS INSEQUITUR. Id eſt, qui prope mihi aequalis es. id Calpurnius Ecl. IV. 18. ita expreſſit:

Quem vicena meis natalibus admovet aeſtas.

quem locum varie tentaſſe viros doctos videre eſt in notis. Minor vero Aſcanius ſeptendecim annis, quos Euryalo dat Servius ſupr. ad ỳ. 202. BURM.

277. COMPLECTOR. *Amplector* Leidenſis.

280. CONTRA QUEM. *Contra quae* primus Rottendorphius. ut, *haec contra* I. Aen. 76. Lucan. IX. 125. *quem contra talia frater*. mox, *nulla fides* Hugenianus a manu prima.

283. AUT ADVERSA CADAT. *Haud* in Mediceo, ut ſit optantis, quomodo & Montalbanius, & duo Moretani, & Voſſianus prior. etiam Gudianus a manu prima. in Menteliano priore *Haud averſa cadit*. locum hunc expreſſit Symmachus lib. I. Epiſt. 28. *Nec unquam diſſimilem ſcriptis talibus dies arguerit: tantum fortuna munifica pro-*

95 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 96 Euryalus * & Dan. 97 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 98 deeſt Steph. 99 deſunt. L. Voſ. R. Steph. al. 1 ultra omnia dona Steph. 2 deſunt L. Voſ. R. Steph.

Eſt mihi, quam miſeram tenuit non Ilia tellus
Mecum excedentem, non moenia regis Aceſtae.
Hanc ego nunc ignaram hujus quodcumque pericli eſt,
Inque ſalutatam linquo; nox, & tua teſtis
Dextera, quod nequeam lacrimas perferre parentis.
At tu, oro, ſolare inopem, & ſuccurre relictae.
Hanc ſine me ſpem ferre tui: audentior ibo
In caſus omnis. Percuſſa mente dederunt
Dardanidae lacrimas: ante omnis pulcher Iulus:
Atque animum patriae ſtrinxit pietatis imago.

Tum

SERVII.

285. MISERAM. Quae ſic impatienter [3] diligit filium.

286. MECUM EXCEDENTEM. Ut VI. 112. *Ille meum comitatus iter:* vult enim intelligi, ſui cauſſa matrem ſecutam.

287. [4] [IGNARAM. Hic, *ignaram*, cui non dixerit.] QUODCUMQUE PERICLI EST. Sylleplis: nam ſubaudis *periculum*.

288. INQUE SALUTATAM LINQUO. Inſalutatam: & eſt Tmeſis, ut X. 794. *Inutilis, inque ligatus Cedebat.*

289. QUOD NEQUEAM LACHRYMAS PERFERRE PARENTIS. Excuſat, ne videatur crudelis: unde ſequitur matris ejus tragicus & miſerabilis ille conqueſtus inf. 483. *Potuiſti linquere ſolam Crudelis*, [5] & alia.

290. INOPEM. Modo, auxilii egentem. RELICTAE. Aut a me, aut ab hominibus.

291. AUDENTIOR. Ut *ſapientior*, ab appellatione, non a participio, futura. [6] Terentius in Heautontimorumeno IV. I. 32. *Natu gravior, ignoſcentior.*

292. IN CASUS OMNES. Ut ſupra: *Fortuna ſecunda, Aut adverſa cadat.*

293. PULCHER IULUS. Incongruum epitheton pulchritudinis poſuit; cum res ſit in hoc loco religionis.

294. STRINXIT PIETATIS IMAGO. [7] Perſtrinxit, momordit, admonuit. Senſus autem eſt: aut poſtquam vidit iſtum ſic amare matrem, paternae pietatis virtutem coepit agnoſcere: aut certe coepit etiam ipſe ſic in pietatem moveri, ut ejus conſueverat pater: aut certe, exemplo Euryali avidius coepit amare patrem, etiam ante dilectum.

VARIORUM.

proſperorum ſecundet optata. HEINS. *Haut* vel *haud* Leidenſis, Hugenianus, Zulichemius & Catroeus. *ſed te ultra omnia* Vratiſlavienſis. *tantum ſuper* Parrhaſ. Serv. ad VIII. 303. *& te.*

287. PERICLI EST. Τὸ *eſt* non habetur in Gudiano a manu prima. abeſt & a Moretano ſecundo: mox malim, *nox, & tua, teſtes, dextera,* ut ad noctem & dexteram ſimul referatur. ſed aliter in codicibus manu exaratis. HEINS.

290. AT TU. *Hunc te oro* Zulichemius, *hanc tu* Leidenſis, Vratiſlavienſis & duo Moretani, & Francianus. *hanc oro* Oudartii a manu prima. & mox, *aut ſine me* Excerpta noſtra.

291. AUDENTIOR. *Audacior* Leidenſis & Moretanus tertius. HEINS. *Quo audentior* Venetus.

292. PERCULSA. *Percuſſa* ſcripti omnes, excepto Sprotiano, tum & Gudiano & Veneto a manu prima, non *perculſa*. niſi quod Mediceus *dedere*, ut & Moreti ſecundus, & alter Hamburgicus. HEINS.

295. EF-

3 diligat Steph. 4 deſunt L. Voſ. R. Steph. 5 & talia L. R. Steph. al. 6 cum Terentius Dan. reliquis omiſſis. R. 7 praeſtrinxit L. Voſ. R. Steph.

Tum ſic effatur:
Spondeo digna tuis ingentibus omnia coeptis.
Namque erit iſta mihi genetrix, nomenque Creüſae
Solum defuerit, nec partum gratia talem
Parva manet; caſus factum quicumque ſequuntur.
Per caput hoc juro, per quod pater ante ſolebat:
Quae tibi polliceor reduci, rebuſque ſecundis,
Haec eadem matrique tuae generique manebunt.
Sic ait inlacrimans: humero ſimul exuit enſem

Au-

SERVII.

298. NEC PARTUM GRATIA TALEM PARVA MANET. Debet ab omnibus coli, quae talem creavit: [8] [non ergo a te tantum, ſed per te commendatur.]

299. CASUS FACTUM QUICUMQUE SEQUETUR. Satis congrue: Praemia enim non debentur eventui, ſed voluntati: [9] [hoc eſt, quidquid evenerit, praemia dabo.] PER QUOD PATER ANTE SOLEBAT. Alii volunt ideo *ante*, quia abſens eſt Aeneas: [10] nam jurare poſſumus etiam per abſentis filii caput. Alii ad cauſſam religionis trahunt, quae praecepit, ut filii imitentur in omnibus rebus ſuos parentes: ut nunc quaſi imitatio ſit jurisjurandi, ut dicat Aſcanius: *Juro per caput meum*, ſicut praeſens pater per ſuum caput jurare conſueverat, quotiens fidem ſuam confirmare cupiebat. Alii volunt ideo dictum *ante*, quia pontificibus per liberos jurare non licebat; ſed per deos tantummodo; ut ſit [11] *ante*, antequam pontifex eſſet Aeneas. [12] [Ergo *ante*, aut temporis eſt, aut ordinis.]

300. REDUCI REBUSQUE SECUNDIS. Mira arte moratur in proſperis, & ea iterat; tacet adverſa, & magis intellectui & ſubauditioni relinquit. [13] Cum enim non dicat, ſi non redieris, ait: MATRIQUE TUAE, GENERIQUE MANEBUNT. Hoc autem ſecundum morem Romanorum dicit, apud quos ita praemia decernebantur: *Illi, liberiſque ejus*: ut darentur liberis, quae accipere non potuiſſent parentes.

VARIORUM.

295. EFFATUR. *Adfatur* primus & ſecundus Moretanus, cum ſex aliis. vetuſtiores tamen, *effatur*. a primo Rottendorphio τὸ *effatur* abeſt. HEINS. *Affatur* Ed. Venet.

296. SPONDEO. Scio in vulgatis omnibus libris, *ſpondeo* ſcriptum eſſe. nos autem vetuſti codicis Colotiani auctoritatem ſecuti, *ſponde* emendavimus: quo modo ſe aliquando hunc locum ex ingenio correxiſſe, homo mihi amiciſſimus, Gabriel Faërnus adfirmavit. URSIN. Longe elegantius in Mediceo *ſponde*. nec aliter a manu prima Gudianus & Mentelius uterque. in altero Voſſiano, *ſponti*. in Rottendorphio a manu prima *ſponte*, quod eodem recidit. in primo Moretano, *ſponde o digna*. *ſponde*, promitte tibi, exſpecta. HEINS. *Omina* Sprotianus a manu ſecunda, & ita Parrhaſ. dubito an Latine dicatur, *ſibi ſpondere*. apud Lucan. VII. 246. *audax caſus ſpondere ſecundos*, poſſet quidam ſubintelligere *ſibi*. ſed rectius tamen *militibus* credo, ad quos mox concionem habet, qua felicem eventum proelii ſpondet. quare dum aliud exemplum videam, hic *ſpondeo* retineo. & hoc *polliceor* inf. 301. exigit. BURM.

297. NAMQUE. In eodem primo Moretano *Jamque erit*. HEINS. *Illa* Zulichemius. *namque, ait, & tu* Oudartii. mox, *tantum defuerit* Gudianus. & *gloria talem* prior Hamburgicus.

299. SEQUETUR. *Sequentur*, Mediceus, Montalba-

8 deſunt iisdem & Baſil. 9 deſunt iisdem. 10 ſed jurare L. Voſ. Dan. non poſſumus R. 11 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 12 deſunt iisdem. 13 cum enim dicat R. Steph. hoc enim dicit L.

Digitized by Google

Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnoſius, atque habilem vagina aptarat eburna.
Dat Niſo Mneſtheus pellem horrentiſque leonis
Exuvias: galeam fidus permutat Aletes.
Protenus armati incedunt: quos omnis euntis
Primorum manus ad portas juvenumque ſenumque
Proſequitur votis. Nec non & pulcher Iulus,
Ante annos animumque gerens curamque virilem,
Multa patri portanda dabat mandata; ſed aurae

Omnia

SERVII.

304. LYCAON GNOSIUS. Cretenſis. Et eſt laus ab artifice. Hunc autem gladium Euryalo datum intelligimus: nam Niſus accepit pellem & galeam.

306. PELLEM HORRENTISQUE LEONIS EXUVIAS. [14] Τὸ αὐτὸ dixit: hoc eſt bis idem, ut III. 247. *Bellum etiam pro caede boum, ſtratiſque juvencis, Laomedontiadae, bellumne inferre paratis?*

307. GALEAM FIDUS PERMUTAT ALETHES. [15] *Galeae* enim, ſunt explorantum arma, ſicut etiam Homerus oſtendit; [16] [qui exploratores ſic armat, ut primo de Diomede [17] Il. κ. 261.

Ἀμφὶ δὲ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκεν,
Ῥινοῦ ποιητήν· πολέσιν δ' ἔντοσθεν ἱμᾶσιν
Ἐντέτατο στερεῶς, ἔκτοσθε δὲ λευκοὶ ὀδόντες
Ἀργιόδοντος ὑὸς θαμέες ἔχον ἔνθα καὶ ἔνθα,
Εὖ καὶ ἐπισταμένως· μέσσῃ δ' ἐνὶ πῖλος ἀρήρει.

Sed de illa Diomedis galea proprie intelligendum, quae ſine cono eſt, ut [18] occultior ſit explorator: talis enim vocatur καταῖτυξ, quia ſit humilis fabrica, id eſt, κάτω τευχή. [19] Aliae ſunt bellantium, ut idem de Paride: Κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκεν Ἵππουριν, δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν. *Permutat* autem, compoſitum pro ſimplici.]

309. PRIMORUM. Genitivus hic [20] venit ab eo, quod eſt [21] [*hic primus, hi primi*: & ab eo, quod eſt] *primores*, ſicut *hi proceres*: quorum nominum nominativus ſingularis non invenitur, licet dicamus *hujus* [22] *primoris*, [23] [*hujus proceris*.]

310. VOTIS. Aut cum votis: aut pro reditu vota facientes: [24] [an *Juvenumque* manus ad portas votis proſequitur? an *juvenum* quidem manus ad portas; *ſenum* vero *votis* proſequitur; ut juvenes quidem illos deduxerint, ſenes vero optaverint illis reditum.

312. PORTANDA. Nuntianda.]

VARIORUM.

talbanius, prior Hamburgicus, duo Moretani: ſed Mentelianus uterque *ſequuntur. ſequantur* alter Hamburgicus cum Schefferio, ſed Venetus & Moretanus quartus *ſequatur. ſequentur* alter Voſſianus. nos *ſequuntur* amplectimur, quod & exſtat in tribus Rottendorphiis, Voſſiano priore, & primo Moretano. HEINS. *Sequatur* Francianus. *ſequentur* Regius & Parrhaſ. *ſequetur* Edd. Venet. Mediol. & Ald.

303. HAEC AIT. *Sic ait, & lacrimans* Parrhaſ.

304. LYCAON. *Lichaon* Parrhaſ. Lycaon Arcas Serv. inf. ad ỿ. 505. alius fuit.

305. VAGINA APTARAT EBURNA. In nonnullis Macrobii exemplaribus lib. v. Saturn. 9. *vaginae aptarat eburnae.* HEINS.

307. ALE-

14 Tautologicas L. 15 aliae enim ſunt explorantum, ſicut &c. L. R. Voſ. (qui, alia) Steph. al. aliae etiam Dan. alia e. l. ex. arma Fabr. 16 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 17 Il. K. 257. Ἀμφὶ δὲ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκε Ταυρείην, ἄφαλόν τε καὶ ἄλοφον, ἥτε καταῖτυξ κέκληται & infra de Ulyſſe Ἀμφὶ &c Fabr. al. 18 occultior edidit Masvic. quaſi conus aliquid viſui contegere poſſet, ſic ne facile poſſet conſpici demebatur conus. 19 & aliae bellantium Baſil. quae reliquis caret ad ỿ. 509. 20 eſt ab Dan. hic venit & ab Voſ. R. 21 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. qui quod eſt hi *primores*. 22 prioris Voſ. 23 deſunt L. R. Steph. al. 24 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Et nubibus* ỿ. 313.

Omnia diſcerpunt, & nubibus inrita donant.
Egreſſi ſuperant foſſas, noctiſque per umbram
Caſtra inimica petunt, multis tamen ante futuri
Exitio. Paſſim ſomno vinoque per herbam
Corpora fuſa vident, adrectos litore currus,
Inter lora rotaſque viros; ſimul arma jacere,
Vina ſimul. Prior Hyrtacides ſic ore locutus:
Euryale, audendum dextra. Nunc ipſa vocat res.
Hac iter eſt. Tu, ne qua manus ſe adtollere nobis

A

SERVII.

313. AURAE OMNIA DISCERPUNT. Quia non pertulerunt illa mandata Aeneae. Quae inutiliter jubentur, dicitur ventus diſcerpere.] ET NUBIBUS INRITA DONANT. Ut ipſe XI. 295. *Partem volucres diſperſit in auras.*

314. [25] [SUPERANT. Tranſgrediuntur.]

315. CASTRA INIMICA. Non tantum hoſtilia, ſed & pernicioſa: nam cum dolore dictum eſt *inimica:* unde ſcilicet redituri non erant, quod ex ſequentibus comprobatur: dicendo enim: *Multis tamen ante futuri Exitio:* [26] [id eſt, antequam ipſi perirent,] oſtendit pernicioſa caſtra eſſe, quae ipſis mortem fuerant adlatura. [27] [Et bene cito dictum eſt *exitio*, cum caſtra mortifera dicuntur.]

317. LITTORE. Aut aream *litori* proximam, ſicut ſolet; quidam *litore*, fluminis volunt. CURRUS. Quia ante dixerat 238. *Portae, quae proxima ponto.*

319. VINA SIMUL. Vaſa vini, ſcilicet in quibus vina ponuntur. ORE LOCUTUS. Non eſt periſſologia: nam, ſecundum Homerum, exploratores, quae volunt, [28] plerumque nutu ſignificant: [29] [apud quem Ulyſſes Diomedi ſibilo innuit Iliad. K. 502. Ῥοίζησεν δ' ἄρα πιφαύσκων Διομήδει δίῳ.]

320. AUDENDUM DEXTRA. Quia audemus & curſu, & animo. [30] [NUNC IPSA VOCAT RES. Id eſt, ſomnus & vinum.]

321. HAC ITER EST. Per hoſtium caedem & audaciam noſtram. [31] [ADTOLLERE. Adſurgere.

VARIORUM.

307. ALETHES. *Aletes* denuo ſcripti. alter Mentelius *Alaetes*. HEINS. *Permittit* Montalbanius & ſecundus Rottendorphius.

308. EUNTIS. *Orantis* in ſecundo Moretano. HEINS. Vid. v. 454.

311. ANTE ANNOS. *Ante omnes* Venetus. *animoſque gerens* Montalbanius, ſecundus Hamburgicus. vulgata eſt apud Lutat. ad Statii IV. Theb. 247.

312. PORTANDA DABAT MANDATA. *Mandata dabat portanda* in ſcriptis noſtris atque Pierianis. quod ipſum Nonius Marcellus quoque agnoſcit in *mandare*. HEINS. Ita Parrhaſ. & Dorvill.

313. DISCERPUNT. *Decerpunt* alter Hamburgenſis. mox, *per umbras* Venetus, Hugen. Zulichem. & Parrhaſ. *votiſque per umbram* Leidenſis pro var. lect.

315. ANTE. *Arte* Leidenſis. v. Ruaeus.

316. VINO SOMNOQUE. *Somno vinoque*, iidem codices & Macrobius lib. V. Saturn. 9. & ſic maluit Maro etiam ſupra lib. II. 265.

Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultam.

& hoc libro v. 189. & 236. HEINS. *Per umbram* primus Rottendorphius.

317. ADRECTOS *Arrectoſque* vitioſe Edit. Juntae. *arreptos* Vratiſlavienſis. ſed *arrectos*, de duarum rotarum curribus, qui ſolent in poſteriorem partem reſupinari, recte poteſt intelligi. nam proprie

25 deſunt iisdem. 26 deſunt iisdem. 27 deſunt iisdem. 28 plerumque ſibilo Dan. plerumque nutu. plerumque ſibilo ſign. L. Voſ. exploratores volunt plerumque nutu R. 29 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 30 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 31 deſunt iisdem.

A tergo poſſit, cuſtodi, & conſule longe.
Haec ego vaſta dabo, & lato te limite ducam.
Sic memorat, vocemque premit; ſimul enſe ſuperbum
Rhamnetem adgreditur, qui forte tapetibus altis
Extructus toto proflabat pectore ſomnum;
Rex idem, & regi Turno gratiſſimus augur:
Sed non augurio potuit depellere peſtem.
Tris juxta famulos temere inter tela jacentis,
Armigerumque Remi premit, aurigamque ſub ipſis
Nactus equis; ferroque ſecat pendentia colla.

Tum

SERVII.

322. CONSULE. Provide]

323. HAEC EGO VASTA DABO. De quibus dixit: *Corpora fuſa vident.*

324. [32] [VOCEMQUE PREMIT. Aut ſummiſſa voce loquitur; aut tacet. SUPERBUM. Cur *ſuperbum* dixerit enarrat: *qui forte tapetibus altis extructus. Superbum* enim, eſt & nobile, ut VII. 630. *Tiburque ſuperbum: Extructus* autem, pro extructis tapetibus altis: veteres [33] & menſis, & toris tapetes aptabant.

326. TOTO PROFLABAT PECTORE SOMNUM. Periphraſis eſt, ne verbo humili *ſtertentem* diceret.]

328. SED NON AUGURIO POTUIT DEPELLERE PESTEM. [34] [*Augurio*, hic pro ſcientia augurii: &] oſtendit per tranſitum, fati neceſſitatem nulla peritia poſſe depelli. Eſt autem Homericus verſus [35] Iliad. B. 859. [36] ['Ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν.]

329. TEMERE. Paſſim, [37] fortuito, negligenter; [38] [vel humi; vel periculoſe: ut in conſuetudine ſolemus dicere, *temerarios homines. Temere*, ſignificat & facile. Plautus [39] Bacch. I. I. 52. *Magnus eſt hic fluvius, non hac temere tranſiri poteſt.* Significat & ſubito, Ennius: *Quo tam temere itis* [40] *citati, catomitarii.* Significat ſine cauſa, Ennius: *Haud temere eſt*, *quod tu triſti cum corde gubernas.*]

330. PREMIT. Opprimit, [41] occidit. SUB IPSIS EQUIS. Circa ipſos [42] equos.

331. PENDENTIA COLLA. Quaſi ebriorum: [43] [aut ita jacentium, ut colla penderent.]

VARIORUM.

prie currus duabus tantum rotis inſtructus. vid. Scheffer. II. de re vehic. cap. 15. *erigere* in ſimili re Stat. III. Theb. 414.

Erecto currum temone ſupinant.

& x. Theb. 169.

Attoniti currum erexere leones.

BURM.

319. VINA. Male Taubmannus vina vomitu effuſa explicat. recte Servius vaſa, pocula. vid. ad Valer. Flac. III. 609.

320. AUDENDUM. *Audendum eſt* Bigotianus & Leidenſis a manu ſecunda.

322. CONSULE LONGE. Vid. ad Valer. Flac. III. 38.

323. VASTA DABO ET LATO TE. *Recto te limite* Macrobius libr. V. Saturn. 9 aliter Nonius Marcellus. pro *vaſta dabo*, codices nonnulli, *vaſtabo*, quomodo & membranae Thuaneae Macrobii, & Maronis codices nonnulli. ſed male. *lato lumine* alter Mentelianus & a manu prima Gudianus. *lumine* prior Hamburgicus. HEINS. *Vaſta dabo & lato* Francianus & Regius a manu ſecunda,

32 deſunt iiſdem. ad ✱. 328. 33 & menſa & toris tapetes appellabant * Dan. menſae e. t. t. appendebant Fabr. 34 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 35 deſunt L. Voſ. R. 36 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 37 fortuito L. R. Baſil. vid. ad lib. VIII. 269. 38 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 39 rapidus in Plauto legitur. 40 citate catomecariis * Dan. deſunt Fabr. 41 deeſt L. R. Steph. al. 42 deeſt L. R. Voſ. Steph. al. 43 deſunt iiſdem.

Tum caput ipſi aufert domino, truncumque relinquit
Sanguine ſingultantem: atro tepefacta cruore
Terra torique madent. Nec non Lamyrumque Lamumque,
Et juvenem Sarranum, illa qui plurima nocte
Luſerat, inſignis facie, multoque jacebat
Membra deo victus: felix, ſi protenus illum
Aequaſſet nocti ludum, in lucemque tuliſſet.
Inpaſtus ceu plena leo per ovilia turbans
(Suadet enim veſana fames) manditque trahitque

Mol-

SERVII.

333. SINGULTANTEM. Cum ſingultu animam efflantem.[44] [ATRO. Poteſt & ſuperioribus adplicari, ut ſit intellectus: *ſanguine ſingultantem atro:* poteſt & ſequentibus jungi; ſed melius ſequentibus.]

335. PLURIMA NOCTE LUSERAT. Pro, plurimum [45] [luſerat, dixit, vel per plurimam noctem.]

337. DEO. Vel vino, vel ſomno. [46] [PROTINUS: Hic porro tenus, pro continuo: proprium Virgilio.]

339. PER OVILIA TURBANS. Perturbans ovilia: nam Tmeſis eſt.

VARIORUM.

cunda. *lato* rectum eſt inf. x. 514. *Latumque per agmen Limitem agit. de recto limite* vid. ad lib. VI. 901. & Salmaſ. Obſerv. ad Jus Att. p. 570. ubi diſcrimen *limitis*, & *liminis* docet. BURM.

324. SUPERBUM. *Superbus* Waddel. Anim. Critic. p. 28. male. tapetes enim in caſtris habere, ſuperbi eſt.

325. TAPETIBUS ALTIS. Ita & Stat. I. Theb. 518. *altoſque inferre tapetas*. ubi Gloſſa codicis Leidenſis *altos* nobiles explicat.

326. EXSTRUCTUS. *Exſtratus* tertius Mentelii. & ita laudat Rufinian. de Schemat. Lex. p. 34. ſed recte Schol. Horat. ad II. Od. 3. *perflabat* plurimi codices & Ed. Venet. *pectore vinum* ſecundus Moreti.

328. AUGURIO. *Auguriis* Scholiaſtes Statii Theb. II. 302. & Macrobius lib. V. Saturn. 9. ut quidem ſcripta apud illum exemplaria & nuperae editiones. HEINS.

329. TELA. *Lora* Parhaſ. ex ÿ. 318. ubi in Pierianis ita variatur.

330. ARMIGERUMQUE REMI. Ita & Nonius in *premere*. *Remum* Dorvil. a m. ſec.

331. NACTUS. *Nanctus* Mentelii prior. *natus* Dorvil.

332. RELINQUIT. *Reliquit* in ſcriptis, excepto Mediceo & duobus aut tribus aliis minoris rei. HEINS.

333. SINGULTANTEM: ATRO. Barth. ad Stat. VIII. 752. diſtinguit:

Sanguine ſingultantem atro: tepefacta.

334. TAMYRUM TAMUMQUE. *Lamyrumque Lamumque*, ita codices plerique, vel *Lamirumque*. in Veneto *Lamurumque*. in vulgatis quibusdam, *Samyrumque*. mox, *Sarranum*, cur malim quam *Serranum*, rationes aperiam infra hoc ipſo libro ÿ. 453. HEINS. *Latyrumque* Vratiſlavienſis. *Tamyrum*, *Tomyrum*, *Lamyrum* alii. *Lamyrum* Ald. *Lamum* etiam Statius IX. Theb. 764. indicat inter Thebanos. *Sarranum* quartus Moreti. *Seranon* Zulichemius. *Seranum* Francian. & Parrhaſ. *Serranum* Regius & Ed. P. Danielis.

336. INSIGNIS. *Inſigni* Menagii prior. vid. ad Phaedr. III. VIII. 3. infr. 583. nulla variatio. vid. & VI. 299. *jacebant* Mentelii prior. Parrhaſ. & Gudianus a manu prima. deum Bacchum intelligit Ruaeus.

337. VICTUS. *Vinctus* in Montalbanio & tertio Rottendorphio. de quo ad Naſonem lib. I. Faſt.

422.

[44] deſunt iisdem. [45] deſunt iisdem. [46] deſunt iisdem. ſed Dan. habet tantum, hic porro tenus.

Molle pecus, mutumque metu: fremit ore cruento.
Nec minor Euryali caedes. Incenſus & ipſe
Perfurit; ac multam in medio ſine nomine plebem,
Fadumque, Herbeſumque ſubit, Rhoetumque, Abarimque,
Ignaros; Rhoetum vigilantem, & cuncta videntem;
Sed magnum metuens ſe poſt cratera tegebat:
Pectore in adverſo totum cui comminus enſem
Condidit adſurgenti, & multa morte recepit.

Pur-

SERVII.

341. MUTUMQUE METU. Scilicet pecus: nam male quidam accipiunt, *mutum fremit*, de leone: quod ſi dixeris, vacat *metu*.

342. INCENSUS ET IPSE PERFURIT. Exemplo Niſi.

343. SINE NOMINE PLEBEM. Bene expreſſit & bellatoris peritiam, & tyronis inconſideratam aviditatem: nam Niſus reges interemit: Euryalus ſaevit in plebem, ut Salluſtius [47] Fragm. incert. *Ex inſolentia avidus male faciendi.* SINE NOMINE autem dixit, ſine gloria, quorum per humilitatem non ſunt omnibus nota nomina; [48] [atqui adjecit nomina: nam ait *Fadum, Hebeſumque ſubit*: ergo aut ſine dignitate & nobilitate; aut ſeorſum plebem dicit, & ſeorſum nobiles, quorum nomina inſeruit.]

345. RHOETUM VIGILANTEM. Hoc loco non tantum Rhoeti timor, ſed & [49] Euryali audacia comprobatur.

348. ET MULTA MORTE RECEPIT PURPUREUM. Multi hic diſtinguunt, ut ſit ſenſus talis: Eduxit gladium multo cruore purpureum. Alii *multa morte recepit*, ut ſit: Eduxit gladium cum multo cruore: & ſic inferunt: *Purpuream vomit ille animam*: ſecundum [50] eos, qui animam [51] ſanguinem dicunt. RECEPIT. Eduxit, ut lib. x. 383. *Haſtamque receptat Oſſibus haerentem*: [52] [vel ſecundum Homerum Iliad. E. 83. Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος ϗ μοῖρα κραταιή. Cornutus *nocte* legit: & adnotavit: utrum, *nocte* pro morte? an, cum multa nox eſſet?]

VARIORUM.

422. & XI. Metam. 233. *invinctus* in ſecundo Rottendorphio. HEINS. Sed *victus* legit Lutatius ad Statii II. Theb. 74.

338. IN LUCEMQUE. *In* deeſt Hugeniano.

339. IMPASTUS. *In paſtum* Gudianus a manu prima. in aliis nonnullis, *in paſtus*. HEINS.

340. VESANA. *Vaeſana* Mediceus. *jejuna* Excerpta noſtra. *mandique trabique* alter Menagii. ſed aliter Interpres Horatii Epod. 5.

341. MUTUMQUE. Male, *motumque* alii. v. ad Ovid. III. Art. Amat. 702. *& fremit* Parrhaſ.

342. ET IPSE. *Et ira* quartus Moretanus. *& ille* Parrhaſ.

343. SINE NOMINE. Id eſt ignobiles. nam nominat eos mox: ita Florus III. 16. *Cajum Gracchum, hominem ſine tribu, ſine nomine.* vid. Cerd. de *medio* vid. ad lib. v. 785. niſi *in medio* hic capias de tempore quo hanc caedem edebat.

344. HEBESUMQUE. *Herbeſumque* Mediceus, Mentelianus uterque, caeterique vetuſtiores, niſi quod in Gudiano, *Habeſumque*. deinde, *Rhaetum*, non *Rhoecum* iidem. & in Nonio Marcello verbo *ſubit*, legere eſt *Hebaeſumque*. HEINS. *Fandumque*, *Phadanumque*, *Phadumque*, *Thadumque*. deinde *Herboſumque*, *Hebuſumque*, *Heberſumque*, *Hereſumque*, *Rhetumque*, *Roetumque*, *Rhoeteumque*, *Aberinque*, *Hilarimque*, *Haberimque*, *Haburinque*, *Arabimque*, *Fadamque* variantes codices. *Abarenque* Dorvillii codex, & *Hebeſſum-*

47 *& inſolentia avidius male f.* L. Steph. *& inſ. avidus male f.* R. Baſil. *ex in avidius mala f.* Voſ. 48 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 49 niſi L. R. Steph. ſed niſi Baſil. 50 deeſt R. 51 dicunt eſſe ſanguinem Steph. Baſil. 52 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Purpuream vomit ille animam; & cum ſanguine mixta
Vina refert moriens. Hic furto fervidus inſtat.
Jamque ad Meſſapi ſocios tendebat, ubi ignem
Deficere extremum, & religatos rite videbat
Carpere gramen equos: breviter cum talia Niſus,
(Senſit enim nimia caede atque cupidine ferri)
Abſiſtamus, ait: nam lux inimica propinquat.
Poenarum exhauſtum ſatis eſt: via facta per hoſtes.

Mul-

SERVII.

350. VINA REFERT. Proprie, quae paulo ante potaverat. [53] [REFERT autem, rejicit; Graeci, ut ille, dicunt ἀναφέρει, hoc eſt, qui in tantum potando vigilaverat, ut metuens poſt magnum cratera ſe tegeret,] HIC FURTO FERVIDUS INSTAT. Euryalus, qui [54] ſaeviebat latenter: ut ſit *furto*, nocturno proelio: nam *fures* ideo dicti ſunt, quod *furvo*, id eſt, nigro tempore [55] furta committunt: aut re vera *furto fervidus:* quia Meſſapi galeam ſuſtulit, & Rhamnetis phaleras.

352. [56] [DEFICERE EXTREMUM. Utrum *ignem extremum*; an *deficere extremum?*] RELIGATOS. Non [57] ſolutos, ſed diligenter ligatos: unde addit [58] RITE, id eſt, ex militari conſuetudine optime ligatos, [ex more.]

354. [59] [SENSIT ENIM. Parentheſis. NIMIA CAEDE FERRI. [60] Deeſt, illum. FERRI. Φέρεσθαι.]

355. LUX INIMICA. Proditrix.

356. POENARUM EXHAUSTUM SATIS EST. Bene *exhauſtum*, ut oſtendat eos avidos caedis fuiſſe, & cruoris hoſtilis. VIA FACTA PER HOSTES. Ut ſup. 323. *Haec ego vaſta dabo, & lato te limite ducam.*

VARIORUM.

beſſumque, qui non alienus erat ab *Herbeſſumque*, quo nomine alius a Silio celebratur lib. XIV. 264. & ne Siculum nomen offendat, infra ℣. 584. Arcentem Siculum etiam occurrere notabat, licet Servius a criſi non abſtineat. BURM.

345. IGNARUM. *Ignavum Rhaetum.* Wadd. Anim. Critic. p. 30. ut inf. 395.

347. TOTUM CUI. *Totum cum* Ed. pr.

348. MULTA MORTE. Monet Servius Cornutum legiſſe *multa nocte.* quae mihi ſcriptura elegans & concinna in primis videtur. *nox* pro morte paſſim Poëtis in uſu. potuit & reſpexiſſe ad tenebras oculis morientis ſubortas. HEINS. *Multaque in morte reduxit* Parrhaſ. & *inulta morte* Wadd. Anim. Critic. p. 32.

349. ET CUM. *Et* deeſt Oudartiano, Veneto & Zulichemio. *mixtam* Venetus & Parrhaſ.

350. HIC. *Hinc* Montalbanius. *tunc* Venetus.

351. UBI IGNEM DEFICERE EXTREMUM. *Ibi ignem* omnes noſtri, excepto primo Moretano, aliiſque duobus aut tribus minoris rei. HEINS. *Ibi* Mediceus, Regius & Edd. Venet. & Mediol. dubitat autem Servius an *ignem extremum*, an *deficere extremum.* ego primum praefero. ita Petron. XXII. *Lucernae humore defectae tenue & extremum lumen ſpargebant.* ubi vide quae diximus. apud Ciceronem quoque in Orat. ad Quirites poſt Red. cap. I. in loco vexatiſſimo poſſet lectio Mſſ. retineri: *ut quod odium in remp. &c. conceptum jam diu continerent, id in me uno &c. deficeret.* id eſt finiretur me ſublato. ubi alii *deflecterent.* Heumannus *ejicerent*, pro evomerent ſine ulla auctoritate. ſi quid mutandum, malim, *effunderent*, quod τῷ *continere* eſt contrarium. ut in Paradox. III. *qui ſe in aliqua libidine continent, in aliqua effundunt.* & *odium effundere* dixit Cicero I. ad Fam. 9. & *furorem* XII. 25. & paſſim. ſed exſpecto cum Graevio aliam etiam medicinam adfecto loco. BURM.

352. Ut-

[53] deſunt iiſdem. [54] ferebit D n. [55] furata R. [56] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [57] reſolutos Voſ. Dan. Fabr. [58] *re* R. Steph. Dan. Baſil. praepoſitio *ex* deeſt Steph. unde illud *deeſt* ſumſerit Malvic. neſcio. [59] deſunt L. R. Voſ. Steph. al. [60] id eſt illum * Dan. Fabr.

Multa virûm ſolido argento perfecta relinquunt
Armaque crateraſque ſimul, pulchroſque tapetas.
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula, Tiburti Remulo ditiſſimus olim
Quae mittit dona, hoſpitio quum jungeret abſens,
Caedicus: ille ſuo moriens dat habere nepoti.
Poſt mortem bello Rutuli pugnamque potiti.

Haec

SERVII.

357. [61] [MULTA VIRUM SOLIDO ARGENTO. Mira arte, tempus expreſſit, quo neceſſe erat haec omittere.

358. [62] [PULCHROSQUE TAPETAS. Secundum Graecos, per maſculinum genus.]

359. EURYALUS PHALERAS RHAMNETIS, ET AUREA BULLIS CINGULA. *Phalerae*, ornamenta equorum ſunt: & eſt ſermo Graecus, [63] *τὰ φάλαρ ἱπποῖα*. CINGULUM autem hominum, generis neutri eſt: nam animalium, foeminino genere dicimus *has cingulas*.

360. TYBURTI REMULO DITISSIMUS OLIM QUAE MITTIT DONA. Conſuetudo erat apud majores, ut inter ſe homines hoſpitii jura mutuis muneribus copularent, vel in praeſenti, vel per internuntios. Senſus ergo nunc talis eſt: Caedicus quidam *Tyburti Remulo*, cum eum ſibi abſens hoſpitio vellet adjungere, miſit phaleras & cingula, bullis aureis, hoc eſt, clavis inſignita. Remulus moriens nepoti ſuo cognomini haec reliquit, qui poſtea victus a Rutulis eſt, & occiſus: poſt cujus mortem apud Rhamnetem Rutulum, ab Euryalo haec reperta ſunt munera. Quod autem dixit *Tyburti Remulo*, aut Tyburtino intelligimus, hoc eſt, de Tybure; ut ſit dativus ab appellativo veniens *hic Tyburs*: aut *Tyburti*, hoc eſt, filio Tyburti; ab eo, quod eſt *hic* [64] *Tyburtus*, *hujus Tyburti*, ut ſit *Tyburti Remulus*, ſicut VI. 36. *Deiphobe Glauci*.

361. [65] [CUM JUNGERET ABSENS. Aut cum ſe illi jungeret; aut cum jungeretur.]

362. SUO MORIENS DAT HABERE NEPOTI. [66] Nepoti Remulo, quem ſupra avo cognominem diximus: nam quoties aperte non ponitur nomen filii vel nepotis, cognominem eum eſſe intelligimus avo vel patri, quorum nomen aperte poſitum [67] invenimus: & contra, ſi filii vel nepotis poſitum nomen fuerit, praetermiſſum autem parentum, cognomines eos eſſe intelligamus, neceſſe eſt.

363. POST MORTEM. Scilicet Remuli, ſecundum ſupra dictum ſenſum: nam Donatus dicit: *Poſt mortem Niſi & Euryali, bello potiti ſunt Rutuli:* quod non procedit, ſi diligenter advertas. Sane ſciendum, locum hunc eſſe unum de [68] XII. Virgilii, ſive per naturam obſcuris, ſive inſolubilibus, ſive emendandis: ſive ſic [69] relictis, ut a nobis per hiſtoriae antiquae ignorantiam liquide non intelligantur.

VARIORUM.

352. VIDEBAT. *Videbant*, in primo tertioque Rottendorphiis, ut ad Niſum & Euryalum ſimul referatur. HEINS.

353. CUM TALIA. *Cui talia* primus Moretanus & Leidenſis. non male. in Veneto *Tum*. deinde in eodem Leidenſi, *jam lux*, non *nam*. HEINS. *Cui* Excerpta noſtra cum Bigotiano.

355. ABSISTAMUS. Lutatius ad Stat. II. Theb. 682. *Acceleremus ait*. quod ex libr. VI. 630. memoria ipſi infida ſuggeſſit.

356. EXHAUSTUM. *Exhauſti ſatis eſt* in priore Menagiano. HEINS.

357. RELINQUUNT. *Relinquit* Venetus.

358. PULCHROSQUE TAPETAS. *Pictoſque* Cariſius agnoſcit, ſed aliter ſcripti. HEINS. *Tapetas* primus Rottendorphius. mox, *bollis* Bigotianus.

citat

61 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ✝. 359. 62 deſunt L. Voſ. R. Steph. 63 *καὶ φαλ.* Dan. & ita legitur Iliad. Π. 106. 64 *Tyburtius* h. *Tyburtis*, ut a. *Tyburti Remulo*, ſicut *Deiphobo Gl.* Dan. & Fabr. niſi quod *Deiphobe*. *Remulus* etiam L. R. Steph. 65 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 66 deeſt iiſdem. 67 *inveniemus* Steph. 68 XIII. 69 *relicti ſunt* Dan.

Haec rapit, atque humeris nequidquam fortibus aptat.
Tum galeam Meſſapi habilem criſtiſque decoram
Induit. Excedunt caſtris, & tuta capeſſunt.
Interea praemiſſi equites ex urbe Latina,
Cetera dum legio campis inſtructa moratur,
Ibant, & Turno regis reſponſa ferebant,
Tercentum, ſcutati omnes, Volſcente magiſtro.

Jam-

SERVII.

364. Nequidquam. Non fruiturus: & eſt, *nequidquam aptat*: non, *nequidquam fortibus*.

365. Galeam Messapi. Non occiſi Meſſapi abſtulit galeam (nam dimicaturus eſt paulo poſt) ſed invenit jacentem, & ſuſtulit. Cristisque decoram. Bene praemittit dicens *decoram*: nam, ejus ſplendore prodente, Euryalus capitur. [70] [Denique Niſus hac ratione non proditur, cui habenti [71] inferiorem galeam, habiliorem galeam Alethes permutavit.]

366. Excedunt castris. Rutulorum ſcilicet: nam ſupra dixit: *Caſtra inimica petunt*.

367. Urbe Latina. Non eſt contrarium illi loco, ubi ait vii. 600. *Sepſit ſe tectis, rerumque reliquit habenas*: quod modo a Latina urbe auxilia venire commemorat: intelligimus enim Latinum in principio diſcordiae & tumultus, paululum ſe abſtinuiſſe; poſtea tamen nec ſuorum copias, nec propria denegaſſe conſilia: nam eum & coetui, & foederibus interfuiſſe dicturus eſt. [72] [Praemissi equites. Hos neque alio loco a Turno miſſos uſquam dixit, nec prius de eis mentionem fecit: dubitatur ergo a quo ſint, vel quibus praemiſſi, vel cur praemiſſi; cum eos conſtet, aliis jam in campo poſitis, advenire.]

368. Legio campis instructa moratur. Proprie: nam *legiones* peditum ſunt; *turmae* vero equitum.

369. [73] [Turno regi. In omnibus bonis, regis, dicitur inventum: nam quaſi abſurdum eſt, duobus poſitis, Turnum potius quam Latinum reſponſa dare.]

370. Tercentum. Quia Romani equites [74] trecenti primo fuerunt: de ſingulis enim curiis deni dabantur, quas triginta fuiſſe diximus. [75] viii. 638. [An *tercentum*? ut ἐνία πάϊλ' ἴτω.] Scutati omnes. [76] [Armati, a parte totum:] non clypeati: nam clypei, peditum ſunt: *ſcuta* vero equitum: [77] [ut haec breviora; illi vero longiores.] Volscente magistro. Proprie: nam *magiſter equitum* dicitur, [78] [more Romano, quod Dictatori adjungi ſolet.]

VARIORUM.

citat haec Schol. Stat. i. 518.

359. Rhamnetis. *Ramnentis* Dorvil.

360. Remulo. *Mitis* Parrhaſ.

361. Mittit. *Miſit* Montalbanius & ſecundus Hamburgenſis.

363. Pugnamque potiti. *Praedaque potiti* ex noſtris unus Voſſianus, & pro diverſa lectione Moretanus tertius. & ſic Vaticanus Pierii. ſed Mediceus *pugnamque potiti*. caeteri omnes *pugnaque*. HEINS. Et ita Dorvill. & alii.

365. Cristisque. *Criſtamque* alter Hamburgicus.

367. Praemissi. *Permiſſi* Mentelii prior.

369. Regis. *Regi* Francianus, Regius & Dorvill. *regi Turno* prior Hamburgicus. forte melius. nam Latinus mandata dare non potuit, qui libr. vii. 600.

Sepſit ſe tectis, rerumque reliquit habenas.

niſi Servium ſequi placet. BURM.

370. Omnes. *Homines* Zulichemius.

Ibid. Volscente. Mediceus, aliique nonnulli, paſſim. Mentelianus prior cum quibusdam minoris

70 deſunt R. Voſ. L. 71 quid ſit inferior galea neſcio. ſi enim ſine criſtis fuiſſet, & ita non alta, nec ſplendida, non opus fuiſſet permutare. forte, *inſigniorem*, qua magis conſpici poſſet. pro hac habiliorem, id eſt exploratori magis aptam dedit. BURM. 72 deſunt R. Voſ. L. Steph. al. 73 deſunt iidem. 74 tercenti Steph. trecenti Dan. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. 76 deſunt L. R. Steph. al. 77 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 78 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Jamque propinquabant caſtris, muroſque ſubibant.
Cum procul hos laevo flectentis limite cernunt:
Et galea Euryalum ſubluſtri noctis in umbra
Prodidit inmemorem, radiiſque adverſa refulſit.
Haud temere eſt viſum, conclamat ab agmine Volſcens:
Sta-

SERVII.

371. [79] MUROS SUBIBANT. Muros Trojanorum, [80] & eſt locutio de Cicerone: *Poteris ne ejus orationem ſubire?*]

372. LAEVO LIMITE. Reſpiciens ſitum regionis locutus eſt.

373. SUBLUSTRI NOCTIS IN UMBRA. *Subluſtris nox* eſt, habens aliquid lucis. Horatius III. Od. 27. *Nocte ſubluſtri nihil aſtra praeter Vidit & undas.*

374. [81] [IMMEMOREM. Amentem II. 244. *Inſtamus tamen immemores:* vel incurioſum, vel incautum] RADIIS. Lunaribus [82] intelligendum.

375. HAUD TEMERE. Particula haec modo [83] *non ſine cauſſa* ſignificat; alias [84] fortuito; alias male; alias improvide: [85] [alias paſſim, ut ſup. 329. *Temere inter tela jacentes:* alias facile. Plautus Bacch. I. I. 57. *Rapidus fluvius eſt hic, non hac temere tranſiri poteſt:*] quae pro loco [86] [accipiuntur &] intelliguntur: [87] [adverbio qualitatis, ſane relatum eſt hoc loco.]

VARIORUM.

riſ rei, *Valſcente.* ſic & *Volſci* non *Volci* dicuntur. hinc apud Naſonem in Faſt. *arva Volſcentia*, pro *Volſcis.* in Gellianis codicibus lib. XVII. 21. *Valſci* non *Volſci*. HEINS. *Velcente* Regius.

371. MUROSQUE SUBIBANT. Priſcianus lib. XVIII. agnoſcit, ſubjunctis duobus aliis ex Marone exemplis. nempe illo lib. VI. *jam ſubeunt Triviae lucos*, & altero lib. X. *ſubiit mucronem. muros* etiam plerique codices, excepto Mediceo, utroque Menagiano, duobus Rottendorphiis, priore Voſſiano, Scheſſerio & quarto Moretano. in Leidenſi *muriſque.* praeterea pro *caſtris* in priore Hamburgico, ſecundo tertioque Rottendorphio, *portis.* HEINS.

373. SUBLUSTRI. *Subluſtris* Leidenſis a manu prima. mox, *radiis adverſa* ſecundus Hamburgicus & alter Menagii.

374. RADIIS QUAE. Wadd. Anim. Critic. p. 33.

375. HAUD TEMERE EST VISUM. *Haud temere eſt viſu* primus Moretanus, non male. Plautus Aulul. *haud temere eſt, quod corvus cantat nunc mihi ab laeva manu.* & in Aſinaria: *ſed quid quod picus ulmum tundit? haud temerarium eſt.* ubi Nonius perperam *temerarium* interpretatur *metuendum*, & *ſolitum*. Terent. Eunuch. Act. II. Sc. 2. *miror quid ex Piraeo abierit, non temere eſt.* ubi Donatus hunc Maronis locum adducit. Valerius Flacc. lib. IV. 741.

Haud temere & fato divum rex ad mea vectos
Aequora vos.

ita ibi corrigendum, niſi potius poſt τὸ *eſt* diſtinguendum, *haud temere eſt. fato &c.* deinde *conclamat ab aggere Volſcens*, non *ab agmine* Venetus & a manu prima Gudianus. ut *agger* pro via ponatur, ut infra *vibranti gladio conixus ab aggere dexter Occupat.* apud Statium Theb. II.

Quercus erat tenerae jamdudum oblita juventae
Aggere camporum medio.

Idem II. Theb. 530.

Ille propinquabat ſilvis, & ab aggere celſo
Scuta virum, criſtaſque videt rutilare comantis.

Avienus Fab. XVII.

Nulla quidem medio convenit in aggere forma,
Quaeque oculis olim ſit repetenda meis.

id eſt media via. Severus ſcriptor Chriſtianus in oda de morte boum in Catalectis Pithoei:

Clauſtris ſubdideram fortia corpora
Lectorum, ſtudio quo potui, boum.
En ſtratum medio corruit aggere
Par victum parili nece.

aggere in aprico ſpatiari Horatius lib. I. Sat. 8. 15. *agger* via publica, Plinius de zyziphis & Tu-

[79] MURO. Trojanorum iidem. [80] deſunt iisdem. in Ciceronis Divinatione cap. XIV. legitur, *poteriſne ejus orationis ſubire invidiam*, vel, ut alii legunt, *invidiae*. lib. VII. 161. dixit noſter *muro ſubibant*. BURM. [81] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [82] deeſt iisdem. [83] modo ſine cauſſa Edd. Antiq. Venet. [84] fortuitu R. [85] deſunt R. L. Voſ. Steph. al. [86] deſunt iisdem. [87] deſunt iisdem.

State, viri. Quae cauſſa viae? quive eſtis in armis?
Quove tenetis iter? Nihil illi tendere contra:
Sed celerare fugam in ſilvas, & fidere nocti.
Objiciunt equites ſeſe ad divortia nota
Hinc atque hinc, omnemque abitum cuſtode coronant.

Silva

SERVII.

377. NIHIL ILLI TENDERE CONTRA. Hoc eſt, nihil contra reſponderunt: nam *tendo contra ſermonem tuum*, eſt *reſpondeo tibi*: *tendo contra iter tuum*, eſt *occurro tibi*: ergo *nihil contra tendebant*, [88] id eſt, nihil reſpondebant contra.

379. AD DIVORTIA. [89] [Vias in diverſa tendentes, hoc eſt,] ad diverticula viae militaris. Terentius Eun. IV. II. 7. *Ubi ad ipſum veni diverticulum.* Diverticula autem, ſunt ſemitae tranſverſae, quae ſunt a latere viae militaris.

380. ADITUM CORONANT. Melior eſt lectio ABITUM, quam ADITUM: Cingunt enim ſylvam, [90] ne abeant; non, ne adire poſſint.

VARIORUM.

Tuberibus lib. XV. c. 14. *aggeribus praecipue decora.* noſter lib. V. 275.

Qualis ſaepe viae deprenſus in aggere ſerpens.

Valer. Flaccus lib. VII.

Di maris, attonito conclamat ab aggere Tiphys.

Gloſſae Mſſ. Voſſii penes me, *Agger, ſtrata via publica.* D. Paulinus carmine ad Cytherium:

Poſt haec & ad nos pergere inceptat viam,
Qua ſternit aggerem ſilex,
Cui munitor Appius nomen dedit.

alter Paulinus libro I. de vita B. Martini: *Aggeris hic monſtravit iter.* id eſt viam publicam. libro IV.

Quod tempus vacuum virtutibus aggere in ipſo.

in ipſa via, dum iter faceret, de B. Martino. mox de eodem, V. 155.

Interea ſociis paulum fortaſſe relictis,
Carpebat praegreſſus iter, qua publicus agger
Porrigit erectam per plana jacentia molem,
Ut via conſtratis ſolidata atque edita ſaxis
Vergeret effuſos in concava ſubdita nimbos.

mox V. 178.

Ceſſere trementes Aggere de medio.

Sulpitius Severus de eadem re, *per publicum aggerem plena militaribus viris fiſcatis rheda veniebat.* Alcimus de laude Virginitatis:

Nam qui diffuſam ſpatio laxante plateam
Mundanis ludens facili nunc aggere currit.

Prudentius lib. II. in Symmach.

Sed nec jacta viae ſpargentur in aggere grana.

Aurelius agger apud Rutilium in Itinerario. *cuſtodiae aggerum publicorum* Sidon. Apollin. IX. Ep. 3. *agger* pro muro ſaepe apud Silium lib. I. 265.

Idem expugnati primus ſtetit aggere muri.

& lib. II. 130.

Tum ſubitum in vulnus praeceps devolvitur altis
Aggeribus muri.

purpureus agger pro veſte ſtragula Statius Epicedio Glauciae: *Quod tibi purpureo triſtis torus aggere crevit.* ſic optime editio Parmenſis, non *rogus.* HEINS. Ego ſive *viſum*, ſive *viſu* legas, non idoneum ſenſum exire puto. ſed pro *viſu*, quod & Leidenſis habet, ſcriptum fuiſſe *viſa* credo, ſcilicet galea illa ſplendenti. hac *viſa Volſcens* conclamat *haud temere eſt.* ubi diſtingui debet, ut centies illa formula apud Terentium & alios occurrit. non enim conclamat, *haud viſum eſt temere*, ſed viſa galea, conclamat *haud temere eſt.* ita Ennius a Servio citatus ſup. ad ỳ. 329. vid. ad Quinctil. Decl. XIII. 18. ubi nondum viſis Heinſii notis, ex ejus ad Val. Flac. IV. 741. ſuſpicatus eram eum ita legere. Dict. Cretenſ. IV. 9. v. Obr. *exclamat* Venetus. *eſt uſum* Excerpta noſtra. *agmine* & *aggere* etiam confundunt codices lib. XII. 446. v. Cannegiet. ad Aviani Fab. XVII. ſed hic non mutarem *agmine.* ſic Statius IV. Theb. 802.

Ibi exſultans conclamat ab agmine primus
Argus.

ubi

[88] id eſt reſpondebant caſtra Steph. e contra L. R. Voſ. Dan. Fabr. al. [89] deſunt L. R. Voſ. Steph. al. [90] ne habeant, unde abire poſſint Baſil. ne habeant non ne habire poſſint R. ne abire p. Steph.

Silva fuit, late dumis atque ilice nigra
Horrida, quam denſi conplerant undique ſentes:
Rara per occultos lucebat ſemita callis.
Euryalum tenebrae ramorum oneroſaque praeda
Inpediunt, fallitque timor regione viarum.
Niſus abit: jamque inprudens evaſerat hoſtis,
Atque lacus; qui poſt Albae de nomine dicti
Albani: tum rex ſtabula alta Latinus habebat.
Ut ſtetit, & fruſtra abſentem reſpexit amicum:

Eu-

SERVII.

383. DUCEBAT SEMITA CALLES. Legitur & LUCEBAT: quod ſi eſt, RARA, pro, raro accipiendum eſt, ut ſit, *raro lucebat*; herbis ſcilicet in aliquibus locis intervenientibus: ſi DUCEBAT, intelligimus, inter calles pecorum raram fuiſſe ſemitam, hoc eſt, hominum viam: [91] [& non oſtendit quo ducebat, ſed intelligamus euntes.]

385. EURYALUM IMPEDIUNT. *Impedio te*, dicimus per accuſativum; & caſus mutari non poteſt, niſi deſeras verbum; ut dicas *impedimento mihi* [92] *es*. Sciendum ſane, multas [93] conferri in Euryalum excuſationes. [94] [REGIONE VIARUM. *Regionem*, hic rectum iter dixit, ab eo, quod regat tramitem.]

386. NISUS ABIT. Bene meminit velocitatis, quam ei in quinto 318. dedit, ut: *Primus abit, longeque ante omnia corpora Niſus Emicat*. IMPRUDENS. Scilicet remanentis Euryali; [95] [aut *imprudens* ſuaſiſſe; alii *imprudens*, valde prudens accipiunt.]

387. ALBAE DE NOMINE. Vel porcae, vel civitatis, vel regis Albani, cui ſucceſſit Procas.

VARIORUM.

ubi eſt manifeſta imitatio. *ex agmine* Sil. v. 377. & 445.

377. TENDERE CONTRA. Lucret. I. 67.

378. CELERARE. *Scelerare* Zulichemius. *in ſilvis* Leidenſis unus & Regius.

380. ADITUM. *Abitum* Mediceus a manu prima. quae ſcriptura & in Pierianis nonnullis appareret, & a Servio probatur, exſtatque in Hamburgicis & Rottendorphiis prioribus, altero Mentelio, primo ac quarto Moretanis. etiam in Gudiano & Veneto a manu ſecunda. ſed in tertio Moretano, *Hinc atque hinc, atque omnem abitum*. conſule annotata lib. XI. Aen. 766. Plautus Ciſtellaria: *Eas ſi adeas, abitum quam aditum malis*. mox, idem Mediceus, *complebant*, non *complerant*. HEINS. *Aditum* Dorvill. Regius, Ald. *obitum* Ed. Mediol. *huc illuc* Nonius in *divortia*.

383. DUCEBAT SEMITA CALLIS. Servius monet a nonnullis legi, *lucebat*. quomodo apud Propertium lib. II. Eleg XIV.

Ante pedes caecis lucebat ſemita nobis.

Statius Theb. V.

Claraque per Zephyros etiamnum ſemita lucet.

& lib. IX. 641.

Interior coeli qua ſemita lucet.

Valer. Flac. I. 841.

Lucet via late Igne Dei.

Julius Firmicus de Errore profanarum religionum: *ſed haec omnia veritas detexit, & ratio ſanae mentis invenit, ut inveſtigatis omnibus atque detectis, quae ſacrilegus error abſconderat, veritatis ſemita luceret*. idque etiam Mediceus a manu prima, Mentelianus a ſecunda, Gudianus, uterque Mentelius, primus Rottendorphius, prior Hamburgicus, cum tribus aut quatuor aliis prae ſe ferunt. ſed fruſtra. HEINS.

385. FALLITQUE TIMOR. *Fallique timor* a ma-

91 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 92 eſt L. Voſ. R. Dan. Fabr. al. 93 inſerti Dan. 94 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 95 deſunt iiſdem.

Euryale, infelix qua te regione reliqui?
Quave ſequar? rurſus perplexum iter omne revolvens
Fallacis ſilvae, ſimul & veſtigia retro
Obſervata legit, dumiſque ſilentibus errat:
Audit equos, audit ſtrepitus, & ſigna ſequentum.
Nec longum in medio tempus; quum clamor ad auris
Pervenit, ac videt Euryalum: quem jam manus omnis
Fraude loci & noctis, ſubito turbante tumultu,
Oppreſſum rapit, & conantem plurima fruſtra.
Quid faciat? qua vi juvenem, quibus audeat armis

Eri-

SERVII.

390. INFELIX, QUA TE REGIONE RELIQUI? Se infelicem [96] dixit, qui dolet; non illum, propter quem dolet.

391. ITER OMNE REVOLVENS. Urbanus huc uſque verba Niſi vult eſſe; alii, Poëtae dant: *Rurſus perplexum iter omne revolvens.*

392. [97] [FALLACIS SYLVAE. Ut Niſus, uſquoquaque ſequar, dixiſſe videatur.

393. OBSERVATA. Id eſt, obſervans. SILENTIBUS. Pro, ipſe ſilens; aut *ſilentibus* IV. 525. *cum tacet omnis ager.*]

394. SIGNA SEQUENTUM. Militarem ſonum dicit, qui varius eſt: nam interdum canit, ut inſequantur eos, qui fugiunt: interdum receptui.

395. NEC LONGUM IN MEDIO TEMPUS. Inter auditum ſonum, & viſum Euryalum: [98] [& eſt Eclipſis.]

397. FRAUDE LOCI ET NOCTIS. *Fraude loci*, difficultate loci: *noctis*, pro tenebris, & obſcuritate, fraudem appellat. Quidam, *noctis ſubito turbante tumultum* legunt, ut ſit, *noctis tumultu*, nocturno tumultu [99] explorantium.]

398. OPPRESSUM RAPIT. Hoc eſt, Quem jam manus omnis rapit: nam male quidam [1] *Videt rapi* accipiunt: quod ſi admiſeris, vacat, *Quem jam manus omnis.*

399. [2] [QUID FACIAT. Mire adfectum ſuum Poeta interpoſuit.

VARIORUM.

manu prima in Mediceo. concinne omnino, ut *τὸ timor* etiam referatur ad *τὸ impediunt*. HEINS. *Fallitque timor* Francianus & Regius. de *regione* vid. ad lib. II. 737.

386. EVASERAT. *Invaſſerat* Dorvil. *evaſerit* Mediceus a m. pr.

387. ATQUE LACUS. *Atque locos* codices noſtri, niſi quod in Menteliano priore, Schefferio & primo Rottendorphio, *atque lucos*. ſed & libr. VII. habemus, *audiit & Triviae longe lacus*. quod de lacu Albae itidem ſeu Aricino capiendum. *lucus* tamen in Veneto legebatur. HEINS. *Adque locos* Dorvill. prior Hamburgicus. vid. Ruae. *atque lucos* Ed. pr. *locos* Mediol. vid. Erythr. Ind. in *locos*.

Ibid. DICTI. *Ducti* Mediceus a manu prima.

389. RESPEXIT. *Proſpexit* alter Menagii.

391. QUAVE. *Quove* Parrhaſianus.

Ibid. PERPLEXUM ITER OMNE REVOLVENS FALLACIS SILVAE. Diverſitas lectionis apud veteres Grammaticos omittenda. Donatus & Urbanus ita legerunt, & diſtinxerunt:

Quave ſequar, rurſus perplexum iter omne revolvens,
Fallaces ſylvas, ſimul & veſtigia retro
Obſervata legit.

FABRIC. *Perflexum* Sprotianus. *reſolvens* ſecundus & tertius Rottendorphius. *rurſum* etiam Venetus

96 dicit iisdem. 97 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 394. 98 deſunt iisdem ad ℣. 398. 99 explorantium dicit * Dan. 1 videns rapi Baſ. videt rapit Steph. Dan. Fabr. 2 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. ad 401 Pulchram.

Eripere? an ſeſe medios moriturus in enſes
Inferat, & pulchram properet per volnera mortem?
Ocius adducto torquens haſtile lacerto,
Suſpiciens altam Lunam, & ſic voce precatur:
Tu, Dea, tu praeſens noſtro ſuccurre labori,
Aſtrorum decus, & nemorum Latonia cuſtos;

Si

SERVII.

400. IN HOSTES. Quidam IN ENSES legunt: & melius hoc putant, quam *in hoſtes.*

401. PULCHRAM PROPERET PER VULNERA MORTEM. [3] Aut deeſt, *adire*, aut deeſt *ad*; ut ſit ad mortem properet: aut certe antique, *properet mortem*, ut, Plautus in fragm. *Properate prandium.* Ennius: *Feſtivum feſtinant diem.*] PULCHRAM MORTEM. Glorioſum enim eſt pro amico [4] perire. [5] [Et *pulchram*, ex perſona Poëtae dictum eſt; vel certe *pulchram*, ad eum, qui hoc putat.

402. OCIUS. Pro, ociter.]

404. TU PRAESENS NOSTRO SUCCURRE LABORI. Non dicit, *quae praeſens es*, ſed *praeſens ſuccurre*, [6] id eſt, ilico, ſtatim: [7] [ex conſuetudine ejus, ut de vicino & proximo ducat opportunas invocationes. XII. 777. *Faune precor miſerere*, *inquit*: & III. 34. *Nymphas venerabar agreſtes, Gradivumque patrem, Geticis qui praeſidet arvis.* Et in repetitione: *Tu dea, tu praeſens*, major emphaſis videtur.]

VARIORUM.

netus & Menagii & Hamburgicus priores.

393. SILENTIBUS. Quia gradu ſuſpenſo & quieto, nullum ſonum edere volebat. vid. lib. VII. 677. alibi *ſonantia* virgulta & ſimilia dicit, ubi impetu quis graditur.

394. SEQUENTUM. *Sequentem* Gudianus a manu prima.

395. CUM. *Dum* Venetus, *tum* Gudianus a manu prima, & ita Leidenſis & Regius. *in medio* ut ſupr. 243.

398. FRUSTRA. *Contra* in Montalbanio. HEINS.

399. QUID FACIAT. Servius ad IV. Aen. 283. *Heu quid agat* legit.

400. MORITURUS IN HOSTES. *In enſes* Gudianus, ſecundus tertiusque Rottendorphii, Sprotianus, Voſſianus prior, tum & alter Mentelianus, a manu prima. quam ſcripturam a nonnullis praeferri Servius teſtatur, & recte: nam variavit orationem, cum libro II. 511. dixiſſet,

Denſos fertur moriturus in hoſtes.

HEINS. *Aut ſeſe* Menagii prior. *enſes* praeferrem. commutarunt vero ſaepe has voces librarii. vid. ad Ovid. XIV. Met. 574. Lucan. VII. 609. *nec deerat robur in enſes Ire duci.* & ita credo apud Propert. III. VII. 25. legendum:

Vel tibi Medorum pugnaces ire per enſes.

nam *hoſtes Medorum* pro ipſis *Medis* vix placet. & ita *pugnax enſis* Ovid. V. Triſt. VII. 48. poſſet tamen & recepta lectio tolerari, ut apud Valer. Flac. I. 438.

Tu medios gladio bonus ire per hoſtes.

& ita infr. lib. X. 554.

Medios moriturus in hoſtes Irruit.

& ex formula quaſi libr. XI. 741.

Equum medios moriturus in hoſtis Concitat.

Gudianus exhibebat: & ita ſaepe Librarios loca interpolaſſe ex ſimilibus ſaepe in his notis oſtendimus. *inferre ſe* illuſtravimus ad Quinctil. XIII. Declam. 14. BURM.

403. VOCE PRECATUR. *Forte precatur* Mediceus pro diverſa lectione. ut lib. VI. 186. in antiquis codicibus. apud Priſcianum lib. XVI. legitur, *& ſic voce precatur*, ut libr. VI.

Aſpectans ſilvam immenſam & ſic forte precatur.

ore

[3] hanc laciniam non bellam, nec dignam Servio oſtendit Broukh. ad Tibul. IV. I. 205. & certe pars maxima etiam aſſuta fuit lib. IV Georg. 471. BURM. [4] deficere Dan. Fabr. hoc de moribundo recte diceretur, ut Tacit. Vit. Agricol. XLIII. & XLV. *deficientem* dicit. ſic Ovid. III. Amor. IX. 56. *me tenuit moriens deficiente manu.* & ita intelligo apud Lucam cap. XVI. 9. & Geneſ. XXV. 8. exponit Pearſ. in principio praefationis ad LXX. Interpretes, quam Grabe praepoſuit ſuae editioni. BURM. [5] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [6] id eſt, loco ſtatuto, & conſuetudinis Dan. [7] deſunt L. Voſſ. R. Steph. al.

Si qua tuis umquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, ſi qua ipſe meis venatibus auxi,
Suſpendive tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi;
Hunc ſine me turbare globum, & rege tela per auras.
Dixerat: & toto conixus corpore, ferrum
Conjicit. Haſta volans noctis diverberat umbras,
Et venit adverſi in tergum Sulmonis, ibique

Fran-

SERVII.

406. SI QUA, *Qua* vacat, & hic, & in ſequenti.

408. SUSPENDIVE THOLO. *Tholus*, proprie eſt veluti ſcutum breve, quod in medio tecto eſt, in quo trabes coëunt: ad quod dona ſuſpendi [8] conſueverunt. [9] [Quae tam diu dona dici poterant, quam diu non profana fierent, ſicuti in libris Sacrorum refertur.] Bene autem venatorem inducit numen invocare ſylvarum. [10] [Alii *tholum* aedium ſacrarum dicunt genus fabricae, Veſtae, & [11] Pantheon: Alii tectum ſine parietibus columnis ſubnixum. Aedes autem rotundas tribus diis dicunt fieri debere, Veſtae, Dianae, vel Herculi vel Mercurio.]

409. TURBARE GLOBUM. Sana petitio: nam quia [12] tot vincere impoſſibile fuerat, petit ut ſaltem [13] eos perturbet telorum beneficio. REGE TELA PER AURAS. Per noctem, in qua ſine auxilio numinis recti jactus eſſe non poſſunt.

411. FERRUM CONJICIT, HASTA. De ferro ad haſtam tranſit. [14] CONICIT, pro *conjicit*: nam *conicit* antiquum eſt.

412. ADVERSI IN TERGUM SULMONIS. *Tergum*, pro, *tergus* dixit. Salluſtius: *Tergis* [15] *vincebant*, pro tergoribus: ut intelligamus haſtam in ſcutum veniſſe, & illic eſſe colliſam; ut FRANGITUR, ſit pro colliditur: fiſſoque ſcuti ligno etiam praecordia penetraſſe; aliter non procedit: nam ſi haſtam re vera fractam accipiamus, ratione caret, quod dicit: *Fiſſo tranſit praecordia ligno*. Alii re vera in tergum volunt eſſe percuſſum, quod falſum eſt: nam quo modo ante fiſſum lignum eſſet, & ſic praecordia penetrata? Sciendum tamen, locum hunc [16] eſſe de his, quos inſolubiles ſupra ℣. 363. diximus.

VARIORUM.

ore precatur in Gudiano a manu ſecunda. omnes praeterea codices vetuſti addunt τὸ *&*. & *ſic precatur* recte. HEINS. *Altam ad lunam* Zulichemius, ſed Ovid. I. Triſt. III.

Hanc (Lunam) *ego ſuſpiciens, & ab hac Capitolia cernens.*

& Epiſt. XVIII. 61.

Hanc (Lunam) *ego ſuſpiciens, faveas, dea candida, dixi.*

voce precatus Leidenſis. *& ſic voce* Francianus.

408. SUSPENDIVE. *Suſpendine* Dorvil.

409. HUNC. *Nunc* primus Moretanus. *per hoſtes* Bigotianus.

410. CONNISUS. Omnes noſtri *connixus*. *conniſus* in uno Pierii Vaticano. HEINS.

411. DIVERBERAT UMBRAS. *Deverberat*, quartus Moretanus, & *auras* ſecundus & Zulichemius, & a manu ſecunda. prior Hamburgicus; Pariſ. & Parrhaſ. vid. lib. V. 502.

412. ADVERSI IN TERGUM SULMONIS. *Averſi* Rottendorphius ſecundus. ſed cum *tergum* pro clypeo hic tum Nonius & Servius teſtentur, acquieſcendum vulgatae lectioni. Ovid. XII. Metam.

Haeſtrum clipei curvamine telum

Miſit

8 conſueverant L. Voſ. Dan. Fabr. Baſil. conſueverat R. 9 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 10 deſunt iisdem. 11 Panthere * Dan. Pantherae Fabr. Markland. ad Stat. v. Sil. I. 235. ſcribit. *genus quale eſt Veſtae & Pantheon.* vel ſaltem ita debuiſſe ſcribere, ait. 12 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 13 deeſt iisdem. 14 *conjicit* pro *conicit* Baſil. *conicit* pro *coicit* R. L. Voſ. Steph. *conicit*, pro *conjicit* Fabr. 15 vincebant Steph. 16 eſt L. Voſ. R. Steph. al. 17 unum eſſe de his quos diximus ſupra L. Voſ. R. Steph. al. nec plura nant, dictum eſt Dan. Fabr.

Frangitur, ac fiſſo tranſit praecordia ligno.
Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen
Frigidus, & longis ſingultibus ilia pulſat.
Diverſi circumſpiciunt. Hoc acrior idem
Ecce aliud ſumma telum librabat ab aure;
Dum trepidant, iit haſta Tago per tempus utrumque
Stridens, trajectoque haeſit tepefacta cerebro.

Sae-

SERVII.

413. [18] [LIGNO. Quidam humiliter dictum accipiunt.]

416. HOC ACRIOR IDEM. Quod latuerat, & quod ei primus proſpere ceſſerat jactus.

417. TELUM LIBRABAT AB AURE. Geſtus jaculantis exprimitur: duobus autem generibus manualia tela mittuntur, [19] [aut enim ab aure,] aut a latere tela jaciuntur.

418. PER TEMPUS UTRUMQUE. Congrue dicit telum per tempus utrumque tranſiſſe: ait enim, DIVERSI CIRCUMSPICIUNT, hoc eſt, huc & illuc ora circumferunt, per quam opportunitatem potuit telum tempus utrumque tranſire. [20] [Aſper tamen dicit,] *Per tempus utrumque*, hoc eſt, inter tempus utrumque; ut e contra VII. 33. *Hunc inter fluvio Tyberinus amoeno:* id eſt, per hunc. Quod ſi eſt, [21] intelligamus eum in fronte eſſe vulneratum.

419. TEPEFACTA CEREBRO. Alibi inf. 701. *Et fixo ferrum in pulmone tepeſcit.*

VARIORUM.

Miſit in Aeacidem, quod & aes & proxima rupit
Terga novena boum.

Tergum pro ſcuto, pelle, & quidquid ex corio fit ſumitur. ſic pro tympanis. *Bacchaea terga.* Sil. II. Stat. II. Achil. 40. & *Evia terga* 135. Auſon. Epiſt. ad Paullin. *tentis reboant cava tympana tergis. Idaea terga* Stat. Theb. VIII. 22. de Elephantis corio Plin. XI. 39. *Elephantorum quoque tergora impenetrabiles cetras* habent. optime, id eſt, cetrae habentur pro impenetrabilibus ex corio Elephantino factae. male mutat Salmaſ. ad Solin. p. 307. quem vide. vide & p. 455. de tergore Hippopotamone. Plin. VIII. 10. *duriſſimum dorſo tergus, ventri molle, ſetarum nullum tegumentum.* Solinus de Elephantis c. XXV. Noſter. I. Aen. *Tergora deripiunt coſtis.* id eſt coria. de tergis pro caeſtibus vide nos ad Valer. Flac. IV. 251. ibidem 284. *Et jam ecce ruunt inflictaque late Terga ſonant.* & lib. I. 420. de loris, unde lorica, Varr. lib. IV. de L. L. *Lorica* a loris, *quod de corio crudo pectoralia fiebant.* recte fiebant. nam poſtea e ferro tantum. unde Iſidorus Originum lib. XVII. cap. 13. *Lorica vocatur, quod loris careat. ſolis enim circulis ferreis contexta eſt.* nec aliter capiendum illud Maronis Aen. XI.

Cui pellis latos humeros erepta juvenco
Bellatori operit.

ubi Servius, id eſt, *lorica. nam proprie eſt lorica tegmen de corio, tanquam de loro factum, quo majores in bello uti conſueverant.* certe & *lura* os culei vel utris. Feſtus. *Lura* etiam vel *lora* utris Auſonio. de qua Scalig. Auſon. Lect. nempe quod utres ex corio fierent. hinc *luror* & *luridus*, quod a loro etiam deducit Iſidorus. hinc noſter, *Et venit adverſi in tergum Sulmonis*, id eſt loricam. & hinc *aerea terga loricae* Stat. IX. 551. ubi nolim *aerea texta* repoſita a Gronovio. & hinc etiam noſter lib. X. & *tergo decuſſit haſtas*, pro clypeo. pro lorica Samnitibus ſpongiam tegumentum pectoris dat Livius. & linei & lanei thoraces etiam vetuſto aevo in uſu. recte vero Maro *adverſi Sulmonis*, ut ad anteriorem loricam referat. nam & dorſum altera pars loricae tegebat. de clypeis ex tergo factis vide Graevium ad Heſiod. p. 95. Scutum nomen etiam habet a loro, παρὰ τὸ σκῦτος. Ammian. lib. XXIV. *Obtecti* ſcutis *vimine firmiſſime textis, & crudorum tergorum denſitate veſtitis.*

mox,

18 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 19 deſunt L. Voſ. R. punctis ſubſcriptis. 20 haec deerant R. & repetitum erat, ait enim *diverſi*, ſed 21 intelligimus Baſ. & Edd. antiq.

Saevit atrox Volſcens, nec teli conſpicit uſquam
Auctorem, nec quo ſe ardens inmittere poſſit.
Tu tamen interea calido mihi ſanguine poenas
Perſolves amborum, inquit: ſimul enſe recluſo
Ibat in Euryalum. Tum vero exterritus, amens
Conclamat Niſus: nec ſe celare tenebris

Am-

SERVII.

422. INTEREA. Donec ille invenitur. [22] [CALIDO MIHI SANGUINE POENAS. Ennius in primo: *Nam mi calido das ſanguine poenas.*]

423. PERSOLVES AMBORUM. Aut occiſorum; aut tuas & Niſi: nam duos eos fuiſſe novit: ſupra enim ait: *State viri.*

VARIORUM.

mox, *contecti ſcutis oblongis & curvis, quae texta vimine, & crudis coriis geſtant.* Caeſar Gallis dat *ſcuta pellibus inducta.* Silius VIII. 525.

Pectora pellis obit caeſi venatibus urſi.

Mart. VII. 2. Auſon. in Monoſyl.

Tergora dic clypeis accommoda, quid faciat? Glus. poſtea loricae coriaceae aes, aut ferrum ſuperinduxerunt, & quidem hamatum & ſquameum, quod plumatum dicebant, ſed illi qui ſupra militem gregarium dignitate eminebant, ut ex Polybio liquet. Maro XI. 488. & 770. & ita tergum taurinum noſter I. Aen. 368. Val. Flac. II. 108.

Puppes tenui contexere canna
Auſus & inducto cratem defendere tergo.

Terginum lorum ex tergo. v. Salmaſ. in Solin. pag. 1005. 1006. 1011. Heſych. Βῦς. μαστιξ. unde Plautus: *ubi vivos homines mortui incurſant boves*, pro loris bubulis. HEINS. Vid. infr. 764. *Sulamonis* Sprotianus. vid. ad Ovid. III. Art. 35. *adverſi* agnoſcit Interpres Crucquianus Horatii I. Sat. XI. 14.

413. AC FIXO. *Ac fiſſo* Mediceus & Mentelianus uterque, Gudianus & caeteri vetuſtiores, quomodo & Servius hoc loco & Priſcianus manifeſte agnoſcit in libello de XII. verſibus principalibus Aeneidos Virgilianae, *ſcidi quoque & fidi, quia corripiunt penultimam, duplicaverunt in participio ſ. ſciſſus & fiſſus. Virgil. in IX. & fiſſo tranſit praecordia ligno.* HEINS. *Praecordia Ludo* prior Menagii.

416. ACRIOR. *Acrius* in Mediceo, etiam in Gudiano, a manu prima. *hic acrior* in quarto Moretano. HEINS.

417. ECCE ALIUD SUMMA. *Ecce aliud telum ſumma* Gudianus, prior Mentelius, alter Menagianus, Moretani duo & Schefferius. deinde *vibrabat* uterque Mentelius & Menagianus uterque, duo Hamburgici, primus Rottendorphius, primus & quartus Moretani, Leidenſis ac Schefferius. *librare ab aure telum* tamen & apud noſtrum alibi, & apud Naſonem non ſemel occurrit. HEINS. *Ecce aliud telum ſumma* Francianus & Regius. de *librare* vid. inf. ✝. 655. notas ad Servium.

418. IT HASTA. *Volat haſta Tago* in Montalbanio. *itque haſta* in altero Hamburgico. *iit* in Leidenſi & Moretano ſecundo, quod verum opinor, quamquam & contracte *it* pro *iit* producatur. HEINS. *Iit* eſt in Bigotiano, qui a ſecunda manu *haſta tremens. it* Francianus & Parrhaſ. & Regius, Edd. Venet. Mediol. & Ald. & id agnoſcit Servius ad IV. Aen. 56. v. Erythr.

Ibid. TEMPUS. In ſingulari Catullus dixit Carm. LXI. 162. ubi v. Muretum. de Lucretiano loco II. 45. vide diſſentientes Interpretes.

419. HAESIT. *Exit* Vratiſlavienſis.

420. USQUAM. *Umquam* Mediceus a manu prima. *telis* Dorvill.

421. QUO SE ARDENS. *Quo ardens ſe* Ald.

423. INQUIT. *Inſit* Leidenſis & alter Menagianus. non male. & jungitur aliquando cum verbo infinitivo, ut in Sulpitiae Satyra:

Haec ego: tum paucis dea me dignarier inſit.

ita vetuſtus Auſoniani Poëmatis codex, in quo hoc carmen legebatur, & Editio Tornaeſiana A. 1558. in qua primus, puto, ex membranis hanc Satyram edidit Rob. Conſtantinus. nunc vulgo circumfertur, *dignatur & inſit.* Plaut. Aulularia, *inſit ibi plorare.* HEINS. Vid. ad XI. 242.

Guell

22 deſunt L. R. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem:
Me, me, (adſum qui feci) in me convertite ferrum,
O Rutuli. mea fraus omnis; nihil iſte nec auſus,
Nec potuit: coelum hoc, & conſcia ſidera teſtor.
Tantum infelicem nimium dilexit amicum.
Talia dicta dabat: ſed viribus enſis adactus
Tranſabiit coſtas, & candida pectora rumpit.
Volvitur Euryalus leto, pulchroſque per artus

It

SERVII.

426. [23] [Amplius. De cetero, poſthac; interdum & quantitatem ſignificat, ut Terentius Andr. I. I. 4. *Quid tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius?*

Ibid. Tantum potuit. Hoc quamvis ad animum Niſi pertineat, tamen ſympathiam etiam Poëta ex ſua perſona fecit.]

427. Me, me. Subaudis, *interficite:* & eſt interrupta elocutio dolore turbati.

429. Nec potuit. Validior argumentatio ex impoſſibilitate, ut I. 233. *Quid Troes potuere?* Item I. 529. *Non ea vis animo: nec tanta ſuperbia victis.*

430. Tantum infelicem nimium dilexit amicum. Contra illud: Cur ergo venit? dicit: Tantum [24] amicum dilexit, ut, cum nihil poſſet, tamen veniret.

433. Volvitur Euryalus letho. Aut ſeptimus eſt, aut dativus; ſed, ſi dativus fuerit, figuratum eſt, id eſt, in lethum, ut v. 451. *It clamor caelo.*

VARIORUM.

Guell. & Od. I. 325.

Ibid. Recluso. Ergo in vagina etiam nunc gladium habuiſſe credendum eſt, ut ita *retecto* enſe dixit Lucan. IX. ſed ibi alia res eſt. hic ubi jam pugna eſt, credibilius jam ſtrictum habuiſſe, ſed ut ictum inferret, extentum enſem reductaſſe. quare poſſet *reducto* legi, ut in Lucani etiam loco tentabat Heinſius ad Ovid. XII. Met. 132. ubi plura de hoc verbo. & ubi in variis lectionibus etiam *relecto* reperitur, ut hic habet etiam Donatus ad Terent. Andr. I. v. 16. *ibat* eleganter, ut Silius XIV. 628. *itur in hoſtem.* vide plura ad Phaedr. IV. 3. BURM.

425. Celare. *Celerare* prior Hamburgicus. *latebris* Venetus.

426. Potuit. *Potui* Editio Juntina *haud tantum* Francianus.

427. Feci, in me. *Feci inquit* Parrhaſ. ſed ſimilis iteratio pronominis apud Ovid. VIII. 128. & Senec. Med. 266. & Hippol. 1159. & Stat. I. Theb. 651. ubi videndus Barthius. BURM.

429. Coelum hoc et. *Hoc* deeſt Dorvill.

431. Adactus. *Aductis* Excerpta noſtra. *adactus* enſis paſſim occurrit, & firmat hoc conjecturam in ỳ. 423. nam reductus prius enſis, deinde adigitur.

432. Candida pectora. Dixit *pectora*, & adjicit *πάθ.* *candida.* item *rumpit*, non *rupit*, *κατ' ἐνέργειαν*. probat hanc lectionem Donatus, probant libri vetuſti. FABRIC.

Ibid. Rupit. *Rumpit* Mediceus & caeteri vetuſtiores. pro *tranſadigit* in Mediceo a manu prima erat, *Tranſadibit.* In utroque Mentelio, primo ſecundo & quarto Moretanis, Leidenſi, & quatuor aut quinque aliis, *Tranſadiit.* in priore Menagiano, priore Hamburgico & duobus aliis *Tranſabiit* quod poſterius verum opinor, etſi *tranſadigendi* verbum alibi quoque apud Maronem occurrit. & videtur aemulatus hunc locum Statius Theb. II.

Tranſabiit coſtas cognatis ictibus enſis.

idque verbum Statio familiare. *adactus enſis transadigit coſtas* inconcinne dicitur, bis enuntiato eodem verbo, idque vidit Pierius. *tranſadigere* Statio etiam uſitatum Theb. V. 126. *Tranſabire* ſaepe

23 deſunt iisdem. ad ỳ. 427. 24 animum R.

Digitized by Google

It cruor, inque humeros cervix conlabſa recumbit.
Purpureus veluti cum flos ſuccíſus aratro
Langueſcit moriens; laſſove papavera collo
Demiſere caput, pluvia quum forte gravantur.
At Niſus ruit in medios, ſolumque per omnis
Volſcentem petit: in ſolo Volſcente moratur.
Quem circum glomerati hoſtes, hinc comminus atque hinc
Proturbant. Inſtat non ſecius, ac rotat enſem

Ful-

SERVII.

435. PURPUREUS VELUTI CUM FLOS SUCCISUS ARATRO LANGUESCIT. Habetur ratio comparationis: videtur enim Euryalo Hyacinthum comparare, qui pulcherrimus fuit, & poſt mortem converſus in florem eſt.

436. [25] [LANGUESCIT MORIENS. Duplex ſimilitudo, & pulchritudinis, & geſtus.]

437. LASSOVE PAPAVERA COLLO DEMISERE CAPUT. Homeri eſt & comparatio & figura: nam & ille ſic ait, ut multorum unum diceret caput, Iliad. Θ. 306. [26] [*Μήκων δ᾽ ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἥ τ᾽ ἐνὶ κήπῳ Καρπῷ βριθομένη, νοτίῃσί τε εἰαρινῇσι.*]

438. [27] [SOLUMQUE PER OMNES. An per obſtantes, an protegentes?]

439. VOLSCENTEM PETIT. Appetit: *petitiones* enim proprie dicimus impetus gladiatorum: unde Cicero [28] 1. Catil. 6. *Quot ego tuas petitiones ita conjectas, ut vitari nullo modo poſſe viderentur, parva quadam declinatione, &, ut ajunt, corpore effugi.* [29] [MORATUR. Perſeverat.]

441. PROTURBANT. [30] Modo confodiunt, unde paulo poſt, *confoſſus*. [31] NON SECIUS. Non ſegnius, [32] [quamvis vulneratus.]

VARIORUM.

pe eidem. vide Indicem Gevartii. Silius lib. x. *Haec fatus jaculo Lucam qui maximus aevi, Transadigit.* HEINS. *Transfegit* & *rupit* Zulichemius & Francianus. Apulej. VII. Met. *per medias acies infeſti militis transabii. transadiit* Dorvil. Excerpta noſtra, Ed. Medic. *transabigit* Ed. Venet. *rupit* utraque. *pectora candida* Sprotianus & tres alii.

436. LANGUESCIT. *Linqueſcit* Dorvil.

Ibid. LASSOQUE. Cave codices audias, in quibus *lapſo collo*. Petronius cap. 132.

Quam lentae ſalices, laſſoque papavera collo.

Stant & pro nobis cum Macrobii, tum Nonii Marcelli auctoritas, qui vulgatae lectioni ſubſcribunt. HEINS. Confer huic loco Ovid. x. Met. 190. qui ex Virgilio expreſſit ſua: *lapſoque* Dorvil. & Ald.

437. DEMISERE. *Dimiſere* Mentelii prior, Menagii alter, ſecundus Moretanus & duo tresve alii.

440. HOSTES. *Omnes* Parrhaſ.

441. PROTURBANT. *Perturbant* Venetus & alter Hamburgicus cum duobus Moretanis, & Excerptis noſtris & Parrhaſ.

Ibid. NON SECIUS. Servius *non ſecius*. Quidam in meo manuſcripto *ſecius* in *ſegnius* mutaverat. FABRIC. *Non ſetius* Mediceus & Mentelianus uterque; Gudianus, tres Rottendorphii, totidem Moretani, alter Voſſianus & ſex aut ſeptem alii. niſi quod in priore Menteliano, *ſaetius*, in reliquis ve-

25 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 26 deſunt iiſdem. & Dan. 27 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 28 hic Ciceronis locus varie legitur *quod ego* L. R. Voſ. *ita* . . . . . ut *vitari* L. *modo poſſent* L. R. Voſ. Steph. corpore a. L. *corpore e.* Voſ. R. quae literae *a*, & *e* initium verbi, quod deficit, notant. praeterea, *parva q. declinatione concutiunt & m. a. c. exceſſit* Steph. Baſil. quae vitioſiſſima, & ex antiquis editionibus expreſſa, in quibus, ut ſenſus aliquis conſtaret, vidi, *quot ergo*. & Lambinus. Gruterus & alii ex Servio pro *effugi*, *exceſſi* laudant. quod conveniret τῷ *exire* quo utitur noſter lib. v. 438. ubi vide. BURM. 29 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 30 deeſt iiſdem. credo legendum, modo non confodiunt, unde (ita L. Voſ. R. Steph. al.) paullo poſt *confoſſus* nam *turbare*. 403. & hic *proturbare*, nondum eſt vincere & interficere, unde ne bis idem diceret Poeta, primum Niſum dicitur proturbant, deinde condito in ore enſe, confodiunt. *Turbare* vero & *proturbare* eſt pugnantem de ſtatu ſuo dejicere, non interficere. vide quae dixi ad Valer. Flac. IV. 293. & ſupr. BURM. 31 NON SEGNIUS. non ſecius R. Steph. ſed contra Dan. Fabr. Baſil. & antiq. Ed. unde apparet illos in Virgilio *ſecius* legiſſe. 32 deſunt Dan. quamvis Fabr. quam vuln. Steph. al.

Fulmineum; donec Rutuli clamantis in ore
Condidit adverſo, & moriens animam abſtulit hoſti.
Tum ſuper exanimem ſeſe proj[e]cit amicum,
Confoſſus, placidaque ibi demum morte quievit.
Fortunati ambo! ſi quid mea carmina poſſunt,
Nulla dies umquam memori vos eximet aevo:
Dum domus Aeneae Capitoli inmobile ſaxum
Adcolet, imperiumque pater Romanus habebit.

Vi-

SERVII.

443. IN ORE CONDIDIT ADVERSO. Archaiſmos eſt, ut ſupra 347. *Pectore in adverſo totum cui cominus enſem Condidit.*

445. PLACIDAQUE IBI DEMUM MORTE QUIEVIT. Aut proprium eſt mortis epitheton: aut ex affectu pereuntis dictum eſt, qui cum amico moriebatur.

446. [33] [FORTUNATI AMBO. Proſphoneſis eſt. Mire horum mortem non luctu aut miſericordia, ſed felicitatis teſtimonio proſequitur.] SI QUID MEA CARMIMA POSSUNT. Verecunde: [34] [ad evitandam arrogantiam dictum.]

448. DOMUS. Familia. CAPITOLI IMMOBILE SAXUM ACCOLET. In urbe Roma Jovis templum non fuit, quod cum jam votum a Priſco Tarquinio vellet Superbus Tarquinius aedificare, coepit auguriis captare, qui mons huic templo eſſet aptiſſimus. Et cum in omnibus Tarpejus eſſet inventus (in quo erant multa diverſorum numinum ſacella) actum eſt, ut exinde ad alia templa numina evocarentur ſacrificiis: quo poſſet libere, & ſine piaculo templum Jovis [35] exaedificare. Cumque omnes dii libenter inde migraſſent, Terminus ſolus, hoc eſt, limitum deus, [36] abſcedere noluit; ſed illic remanſit. Tunc de hoc [37] ipſo ſacrificatum eſt, & deprehenſum, quod Terminus cum Jove remanens aeternum Urbi imperium cum religione ſignificaret: unde in Capitolio [38] prona pars tecti patet, quae lapidem ipſum Termini ſpectat: nam Termino non niſi [39] ſub divo ſacrificabatur. Hinc ergo nunc dixit: *Capitoli immobile ſaxum Accolet:* quia Terminus non eſt revulſus de loco.

VARIORUM.

vetuſtioribus, *ſetius.* quam ſcribendi rationem quaſi perpetuam etiam in aliis aliorum Poëtarum exemplaribus vetuſtis deprehendi, de quo pluribus dictum ad Naſonis lib. II. Metam. 809. vide & Aeneid. V. 862. ubi habes,

Currit iter tutum non ſecius aequore claſſis.

adde & illum II. Georg.

Nec ſecius omnis in unguem
Arboribus poſitis ſecto via limite quadrat.

Cariſius lib. II. *Secius tarditatem facientis indicat, ſerius temporis.* Maro V. *Currit iter tutum non ſecius aequore claſſis.* Georg. III. *Interea toto non ſecius aëre ningit, Secius* pro *minus.* Afranius in Repudiato, *Perdit ingens imbecillitas tua me, quo ſecius me colligam.* HEINS. *Nec ſegnius* alter Hamburgicus. *non ſerius* Francianus. *inſtant* Dorvill. *rotet* Leidenſ.

444. EXANIMEM. *Exanimum* codices plerique. ſed Gudiano, Sprotiano, Montalbanio aſſentior, pro recepta lectione ſtantibus. cauſſae videantur annotatis ad lib. IV. Aen. 8. ſic paullo poſt rectius omnino Mediceus, Mentelianus uterque, tres Rottendorphii, alii magno numero, *Volſcentem exanimum*, quam *exanimem.* HEINS.

445. CONFOSSUS. *Confixus* Dorvil. Cod. a m. ſec. qui & copulam omittens, *placida* habet: pro quo vir doctus, *placita* poſſe legi credebat, quae voces centies confuſae. vid. Pier. ad X. 15. nec repugno, quia vindicato amico, etiam hoſti occiſo, nolens ſupervivere, mortem ſponte quaſi obibat.

448. CA-

33 deſunt R. L. Voſ. Steph. al. 34 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 35 aedificari L. aedificare Voſſ. R. Steph. 36 deſcendere Dan. Fabr. diſcedere Voſ. in R. *ad* . . . . *re*, deleta parte vocis. forte *addicere.* 37 deeſt Steph. 38 ſuperna Comm. & Emm. prima Baſil. & antiq. Edd. 39 ſub clivo Dan. Fabr.

Victores praeda Rutuli ſpoliiſque potiti,
Volſcentem exanimum flentes in caſtra ferebant.
Nec minor in caſtris luctus, Rhamnete reperto
Exſangui, & primis una tot caede peremtis,
Sarranoque, Numaque. Ingens concurſus ad ipſa
Corpora, ſeminecesſque viros, tepidaque recentem
Caede locum, & plenos ſpumanti ſanguine rivos.
Adgnoſcunt ſpolia inter ſe, galeamque nitentem

Meſ-

SERVII.

450. PRAEDA RUTULI, SPOLIISQUE POTITI. Non ſolum ſuis eos armis exuerunt; ſed etiam illa praeda, quae Rutulis fuerat ante detracta.

452. [40] [NEC MINOR IN CASTRIS LUCTUS. Decens repetitio.]

454. SERRANOQUE, NUMAQUE. Decima [41] Antapodoſis, quae fit, quotiens [42] commemorantur ea, quae non ſunt ante praedicta: [43] [neque *Numam* induxit occiſum.]

455. [44] [TEPIDAQUE RECENTEM CAEDE LOCUM. Hypallage eſt, *tepidum locum recenti caede:* unde multi legunt: *Tepidumque recenti Caede locum.* [45] [Sic alibi VIII. 106. *Tepiduſque cruor fumabat ad aras.*]

456. [46] SPUMANTEM SANGUINE RIVOS. Spumas tunc habet ſanguis, cum effunditur: nam poſtea conquieſcit: unde bene dixit: *Spumantem rivos:* quia praemiſit: *Seminecesſque viros.*

VARIORUM.

448. CAPITOLI. Lactantius lib. I. de Falſa religione cap. 20. a Virgilio adludi hic contendit ad hiſtoriam Termini, qui in dedicatione Capitolii, caeteris diis Jovi cedentibus, ſolus non ceſſerit. cum Lactantio Servius facit. HEINS.

451. EXANIMUM. *Exanimem* Dorvil.

452. NEC MINOR. *Nec minus* in primo Rottendorphio. HEINS. Sed tunc *luctus* genitivo caſu eſſet capiendum. ſed *minor* agnoſcit Commentator Horatianus in Art. Poët. 342. BURM.

453. EXSANGUI. *Exanimi* Ed. Venet.

454. SERRANOQUE. Mediceus a manu prima, *Sarranoque*, nec aliter Moretanus quartus, Venetuſque. etiam ſupra 335. *Et juvenem Sarranum*, de hoc ipſo. idem quartus Moretanus, & alter Hamburgicus, quod malo, ut cognomentum Atiliae gentis conſulto hic vitetur. HEINS. *Seranoque* Parrhaſ. *Sarranoque* Ald.

455. SEMINECESQUE. *Semineciſque ultos* alter Hamburgicus.

Ibid. TEPIDUMQUE RECENTI. *Tepidaque recentem* Servii & Macrobii lectio. eſt enim ὑπαλλαγμένον, more Poëtico. rectum illud lib. VIII, 195.

Semperque recenti
Caede tepebat humus.

obſervanda diligenter copia & varietas Poëtae. rurſus Servius, *pleno ſpumantes ſanguine rivos.* FABRIC. *Tepidaque recentem Caede locum* ſcripſiſſe Maronem monet Servius apud Macrobium lib. VI. Saturn. cap. 6. & annotat nove dictum *recentem caede locum.* nec aliter is ipſe in ſuo Commentario, ubi Hypallagen eſſe monet, & a nonnullis legi *tepidumque recenti caede locum.* quam lectionem ex membranis noſtris ſolus codex Gudianus a manu prima exhibebat. caeteri omnes cum Servio faciunt, pro *plenos ſpumanti ſanguine rivos*, multi etiam, *pleno ſpumantis.* quos inter prior Mentelius, tres Rottendorphii, uterque Hamburgicus, primus ac quartus Moretanus aliique complures. ſed Mediceus, Gudianus, prior

Me-

40 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 41 Antipodoſis Voſ. Anrepodoſis L. 42 commemorant R. 43 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 44 deſunt L. R. ad ℣. 456. 45 deſunt Voſ. Steph. Dan. 46 SPUMANTI. Steph. & mox iterum, *ſpumantis* L. Voſ. etiam bis *ſpumantes* R.

Meſſapi, & multo phaleras ſudore receptas.
  Et jam prima novo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Jam Sole infuſo, jam rebus luce retectis,
Turnus in arma viros, armis circumdatus ipſe,
Suſcitat, aerataſque acies in proelia cogit:
Quiſque ſuos, variiſque acuunt rumoribus iras.
Quin ipſa adrectis (viſu miſerabile) in haſtis
Praefigunt capita, & multo clamore ſequuntur,
Euryali, & Niſi.
Aeneadae duri murorum in parte ſiniſtra

Op-

SERVII.

459. [47] [ET JAM PRIMA NOVO. Lucretianum eſt. Et bene, deſcripturus caedes & bella, moroſe diem oriri facit.]

461. JAM REBUS LUCE RETECTIS. Supra: *Et rebus nox abſtulit atra colorem.*

464. QUISQUE SUOS. Scilicet comites: nam plenum eſt: *Aerataſque acies.* ACUUNT RUMORIBUS IRAS. Quia duo auſi ſunt per eorum caſtra tranſire.

467. EURYALI, ET NISI. Volunt nonnulli clamorem eſſe militum; ſed melius hoc a Poëta dictum accipimus: nam Rutuli eorum non noverant nomina: ut ſit: Quin etiam capita Euryali & Niſi praefigunt in arrectis haſtis, & cum magno clamore comitantur.

468. [48] [MURORUM IN PARTE SINISTRA. Aliud agens ſitum caſtrorum oſtendit: praeterea & prooeconomia eſt; quia poſtea caſtris per fluvium Turnus evadit.]

VARIORUM.

Menagius, *plenos ſpumantis*. HEINS. *Multo ſpumantes* Sprotianus. *recentem* recte, variat enim Virg. more ſuo. nam VIII. 195. *ſemperque recenti Caede tepebat humus. Tepidumque recenti* Ed. pr. *tepidaque madentem* Mediol.

456. SPUMANTI. *Spumantis* Mediceus.

457. AGNOSCUNT. *Cognoſcunt* quartus Moretanus.

461. RETECTIS. *Relictis* prior Hamburgicus. ſed *retegere* eſt aperire, nudare. vid. ad Lucan. VIII. 789.

463. AERATASQUE ACIES IN PROELIA COGIT: QUISQUE SUAS. Diſtinguo & lego, *Aerataſque a. i. p. cogit: Quiſque ſuos.* ut ſit [illegible]. Turnus adhortabatur milites, ad oppugnationem oppidi ſeſe pararent: duces eum ſecuti cohortes expediebant, & quiſque colligebat ſuos. FABRIC. *Suas* Mediceus, ut ad acies referatur, & ita uterque Hamburgicus, primus ac ſecundus Rottendorphi & quatuor alii. HEINS. *Suas* Vratiſlavienſis & nonnulli alii. *ſuas variis acuunt* Bigotianus. *variiſque* alter Hamburgicus. *varioſque* ſecundus Rottendorphius. *variis acuunt* Venetus, prior Hamburgicus & Dorvill. *Quique ſuos* Montalbanius & Parrhaſ. vid. Grat. Cyneg. 338.

465. IPSA. *Ipſi* Venetus. *miſerabile* Mentelii prior & plurimi alii. *mirabile* Gudianus, alter Mentelii, duo Moretani, prior Hamburgicus, Francianus & Mediceus a manu prima. & Ed. Ald. v. Steph. Schediaſm. in Virg. pag. 71.

466. CLAMORE SEQUUNTUR. Hinc poſſet conjectura ad Ovid. Ep. XIV. 29.

Ecce mero dubii, comitum clamore ſequente, &c.

firmari, pro *frequentes*. & apud eumdem I. Am. VII. 37.

Quaeque tuos currus, comitatus, turba ſequetur,
Clamet, &c.

468. IN

[47] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [48] deſunt iiſdem.

Oppoſuere aciem, (nam dextera cingitur amni)
Ingentiſque tenent foſſas, & turribus altis
Stant maeſti: ſimul ora virum praefixa movebant,
Nota nimis miſeris, atroque fluentia tabo.
Interea pavidam volitans pennata per urbem
Nuntia Fama ruit, matriſque adlabitur auris
Euryali. At ſubitus miſerae calor oſſa reliquit.
Excuſſi manibus radii, revolutaque penſa.
Evolat infelix, & femineo ululatu,
Sciſſa comam, muros amens atque agmina curſu

Pri-

SERVII.

469. CINGITUR AMNI. *Amne* debuit dicere: nunquam enim bene in i exeunt, niſi quae communis ſunt generis, ut *docilis*, *agilis*; ſed ideo auſus eſt ita ponere ablativum: quia, ut ſupra ỷ. 124. diximus, apud majores *hic* & *haec amnis* dicebatur. [49] [Verumtamen quae duas habent conſonantes ante *is*, in *i* & *e* ablativum mittunt, ut *ignis*, *igne* vel *igni*. Virgilius IV. 2. *Vulnus alit venis, & caeco carpitur igni.* Sic & *vectis*, *vecte* vel *vecti*. Terentius in Eunucho IV. VII. 4. *Cum vecti Donax.*]

470. TENENT FOSSAS. Tuentur, defendunt.

472. NOTA NIMIS MISERIS. Hoc plus commovebantur: [50] quoniam etiam abſciſſi vultus nec dum agnitionis amiſerant notas.

473. [51] [PINNATA. Quidam volunt ideo hic *Famam pinnatam* a Poëta inductam, quae tumultum & res adverſas nuntiet; ut illud tangere videretur, quod, qui bellum nuntiaret, *pinnatas literas* diceretur adferre.]

475. SUBITUS MISERAE. Poteſt pro, *ſubitus miſerae*; vel pro *ſubito miſerae*; ergo & genitivus poteſt eſſe. [52] [CALOR OSSA RELIQUIT. Homericum eſt Iliad. X. 448. Τῆς δ' ἐλελίχθη γυῖα, χαμαὶ δὲ οἱ ἔκπεσε κερκίς.]

476. EXCUSSI MANIBUS RADII. Bene *excuſſi*, quaſi neſcienti: melius, quam ſi diceret, projecti. [53]

477. FOEMINEO ULULATU. Impatienti, ut XI. 782. *Foemineo praedae & ſpoliorum ardebat amore.*

VARIORUM.

468. IN PARTE. *In* deeſt duobus Rottendorphiis. HEINS.

469. NAM DEXTRA. *Nam dextera* Mediceus a manu prima. at *dextra* agnoſcitur a Priſciano lib. VII. cui accedo. *Dextera* tamen prior quoque Voſſianus, & ſecundus Hamburgicus & alii nonnulli. etiam Mentelianus prior, Gudianus & tertius Rottendorphius a manu prima. HEINS.

Ibid. AMNI. *Amne* Sprotianus.

471. VIDEBANT. *Movebant* in vetuſtioribus Pierii & noſtris. quod longe nervoſius: non videbant tantum Troes capita Niſi & Euryali praefixa haſtis, ſed videndo etiam commovebantur & maerebant. in ſolo Gudiano ac primo Voſſiano ex praecipuis *videbant*. ſed male. HEINS. *Monebant* prior Hamburgicus pro varia lectione. *movebant* Dorvil. a m. ſec. *ſimul* pro ſimul ac videbant.

473. PENNATA. *Pinnata* Mediceus & Gudianus.

474. RUIT. *Gerit* Venetus a manu prima. *auras* Mediceus a manu prima.

475. AC SUBITUS. *At ſubitus* in Mediceo & caeteris caſtigatioribus. HEINS. ita Hugenianus & Francianus.

476. EXCUSSI. *Expulſi* apud Macrobium lib. V.

49 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 50 quia etiam Dan. abſciſi R. L. Voſ. necdum etiam Steph. Dan. Fabr. al. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỷ. 476. 52 deſunt Dan. 53 addit Fabr. radii ſunt textoris inſtrumenta.

Prima petit. Non illa virûm, non illa pericli,
Telorumque memor: coelum dehinc queſtibus inplet:
Hunc ego te, Euryale, adſpicio? tune, illa ſenectae
Sera meae requies, potuiſti linquere ſolam,
Crudelis? nec te, ſub tanta pericula miſſum,
Adfari extremum miſerae data copia matri?
Heu, terra ignota canibus date praeda Latinis,

Ali-

SERVII.

479. PRIMA PETIT. Ideoque *prima:* [54] quia ſolent in extrema neceſſitate etiam mulieres muros aſcendere, ut XI 891. *Ipſae de muris matres.* [55] [Ita in extrema neceſſitate etiam Homerus Iliad. X. 462. Πυργοι τε καὶ ἀνδρῶν ἔξω ὁμιλου] NON ILLA VIRUM, NON ILLA PERICLI. Unum pudoris eſt: aliud ſalutis.

480. [56] [TELORUMQUE MEMOR. Hanc impatientiam matris Euryali illo loco Poëta praemiſit, cum Euryalus nec profectionem ſuam ad requirendum Aenean ſcire ſignificat, & tantopere commendat Aſcanio: nam & Niſus propter illam dicit nolle Euryalum ſibi comitem jungere, quod ſciret, ſi quid ei accidiſſet, intolerabiliter eam laturam.]

481. HUNC. Talem. Et eſt conqueſtio matris Euryali plena artis Rhetoricae: nam pene omnes partes habet de miſericordia commovenda, a Cicerone in Rhetoricis poſitas. EGO HUNC TE ASPICIO? [57] Παθ☉ a qualitate caedis.

482. SERA MEAE REQUIES? Euander VIII. 581. *Mea* [58] *ſera & ſola voluptas.* [59] [Et *requies*, hic pro ſolatio,] POTUISTI LINQUERE SOLAM. Ab intercepto ſolatio.

483. CRUDELIS. [60] Quî potuiſti linquere ſolam, cum pius eſſes? [61] [SUB TANTA PERICULA. *Sub* pro *in*, ut I. Aen. 453. *Namque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo.*]

484. AFFARI EXTREMUM. [62] [Cum mos fuiſſet dicere, *vale, vale, vale*] Anchiſes I. 644. *Sic o, ſic poſitum adfati diſcedite corpus.* Terentius Phorm. III. III. 16. *Quin igitur, dum licet,* [63] *loquimini mecum, Antipho?* [61] [MATRI. Melius *matri*, quam ſi dixiſſet *mihi*.

485. LATINIS. Id eſt, Latinorum.]

VARIORUM.

IV. Saturn. cap. I. occurrit in poſtrema Iſacii Pontani editione. aliae vetuſtiores *Excuſſi*, recte. nec aliter hoc loco ſcripti. nam lib. V. cap. 9. idem: *mater Euryali ad dirum nuncium. ut excuſſos de manibus radios & penſa demitteret.* HEINS. *Diſcuſſi* Parrhaſ.

478. COMAM. *Comas* Venetus.

479. PRIMA. Jungit τῷ *agmina* Catroeus. ſed *prima*, mater ſcilicet, perrupto agmine defenſorum, in extrema parte murorum ſtetit, cupidine videndi caput filii ſui praefixum. ita mox 494. *me primam abſumite ferro*, in prima parte muri ſtantem, & expoſitam telis. *muros atque agmina* ſunt defenſores murorum. BURM.

480. COELUM. *Dehinc coelum* Parrhaſianus, Sprotianus & ſecundus Rottendorphius.

481. HUNC EGO TE. Totus hic locus XII. verſuum in vetuſtis Macrobii editionibus comparet lib. V. Saturn. cap. 9. a recentioribus abeſt. Legitur illic,

Huncine te, Euryale, adſpicio? tune illa ſenectae
Sera meae requies?

non *ille*. ac pari prorſus modo in vetuſtiſſimo Terentii, nunc Vaticani, olim Bembini codice, ad illos Andriae verſus margini adſcriptum erat,

Hunc-

54 quia peti ſolent L. R. 55 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 56 deſunt iiſdem. 57 deeſt iiſdem. in Voſ. aliquid deeſſe videtur, nam habet *Hunc te aſpicio* a qualitate. *aſpicio*, a qualitate caedis. 58 *mea ſola & ſera* Dan. Fabr. ah 59 deſunt L. Voſ. R. 60 cum Dan. 61 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 62 *dumque adſum loquimini.* ut ſolet, intruſum a Fabric. unde potuit ita citare Bentlejus, ſed certa debuit auctoritate niti, in nullo enim alio exemplari inveni. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 486.

Alitibuſque jaces! nec te tua funera mater
Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi,
Veſte tegens; tibi quam noctes feſtina dieſque
Urguebam, & tela curas ſolabar anilis.
Quo ſequar? aut quae nunc artus avolſaque membra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te,
Nate, refers? hoc ſum terraque marique ſecuta?

Fi-

SERVII.

486. NEC TE TUA FUNERA MATER. Id eſt, funerea: nam apud majores *funeras* dicebant eas, ad quas funus pertinet, ut ſororem, matrem: nam praeficae, ut & ſupra VI. 216. diximus, ſunt planctus principes, non doloris. *Funeras* autem dicebant, quaſi *funereas*, ad quas pertinet funus: [64] [vel derivavit, veteres ſecutus, ut *funeram*, pro funeſta diceret, ut *homo ſcelerus*, ſicuti *ſceleſtus* vel *ſceleroſus*, dicebatur. Plautus in Pſeudolo [65] III. II. 28. *Teritur ſinapis ſcelera*. In eadem IV. V. 3. *Nunc jube venire Pſeudolum, ſcelerum caput*, id eſt, ſceleſtum.

487. AUT VULNERA LAVI. Romana conſuetudo fuit, ut mortui lavarentur: ideoque hos, qui hoc officium implebant, *pollinctores* appellatos dicunt, qui mortuis os polline oblinebant, ne livor appareret extincti.

488. FESTINA. Pro, feſtinans: nomen pro participio, vel a verbo derivatum, ut ab eo, quod eſt *feſtino*, *feſtinus* dicatur: ut hic, *feſtina*, quomodo ſuperius *funera*. Salluſtius Fragm. incert. *In ſecunda cohortes feſtinas compoſuerat*: ſicut ipſe ab eo, quod *propero* XII. 85. *Circumſtant properi aurigae*, ut ſit nominativus *hic properus*: & bene *feſtina*, nam ait ſuperius 476. *Excuſſi manibus radii, revolutaque penſa*.

490. QUO SEQUAR. Id eſt, inquiram.]

491. ET FUNUS LACERUM TELLUS HABET. Dilaniatum cadaver: nam *funus* pro cadavere poſuit. [66] [Ergo ex poſteriore intelligitur prius. HOC MIHI DE TE. Hoc, caput intuens, ait.]

VARIORUM.

Hunccine erat aequum ex illius more, an illum ex hujus vivere, prolato hoc Maronis exemplo literis puſillis expreſſo, *Hunccine te Euryale adſpicio*, inquam, & *illa* non *ille*, quod utique amplector. etſi apud Cariſium & apud Donatum in Terentium *hunc ego te. illa* etiam in primo Moretano, & Montalbanio & utroque Voſſiano ex noſtris. tum & in Gudiano a manu prima. HEINS. *Hinc* Hugenianus. ſed *hunc* recte *talem* Servius explicat. imitatur Statius lib. XII. 322.

Hunc ego te, conjux, ad debita regna profectum &c. Aſpicio.

vid. ad Valer. Flac. VII. 481.

Ibid. ILLA. *Ille* Regius *ipſe* Dorvil. a m. ſec.

484. ADFARI EXTREMUM. *Adfari extremis* Mediceus & Sprotianus. duo Menagiani; Montalbanius, & a manu prima Schefferianus, *extrema*. in Menteliano priore vetus ſcriptura erat eraſa. HEINS. *Extrema* uterque Menagii, Montalbanius, & Leidenſis.

485. DATA PRAEDA. mihi placet *date praeda*. ut in VIII. *Decus addite Divis*. FABRIC. *Data praeda* praetulerim, quomodo a manu prima in altero Menteliano, priore Hamburgico & quarto Moretano, etiam in tertio, ſed a manu ſecunda. HEINS. Eadem vero ratione ſupra ỷ. 481. *tune ille* deberet ſcribi cum Regio codice. vid. ad Val. Flac. II. 485. *Data* Dorvill. Edd. Venet. & Mediol.

486. JACES. *Acies* literis tranſpoſitis Francianus.

Ibid. NEC TE, TUA FUNERA MATER PRODUXI. Donatus hoc loco: *Nec te in tua funera*. & in XI. *nec te tua funere mater Produxi*. niſi corrupta exemplaria ſunt, utrobique commiſſus er-

64 deſunt iiſdem. ad ỷ. 491. 65 *Feritur* Dan. Fabr. in Plauti editionibus legitur *ſcelerata*. in altero exemplo *ſcelerum caput* poteſt eſſe genitivus. vid. ad Lucan. II. 197. BURM. 66 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Figite me, ſi qua eſt pietas; in me omnia tela
Conjicite, o Rutuli; me primam abſumite ferro:
Aut tu, magne pater Divom, miſerere, tuoque
Inviſum hoc detrude caput ſub Tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.
Hoc fletu concuſſi animi, maeſtuſque per omnis
It gemitus: torpent infractae ad proelia vires.
Illam incendentem luctus Idaeus & Actor,

Ilio-

SERVII.

493. SI QUA EST PIETAS. Si qua eſt pietas in occidendo, in me probetur.

494. ME PRIMAM ABSUMITE FERRO. Unusquiſque enim in propriae ſalutis deſperatione, [67] credit tum univerſa etiam poſſe conſumi, unde eſt quod modo dixit *Me primam*: [68] [quaſi mortuo Euryalo, omnes Trojani perituri eſſent.]

496. INVISUM HOC DETRUDE CAPUT SUB TARTARA TELO. *Inviſum* quidem [69] eſt, hoc eſt, odioſum caput: [70] [ergo deeſt tibi: & ſi *Inviſum*, quomodo miſerere?] verum miſericordiae genus eſt, ſi me etiam iratus interimas.

497. QUANDO ALITER NEQUEO CRUDELEM ABRUMPERE VITAM. Hinc traxit illum colorem Juvenalis X. 255. *Quod facinus dignum tam longo admiſerit aevo?*

499 TORPENT INFRACTAE. Antea *infractae*, nunc tamen torpent, ut XII. I. *Turnus ut infractos adverſo Marte Latinos.* [71] [Naturaliter enim homines dolore ac miſeratione franguntur.

500. IDAEUS ET ACTOR. Ex nominibus perſonarum & finem & dignitatem rei addit.]

VARIORUM.

error eſt. *Funerae* ſunt doloris participes, ut ad quas funus pertinet: *Praeficae* planctus alieno in funere miniſtrae, quae mercede conducebantur. *Funerae* producebant cadavera, *Praeficae* ſequebantur. Funerarum queſtus parietibus continebatur. Praeficarum clamor ad Libitinam & in publico perſonabat. FABRIC. *Funere preduxi* caſtigabat Petrus Bembus, in illo Dialogo, quem Terentianis fabulis, & Culici Virgiliano caſtigandis dedit. HEINS. Joſ. Caſtalio IV. Decad. Obſ. 6. conſtruit, nec te tegens veſte, produxi tua funera, & alios refutat. *proluxi* legit Merula ad Ennii Fragmenta pag. 57. & certe intricatior conſtructio. & *funera* pro *funerea* dici vix mihi perſuadebit Servius. in ſecundo Moreti erat, *nec enim tua. nec ego tua* Parrhaſ. In commentariis Trivoltianis A. 1702. Nov. p. 324. Ed. Amſt. de hoc loco ampliſſime egit de Freſneuſe Rothomagenſis. v. Ruae. & Catrou. forte *nec triſtia funera.* Bembi emendatio poſſet admitti, ut *tua* ſit, ego tua mater non produxi te funere. *Producere* diverſum a προτιθέναι, quod collocare, proponere dicunt Latini. vid. Barth. ad Stat. II. Theb. 317. Heuman. Tom. IV. Poecil. lib. IV. pag. 538. *nec te* [&] *tua funera.* Paſſer. ad Prop. I. ult. 4. *Italiae duris funera temporibus*, pro funerea ſepulcra capit.

487. OCULOS. *Oculis* Leidenſis & primus Rottendorphius.

489. TELA CURAS SOLABAR ANILES. *Tela anili* in altero Menteliano. HEINS.

490. AUT QUAE. *Aut quo* Montalbanius. *ſequor* etiam alter Hamburgicus.

492. NATE REFERS. *Natene fers?* Alter Hamburgicus.

Ibid. HOC SUM. Ita omnes ſcripti noſtri, non, *quae ſum*, niſi quod in ſecundo Rottendorphio *haec ſum*. HEINS. *Haec* Parrhaſianus.

494. PRIMAM. *Primum* alter Hamburgicus. *abrumpite* ſecundus Moreti.

495. AUT TU. *At* uterque Hamburgicus, & ſecundus Moretanus.

498. MAE-

67* deceditur univerſa R. tum deeſt L. Voſ. Steph. a'. 68 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 69 eſt hoc & odioſum Voſ. R. Steph. Baſſ. eſt & odioſum L. 70 deſunt L. R. Voſ. Steph. a'. 71 deſunt iiſdem ad ℣. 501.

Digitized by Google

Ilionei monitu, & multum lacrimantis Iuli,
Conripiunt, interque manus ſub tecta reponunt.
At tuba terribilem ſonitum procul aere canoro
Increpuit. Sequitur clamor, coelumque remugit.
Adcelerant acta pariter teſtudine Volſci;
Et foſſas inplere parant, ac vellere vallum.
Quaerunt pars aditum, & ſcalis adſcendere muros;

Qua

SERVII.

501. Lachrymantis Iuli. Puero dat lachrymas, cui poteſt ſine pudore: viris fortibus, tantum dolorem.

502. Sub tecta reponunt. [72] Homerice: εἰς δῶμα φέρον. Quod autem dicit *corripiunt*, non injuriae eſt, [73] [ut raptores diſtrahunt;] ſed celeritatis; id eſt, raptim tollunt.

503. At tuba terribilem sonitum. Hemiſtichium Ennii: nam ſequentia iſte mutavit. Ille enim ad exprimendum tubae ſonum ait: *Taratantara dixit.* Et multa hujuſmodi Virgilius, cum aſpera invenerit, mutat. Bene tamen hic electis verbis imitatur ſonum tubarum.

504. Increpuit. Et inſonuit, & ſegnitiam increpavit.

505. [74] Volsci. Non mirum, quia dicit *Volſcos*, cum & Camilla de *Volſcis* ſit, ut vii. 803. *Volſca de gente Camilla.* Namque pars aliqua Tuſciae dat Turno auxilia; cum Tuſcos dixerimus vii. 715. ſpecialiter Aeneae favere. Item e contra pars Venetiae auxilium praeſtat Aeneae, quam Turni fuiſſe ſuperius vii. 715. diximus. Testudine. *Teſtudo*, ſcutorum eſt connexio, curvata in modum [75] [& ſimilitudinem] teſtudinis, [76] [cum a militibus aliqua civitas obſidetur, & fit, ut murus ejus ſubruatur.] Namque in armorum generibus milites ſumunt ab animalibus nomina, ut *aries.* Saluſtius lib. iii. Hiſtor. *In modum* [77] *ericii militaris.* [78] [Inventor autem *teſtudinis* Artemon, Clazomenius, fertur, idemque *arietis* repertor dicitur. Scuta geſtare Curetes primi invenerunt. Galea Thracicum tegmen eſt. Thoraces Thorax quidam rex dicitur inveniſſe. Lycaon, Arcas, gladium longiore lamina produxiſſe narratur. Peleus primus machaeram dicitur inveniſſe. Harpen, id eſt, curvum gladium in modum falcis, a Perſeo inventam multi dixerunt.]

506. Fossas implere parant. Vertit ordinem: nam ante eſt ut impleatur foſſa, tollantur valli: & ſic teſtudine accedatur ad murum. Quanquam poſſimus intelligere etiam ad foſſas eos tacta veniſſe teſtudine. [79] [Proprie tamen, *foſſas implere; vallum vellere:* ſic enim & hiſtorici.]

VARIORUM.

498. Maestusque. *Maeſtoſque* Mentelii prior a manu prima.

500. Incendentem. *Incidentem* Oudartii. ſequens verſus huic praemittitur in Regio. *& auctor* Dorvil. a m. ſec.

501. Monitu. *Monitum* Editio Juntina.

502. Sub tecta. *In tecta* primus Moretanus, Voſſianus alter, uterque Menagianus, primus Rottendorphius, prior Hamburgicus, Leidenſis, & Schefferianus. *ſub tecta reportant* in quarto Moretano. HEINS. *In tecta* Francianus. eadem varietas in his verbis apud Propert. iv. iv. 35.

Ille equus, ille meos in caſtra reportet amores.

quod praefert τῷ *reponet* Brouckhuſius. BURM.

503. Canoro. *Sonoro* Bigotianus.

506. Vellere vallum. *Pellere vallo* Mediceus a manu ſecunda. quomodo paullo poſt, *pellere vallo Miſſilibus certant* mox, *adſcendere murum* Leidenſis & Moretanus ſecundus. HEINS. *Pellere vallum* Oudartii & Bigotianus a manu ſecunda.

507. Adi-

72 Honorifice Voſ. Dan. Graeca non habent iidem nec L. R. Steph. 73 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. diſtrahunt Baſil. 74 Vulsci. L. R. Voſ. & ita in ſequentibus. 75 deſunt L. Voſ. R Steph. al. 76 deſunt iisdem. 77 hirci Voſ. Steph. al. hyrci L. irici R. 78 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 79 deſunt L. Voſ. R.

Qua rara eſt acies, interlucetque corona
Non tam ſpiſſa viris. Telorum effundere contra
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis,
Adſueti longo muros defendere bello.
Saxa quoque infeſto volvebant pondere, ſi qua
Poſſent tectam aciem perrumpere: quum tamen omnis
Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus.
Nec jam ſufficiunt. Nam, qua globus inminet ingens,
Inmanem Teucri molem volvuntque ruuntque:
Quae ſtravit Rutulos late, armorumque reſolvit
Tegmina. Nec curant caeco contendere Marte

Am-

SERVII.

509. EFFUNDERE CONTRA. Proprie: tela enim non jaciuntur in ſubjectos, ſed funduntur: & dicendo, *Omne genus telorum*, oſtendit *telum* vocari, omne quod jacitur. [80] [Graeci τα βιλη, ἀπὸ τ͂ βάλλειν: ſicut Latine *tela*, ἀπὸ τ͂ τῆλε, id eſt, *longe*.

511. ASSUETI LONGO. Docet, uſum in rebus omnibus plurimum poſſe.]

512. [INFESTO VOLVEBANT PONDERE. Hoc eſt, infeſti ponderis.] [81] [SUBTER DENSA TESTUDINE. Hoc eſt, ſub teſtudine.]

515. NEC JAM SUFFICIUNT. Diu jam non ſuſtinent. [82] [RUUNTQUE. Hic *ruunt*, pro dejiciunt.]

517. ARMORUMQUE RESOLVIT TEGMINA. [83] [Περιφραστικῶς hic oſtendit armorum connexionem eſſe teſtudinem. Lucanus III. 484. de teſtudine:] *At poſtquam virtus incerta virorum Perpetuam rupit defeſſo milite cratem, Singula continuis ceſſerunt ictibus arma.*

VARIORUM.

507. ADITUM. *Aditus* Gudianus.

509. SPISSA. *Preſſa* Hugenianus.

510. AC DURIS. *Aut* Bigotianus ac *drudis* Francianus. an *crudis*?

512. SAXA QUOQUE. *Saxaque volvebant infeſto pondere* Zulichemius.

514. FERRE LIBET. *Jubat* Mediceus a manu prima & Gudianus. *jubat* pro *juvat*. certe *juvat* etiam agnoſcit Aruſianus Meſſius: *Subter illam rem:* Virg. Aen. III. *Alpheum fama eſt huc Elidis amnem occultas egiſſe vias, ſubter mare. Subter illa re.* Idem Aeneid. IX. *Ferre juvat ſubter denſa teſtudine caſus.* nec aliter Donatus editione ſecunda. at Priſcianus lib. XIV. *jubet* profert, ut & B. Auguſtinus libello de re Grammatica. *Ferre juvat* in tribus Rottendorphiis, altero Menteliano, altero Hamburgico, Veneto ac tertio Moretano exaratum quoque exſtat. mox pro, *nam qua globus*, in Gudiano a manu ſecunda, *ſed qua*. HEINS. *Poſſint* Leidenſis. *juvat* Francianus & Parrhaſianus & Regius.

515. SUFFICIUNT. Eleganter hoc verbum abſolute poni docuit Cl. Dukerus ad Liv. XXI. 8.

516. RUUNTQUE. *Trahuntque* Donatus & antiqui. lectio vulgaris magis poëtica, *volvuntque ruuntque*, ut *ſpumas ſalis aere ruebant*. FABRIC. *Trahuntque* Mentelii prior a manu ſecunda.

517. QUAE RUTULOS STRAVIT. *Quae ſtravit Rutulos* in ſcriptis. HEINS. *Stravit late Rut.* Parrhaſ.

518. CURANT. *Curent* Leidenſis. *ſe condere* Bi-

80 deſunt L. ad ℣. 512. in R. erat verſus omiſſus, ſed reſtabat, *plurimum poſſe.* in omnibus Baſil. in hominibus Steph.
81 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 82 deſunt iiſdem. 83 deſunt L. Voſ. R. ſed prima tantum vox Περιφ. deeſt Steph. Dan.

Amplius audaces Rutuli, ſed pellere vallo
Miſſilibus certant.
Parte alia horrendus viſu quaſſabat Etruſcam
Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignis.
At Meſſapus equûm domitor, Neptunia proles,
Reſcindit vallum, & ſcalas in moenia poſcit.
Vos, o Calliope, precor, adſpirate canenti;
Quas ibi tunc ferro ſtrages, quae funera Turnus
Ediderit; quem quiſque virum demiſerit Orco:
Et mecum ingentis oras evolvite belli.

SERVII.

521. Hetruscam Pinum. Hoc eſt, ipſe Hetruſcus. [84] [Quassabat autem, & Infert, mutatio temporum, ut i. Aen. 471. *Tydides multa vaſtabat caede cruentus: Ardenteſque avertit equos in caſtra.*]

525. Vos, o Calliope, precor. Syllepſis eſt per numeros: erat enim rectum, *Vos Muſae, aut te, Calliope.* Aspirate canenti. Favete, ut ii. 385. *Aſpirat primo fortuna labori.* [85] [Ductum eſt verbum a proſpere navigantibus, quibus ventus dicitur ἐξ οὐρίου ſpirare.]

528. Oras evolvite belli. [86] [Hoc eſt, ingentis belli] narrate non tantum initia, ſed etiam extrema bellorum: nam *orae*, ſunt extremitates. [87] [Eſt autem Ennianum: *Qui potis ingentis oras evolvere belli.*

VARIORUM.

Bigotianus & Leidenſis a manu ſecunda. *detendere* Menagii alter.

520. Certant. Leidenſis ſupplet, *denſis cum corpore toto. tentant* ſecundus Rottendorphius.

521. Etruscam Pinum. De haſta capit Cerda. quamvis & de taeda ſive face poſſet intelligi. vid. ad Valer. Flac. ii. 105. & Ovid. iv. Faſt. 411.

524. Rescindit. *Praeſcindit vallum* primus Moretanus, verbo ſatis appoſito, ſed parum obvio. nec aliter Venetus quoque a manu prima. ſic *praecidere* Naſoni reſtituimus Epiſt. Acontii ỳ. 145. *quis tibi permiſit noſtras praecidere meſſes.* ubi *praecerpere* hactenus legebatur. *ad moenia* praeterea in nonnullis, ſed minus antiquis. HEINS *Ad moenia* Regius & Dorvil. *in moenia* eſt ad ea conſcendenda & ſuperanda. ſic Flor. iv. 12. *quum in captam urbem faces poſcerentur.* vid. ad Lucan. ii. 541.

525. Vos, o Calliope. Tot calculis doctorum virorum, & Servii auctoritate, & aliis exemplis illuſtratam numeri duplicis conſtructionem Heumannus tentat convellere & legi jubet *Vos, o Calliopae*, id eſt Muſae, exemplo a Furiis repetito, quarum licet una ſit Erynnis, illae tamen *Erinnyes* omnes appellantur. ſed producat unum exemplum ubi *Calliopae* dicuntur Muſae. tu vide lector, quae docti viri ad Sil. Ital. iii. 222. & 288. adnotarunt, & quae nos diximus ad Valer. Flac. viii. 178. & cauſſam etiam, cur unam ſaepe Poëtae invocarent Muſam, reddit Scholiaſtes Apollonii Rh. ad lib. iii. 1. ubi Rhianus dicit, ſi unius nomen invocetur, adeſſe omnes Muſas. in Poëtis parum verſari debent temerariis his conjecturis manum abſtinere: melius famae conſulent gravioribus ſtudiis operantes. BURM.

526. Tum ferro. *Tunc* in Mediceo & aliis nonnullis. HEINS. *Cum* Menagii prior & ſecundus Moreti. *ferro tum* Dorvill.

527. Demiserit. *Dimiſerit* Montalbanius, primus

84 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 85 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 86 deſunt L. Voſ. Steph. al. 87 deſunt L. Voſ. R.

Et meminiſtis enim, divae, & memorare poteſtis.
Turris erat vaſto ſuſpectu, & pontibus altis,
Opportuna loco: ſummis quam viribus omnes
Expugnare Itali, ſummaque evertere opum vi
Certabant: Troës contra defendere ſaxis,
Perque cavas denſi tela intorquere feneſtras.
Princeps ardentem conjecit lampada Turnus,
Et flammam adfixit lateri; quae plurima vento
Corripuit tabulas, & poſtibus haeſit adeſis.

Tur-

SERVII.

529. ET MEMINISTIS ENIM, DIVAE, & MEMORARE POTESTIS Differt *meminiſſe* ac *memorare*; cum illud ſit memoriter tenere; *memorare* vero, exponere & narrare. Eſt autem Homeri ſententia Iliad. B. 484.

Ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι, ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι.
Ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα.]

530. TURRIS ERAT. Turres hujuſmodi eſſe ad munitionem civitatum & in ſecundo legimus; ſed hae plerumque mobiles ſunt, plerumque [88] fixae; mobiles, ut in duodecimo 675. meminit: *Subdideratque rotas, pontesque inſtraverat altos.* Lucanus III. 455. *Stellatis axibus agger Erigitur, geminasque acquantes moenia turres Accipit:* fixae, ut in ſecundo 445. *Turres ac tecta domorum.* [89] [PONTIBUS. Pro tabulatis.]

531. OPPORTUNA LOCO. [90] [Pro, opportuno,] ſcilicet circa portas.

532. OPUM VI. Poteſt & Hypallage eſſe, ut ſit, *Ope virium.*

533. [91] [CERTABANT. Zeugma: poteſt & ad Latinos, & ad Trojanos referri.]

534. CAVAS. Patulas. DENSI TELA. Pro, tela denſa.

536. ET FLAMMAM AFFIXIT LATERI. Adfectate: debuit enim dicere, adfixit aut facem, aut malleolum; non flammam. QUAE PLURIMA VENTO. Gliſcens, [92] & magna facta per ventum.

537. HAESIT ADESIS. Non jam *adeſis*, ſed quos exedit adhaerendo, [93] [id eſt, haeſitans adedit, vel adeſos reddidit.]

VARIORUM.

mus Rottendorphius, & Mentelii prior a manu ſecunda, Dorvil. & alii.

528. ORAS. *Cauſſas* Venetus. *horas* uterque Hamburgenſis & alter Menagii. *evertite* Menagii prior. *exolvite* alter Hamburgicus. omnes fruſtra. vide Barth. ad Stat. I. Theb. 2.

529. ET MEMINISTIS ENIM. Hic verſus in Mediceo & Menteliano utroque noſtris non comparet, nec in Gudiano, priore Menagio, altero Hamburgico & ſecundo Moretano. aberat quoque a primo Rottendorphio, ſed manu prima. & ſane perperam huc videtur inculcatus, cum etiam lib. VII. ✝. 645. occurrat. HEINS. Abeſt a Regio.

530. SUSPECTU. *Suſpecto* alter Hamburgicus. *conſpectu* Parrhaſ.

536. ADFIXIT. *Adſtrinxit* Parrhaſ.

537. TABULAS. *Tabulis* prior Hamburgicus a m. pr.

540. CA-

[88] fixae ut hic mobiles ut in XII. meminit, *ſubſideratque rotas ponteſque ſtraverat altos.* reliqua deſunt. fixae, ut in XII *ſubſideratque r. ponteſque ſtraverat altos* Voſ. fixae ut in ſec. *Turris ac tecta domorum* Voſ. fixae ut in. mobiles ut in ſec. meminit, *ſubſideratque rotas*, R. & nihil amplius. Fixae ut in ſecundo, Turres e. t. d. mobiles ut in XII. meminit, *ſubſitque rotas, ponteſque inſtraverat altos*, Steph. & Baſil. niſi quod hic, *ſubiit quod rotas & pontes ſtraverat altos*, & Lucan. *ſtellatis* &c. Lucani locum etiam ignorat Dan. [89] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [90] deſunt iiſdem. [91] deſunt iiſdem. [92] aut & magna Baſil. [93] deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Turbati trepidare intus, fruſtraque malorum
Velle fugam. Dum ſe glomerant, retroque reſidunt
In partem, quae peſte caret, tum pondere turris
Procubuit ſubito, & coelum tonat omne fragore.
Semineces ad terram, inmani mole ſecuta,
Confixique ſuis telis, & pectora duro
Transfoſſi ligno veniunt. Vix unus Helenor,
Et Lycus elabſi: quorum primaevus Helenor,
Maeonio regi quem ſerva Licymnia furtim

Suſtu-

SERVII.

538. MALORUM VELLE FUGAM. Honeſtiſſima elocutio: [94] [cum honeſtius ſit forti, mala fugere velle, quam timere mala; quod timidi eſt, non fortis.]

540. PESTE. Incendio, ut v. 683. *Et toto deſcendit corpore peſtis.*

544. UNUS. Subaudis & *alter:* nam non procedit, *unus Helenor & Lycus elapſi.* ELAPSI. Scilicet non mortem, ſed turris ruinam.

546. MOEONIO REGI. Aut proprium patris nomen eſt, aut cognominem eum filio intelligamus: quia, ut ſupra 362. diximus, cum filii vel patris nomen praemittitur, & aliud tacetur, cognomines eos eſſe intelligimus. FURTIM SUSTULERAT. E ſtupro educaverat: hinc eſt IV. Georg. 346. *Et dulcia furta.* VETITISQUE AD TROJAM MISERAT ARMIS. Secundum Donatum *vetitis fato:* [95] [quia ſtare Troja diutius vetabatur;] ſed melius, lege [96] militari intelligimus, [97] qua ſervi a militari prohibebantur: unde & in Dejotariana purgat hoc Cicero, cum fuiſſet objectum, inter equites, quos Dejotarus miſerat Caeſari, unum ſervum fuiſſe: [98] [& ait Cap. VIII. *Neſcio quem ex eo numero ſervum judicatum; non arbitror, non audivi; ſed in eo, etiamſi accidiſſet, culpam regis nullam eſſe arbitrarer.*] Virgilium autem novimus trahere aliqua de hiſtoria: ſervos namque nunquam militaſſe conſtat, niſi ſervitute depoſita; excepto Hannibalis tempore; cum poſt Cannenſe praelium in tanta neceſſitate fuit urbs Roma, ut ne liberandorum quidem ſervorum daretur facultas.

VARIORUM.

540. CARET. *Carent* Francianus. ſed tunc mallem, *qua peſte carent*, ſcilicet Trojani.

542. IMMANI. *Immenſa* Sprotianus. *ſecuti* Menagii prior & alter Hamburgicus. *confixaque* Montalbanius.

Ibid. MOLE. Catroeus capit de parte muri, quae ſecuta ruinam turris. perperam. ſed de tota turris mole capiendum, quae ex turri decidentes in terram ſequebatur. primo pondere eorum qui in unam partem ſe omnes receperant, procubuit, id eſt inclinata eſt: deinde ſecuta cadentes milites eos oppreſſit, & telis ſuis ipſi vulnerati & transfoſſi fuere. nam quis credat turrim, quae in murorum parte ſumma ſtabat, cadentem murorum partem poſſe ſecum trahere? & quam demum Turnus revellit ỳ. 562. denique Lycus, qui evaſerat lapſa turri, tentat in vallum evadere, quum ſi muri pars ruinam feciſſet, per illam potuiſſet in caſtra pervenire.

544. TRANSFOSSI. *Transfixi* prior Hamburgicus pro varia lectione. *confoſſi* Parrhaſ.

Ibid. HELENOR. *Elenor* Lutat. ad Stat. VI. Theb. 661. hic verſus deerat alteri Hamburgico & Gudiano a manu pr. in Montalbanio vero tres ſequentes alio ordine exhibebantur. 548. 547. 546.

545. ET LYCUS. *Lucus* in Mediceo. HEINS. *Licus* Parrhaſ. & Dorvil.

546. LICYMNIA. *Licinia* apud Macrobium lib. v. Saturnal. cap. 12. quod & ſcriptos codices plurimos occupavit. ſed *Licymnia* diſertim legitur in

Me-

94 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 95 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 96 militaribus L. 97 quia R. Steph. Dan. Maſvic. 98 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. *At neſcio quem* Baſil.

Suſtulerat, vetitiſque ad Trojam miſerat armis,
Enſe levis nudo, parmaque inglorius alba.
Iſque ubi ſe Turni media inter millia vidit,
Hinc acies, atque hinc acies adſtare Latinas;
Ut fera, quae denſa venantum ſepta corona
Contra tela furit, ſeſeque haud neſcia morti
Injicit, & ſaltu ſupra venabula fertur;
Haud aliter juvenis medios moriturus in hoſtis
Inruit; &, qua tela videt denſiſſima, tendit.
At pedibus longe melior Lycus inter & hoſtis,
Inter & arma, fuga muros tenet, altaque certat
Prendere tecta manu, ſociumque adtingere dextras.
Quem Turnus, pariter curſu teloque ſecutus,

In-

SERVII.

548. ENSE NUDO. Id eſt, ſtricto. [99] [*Enſe levis*, armaturae eſt; *nudo* autem, ſtricto, vel ſine vagina.] PARMAQUE INGLORIUS ALBA. Quaſi tyro, ut diximus ſupra VII. 796. [1] [quia picta arma jam probati in bellis habebant.

551. UT FERA. Quidam pardum ſignificari volunt.]

556. LONGE MELIOR LYCUS. Ergo & Helenor bonus. INTER. Per, ut VII. 30. *Hunc inter fluvio Tyberinus amoeno.*

558 PRENDERE SAXA MANU. Quia tunc alti non erant muri; ſed ad impetum tantum repellendum, ut etiam [2] Salluſtius oſtendit, ubi *Sertorium humeris ſublatum per muros aſcendiſſe* commemorat.

559. CURSU, TELOQUE SECUTUS. Nimiam ejus oſtendit celeritatem, qui potuit telum miſſum conſequi: nam hoc dicit: Cum praemiſſo telo ad hoſtem venit. Statius [3] VI. 568. *Et emiſſum curſu comprendere telum.*

VARIORUM.

Mediceo & Gudiano. in aliis nonnullis *Lycimnia* vel *Licimnia. Licymniae* nomen etiam apud Horatium occurrit. HEINS. *Lacymnia*, *Licimnia*, *Lacinia*, *Lycinia* codices. *Licinia* Ed. Mediol. *Lucinia* Dorvil.

548. PARMA ALBA. Ex Euripide petitum credebat Cl. Dorvillius, qui in Phoeniſſ. 1118.

—— ὁ σημεῖ᾽ ἔχων,
ὑβρίσματ᾽, ἀλλὰ σώφρονας ἄσημ᾽ ὅπλα.

palmaque Venetus.

550. ADSTARE. *Inſtare* prior Hamburgicus & Bigo-

99 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 1 deſunt iisdem. 2 haec Salluſtii verba non eſſe, quum Nonius manibus adſtantium ſublatum dicat, cenſet Carrion ad fragm. lib. 1. Hiſt. pag. 436. Edit. Hack. ita incredibilis illa temeritas Alexandri poſſet explicari, qui deſertae a defenſoribus urbis murum inſiluiſſe narratur a Juſtino XII. 9. & qui ipſe rem incredibilem & inauditam vocat, Curtius lib. IX. 5. in hoſtibus plenam & defenſoribus eum exceptorum ſtantibus praecipiti ſaltu ſe immiſiſſe refert. credant incredibilium admiratores, non ego: nam ſi demus Heroum aevo tam humiles fuiſſe muros, quis Alexandri tempore fuiſſe credat? BURM. 3 in Statio legitur, *deprendere*, ubi Barthius ex codice ſuo, *reprendere*. ſed nihil mutandum puto. ita lib. V. 392. *deprenſaeque cadunt volucres.* vide Heinſ. ad Ovid. 2. Met. 537. ubi etiam alii *comprenſus*. *emiſſum* etiam hic in antiq. Ed. Servii legebatur. BURM.

Increpat his victor: Noſtraſne evadere, demens,
Speraſti te poſſe manus? ſimul adripit ipſum
Pendentem, & magna muri cum parte revellit:
Qualis, ubi aut leporem, aut candenti corpore cycnum,
Suſtulit alta petens pedibus Jovis armiger uncis:
Quaeſitum aut matri multis balatibus agnum
Martius a ſtabulis rapuit lupus. Undique clamor
Tollitur. Invadunt, & foſſas aggere conplent.
Ardentis taedas alii ad faſtigia jactant.
Illioneus ſaxo, atque ingenti fragmine montis
Lucetium, portae ſubeuntem, igniſque ferentem;
Emathiona Liger, Corynaeum ſternit Aſylas:

Hic

SERVII.

562. Revellit. [4] In verbo *vello*, facit in participio *vulſus*.

563. Qualis ubi aut leporem. Pro qualiter. [5] [Comparatio Homerica Iliad. X. 306.

Ὤμησεν δὲ ἀλεὶς, ὡς ἀιετὸς ὑψιπετήεις,
Ὅστ' εἶσιν πεδίονδε διὰ νεφέων ἐρεβεννῶν
Ἁρπάξων ἢ ἄρνα ἀμαλὴν, ἢ πτῶκα λαγωόν.]

564. Pedibus Jovis armiger uncis. Quia [6] dicitur in bello Gigantum Aquila Jovi arma miniſtraſſe; quod tamen fingitur: nam, ut ſupra diximus, Juppiter & Saturnus reges fuerunt; ſed Juppiter dum cum patre Saturno haberet de agris contentionem, ortum bellum eſt: ad quod egrediens Juppiter, Aquilae vidit augurium: cujus cum viciſſet auſpicio, fictum eſt, quod ei pugnanti tela [7] miniſtraſſet: unde etiam a felici augurio natum eſt, ut [8] Aquilae militaria ſigna comitentur.

565. Quaesitum. Qui quaeritur: nam praeſens a paſſivo non [9] habet: & eſt [10] prothyſteron: nam poſt raptum requiritur. [11] [Vel *quaeſitum*, requirendum, [illegible]. Multis balatibus. Id eſt, cum multis balatibus.]

566. Martius lupus. Aut cruentus, aut Marti [12] dicatus.

567. Aggere. *Agger*, eſt cujuſlibet rei [13] coacervatio, unde foſſae, aut valles poſſunt repleri. [14] [Subaudiendum tamen, *Alii*.]

569. Ingenti fragmine montis. Supra dicti ſaxi exaggeratio eſt.

570. Lucetium. Solum hoc nomen eſt, quod dictum a Virgilio a nullo alio [15] reperitur auctore. Sane lingua Oſca *Lucetius*, eſt Juppiter, dictus a luce, quam praeſtare hominibus dicitur. Ipſe eſt noſtra lingua *Dieſpiter*, id eſt, dici pater. Horatius III. Od. 3. *Namque Dieſpiter plerumque per purum tonantes Egit equos*.

VARIORUM.

Bigotianus. *obſtare* Vratiſlavienſis. *atque hinc inter ſe adſtare* Venetus.

552. Morti. *Mortis* Montalbanius.

556. At. *It* primus Moreti. *melior longe* Sprotianus,

4 in verbo *vellit* facit, L. Voſſ. legendum puto, in perfecto *vellit* facit, in p. *vulſus*, librarius omiſit τὸ *vellit*: 5 deſunt L. Voſ. R. in Homeri loco ὤρμησεν δ' ὁ ἀλεὶς & ἄρνα καλὴν, edidit Steph. Comm. & Maſvic. & hi duo etiam ὤρμησεν δ' ὁ ἀλεὶς. nos ad caſtigatas editiones emendavimus quia, haec non ex Servii, ſed recentiorum officina prodiiſſe, ut multa Homerica, credimus. 6 dicitur de aquila in bello Steph. 7 miniſtraret L. Voſ. Dan. miniſtraverit Steph. 8 aquilae militum ſ. comitentur L. Steph. al. aquila militum ſ. comitetur Voſ. aquila militaria ſ. comitetur Dan. 9 habuit L. Voſ. R. Steph. al. 10 yſteron proteron L. Steph. al. 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 12 dedicatus iidem. 13 cumulatio Dan. Fabr. 14 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 15 reperiatur Steph. reperiebatur R.

Hic jaculo bonus, hic longe fallente ſagitta.
Ortygium Caeneus, victorem Caenea Turnus:
Turnus Itym, Cloniumque, Dioxippum, Promolumque,
Et Sagarim, & ſummis ſtantem pro turribus Idan:
Privernum Capys. Hunc primo levis haſta Temillae
Strinxerat: ille manum projecto tegmine demens

Ad

SERVII.

572. [16] HIC JACULO BONUS. Neſcias de quo dixerit.]

573. CAENEA, TURNUS: TURNUS ITYN. Ut ait Lucilius: *Bonum ſchema eſt, quotiens ſenſus variatur in iteratione verborum:* [17] [*Et in fine poſitus, ſequentis ſit exordium, qui appellatur Climax.*]

575. PRO TURRIBUS. Aut pro defenſione turrium: aut ſic magni, ut turres putares.

576. HASTA THEMILLAE. *Themillas, Themillae*, ut *Aeneas, Aeneae*. LEVIS autem HASTA, pro leviter veniens: unde & STRINXERAT dixit, id eſt, paululum vulneraverat, ut x. 478. *Tandem etiam magno ſtrinxit de corpore Turni.*

377. DEMENS. Qui ſcutum, quo ſe [18] tuebatur, abjecit. ALIS. Pinnis.

VARIORUM.

tianus, Montalbanius, & duo Rottendorphii.

558. TECTA MANU. *Saxa manu* in primo Moretano. HEINS. Quod ſane praeferrem, ſi in pluribus exſtaret: nam *tecta* de muris caſtrorum & munimentis dici inſolitum. forte *ſepta*.

Ibid. DEXTRAS. *Dextra* alter Hamburgenſis.

562. PENDENTEM. *Tendentem* primus Moretanus. HEINS.

Ibid. REVELLIT. *Revulſit* Excerpta noſtra & Parrhaſianus.

563. AUT LEPOREM. *Aut* omittitur apud Macrobium lib. v. Saturn. cap. 12. HEINS.

565. MATRI. *Matris* Sprotianus, duo Rottendorphii, Montalbanius & Leidenſis.

568. JACTANT. *Mittunt* Oudartii.

569. INGENTI. *Ingentis* Mediceus.

570. LUCETIUM. *Lucretium* Zulichemius. *Luceetinum*, *Luccetium*, *Luccecium* alii. *ignemque* Sprotianus.

571. STERNIT ASYLAS. In nonnullis codicibus *Aſilas*, & ita etiam Macrobius lib. v. Saturn. cap. 15. praeterea *Corineum* ibidem. ſed bene *Corynaeum* potiores ſcripti. de quo diximus libro XII. 298. caeterum quod idem Macrobius loco jam dicto hic agnoſcit *Hyrtacides Corinaeum ſternit Aſilas*, locus mendo inquinatus eſt. ſcribendum enim *Palinurus Jaſides & Japyx Jaſides quaero an fratres ſint. Hyrtacides eſt Hippocoon, & rurſus Hyrtacides Niſus.* caeteris ſublatis. nam *Corinaeum ſternit Aſilas*, ex ſuperioribus ab oſcitante librario temere eſt repetitum. nullus enim apud Maronem *Hyrtacides Aſilas. Hippocoontem Hyrtacidem* lib. v. 492. habemus, *Niſum* libro IX. 176. HEINS. *Corneum* Zulichemius. *Et Mathiona* Dorvill. *Emathion alter Corineſum ſt. Aſilas* Excerpta noſtra. *Aſilus* prior Hamburgenſis.

572. FALLENTE. *Fugiente* Leidenſis. *falante* Francianus. *fallente* eſt quam non exſpectas, quia longe venit, nec videtur auctor ejus. unde mox 578. *alis allabi*, id eſt cito & occulte, dicitur. vid. inf. x. 754. v. Cerdam. Val. Flac. III. 182. *ſagitta eſt* Sprotianus, Venetus, Leidenſis & tertius Rottendorphius.

574. ITYN. *Ithim, Ithin, Ytim, Itim, Clenium, Clanium, Clonumque, Promolumque, Promulumque* Ald. *Diocippum, Dioxippumque, Dioſippum*, alii. *Dioxippumque Promulumque* Dorvil.

575. PRO TURRIBUS IDAM. *Idan* Mediceus, & paullo ante *Promolumque. Idan* quoque Moretenus quartus. *Promolum* primus Rottendorphius, primus Moretanus, Mentelius alter, Leidenſis, uterque Hamburgicus, & alii quatuor. tum *Itym*, non *Ityn*, primus Moretanus, Mentelius alter, cum ſex aut ſeptem aliis. Tum & *Temillas* omiſſa aſpiratione plerique codices. HEINS.

575. PRIVERNUM. *Privernumque Capis* Dorvill.

579. IN-

[16] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [17] deſunt iisdem. [18] tegebat Dan. Fabr.

Ad volnus tulit. Ergo alis adlabſa ſagitta,
Et laevo adfixa eſt lateri manus, abditaque intus
Spiramenta animae letali volnere rumpit.
Stabat in egregiis Arcentis filius armis;
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Hibera,
Inſignis facie, genitor quem miſerat, Arcens,
Eductum Martis luco, Symaethia circum

Flu-

SERVII.

579. ET LAEVO INFIXA EST LATERI. Oſtendit vulneris locum, quem ante ſuppreſſerat. Sic in quarto 689. *Infixum* [19] *ſtridit ſub pectore vulnus.*

580. SPIRAMENTA ANIMAE. Definitio pulmonum, [20] [qui dicuntur a ſpirando, id eſt, a pulſu, ſicut Graece πνεύμων, ἀπὸ ὃ πνεῖν.]

582. [21] [PICTUS ACU CHLAMYDEM. Hoc eſt, habens chlamydem Phrygiam, ut IV. 484. *Et Phrygiam Aſcanio chlamydem.* Et eſt figuratum, *pictus chlamydem.*] FERRUGINE CLARUS HIBERA. *Ferrugo*, coloris genus eſt, qui vicinus eſt purpurae ſubnigrae. *Hibera* autem, modo non Hiſpana, ſed Pontica: nam Hiberia, pars Ponti eſt, [22] [inter Perſidem & Armeniam, ubi optime colores diverſi tinguntur,] ut oſtendit Horatius Epod. v. dicens: *Herbaſque, quas &* [23] *Colchos, atque Hiberia Mittit, venenorum ferax.*

583. GENITOR QUEM MISERAT ARCENS. Ordo: ſtabat Arcentis filius Arcens in armis [24] egregius: nam non congruit, ut hujus filii praetermiſſo nomine, bis fiat patris commemoratio.

584. SYMAETHIA CIRCUM FLUMINA. *Symaethos*, fluvius eſt Siciliae, [25] [a rege *Symaetho* dictus,] haud longe ab urbe Catinenſi, circa quem ſunt [26] *Palici* dei, quorum talis eſt fabula: Aetnam nympham, [27] [vel, ut quidam volunt, Thaliam,] Juppiter cum vitiaſſet, & feciſſet gravidam, timens Junonem (ſecundum alios, ipſam puellam) Terrae commendavit, & illic enixa eſt: ſecundum [28] alios, partum ejus, poſtea cum de Terra erupiſſent duo [29] pueri, *Palici* dicti ſunt, quaſi iterum venientes: nam πάλιν ἱκεῖν, eſt iterum venire. Hi primo humanis hoſtiis placabantur, poſtea quibusdam ſacris mitigati ſunt, & eorum immutata ſacrificia. Inde ergo PLACABILIS ARA: quia mitigata ſunt eorum numina. [30] [*Palicos*, nauticos deos Varro appellat. Alii dicunt, Jovem hunc *Palicum* propter Junonis iracundiam in Aquilam commutaſſe: alii Vulcani & Aetnae filium tradunt; ſed incertum, ex qua recondita hiſtoria *Arcentem* iſtum induxerit: neque enim ſine ratione vel *lucus Martis* appoſitus eſt: & quid homo Siculus in hoc bello facit, quem nuſquam ſupra cum Aenea dicit ad Italiam perveniſſe?]

VARIORUM.

579. INFIXA. *Adfixa* Gudianus, alter Mentelius, Voſſianus alter, & quinque alii. HEINS. Et Francianus & Pariſ. Edd. Mediol. *afixa* prior Hamburgicus pro varia lectione.

580. RUPIT. *Rumpit* tres priores Moretani, primus & ſecundus Rottendorphii, alter Voſſianus, cum aliis quatuor. uti & Gudianus a manu ſecunda. HEINS. Et Francianus.

581. ARCENTIS. *Argentis* alter Menagii & primus Rottendorphius. & mox, *Argens*.

582. FERRUGINE CLARUS HIBERA. Pro Hiſpanica capit Barth. ad Stat. IV. Theb. 266 qui ridet Servium, quod *Ponticam* interpretatur, quia Aeneae aevo nullum commercium cum Ponto erat Italiae.

584. MARTIS LUCO. *Matris luco* apud Macrobium lib. V. Saturn. 18. ubi hunc de Palicis locum operoſe illuſtravit. quomodo & legitur in Veneto

19 *ſtridet* L. Baſil. 20 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 21 deſunt L. Voſ. R. Baſil. ſed Steph. deſunt ut *&*, &c. 22 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 23 *Holchos* R. *Iolchos* Dan. 24 egregiis L. Voſ. egrediens R. 25 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 26 Palaci Voſ. 27 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 28 alios. Partus ejus poſtea c. d. t. erupiſſet Steph. erupiſſet Dan. Fabr. al. ſecundum alios partus ejus poſtea, cum de terra erupiſſent duo pueri, Palici &c. Barth. ad Stat. XII. Theb. 157. 29 deeſt R. L. 30 deſunt L. R. Voſ. Steph. al.

Flumina: pinguis ubi & placabilis ara Palici.
Stridentem fundam, poſitis Mezentius haſtis,
Ipſe ter adducta circum caput egit habena;
Et media adverſi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.
Tum primum bello celerem intendiſſe ſagittam
Dicitur, ante feras ſolitus terrere fugaces,
Aſcanius, fortemque manu fudiſſe Numanum;
Cui Remulo cognomen erat; Turnique minorem
Germanam nuper thalamo ſociatus habebat.
Is primam ante aciem digna atque indigna relatu

Vo-

SERVII.

588. LIQUEFACTO TEMPORA PLUMBO DIFFIDIT. Plumbum enim jactum nimio rotatu & aëris calore ſolvitur. Statius x. Theb. 528. *Et arſuras caeli per inania glandes.*

589. PORRECTUM EXTENDIT ARENA. Intelligimus eum cecidiſſe trans murum. Dicendo autem *multa*, oſtendit corporis proceritatem.

590. [31] [TUM PRIMUM BELLO. Hoc loco puerum ideo poſtea fecit armari, quia legit in hiſtoria pueros de bellis gloriam reportaſſe: filium Marci Druſi annorum ſexdecim; Criſpini filium, Criſpinum in Corſica, cum fugeret exercitus Spurii Carvilii Conſulis, bellum reſtituiſſe: apud Soram, bello Italico, ab Herennio puerum in aciem eductum, a quo hoſtem occiſum [32] ſpoliatumque; Lucii Tarquinii filium, quem ob hoc pater aurea bulla praetextaque donavit.]

593. MINOREM GERMANAM. Quia major nympha fuerat, Jovis voluntate.

595. DIGNA ATQUE INDIGNA RELATU. *Indigna*, id eſt, turpia & obſcoena, [33] [ut dici ſolet, *fanda & nefanda.*]

VARIORUM.

neto ex codicibus noſtris pro diverſa lectione. HEINS. *Matris luco* etiam Dorvill. & ita Fazellus Decad. I. lib. III. cap. 2. de Rebus Siculis, quem errorem corrigit Carrera in monumentis Hiſtoricis urbis Catanae lib. I. cap. I. §. 4. *productum* etiam Parrhaſ. male. inf. ℣. 673. quos Jovis *eduxit luco ſilveſtris Hiera*, unde hic *Martis* defendi poteſt.

Ibid. SIMAETHIA. Recte *Symaethia* in Mediceo. Σύμαιθος Graecis eſt hic fluvius. videantur quae ad Naſonem dixi lib. XIII. Met. 750. in Menteliano priore *Sumoetia*. in tertio Rottendorphio *Symaetia*. *Symethia* in Gudiano. HEINS.

585. ET PLACABILIS. *Et* deeſt Oudartii. *Palaci* Francianus & Edit. Venet. Lutatius ad Statii XII. Theb. 156. *Paliſci*. Ald. alii, *implacabilis ara Palici*. vid. Cluver. Ital. Ant. cap. 4. p. 934.

586. POSITIS MEZENTIUS ARMIS. *Haſtis* ſcriptum eſt in libro Colotiano. URSIN. *Haſtis* Mediceus. quod praeſtare videtur: neque enim veri ſimile ſit Mezentium exuiſſe arma. *Haſtis* etiam Gudianus cum ſecundo tertioque Rottendorphiis. ſic lib. X. 762.

At vero ingentem quatiens Mezentius haſtam.

HEINS. *Haſtis* Leidenſis.

589. PORRECTUM. *Projectum* in priore Mentelio. HEINS. Et ita Leidenſis. & firmat Propert. II. VII. 21. vid ad Val. Flac. VI. 553. & Ovid. VIII. Metam. 422. *diſſicit* prior Hamburgenſis pro diverſa lectione. *dividit* Venetus. *diffudit* Francianus, Parrhaſ. & Dorvil. qui & *porrectum. oſtendit* prior Hamburgicus & alter Menagii.

592. FUDISSE. *Fodiſſe* Francianus.

593. REMULO. *Rhemulae* vitioſe Rufinianus de Schem,

31 deſunt iiſdem. 32 ſpoliatumque * Dan. 33 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Vociferans, tumiduſque novo praecordia regno
Ibat, & ingentem ſeſe clamore ferebat:
Non pudet obſidione iterum valloque teneri,
Bis capti Phryges, & Marti praetendere muros?
En, qui noſtra ſibi bello conubia poſcunt!
Quis Deus Italiam, quae vos dementia adegit?
Non hîc Atridae, nec fandi fictor Ulixes.
Durum ab ſtirpe genus, natos ad flumina primum
Deferimus, ſaevoque gelu duramus & undis:
Venatu invigilant pueri, ſilvaſque fatigant:

Fle-

SERVII.

596. NOVO REGNO. Aut nova regii generis affinitate: aut quia etiam ipſi per regis filiam portio debebatur imperii: [34] [aut partem regni a Turno acceperat.]

597. INGENTEM SESE CLAMORE FEREBAT. Non erat ingens, ſed ſe eſſe [35] clamabat ingentem.

598. ITERUM. Denuo: nam jam tertio obſidentur: & *iterum*, non niſi de duobus dicimus.

599. BIS CAPTI PHRYGES. Semel ab Hercule; poſt a Graecis. [36] [Alii tradunt ſemel a Graecis, & nunc a Latinis: & hoc magis aptum eſſe Numani perſonae, ut ſe cepiſſe exiſtimet, qui tam jactans & petulans inducatur.] MORTI PRAETENDERE MUROS. Emphaſis eſt: *morti* enim pro bello poſuit: ſic ſupra III. 685. *Leti diſcrimine parvo:* [37] [cum potuerit *hoſti* dicere, ſcilicet ut nihil Trojanis [38] reliquum ſit, quam perire.]

600. NOSTRA CONNUBIA. Aut quaſi Turni cognatus loquitur: aut invidioſe retorquet [39] [*noſtra connubia*,] & vult cauſam omnium eſſe communem.

601. [40] [ITALIAM. Ad Italiam.]

602. NON HIC ATRIDAE. Exaggeratio vituperationis: [41] nam non tantum ſe Trojanis, ſed etiam eorum victoribus praefert. [42] [Poteſt & *Atridas* intelligi, quorum conjuges aut deſerunt maritos, aut interimunt revertentes.] FANDI FICTOR ULYSSES. Aut fallax, aut λογοδαιδαλος, id eſt, qui dolum celat ſermonis [43] ornatu.

603. DURUM STIRPE GENUS. Italiae diſciplina, & vita laudatur: quam & Cato in Originibus, & Varro in Gente populi Romani commemorat.

604. GELU DURAMUS, ET UNDIS. Undis gelidis, & eſt ἓν διὰ δυοῖν, ut III. 467. *Hamis auroque trilicem:* nam nemo quod plus eſt prius dicit: ſi enim duo eſſent, ante *aquam* diceret: [44] ſic *gelu*.

605. VENATU. Pro venatui, ut: *Curru*, pro, *currui:* [45] [ablativus dubius, vel pro dativo. PUERI. Bene venationem pueris dedit, [46] opus ruſticum jam juvenibus.] SYLVASQUE FATIGANT. Ipſi fatigantur in ſylvis: aut pro feris *Sylvas* poſuit, in quibus ſunt ferae.

VARIORUM.

Schem. Lex. p. 34. *Romulo* Dorvil. & quaedam Edd. apud Serv. ad I. Aen. 267. perperam.

595. IS PRIMAM. *Hic* Probus in Grammatica. HEINS.

597. INGENTI SESE. *Ingentem* Mediceus, Gudianus, Mentelianus alter, duo Moretani, Leidenſis, Schefferius & prior Menagianus. Mentelius quo-

34 deſunt iiſdem. vid. I. Aen. 543. 35 clamitabat L. Voſ. Steph. al. 36 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 37 deſunt iiſdem. 38 reliquam * perire Dan. 39 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 40 deſunt iiſdem. 41 ut ſe etiam eorum victoribus praeferat L. ſe etiam e. vict. praefert. R. 42 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 43 ortu L. R. ex compendio pro ornatu. 44 poſtea gelu Steph. 45 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 46 ores * ruſticum Dan.

Flectere ludus equos, & ſpicula tendere cornu.
At patiens operum parvoque adſueta juventus
Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne aevom ferro teritur, verſaque juvencûm
Terga fatigamus haſta: nec tarda ſenectus

De-

SERVII.

606. FLECTERE LUDUS EQUOS. Aliorum labor noſtrae pueritiae ludus eſt. [47] [*Flectere* autem, verbo antiquo uſus eſt: nam equites apud veteres [48] *Flexutes* vocabantur, ſicut ait Varro Rerum humanarum. Sane Poëta meminit ſui, nam ait ſuperius VII. 162. *Ante urbem pueri & primaevo flore juventus Exercentur equis.*]

607. AT PATIENS OPERUM, PARVOQUE ADSUETA JUVENTUS. Hoc & in Georgicis II. 472. laudat: nam magnae virtutis eſt, in nimio labore parvis eſſe contentum.

608. TERRAM DOMAT. Bene bellico uſus eſt verbo: & ne a re militari diſcederet, non dixit *terras colimus*, ſed *domamus*, ac ſi diceret, cum hoſtes deſunt, terras ferro domamus. [49] [QUATIT OPPIDA BELLO. Oppidum quidam a vico caſtelloque magnitudine ſecernunt: alii locum muro, foſſave, aliave qua munitione concluſum: alii locum aedificiis conſtitutum, ubi fanum, comitium, forum, & murus ſit: alii *oppidum* dici ab oppoſitione murorum; vel quod hominibus locus eſſet oppletus; vel quod opes illo munitionis gratia congeſtae ſunt.]

609. VERSA JUVENCUM TERGA FATIGAMUS HASTA. Agriculturam ſine officio belli non gerimus. Eſt autem κακοσύνθετον & ὁμοιοτέλευτον. [50] [nam *terga*, cum eodem fine caſus terminatur, ut *verſa haſta*. Nam eſt ita: *verſa haſta juvencorum terga fatigamus*, id eſt, caedendo urgemus.]

610. [51] [TARDA SENECTUS. In aliis, SERA SENECTUS.]

VARIORUM.

quoque prior a manu prima. quod & Juntarum editionem inſedit, & mihi probatur unice, quaſi dixiſſet, multum ſe jactabat clamoribus. *ingentem* gloſſemata codicum interpretantur *magnum* & *magnificum*. HEINS. *Ingentem* etiam Francianus & Regius. *ingentis clamorem ſeque* alter Hamburgicus. *ingentem*, id eſt terribilem. vide quae diximus ad Valer. Flacc. II. 104. & infr. ỷ. 735. *Pandarus ingens Emicat.* & ỷ. 709. & lib. XII. 441. *ſe ferebat* dictum ut *ſe proferre ad limina* lib. I. 389. ubi vide. & paſſim noſter, *ſe ferre*, *inferre* &c.

598. TENERI. *Tueri* Zulichemius.

599. MORTI. *Morti* non interpretor bello: quod bella ſequantur mortes: ſed accipio ſimpliciter quaſi diceret, nihil intereſſe inter vitam & mortem, niſi muros. Qui Servii interpretationem non recte accipiunt, *marti* ſcripſerunt, pro *morti*. FABRIC. *Marti praetendere* ait in nonnullis codicibus a ſe inventum hoc loco Pierius, quod & nos in ſecundo Rottendorphio & Schefferiano invenimus. ſed *morti* ſignificantius. tanquam certum Phrygibus exitium ex bello praeſagiens, atque interminatus, abſque vallo ac muris, quibus mortem evitabant, eſſet. HEINS. Mihi *Marti*, quod & Zulichemius habet, magis placet. id eſt obſidenti hoſti. ut contra Ovidius de obſidente VIII. Metam. 7. *praetentatque ſui vires Mavortis in urbe Alcathoë. protendere* Mediceus a manu prima. exprobrat non audere in campum & aciem deſcendere. vid. ſup. ỷ. 42. *mors* & *mars* paſſim variantur in ſcriptis. infr. XI. 115. vid. ad Lucan. IV. 147.

603. A STIRPE. *Ab ſtirpe* Sprotianus. vide libro VIII. 130. neque aliter agnovit Feſtus Avienus deſcript. Orbis *Maſſagetae glauci ſuccedunt flumen Araxis, Durum ab ſtirpe genus.* HEINS.

604. SAEVOQUE. *Duroque* Gudianus & ſecundus Moretanus. quomodo & ex Pierianis nonnulli. Forte *crudoque gelu duramus*. vide annotata noſtra infr. h. l. ỷ. 815. HEINS. *Duro* Dorvil. & Regius. *ſervoque* Sprotianus.

605. IN-

47 deſunt iiſdem. 48 *Flexuntae* Dan. Fabr. Flexutes repoſuere ex ſententia Salmaſ. ad Lamprid. Commod. cap. II. quem vide. 49 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. *nam ſit ita*, ut habet pro *nam eſt*. 50 deſunt iiſdem. ſed Dan. uſque *nam ſit ita*, ut habet pro *eſt*. 51 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Debilitat vires animi, mutatque vigorem.
Canitiem galea premimus; ſemperque recentis
Conportare juvat praedas, & vivere rapto.
Vobis picta croco & fulgenti murice veſtis,
Deſidiae cordi; juvat indulgere choreis:
Et tunicae manicas, & habent redimicula mitrae.

O

SERVII.

611. NEC SENECTUS DEBILITAT VIRES ANIMI. Bene *animi*, quia non eſt auſus *corporis* dicere: nec enim poteſt fieri, ut, quamvis robuſtus ſenex, vires habeat prioris aetatis, & ſuae comparetur adoleſcentiae. Nunc ergo, licet dicat fortes eſſe etiam ſenes, bona tamen eſt uſus temperatione, ut diceret nihil animorum vigori derogare temporis vetuſtatem.

612. [52] [CANICIEM GALEA PREMIMUS. Id eſt, ſemper militamus.]

614. VOBIS PICTA CROCO. Vituperatio Trojanorum, in qua utitur argumentis, quae in Rhetoricis commemorat Cicero, [53] a gente, ab habitu, a geſtu, ab animo. [54] [Et ſunt molliores verſus apti ad carpendam molliciem. Sane veſtes acu pictas coloribus Phryges primi invenerunt: nam ideo & artifices talium veſtium Phrygiones appellantur.] FULGENTI MURICE. Purpura. Hanc autem vitio & dedecori apud majores fuiſſe conſtat. Juvenalis XIV. Sat. 187. *Peregrina ignotaque nobis Ad ſcelus atque nefas quaecumque eſt purpura ducit.*

615. DESIDIAE CORDI. Vobis ſunt: [55] [& eſt ab animo argumentum.] CHOREIS. Servavit hoc loco naturam ſyllabae, [56] quam in ſexto 645. metri cauſſa corripuit, ut: *Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.*

616. ET TUNICAE MANICAS. Tunicae veſtrae habent manicas, quod etiam Cicero II. Cat. 10. vituperat, dicens: *Manicatis ac talaribus tunicis.* Nam colobiis utebantur antiqui, [57] [quae ſunt ἀπὸ τῶ κολοβῶ.] [58] [Sane *habent*, bis ſubaudiendum.] ET HABENT REDIMICULA MITRAE. Illud dicturus fuerat: Habetis in pileis redimicula: quod convertit in vituperationem majorem, dicens: *Religatas habetis mitras.* Nam *pilea*, virorum ſunt: *mitrae*, feminarum, quas [59] *calauticas* dicunt. *Mitra* autem proprie Lydorum fuit, ut IV. 216. *Maeonia mentum mitra:* quem habitum imitati ſunt Trojani. [60] [Alii *mitras* meretricum eſſe voluerunt, quod hic eſt tanquam effeminatis objectum.]

VARIORUM.

605. INVIGILANT. *Vigilant* Oudartii & a manu ſecunda alter Mentelii.

609. FERRO. *Bello* Venetus.

610. TARDA. *Sera* Leidenſis pro varia lectione. ſed *tarda ſenecta* Ovid. IV. Triſt. VIII. 23. & *tarda vetuſtas* XII. Met. 182. ubi *ſenectus* alii codices.

612. PREMIMUS. Heinſius malebat *premimur*.

613. CONVECTARE. *Comportare* noſtri omnes, cum pleriſque Pierianis. alteram ſcripturam habes lib. VII. 749. ubi totus hic verſus occurrit, & lib. IV. 404.

Praedamque per herbas Convectat calle anguſta.

ſed & alterum aeque Latinum. ſequamur igitur vetuſtos codices. Statius Theb. II.

Praedamque jacentem Comportat gaudens.

HEINS. *Comportare* Francianus & Regius. *recentes* vero ſunt ſanguinem adhuc fumantes. Claud. III. Conſ. Hon. 22.

Regumque recentes Exuviae tibi ludus erant.

ita inf. X. 862. *cruenta ſpolia.*

614. FULGENTI. *Fulgentis* prior Hamburgicus.

616. MITRAE. *Vittae* eſt legere apud A. Gell. lib. VII. cap. 12. ſed aliter Nonius duobus locis. & Scholiaſtes Statii IX. Theb. 795. HEINS.

617. VE-

52 deſunt iiſdem. 53 a gente, habitu & geſtu Dan. a gente, ab habitu, a geſtu L. V. R. ſed omittunt hi omnes, *ab animo.* 54 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 55 deſunt iiſdem. 56 id eſt χορείας, id eſt, quam Baſil. id eſt χορείας, quam Fabr. 57 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 58 deſunt L. R. Steph. al. 59 calaticas Steph. ca autieas L. R. 60 deſunt L. R. Voſ. Steph. al.

O vere Phrygiae, neque enim Phryges, ite per alta
Dindyma; ubi adſuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos buxuſque vocant Berecyntia matris
Idaeae. Sinite arma viris, & cedite ferro.
Talia jactantem dictis, ac dira canentem
Non tulit Aſcanius; nervoque obverſus equino
Intendit telum, diverſaque brachia ducens

Con-

SERVII.

617. O vere Phrygiae. [61] Ipſos vituperaverat *Phryges*; nunc ad majorem injuriam *Phrygias*, non *Phryges* [62] dixit. [63] [Sic Homerus Iliad. A. 96. Ὦ μοὶ ἀπειλητῆρες, Ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί.] Alta Dindyma. Montes Matris deum. [64] [*Ite* autem *per alta* ſic dicit, quaſi currite per Dindyma, & ducite choros per Dindyma: nec ſufficit Nomano, loqui injuriam Trojanorum, niſi etiam ſacris numinum conjunctam faciat. Sed hoc jam quaſi moriturus loquitur: hoc eſt enim, *Digna atque indigna relatu Vociferans*, ut, *digna*, ſint, quae de ſuorum virtute dixit; *indigna*, quae impia & in deos auſus eſt.]

618. Biforem dat tibia cantum. Biſonum, imparem. Et ſervavit eis tibiarum ſuarum, [65] [id eſt, Phrygiarum,] naturam. Tibiae aut Serranae dicuntur, quae ſunt pares, & aequales habent cavernas: aut Phrygiae, quae & impares ſunt, & inaequales habent cavernas. Ergo *biforem*, diſſonum, [66] diſſimilemque: non enim ſunt pari modulatione compoſitae: ut enim ait Varro: *Tibia Phrygia dextra unum foramen habet: ſiniſtra duo, quorum unum, acutum ſonum habet, alterum gravem.*

619. Buxusque vocat Berecyntia. A monte *Berecynto* [67] dicta. Dicitur autem & *haec buxus* & *hoc buxum*, ut ii. Georg. 449. *Et torno raſile buxum.* Unde ſuperfluo quidam arborem generis feminini [68] [eſſe volunt, cum hoc loco etiam de ligno generis feminini] habeamus exemplum.

620. Et cedite ferro. Aut ferrum relinquite: & eſt iteratio: aut *caedite ferro*, id eſt, cum viri non ſitis, abſcindite partem virorum, [69] [id eſt, caſtrare vos debetis, more veſtrorum Gallorum, Cybeles ſacerdotum, ut Juvenalis ii. Sat. 116. *Phrygio quos tempus erat jam More ſupervacuam cultris abrumpere carnem.*]

621. Jactantem. De ſuorum gloria. Dira canentem. Ad injuriam Trojanorum.

622. [70] [Nervoque equino. Quia in arcubus nervi equini ſolent eſſe. Accius Philoctete: *Tendens nervo equino concita tela.*]

VARIORUM.

617. Verae Phrygiae. *Vere Phrygiae* potiores ſcripti cum Nonio Marcello in *Phrygiones*, & Macrobio lib. v. Saturn. cap. 9. & Scholiaſte Juvenalis ad Sat. ii. 65. HEINS. Recte. Terent. iii. v. 58. *tum pol ego is eſſem vere, qui ſimulabar.* Val. Flac. iv. 635. *nam vere abiere volucres.* ubi vide. Adſcripſerat Cl. Dorvillius locum Euripidis in Oreſt. 135.

Οὕνεκ' ἄνδρας, οὐ Φρύγας κακοὺς εὑρών.

Ibid. Ite. *Ire* prior Hamburgenſis. mox, *adſuetum* Oudartii.

619. Vocat. *Vocant* Mentelianus prior, & tres quatuorve alii, cum Voſſiano altero, & Juntarum editione, & Scholiaſte Statii Theb. ii. ac iv. & Horatii Crucquiano lib. iii. Od. 19. vulgatum ex ſuis codicibus perperam tuetur Pierius. HEINS. Scholiaſtes Horatii *tympana nos* habet. *vocat*, ut Edd. primae, defendi poteſt ex nota Servii ad i. Aen. 16. contra iv. 275. *Buxum* vero a tibia diverſam eſſe, ex hoc loco docet Barthius ad Stat. v. Theb. 93. BURM.

621. Di-

61 ipſo nomine vituperat L. vituperat L. R. vituperat P. ſed nunc Steph. al. ſed nunc Fabr. 62 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 63 deeſt Steph. dicit L. Voſ. R. Baſil. 64 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 65 deſunt L. R. Steph. al. 66 diſſimilem. non ſunt Dan. quae etiam deeſt L. R. Voſ. Steph. al. 67 deeſt L. Voſ. R. Steph al. 68 deſunt R. eſſe volunt deſunt L. relicta lacuna. 69 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 70 deſunt L. R. Voſ. Steph. al.

Conſtitit, ante Jovem ſupplex per vota precatus:
Juppiter omnipotens, audacibus adnue coeptis.
Ipſe tibi ad tua templa feram ſollemnia dona,
Et ſtatuam ante aras aurata fronte juvencum
Candentem, pariterque caput cum matre ferentem,
Jam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam.
Audiit, & caeli Genitor de parte ſerena

In-

SERVII.

624. Ante Iovem supplex per vota precatus. Atqui Apollinem debuit invocare jaculaturus ſagittas; ſed dicimus ideo Jovem invocatum, quia omne initium [71] [& incrementum] Jovi debetur, ut III. Ecl. 60. *Ab Jove principium Muſae.* Unde nunc Aſcanius, non quid faciat, cogitat, [72] ſed quid primum, inde invocat Jovem.

625. Juppiter omnipotens. Hoc epitheton interdum ad gloriam numinis ponitur; interdum ad cauſam dicentis. Namque hoc loco dicendo *omnipotens*, oſtendit eum etiam his, qui per ſe minus valent, praeſtare poſſe virtutem.

626. [73] [Ipse tibi. Bene *ipſe*, quia adhuc pro Aſcanio pater ſolebat ſacrificare: nam ideo & *ſolemnia* ait, quae fieri ſolerent, ut ſe oſtenderet, ſi victoria & pax eſſet ſecuta, etiam illius officii capacem eſſe.] Feram solemnia dona. *Feram*, de juvenco non dicimus; ſed *adducam*. Intelligimus ergo alia dona eum ferre promiſiſſe. Singulis enim numinibus certa ſunt dona, quae offeruntur: unde eſt: [74] v. 54. *Strueremque ſuis altaria donis*, id eſt, congruis.

627. Et statuam ante aras. Aptam ſe daturum victimam oſtendit: alibi [75] II. Georg. 395. *Si ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aras.* Quotiens enim victima reluctabatur, oſtendebat ſe improbari. Lucanus VII. 165. *Diſcuſſa fugit ab ara Taurus.* Juvencum autem ſecundum Romanas ceremonias dicit: nam Jovi de tauro non immolabatur, ut etiam in tertio diximus, niſi cum triumphi nomine [76] ſuovetaurilia fiebant: quod tamen ideo admiſſum eſt, quia non tantum Jovi, ſed & aliis diis, qui bello praeſunt, ſacrificabatur. Aurata fronte juvencum. Ita enim victimae ornari conſueverant.

628. Candentem. Candidum. Juvenalis X. Sat. 66. *Duc in Capitolia magnum Cretatumque bovem.* Caput cum matre ferentem. [77] [Hoc eſt, non juvenci matrem, ſed quae jam peperiſſet: unde conſuetudo permanſit, ut vacca ſimul & taurus auratis cornibus Jovi Capitolino immolarentur. Et] aequalem matri, nondum patri. Juvenalis XII. Sat. 8. *Quem jam pudet ubera matris Ducere: qui vexat naſcenti robora cornu.*]

630. De parte serena. Ut non cauſſae ſit, ſed augurii, [78] [& auſpicii vis oſtenderetur: ſolent enim tonitrua per tempeſtatem inferri.]

VARIORUM.

621. Dira. *Dura* Parrhaſ. a m. pr.

622. Nervoque obversus. *Nervo converſus* Dorvil. a m. ſec.

623. Contendit telum. *Intendit* Gudianus, etiam pro diverſa lectione alter Mentelianus, quod praeſtat, quia *τὸ conſtitit* ſubſequitur proxime. pari modo ſupra 590. *celerem intendiſſe ſagittam Dicitur Aſcanius.* lib. VIII. habuimus *arcum intendebat Apollo.* infr. h. l. 665. *intendunt acres arcus.* HEINS.

624. Per vota. *Per verba precatur* Zulichemius. *precatur* etiam Montalbanius & alter Mentelii.

630. De parte. Lutatius ad Statii III. Theb. 493. *de regione* citat; memoriae, credo, vitio,

cum

71 deſunt iisdem. 72 ſed quid primum Voſ. Baſil. ſed primum facit Steph. in L. & R. turbatum erat aliquid. Aſcanius.... quid faciat, inde invocationem L. Aſcanius non quid faciat, inde invocationem R. 73 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 74 *ſtruemque* Dan. Fabr. 75 per aras ſe daturum Dan. 75 * *ſi ductus* Dan. Fab. *Eductus* Steph. *ad aram* L. Voſ. R. Steph. al. 76 ſue vel tauro fiebat Steph. Fabr. al. ſuovetaurium fiebat L. R. ſuovicarium faciebant Voſ. ſuonetaurium faciebant * Dan. 77 deeſt tota nota Voſ. ſed L. R. Steph. al. ad *aequalem*. 78 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Intonuit laevum: ſonat una fatifer arcus.
Effugit horrendum ſtridens adducta ſagitta:
Perque caput Remuli venit, & cava tempora ferro
Trajicit. I, verbis virtutem inlude ſuperbis.
Bis capti Phryges haec Rutulis reſponſa remittunt.
Hoc tantum Aſcanius. Teucri clamore ſequuntur,

Lae-

SERVII.

631. INTONUIT LAEVUM. Proſperum. Ut enim etiam ſupra II. 693. diximus, quae ſiniſtra nobis videntur, intuentibus caelum, illic dextra ſunt; non quod ſiniſtra bona ſunt, ſed quod dextra caeli, nobis ſiniſtra ſunt. [79] SONAT UNA LETIFER ARCUS. [80] Simul atque cognovit augurium.

632. ET FUGIT. Melius EFFUGIT legitur. [81] [Et figura eſt, *horrendum effugit*.]

633. PERQUE CAPUT REMULI VENIT. Figmenta haec vulnerum [82] plerumque non ſine ratione ponunt Poëtae: nam modo hunc ideo in capite dicit eſſe percuſſum, quia eum ſupra vaniloquum introduxerat, & ſuperbum: quod vitio capitis evenit. Horatius I. Od. 18. *Attollens vacuum plus nimio gloria verticem.* Sic Homerus Therſiten a tergo vulneratum dicit uſque ad praecordia: nam [83] ait Il. B. 266. σκήπτρῳ δὲ μετάφρενον ἠδὲ καὶ ὤμω πλῆξεν: quia [84] eum ſtultum induxerat. Item de Achille dicit: πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. [85] [Item ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς:] [86] [quem legimus in talo eſſe vulneratum. [87] [Vel ideo *per caput* & *cava tempora*, ut divinitus miſſo telo nulla pars alia corporis, ſed caput vulneretur: ſcilicet ut hominis, qui infanda & impia de religionibus dixerat, ſacrilegium capite expiaretur.]

634. VIRTUTEM INLUDE. *Inludo tibi*, & *inſulto tibi* dicimus: nam *inludo te*, figuratum eſt, ut hoc loco: item *inſulto te*. Salluſtius fragm. incert. v. x. 643. *Multos* [88] *a pueritia bonos inſultaverat.*

635. [89] [HAEC RUTULIS. Pro, talia: vitavit pronomen.

636. Hoc [90] TANTUM ASCANIUS. [91] Et dixit & fecit.

VARIORUM.

cum obverſaretur ipſi verſus ex lib. VIII. 528. *Genitor coeli* ſecundus Rottendorphius.

631. LETHIFER. Donatus *Fatifer*. FABRIC. Vetuſtiores Pierii cum Mediceo noſtro & altero Hamburgico *fatifer*, & ita pro diverſa lectione Gudianus, & tertius Rottendorphius. eamque lectionem Servius quoque expreſſit. Valer. quidem Flac in Vaticinio Phinei lib. IV. 524. *cum premet arcus lethifer.* & infra libro X. v. 169. ſed *enſis fatifer* Naſoni Metam. lib. XII. 492.

Capuloque tenus demiſit in armos
Enſem fatiferum.

vide annotata noſtra hoc libro ỳ. 814. HEINS. *Fatifer* Francianus.

632. EFFUGIT. *Et fugit* Pierius in ſuis legi teſtatur. at Servius rectius legi aſſeverat *Effugit*, ut in noſtris Mediceo, Menteliano utroque, & caeteris vetuſtioribus. niſi quod in tertio Rottendorphio *offugit*. quod neſcio an pro *aufugit*. ita *offigere* in veteri lapide apud Gruterum in Inſcriptionibus, *inſuper fimas pictas ferro offigito. offigere* & *offlectere* apud Plautum, & *offucare*. ſic & *occedere* pro contracedere, vel obviam ire, Plautum poſuiſſe Feſtus notat. quod verbum illi Gulielmius & Scioppius non uno loco reſtituerunt. poſſes & pro *accedere* interpretari. ſic *ob* pro *ad* paſſim apud veteres, ut in vetuſtis codicibus apud eumdem Plautum Milite Glor. *cui bini cuſtodes ſemper horis totis occubant* pro *accubant*. ſimilia vide apud Sciopp. Suſp Lect. lib. I. cap. 3. *occipere* pro *accipere* in MſſT. Solini. vid. Salmaſ. pag. 155. *offodere* apud Prudentium in veterrimo codice Hymn. in Laurent. 190. *offocare* apud Florum.

ſic

79 LETHIFER. L. Steph. al. 80 ſimul at Voſ. Dan. Fabr. cognovit deeſt L. R. Steph. al. 81 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 82 deeſt L. Steph. al. abſorpta vox a praecedentis ultimis ſyllabis. nam in R. erat vulnerumque, pro vulnerum plerumque. ſimilia Servio obſervaſſe Euſtathium ad Iliad. Ψ. 777. notaverat Cl. Dorvil. 83 ait Μετάφρενον L. Metap. poena Voſ. R. μετάφρενον Steph. reliquis omiſſis. 84 deeſt Dan. 85 deſunt L. Voſ. R. 86 deſunt Baſil. 87 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 88 ad lib. x. 643 legitur ab *adoleſcentia*. 89 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 90 TAMEN Steph. 91 edixit Dan.

Laetitiaque fremunt, animoſque ad ſidera tollunt.
Aetheria tum forte plaga crinitus Apollo
Deſuper Auſonias acies urbemque videbat,
Nube ſedens, atque his victorem adfatur Iülum:
Macte nova virtute, puer; ſic itur ad aſtra,

DIs

SERVII.

637. Animosque. Aut ſuos, aut Aſcanii, per favorem.

639. [92] [Acies urbemque. Syllepſis.]

640. Nube sedens. [93] Sicut ſolent numina; Juno, xii. 810 *Nec tu me aëria ſolam nunc ſede videres Digna indigna pati.* [94] [Victorem. Bene ei, qui unum occiderat, addidit dignitatem. Affatur Iulum. Non ita, ut Iulus audiret.]

641. Macte. Magis aucte, [95] adfectatae gloriae. Et eſt ſermo tractus a ſacris: quotiens enim aut tus, aut vinum ſuper victimam fundebatur, dicebant, *mactus eſt taurus vel vino*, vel *ture*, hoc eſt, cumulata eſt hoſtia & magis aucta. [96] [*Macte* ergo, pro, *mactus eſto*, vocativum pro nominativo poſuit, ut Perſius iii. Sat. 28. *Stemmate quod Tuſco ramum milleſime ducis Cenſoremve tuum vel quod trabeate ſalutas*, pro *milleſimus* & *trabeatus*: & Virgilius iii. 382. *Vicinoſque ignare paras invadere portus*, pro, *ignarus*: & alibi xi. 547. *Quos Amaſene pater*, pro, *Amaſenus*: ſic ergo & *macte*, pro, *mactus*. Quod autem *eſte* non addidit, ab antiquitate deſcivit: nam veteres *macte eſto* dicebant; ſed hoc ſecutus ſuam conſuetudinem fecit: nam & alibi vii. 11. *Dives inacceſſos ubi Solis filia lucos*: & iterum iv. Aen. 263. *Dives quae munera Dido*, praetermiſit cujus rei dives; cum veteres *dives illius rei* dicerent: quod ipſe alibi ii. Georg. 468. *Dives opum variarum*: & ix. 26. *Dives pictai veſtis & auri.* Item cum veteres natalem diem, vel locum, vel tempus dicerent, ut Horatius i. Od. 21. *Natalemque mares Delon Apollinis*: & Plautus in Pſeudolo i. ii. 46. *Natalem hunc mihi diem ſcitis eſſe*: Virgilius his omiſſis dixerit Ecl. iii. 76. *Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis, Iola.* Ergo & hic ita ſubtraxit: nam integrum eſt, *macte eſto nova virtute, puer*: *Mactus* autem apud veteres etiam *mactatus* dicebatur, ut Ennius: *Livius inde redit magno mactatus triumpho.* Et Lucilius lib. v. *Macte, inquam, virtute, ſimulque his verſibus eſto.* Et in Pontificalibus ſacrificantes dicebant deo: *Macte hoc vino inferio eſto.*] Nova virtute, puer. Aut magna [97] [& mira,] ut iii. Ecl. 86. *Pollio & ipſe facit nova carmina*: aut re vera *nova*, quantum ad bellum.

VARIORUM.

ſic *officere* Hirt. Bel. Africano cap. 52. *quod niſi in noctem praelium eſſet conjectum, pulviſque vento flatus* (lego *elatus*) *omnium proſpectus offeciſſet, Juba cum Labieno capti in poteſtatem Caeſaris veniſſent*: ſic lego *proſpectu affeciſſet*. In priore Voſſiano *& fluit.* deinde iidem vetuſtiores *adducta ſagitta*, quomodo & Vaticanus princeps & alii ex Pierianis nonnulli. ceteri noſtri *adlapſa*, quos inter & Gudianus. etiam bene, ut lib xii. *Ecce viro ſtridens alis adlapſa ſagitta.* & hoc ipſo libro paullo ante, *ergo alis adlapſa ſagitta.* in Scheffeᵣiano & Leidenſi, *delapſa ſagitta* HEINS. *Adducta* Francianus. *& fugit*, & *elapſa* Pariſ. vid. ad i. Georg. 144. *allapſa* Parrhaſ.

Ibid. Stridens. *Strigens* prior Hamburgicus.

634. Trajicit. *Trajecit*, *verbis* Regius Dorvil. & multi, *transfegit* Excerpta noſtra. *transfigit* Ed. pr. *en lude* Zulichemius a manu ſecunda. *allude* Venetus.

636. Hoc. *Haec* Parrhaſ. & Editio Juntina & Commelin. *hic* & ſuperſcript. *huc* Dorvill. vid. ſupr. ad ii. 690.

Ibid. Hoc tantum. Ita vetuſtiores noſtri omnes, recte. cum & Aſcanii oratio in pauciſſimis verbis conſiſtat, & τὸ *haec* jam proxime praeceſſerit. HEINS.

638. Tum. *Cum* Parrhaſ.

939. Acies. *Arces* alter Hamburgicus.

640. Ve-

92 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 93 ut ſedent Dan. Fabr. 94 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 95 adfecta gloria Voſ. 96 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Nova*. 97 deſunt iidem.

DIs genite, & geniture deos. Jure omnia bella
Gente ſub Aſſaraci fato ventura reſident:
Nec te Troja capit. Simul haec effatus, ab alto
Aethere ſe mittit, ſpirantis dimovet auras,
Aſcaniumque petit. Formam tum vertitur oris
Antiquom in Buten. Hic Dardanio Anchiſae
Armiger ante fuit, fiduſque ad limina cuſtos.
Tum comitem Aſcanio pater addidit. Ibat Apollo
Omnia longaevo ſimilis, vocemque, coloremque,

Et

SERVII.

642. DIIS GENITE. Propter Venerem. GENITURE DEOS. Propter Julium Caeſarem, & Auguſtum. JURE. Merito.

643. GENTE SUB ASSARACI. Sub gente Romana. *Aſſaracus* enim pater eſt [98] Capyos, avus Anchiſae. FATO VENTURA. Magna: haec enim bella ſunt gravia, quae fatali ratione proveniunt, ut Trojana, & Thebana. [99] [RESIDENT. Sedabuntur, ut *tempeſtatem reſidere* dicimus.

644. NEC TE TROJA CAPIT. Vel major es quam patria, vel] [1] major es meritis quam civitas, in qua nunc es. Lucanus de Caeſare I. 175. *Plus patria potuiſſe tua.*

645. SPIRANTES. Vitales, quibus ſpiramus & vivimus.

646. PETIT. Notandum *petit*, ſine inſidiis dictum.

647. [2] [ANTIQUUM IN BUTEN. Hic *Butes*, ſemel hic nominatur, ut bis, *Nautes*.]

648. FIDUSQUE AD LIMINA CUSTOS. Aedituus fuit: quod, ut ſupra I. 730. diximus, in ingenti honore apud majores fuit. Illic enim & epulabantur, & deos [3] colebant. Cenſus etiam [4] omnis illic ſervabatur: quod & Plautus docet in Aſinaria, in qua inducit Sauriam, ſervum atrienſem, in tota familia plurimum poſſe. [5] [*Ad limina* ſane, figuratum.]

VARIORUM.

640. VICTOREM. *Juvenem* Venetus.

642. DIS GENITE, ET. Ita adulatur Domitiano Statius lib. I. Silv. I. 76.

Salve magnorum proles, genitorque Deorum.

643. RESIDENT. *Reſident* in tertio Rottendorphio & altero Hamburgico. HEINS. Et in Zulichemio.

644. NEC TE TROJA CAPIT. Imitatus Statius I. Achil. 151.

Nunc illum non Oſſa capit, non Pelion ingens.

ubi vide Barth. & notas ad Ovid. III. Triſt. IV. 30.

Ibid. EFFATUS. *Affatus* Leidenſes duo, primus Moreti, & Ed. Juntina.

645. MITTIT. *Miſit* Francianus, ſecundus Rottendorphius & tertius Mentelius, & pro varia lectione Leidenſis. *demovet* tertius Mentelius & Excerpta noſtra. *ſpumantes* prior Hamburgicus.

646. FORMA. *Formam* in pleriſque ſuis teſtatur legi Pierius, quomodo & tres codices Rottendorphii ex noſtris, & uterque Mentelius, ac Hamburgicus, tum primus & ſecundus Moretanus, & prior Voſſianus, etiam Gudianus a manu ſecunda. quae ſcriptura elegantem & dignum Maronis genio Graeciſmum refert. HEINS. Ita & Zulichemius & Leidenſis.

648. LIMINA. *Lumina* Sprotianus.

649. TUM. *Hunc* ſecundus & tertius Rottendorphius, Leidenſis, Zulichemius & quartus Moretanus, & Francianus & Regius. *Tunc* Parrhaſ.

651. CRI-

98 Capis L. Voſ. Capronis R. 99 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Major* ℣. 644. 1 majoris L. Voſ. Steph. al. majoris meritis R. 2 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 3 celabant R. hoc non de nihilo puto. an Gazas vel theſauros celabant. 4 omnes illic ſervabant, quod etiam Plautus in Aſin. Dan. & Fabr. ſed ille addit. docet in Aſin. 5 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Et crinis albos; & ſaeva ſonoribus arma:
Atque his ardentem dictis adfatur Iulum:
Sit ſatis, Aeneide, telis inpune Numanum
Oppetiiſſe tuis: Primam hanc tibi magnus Apollo
Concedit laudem, & paribus non invidet armis.
Cetera parce, puer, bello. Sic orſus Apollo
Mortalis medio adſpectus ſermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.

Ad-

SERVII.

651. SAEVA SONORIBUS ARMA. Strepitu terribilia. [6] [Et ſunt *ſaeva arma*, quae habent ſonorem, ut ſup. 359. *aurea bullis Cingula:* An etiam *ſonoribus ſaeva?*]

652. ARDENTEM. Deſiderio dimicandi: unde, *animoſque ad ſydera tollunt*. Melius Aſcanii intelligimus, ſicut Statius de Menaeceo [6 *] x. 680. *Et laudibus implet honeſtis.*

653. AENEIDE. Patronymicum hoc non venit ab eo, quod eſt *Aeneas:* nam *hic Aeneades*, & *o Aeneade* faceret. [7] [Sed ab eo, quod eſt *Aeneus*, ut a *Theſeus Theſeide.*]

654. PRIMAM HANC TIBI MAGNUS APOLLO. Dicendo *primam* [8] *hanc*, pollicetur & aliam. CONCEDERE autem ſe ideo dixit: quia ſagittarum deus eſt: & licet eum Jupiter juverit, Apollo tamen ſuum ſibi officium vindicat, quod dicit ſe conceſſiſſe: quia non prohibuit. Ea enim, quae ab aliis numinibus poſcimus, tunc implentur, ſi non adverſentur numina, quorum propria ſunt quae poſcimus: unde & in quarto Juno ait: ỳ. 125. *Adero, & tua ſi mihi certa voluntas.* Hoc eſt, quod in me eſt, jungam eos: reſtat [9] ut tuum implere velis officium.

655. PARIBUS NON INVIDET ARMIS. Pari gloriae: nam ut Apollo puer [10] occiſo Pythone ultus eſt matris injuriam, ſic Aſcanius occiſo Numano Trojanorum caſtra injuriaſque defendit. *Paribus* ergo *armis*, id eſt, ſimilibus; non peritia, [11] ſed genere victoriae.

656. CAETERA. Deinceps: & eſt adverbium: [12] [id eſt, in caeterum: eſt autem Ennianum: *Cetera, quos peperiſti, ne cures.*] ORSUS. Modo locutus, [13] [id eſt, pro eo, qui deſierit:] alias coepit, quod magis eſt proprium; ut I. 329. *Sic Venus, at Veneris contra ſic filius orſus.*

657. MEDIO SERMONE. Ideo *medio*, quia non reſpondit Aſcanius. [14] [*Sermo* enim eſt duorum vel plurium oratio, & ex dicente reſpondenteque conficitur.]

VARIORUM.

651. CRINIS ALBOS. *Flavos* primus & ſecundus Rottendorphii, alter Mentelius, primus Moretanus, uterque Voſſianus, Leidenſis & alii quinque. quod ex lib. IV. 558. irrepſiſſe cenſeo, ubi habemus,

Omnia Mercurio ſimilis, vocemque coloremque
Et crines flavos.

Opinatus ſum aliquando, *ravos crines* hic reponi debere. ſic de Bellona apud Silium v. 220. pro *flavam ſanguine multo ſparſa comam*, lege, *ravam.* Avien. Fab. 39. ubi lego,

Et quod nil ravos variarent terga leones.

non *nulla graves.* ita *ravus praeco* Sidonius Panegyrico Majoriani ỳ. 562. & ſic alibi idem. vide Savaronem. *ravi anſeres* ex ſcriptis apud eumdem lib. IX. Ep. II. *ravuli choraulae.* lib. IX. Epiſt. 13. *rabuſcula vitis* pro *ravuſcula* Plinio XIV. 4. *pilus raviot*

6 deſunt iisdem. 6 * in Statio legitur, *atque ignibus implet honeſtis.* 7 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. male Maſvicius, *Aneis* & *Theſeis* edidit. 8 deeſt Dan. Fab. dicendo hanc, poll. Baſil. 9 & tu tuum Dan. Fab. ut & tuum L. Voſ. R. Steph. al. 10 extinxit Pythonem in vindictam matris, ſic Numanem Aſcanius Dan. Fabr. ſed ille addit, ut Trojanorum caſtra injuriaſque defenderet. 11 ſed triompho Dan. Fabr. 12 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 13 deſunt iisdem. 14 deſunt L. Voſ. R. Steph. totus autem ſermo ex &c. Baſil. Danieli deſunt, & ex d. &c.

Adgnovere Deum proceres divinaque tela
Dardanidae, pharetramque fuga ſenſere ſonantem.
Ergo avidum pugnae, dictis ac numine Phoebi,
Aſcanium prohibent: ipſi in certamina rurſus
Succedunt, animaſque in aperta pericula mittunt:
It clamor totis per propugnacula muris:
Intendunt acris arcus, amentaque torquent.

Ster-

SERVII.

660. FUGA. Abſceſſu: [15] [& more ſuo abeuntes deos inducit agnoſci.] PHARETRAMQUE SONANTEM. Quia [16] dixit ſupra 650. *Et ſaeva ſonuribus arma.* [17] [Homer. Iliad. A. 46. Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο, Αὐτοῦ κινηθέντος.]

661. DICTIS. Propter auditam orationem. AC NUMINE. Propter agnitum deum.

663. [18] [ANIMASQUE IN APERTA PERICULA MITTUNT. Plus enim quam manifeſta ſunt praeſentia pericula, quando audientibus Trojanis bello prohibebatur Aſcanius, ne periclitaretur.]

665. INTENDUNT ACRES ARCUS. Pro, ipſi acres: [19] [ut enim & in primo 318. diximus,] arcum unuſquiſque habet pro viribus ſuis. AMENTAQUE TORQUENT. Pro, tela amentis torquent: nam *amentum*, eſt lorum, quo media haſta [20] religatur & jacitur.

VARIORUM.

ravior equi, non *rubrior*, legit apud Plinium lib. X. cap. 63. Pintianus. vide annotata ad Ovidium I. Am. XI. 19. HEINS. *Flavos* Pharraſ. Ed. Mediol.

653. AENEIDE. Jurarim Poëtam nulla alia de cauſſa uſum fuiſſe hoc patronymico *Aeneide*, niſi ut haberent Grammatici, unde operis titulum, qui eſt *Aeneis*, commode deducerent. ſic enim ab *Aeneides* maſculino, *Aeneis*, dicimus foemininum, ut a Theſides, Theſeis. MUSON. *Aeneide* Probus agnoſcit lib. I. Art. Gramm. *Aenide* Mediceus, Gudianus & multi alii. in Menteliano utroque, primo Rottendorphio, aliiſque *Aeneidae*; & in Mentelio priore a manu ſecunda *Aenidae*, & ſuperſcriptum *Aenida*. *Aenidae* etiam in primo Moretano. Vaticanus ille longe vetuſtiſſimus Pierii agnoſcit *Aeneade*. *Aeneadae* Romani paſſim Poëtis dicti, ab Αἰνέας pro Αἰνείας, ut demonſtrat Voſſius lib. II. Art. Gramm. cap. II. cujus vocis ſyllaba ſecunda corripitur. ſed tamen Priſcianum audiamus. Is lib. II. *Pelias Peliades*, *Aeneas Aeneades*, *Menoetius Menoetiades. Nam Aenides magis contra regulam auctoritate Poëtica poſuit Virgilius, e & a correptas in i productam convertens, vel quaſi ab Aeneus, Aenides, ſicut a Peleus Pelides, proferens in* IX. *ſit ſatis Aenide.* Idem in ſequentibus *Aenide* pro *Aeneide* poſitum pluribus contendit, eandemque ſcripturam lib. VII. rurſus agnoſcit. etiam in libello de XII. verſibus principalibus Aeneidos Virgilianae: *ab Aenea poſſeſſivum Aeneius & Aeneicus, Appulejus in epitomis Hiſtoriarum Aeneica gens. Patronymicum Aeneades, ſecundum analogiam, itaque hoc uſus ubique eſt Poëta. in uno tamen loco uſus auctoritate Poëtica Aenides dixit. ſit ſatis Aenide, quaſi ab Aeneus nominativo, ſicut a Peleus Pelides, unde etiam Poëmati ſuo Aeneis inſcripſit, quod eſt foemininum Aeneidae, quod per ſynaereſin Aeniden dixit.* Haec & plura ille. hinc patet male apud Hieronymum in Chronico Euſebiano ad annum M. M. *Aeneidum*, vel ut in codicibus nonnullis eſt vetuſtis, *Aeneadum* libros vocari: *Varius & Tucca Virgilii & Horatii contubernales Poëtae habentur illuſtres, qui Aeneidum poſtea libros emendarunt, ſub ea lege, ut nihil adderent.* Potuit tamen & *Aenida* Maro ſcripſiſſe, ſi veterrimorum codicum

15 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 16 ait Dan. 17 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 18 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. 19 deſunt L. R. 20 ligatur Dan. Fabr. Barth. ad Stat. IV. Theb. 153. ex codice producit *giratur*, certe melius quam vulgata. ſed forte ſcripſit *libratur*, quod verbum in hac re proprium. ut lib. X. 773. & ita conjecerat Heinſius ad Ovid. Epiſt. XII. 125. vid. ſupr. ℣. 417. *librare* vero eſt quam ad vibrandum concutimus telum & quaſi in libra expendimus an certum locum poſſit tangere. ut poſt multos alios Markl. ad Stat. v. II. 102. & Oudend. ad Lucan. IV. 40. BURM.

Digitized by Google

Sternitur omne ſolum telis: tum ſcuta, cavaeque
Dant ſonitum flictu galeae: pugna aſpera ſurgit.
Quantus ab occaſu veniens pluvialibus Haedis
Verberat imber humum: quam multa grandine nimbi
In vada praecipitant; quum Juppiter horridus auſtris
Torquet aquoſam hiemem, & coelo cava nubila rumpit.
Pandarus & Bitias, Idaeo Alcanore creti,

Quos

SERVII.

667. FLICTU. Pro adflictu, [21] [vel inflictu,] id eſt, ictu: nam detraxit more ſuo praepoſitionem: [22] [& loquutus eſt juxta antiquum morem. Pacuvius Teucro: *Flictus navium.*]

668. PLUVIALIBUS HOEDIS. [23] Supra Tauri cornua eſt ſignum, cui Auriga nomen eſt: hunc cum Tauro una clara ſtella conjungit. Retinet autem Auriga ſtellas duas in manu, quae *Hoedi* vocantur, & capram, [24] [quam Amaltheam dicunt: [25] quarum & ortus & occaſus graviſſimas tempeſtates [26] faciunt. [27] Oriuntur autem cum Scorpione menſe Octobri.

670. JUPPITER. Aër: ut Horatius I. od. I. *Manet ſub Jove frigido venator.* [28] [EDUXIT. Quidam pro educavit volunt intelligi.]

VARIORUM.

cum veſtigiis inſiſtitur. ſic *Anchiſiada* lib. VI. in optimis membranis. *Aeacida* ſaepe apud Poëtas. *Cecropida* apud Naſonem lib. VIII. Met. in vetuſtiſſimis exemplaribus. HEINS. *Aenide* Edd. primae.

654. TUIS. *Suis* ſecundus Rottendorphius.

Ibid. PRIMAM HANC. *Prima hac t. m. A. C. laude* Hugenianus. *primum* Editio Juntina.

655. ET PARIBUS NON. *Nec paribus invidet* Ed. Venet.

657. MORTALES MEDIO ADSPECTUS, &c. Donati lectio *ſic orſus Apollo mortalis, medio &c.* FABRIC. *Adſpectu* ſecundus Moreti. *viſus* Gudianus pro varia lectione, quod arceſſitum eſt ex lib. IV. 276.

660. SONANTEM. *Tonantem* ſecundus Rottendorphius, & ſecundus Moreti.

662. CERTAMINA. *Certamine* Montalbanius, & Bigotianus. *certamina curſus* in Hugeniano. *ad certamina* Regius.

663. ANIMASQUE. *Animoſque* alter Hamburgenſis.

664. MURIS. In tertio Rottendorphio a manu prima, *moris.* pro *moeris* opinor, quomodo & alibi noſter. HEINS. Vid. inf. X. 24.

667. SONITUM FLICTU. *At flictu* Mediceus, hoc eſt, *ad flictum.* Vaticanus Pierii *adflictu.* ſed nihil mutandum eſſe ex Servio apparet: & ſane *flictu* Mentelianus uterque, omnes Moretani ac Rottendorphii, aliique complures. Silius libr. IX. 322.

Galea horrida flictu,
Adverſae horreſcit galeae.

lib. XIV. 558.

Remorumque fragor flictuque ſonantia roſtra.

Auſon. Ep. XXV.

Cymbala dant flictu ſonitum.

Apud Valer. Flac. lib. IV. 612. ſcribendum videtur, *Et tonat a flicta ſemper domus ignea maſſa*, non *afflicta.* adi Nonium Marcellum in *fligere.* & Ivonem Villiomarum adverſus Rob. Titium lib. VI. Locor. Controverſ. cap. 9. & de verbo *fligere* vide Voſſium de Analogia lib. III. 27. HEINS. *Fluctu* Gudianus, Menagius & Hamburgicus ſecundi. *afflictu* Montalbanius.

668. OCCASU. Vel *Oceano* Zulichemius. ſed vulgata eſt apud Lutatium ad Stat. III. Theb. 25.

669. MULTA. *Multi* P. Daniel.

671. NUBILA RUMPIT. *Lumina* Mediceus a manu prima. in tertio Rottendorphio, *telo cava nubila*

21 deſunt R. L. Voſ. Steph. al. 22 deſunt iisdem. 23 ſuper L. Voſ. R. Steph. al. ſub. t. cornu Dan. Fabr. 24 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 25 quorum iidem. 26 facit iidem. 27 oriente autem ſcorpione occidunt Dan. oriente autem ſcorpione occidunt menſe Octobri Fabr. cum ſcorpio L. Voſ. R. Steph. Octobrio L. Voſ. R. 28 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Quos Jovis eduxit luco ſilveſtris Hiera,
Abietibus juvenes patriis & montibus aequos,
Portam, quae ducis imperio commiſſa, recludunt
Freti armis, ultroque invitant moenibus hoſtem.
Ipſi intus dextra ac laeva pro turribus adſtant
Armati ferro, & criſtis capita alta coruſci:

Qua-

SERVII.

674. MONTIBUS AEQUOS. [29] Idae, vel ejus arboribus exaequandos.

675. DUCIS IMPERIO COMMISSA. [30] [Aut quae ei *commiſſa* fuerat imperio [31] abſentis Aeneae: aut, quod eſt melius, quae imperio Aeneae fuerat *commiſſa*, [id eſt, clauſa: unde & *commiſſurae*, dicuntur conjunctiones tabularum, ſecundum ſuperiorem ſenſum. Contrarium eſt, quod dixit ſup. 179. *Rectores juvenum & rerum dedit eſſe magiſtros.* Aeneas enim abſcedens principibus omnium rerum commiſerat curam. Alii *ducis*, Aſcanium accipiunt: alii *commiſſa* ideo *clauſa* accipiunt, quia ſuperius lectum eſt 39. *Heja ingenti clamore per omnes Condunt ſe Teucri portas.* Quietis enim rebus portae patebant, per quas ſe Teucri ſub adventum hoſtis receperant; propterea quod ait: *Namque ita diſcedens praeceperat optimus armis Aeneas, ſi qua interea fortuna fuiſſet, Non aequo dare ſe campo, non obvia ferre Arma viros, ſed caſtra fovero.* Sane *commiſſa*, deeſt ſibi, vel illis,] Pandaro, & Bitiae; ne contrarium ſit, quod dixit: *Rectores juvenum & rerum dedit eſſe magiſtros.*] Scimus enim, quod Mneſtheo & aliis ducibus imperaverat [32] Aeneas, ad petenda proficiſcens auxilia, ne portas aperirent, ut: *Caſtra modo, & tutos ſervarent aggere muros.* Item legimus, Mneſthea & Sereſthum ductores fuiſſe, & rerum magiſtros; non Pandarum & Bitiam: unde apparet, [33] quia hunc locum male intellexit Donatus, dicens, *Commiſſam portam*, id eſt, *creditam Pandaro & Bitiae:* [34] [qui duces non erant. [35] [Cornutus vero melius ſenſit, dicens: *portam*,] *quae ducis imperio commiſſa fuerat, hoc eſt, clauſa, eam aperuerunt. Commiſſura* enim, dicitur tabularum conjunctio: ſicut Cicero in [36] Fontejana meminit.] Ergo melius eſt, ut *commiſſam*, dicamus *clauſam*, quam creditam Pandaro & Bitiae.

676. [37] [MOENIBUS. Pro, in moenia.]

677. PRO TURRIBUS. Aut vice turrium: aut pro defenſione.

678. ARMATI FERRO. Aut bene inſtructi armis: aut, ut Aſper dicit, ferrea corda habentes, id eſt, dura, & cruenta [38] cogitantes: ut Ennium ſit ſecutus, qui ait: *Succincti corda machaeris.*

VARIORUM.

nubila rumpit, ut ad fulmen referatur. Nil muto. HEINS.

672. CRETI. *Nati* prior Hamburgicus & Dorvill.

673. HIERA. *Iera* Mediceus & caeteri maximam partem. in Menteliano priore & Gudiano *Iaera*; ſed perperam. Ἱερὰ Πόλις, μεταξὺ Φρυγίας κὶ Λυδίας, πόλις θερμῶν ὑδάτων πολλῶν πλήθουσα, Stephano Byzantio. mox *Abietibus patriis juvenes* in Gudiano, Mentelio priore & Moretano ſecundo. HEINS. *Hibera* Zulichemius. *Hyena* Turneb. Guel. *Hieta* Dorvill.

674. JUVENES. *Patriis juvenes &* Regius. *aequis* Gudianus.

675. IMPERIO. *Imperio eſt* Macrobius lib. v. Saturn. cap. II. HEINS. *Reducunt* Hugenianus.

676. ULTROQUE. *Utroque* Dorvill. recte Servius *moenibus* pro in moenia. ſic VIII. 178. *ſolioque invitat acerno.*

677. ASTANT. *Inſtant* primus Moretanus, Voſſianus prior, prior Hamburgicus & primus Rottendorphius.

29 Ideo Dan. Fabr. al. 30 deſunt L. R. Voſ. Baſil. uſque ad, *ſcimus enim.* ſed Steph. deſunt ab, *id eſt clauſa* uſque ad *Pandaro & Bitiae.* 31 abeuntis Steph. 32 Aeneas proficiens, ne portas L. Voſ. in Reg. exciderat vox *omiſſa.* 33 quod Baſil. 34 deſunt L. relicta lacuna ad, *quae ducis.* 35 deſunt Dan. multum in hac nota turbatum eſt. 36 Fundaniana L. Voſ. Steph. al. Funtejana Fabr. Fundiana R. vid. ad II. Georg. 342. ſed Patricius retulit inter fragmenta Fundanianae. 37 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 38 comitantes R. Steph. al. committentes Voſ. Fabr.

Quales aëriae liquentia flumina circum,
Sive Padi ripis, Atheſim ſeu propter amoenum,
Conſurgunt geminae quercus, intonſaque coelo
Adtollunt capita, & ſublimi vertice nutant.
Inrumpunt, aditus Rutuli ut videre patentis.
Continuo Quercens, & pulcher Aquicolus armis,

Et

SERVII.

679. [39] [QUALES AERIAE. Comparatio ex Homero Iliad. M. 127.

Ἐν δὲ πύλῃσι δύ' ἀνέρας εὗρον ἀρίστους
Υἷας ὑπερθύμους Λαπιθάων αἰχμητάων·
Τὸν μὲν Πειριθόου υἷα κραταιὸν Πολυποίτην,
Τὸν δὲ Λεοντῆα, βροτολοιγῷ ἶσον Ἄρει.
Τὼ μὲν ἄρα προπάροιθε πυλάων ὑψηλάων
Ἕστασαν· ὡς ὅτε τε δρύες οὔρεσιν ὑψικάρηνοι,
Αἵτ' ἄνεμον μίμνουσι, καὶ ὑετὸν ἤματα πάντα,
Ῥίζῃσιν μεγάλῃσι διηνεκέεσσ' ἀραρυῖαι.
Ὣς ἄρα τὼ χείρεσσι πεποιθότες ἠδὲ βίηφι
Μίμνον ἐπερχόμενον μέγαν Ἄσιον, οὐδ' ἐφέβοντο.]

LIQUENTIA FLUMINA. [40] Juxta Padum, & Atheſim, Venetiae flumina, eſt etiam fluvius *Liquetius*, [41] [inter Altinum & Concordiam,] quem nunc commemorat. Ergo *Liquetia*, proprium eſt nomen; non epitheton: [42] ne incipiamus a generalitate, ad ſpeciem reverti: quod vitioſum eſt: [43] ut ſi dicas: Circa flumina naſcuntur arbores: & ſic inferas, circa Tyberim vel Anienem: ſufficit enim dixiſſe, circa flumina, generaliter. Unde apparet, quia *Liquetia* legendum eſt, non *liquentia*.

680. [44] [SIVE PADI RIPIS, ATHESIM SEU PROPTER. *Padus*, Italiae fluvius, aliquas provincias dextra laevaque contingit, inter quas & Venetiae partem praeterfluit. ATHESIS, Venetiae fluvius eſt, Veronam civitatem ambiens, & in Padum cadens.]

681. INTONSAQUE COELO. Hoc ad ſupradictas criſtas refertur. GEMINAE QUERCUS. Non quia tantum duae naſcuntur; ſed ad iſtorum ſimilitudinem reſpexit; id eſt, quando ſimiles elevantur quercus.

684. PULCHER EQUICOLUS ARMIS. [45] Ut *pulcher veſtibus*, ſic *pulcher armis*, hoc eſt, per arma: & quod erat armorum retulit ad perſonam: [46] [& melius figuratum, quam ſi dixiſſet, *pulchris armis*.]

VARIORUM.

phius. in Leidenſi, *obſtant*. HEINS. Sed *adſtant* praefero. ut ſupra *ſtaus pro turribus Idas* 575.

678. CORUSCI. *Coruſcant* Mediceus, ſed perperam. male etiam apud Macrobium *coruſcis*. HEINS. *Coruſcis* Venetus. *coruſcent* Hugenianus.

679. LIQUENTIA. *Liquetia* Servius contendit legendum eſſe. atque ita Mentelianus uterque, cum aliis nonnullis. Gudianus etiam a manu ſecunda. Mentelianus quoque verba Servii adſcripta habet. *Liquetia flumina) juxta Padum & Atheſin Venetiae flumina eſt etiam fluvius Liquetius, quem nunc commemorat. Ergo* Liquetia *proprium eſt nomen, non eſt epitheton, ne incipiamus a generalitate ad ſpeciem reverti. quod vitioſum eſt. ut dicas circa flumina naſcuntur arbores & ſic inferas, circa Tiberim vel Anienem. ſufficit dixiſſe flumina generaliter. unde apparet, quia Liquetia legendum, non Liquentia.* Haec paullo aliter in vulgatis Servii codicibus leguntur. ſed qui Servio fluvius eſt *Liquetius*, is Plinio Nat. Hiſt. lib. III. cap. 28. *Liquentia flumen.* Apud Paulum Diaconum quoque lib. V. cap. 39. *Pons Liquentiae fluminis.* in Montalbanio codice, *Liquencia flumina*, cum

39 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 40 haec in Dan. & Fabr. hoc ordine leguntur: *Padus* Italiae fluvius aliquas provincias dextra laevaque contingit, inter quas & Venetiae partem praeterfluit. *Atheſis* Venetiae fluvius eſt Veronam civitatem ambiens & in Padum cadens. *Liquetia* fluvius Venetiae inter Al. e. C. q. n. com. Nam Liquetia non eſt epitheton, nemo enim a generalitate tranſit ad ſpecies. unde app. q. L. l. e. n. L. 41 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 42 ne incipiens a generalitate ad ſpeciem revertatur Fabr. 43 ut dicas L. Voſ. R. 44 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 45 ut pulcher armis, pulcher veſtibus, & melius &c. Dan. reliquis omiſſis. 46 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Et praeceps animi Tmarus, & Mavortius Haemon,
Agminibus totis aut verſi terga dedere,
Aut ipſo portae poſuere in limine vitam.
Tum magis increſcunt animis diſcordibus irae,
Et jam collecti Troës glomerantur eodem,
Et conferre manum, & procurrere longius audent.
Ductori Turno, diverſa in parte furenti,

Tur-

SERVII.

685. PRAECEPS ANIMI. Figurate genitivo junxit: nam dicimus, [47] [*praeceps iracundia*,] *praeceps furore.* [48] [MAVORTIUS HAEMON. Non Martis filius; ſed bellicoſus.]

686. AGMINIBUS TOTIS. Deeſt *ab:* & ſignificat, eos primo fugatos eſſe, mox occiſos: aut certe [49] aliquos fugatos, aliquos interemptos. [50] [Quidam dubium putant, utrum, *ab agminibus totis terga dedere*, an *ab agminibus verſi*.

687. POSUERE IN LIMINE VITAM. Ut IV. Georg. 238. *animaſque in vulnere ponunt.*]

688. ANIMIS DISCORDIBUS IRAE. Hoſtilibus, ſcilicet Trojanorum, qui a Rutulis diſcordabant.

VARIORUM.

cum gloſſa, *Liquentius fluvius*. ſed & illic *Liquecia* repoſitum, eraſa litera *n*. *Liquentia flumina*, in hoc Maronis loco exhibet Diomedes lib. II. Inſtitutionis Grammaticae, & Macrobius lib. V. Saturn. cap. 11. HEINS. *Liquentia* legit & Giſanius in Epiſtola ad Th. Canterum, quam edidit A. Matthaeus in Sylloge ſua primam. & ſic Guell. *Liquetia* Ed. Mediol.

680. ATHESIM. *Ethesim* P. Daniel. *praeter* Hugenianus a manu ſecunda. *ſeu Padi* etiam Parrhaſ.

683. INRUMPUNT. *Arrumpunt* alter Menagii. *erumpunt* Bigotianus. *prorumpunt* Sprotianus pro diverſa lectione. *irrumpunt aditus Rutuli; ut v. p.* Regius. ita *irrumpit limina* lib. IV. 645.

684. EQUICOLUS. *Aquicolus* in Mediceo & ſecundo Moretano. caeteri noſtri *Aquiculus*. *Aquiluus* tamen in Menagiano priore, & Sprotiano. quid ſi *Aciſcolus*, quod Valeriae gentis cognomen, ut ex nummis antiquis liquet? ſed & apud Macrobium cum hic Maronianus heros *Equicolus* appelletur lib. V. Saturn. cap. 15. codex vetuſtus Thuanae Bibliothecae *Aquicolum* appellat. HEINS. *Aquilurus* prior Hamburgicus. *Equiculus* Parrhaſ. *Aquiculus* Regius Ed. Venet. *Equicolus* Ald. vid. ad lib. VII. 747.

685. TMARUS. *Tmaros* ſecundus tertiuſque Rottendorphii. quomodo in Bucolicis, *Aut Tmaros aut Rhodope*. HEINS. *Marus* Montalbanius, & Francianus, Mediceus & Regius. *Thmarus* Venetus & Menagii alter. *Thamarus* Zulichemius. *Timarus* Parrhaſ. *Himarus* Ed. Venet. *Tinarus* Mediol. *princeps animi* ſecundus Moretanus. *Haemo* Menagii prior.

686. AGMINIBUS TOTIS. Non placet expoſitio Servii. explico more Graecorum, i. e. cum agmine quiſque ſuo repulſi ſunt: nam de Pandaro tantum & Bitia mentio. FABER. *Adverſi* Parrhaſ. *Averſi* Dorvill.

687. POSUERE. *Dedere* Parrhaſ.

688. MAGIS. *Magnae* Dorvil.

689. EODEM. *In unum* Bigotianus.

690. CONFERRE MANUM. *Gradum* Nonius agnoſcit in *conferre*. quod adridet. etſi *conferre manum*, non uno loco apud noſtrum occurrit. ut lib. X.

Incipias conferre manum.

ſupra hoc libro,

Ergo etſi conferre manum pudor iraque monſtrat.

lib. XII.

Stat conferre manum Aeneae.

alterius exemplum habes lib. VI.

Juvat uſque morari,
Et conferre gradum.

III. Georg.

Junge pares & coge gradum conferre juvencos.

ſic & Plautus Moenechmis,

Pro-

47 deſunt iisdem. 48 deſunt iisdem. apud Stat. IV. Theb. III. Lutatius explicat non Martis filius, ſed qui virtute polleat. 49 aliquos ſ. aliquos int. L. Voſ. R. Steph. al. 50 deſunt iisdem. ad ℣. 688.

Turbantique viros, perfertur nuntius, hoſtem
Fervere caede nova, & portas praebere patentis.
Deſerit inceptum, atque inmani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam, fratreſque ſuperbos:
Et primum Antiphaten, is enim ſe primus agebat,
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,
Conjecto ſternit jaculo. Volat Itala cornus
Aëra per tenerum, ſtomachoque infixa ſub altum

Pe-

SERVII.

692. [51] [NUNTIUS. Et qui nuntiat dicitur, & qui nunciatur; ſed modo hic qui nunciatur.]

695. FRATRESQUE. Quos ſupra portam dixit tenere.

696. SE PRIMUS AGEBAT. [52] [Juxta veteres, *agebat*, pro veniebat, ut [53] VI. 337. *Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat*. Plautus in Moſtellaria I. IV. 28. *Unde agis te?* Ut enim nos e contrario dicimus, *duco me*, ita illi, *agis ſe*, ἀπὸ τοῦ ἄγειν. *Se agebat*,] hoc eſt, incedebat. Tractus autem ſermo eſt a ratione Phyſica: nam agitur corpus animi judicio: unde Terentius Andr. II. IV. 25. *Quo te agis?*

697. [54] [THEBANA DE MATRE. Parentheſis eſt. Sane Thebae, aliae Aegyptiae, aliae Boeotiae, aliae Phrygiae.] SARPEDONIS ALTI. Id eſt, nobilis.

698. ITALA CORNUS. Telum de Itala cornu factum, [55] [& materiam pro opere poſuit.]

699. STOMACHO INFIXA. Graecus ſermo eſt.

VARIORUM.

Propere fer pedem, confer gradum.
ita & Livius aliique melioris aevi ſcriptores, quomodo *capita* & *conſilia conferre* ſimiliaque. Symmachus lib. I. Ep. 10. *Hanccine mihi eſſe fortunam, ut quoquo verſum pedem gradumque contulero, exaedificandum aliquid offeratur*. HEINS.

Ibid. PROCURRERE. *Percurrere* Sprotianus. *procedere* ſecundus Moretanus. *concurrere* Ed. pr. *ardent* Leidenſis.

692. HOSTEM. *Hoſtes* Parrhaſ.

697. THEBANA. Non a Boeotiae, ſed Phrygiae urbe. vid. ad Ovid. XII. Met. 109.

698. CORNUS. Haſtilia ex cornu ita dicta conſtat. ſed Hard. ad Plin. XVI. 40. illa contendit ex II. Georg. 396. *verubus colurnis* male explicari, quaſi ex corno verua fuerint facta; quum *colurnus* ipſam arborem cornum notet. ſed ſi *colurnus* ſit ſubſtantivum, quomodo tunc *verubus* explicabimus? an in verubus torrebimus exta colurnis haſtilibus? ſed *colurnus* eſt adjectivum a *corylus*, ut docet Schol. Horat. I. Sat. VIII. I. *Sicut a corylo colurnus, ita a ficu ficulnus, derivatur*. male ergo a corno derivat Harduinus. BURM.

699. PER TENERUM. Sic Mediceus, cum caeteris omnibus noſtris & pleriſque Pierianis. bene: quo epitheto etiam uſus de aëre Ovidius lib. IV. Metam. 615. Lucretius lib. II.

Et variae volucres, nemora avia pervolitantes,
Aëra per tenerum liquidis loca vocibus opplent.

Tenerae aurae apud eumdem libro primo:

Aëris in teneras poſſint proferrier auras.

idem Naſo lib. V. Triſt. Eleg. 2.

Quot tenerum pennis aëra pulſat avis.

noſter III. Georg. 108.

Jamque humiles, jamque elati, ſublime videntur
Aëra per tenerum ferri.

ita enim Macrobius legit lib. V. Saturn. cap. 13. non *aëra per vacuum*. apud Ennium lib. II. Annal. ex Servio Mſ. Fulvii Urſini, *Tranſnavit cita per teneras caliginis auras*. Cicero de Natura Deorum, ex Euripide:

Vides ſublime fuſum immoderatum aethera,
Qui terram tenero circumjectu amplectitur.

Haſta

[51] deſunt iisdem. [52] deſunt iisdem. [53] ut, *ſeſe Palinurus agebat* iidem. [54] deſunt iisdem. [55] deſunt iisdem.

Pectus abit: reddit ſpecus atri vulneris undam
Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepeſcit.
Tum Meropem atque Erymantha manu, tum ſternit Aphidnum:
Tum Bitian ardentem oculis, animiſque frementem,
Non jaculo: neque enim jaculo vitam ille dediſſet:
Sed magnum ſtridens contorta phalarica venit,

Ful-

SERVII.

700. SPECUS VULNERIS. Poëtica exaggeratio: [56] [*ſpecum* enim pro cavatione poſuit.

701. ET FIXO FERRUM IN PULMONE. Et ferrum fixum, & pulmonem fixum poſſumus accipere.]

702. ERYMANTHA MANU. Id eſt, gladio cominus ferit: nam illi, de quibus ſuperius dixit, [57] non manu occiſi ſunt, ſed miſſo jaculo. Ergo ad differentiam teli jacti, accipe *manu*, id eſt, gladio.

703. ARDENTEM OCULIS, ANIMISQUE FREMENTEM. Et geſtu corporis, & mente commotum.

704. [58] [NEQUE ENIM JACULO. Parentheſis.] VITAM DEDISSET. Pro, reddidiſſet.

705. PHALARICA VENIT. De hoc telo legitur, quia eſt ingens, torno factum, habens ferrum cubitale, [59] & rotunditatem de plumbo in modum ſphaerae. In ipſa ſummitate dicitur etiam ignem habere adfixum, [60] [ſtuppa circumdatum, & pice oblitum: incenſumque aut vulnere hoſtem, aut igne conſumit.] Hoc autem telo pugnatur de turribus, quas *phalas* dici manifeſtum eſt: [61] [unde & in Circo *Falae* dicuntur diviſiones inter euripum & metas, quod ibi conſtructis ad tempus turribus, his telis pugna edi ſolebat.] Juvenalis: *Conſulit ante phalas, delphinorumque columnas.* [62] Ergo a *phalis* dicta eſt *phalarica*, ſicut a muro muralis. Sane *phalaricam* Lucanus dixit nervis mitti tortilibus e quadam machina, ut lib. VI. 198. *Hunc aut tortilibus vibrata phalarica nervis Obruat.* Virgilius vero ait, Turnum manu jaculari potuiſſe: unde apparet, aut a Lucano ad auxeſin illius, qui occidendus fuerat, eſſe dictum: aut a Virgilio ad laudem Turni, qui talem haſtam manu jaculatus eſt.

VARIORUM.

Haſta per teneros criſpata notos, apud Prudentium Pſychomachia. Paullinus ad Auſonium:

Et teneris vecti per ſidera nubibus ibunt,
Coeleſtem ut medio venerentur in aëre regem.

ſic *tener orbis*. vide Dalec. ad Plinii lib. I. cap. 3. pag. 4. ubi lege ex veſtigiis Mſ. Chiffleti, *quod clariſſimi auctores dixere tenerum, rerum argumentis indicatur.* vel lege *c. a. dix. teres, rerum quod dix.* &c. HEINS.

Ibid. SUB ALTUM. *Sub alto* Parrhaſ.

700. VULNERIS. *Sanguinis* prior Hamburgicus. *alti vulneris* Pricaeus ad Apulej. Mil. pag. 374. ſed refutavit jam Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. VI. 68. & firmat imitatio Statii VIII. Theb. 748.

Terga cruentantem concuſſi vulneris unda.

BURM.

701. ET FIXO. *Effixo* Oudartii. *fixum ferrum in* Francianus & Dorvil. a m. ſec. & Parrhaſ. a m. pr. qui &, *in pulmone recondit.* & mox, *ardentem animis, oculiſque fr.* itidem a m. pr. *oculis animoque* Zulichem.

702. APHIDNUM. *Afidnum*, *Aphidum*, *Afidum*, *Aphinum*, *Afitnum*, *Apidnum*, *Afitmum*, *Afignum*, *Apronum*, *Aphipnum*, *Aphium* ſcripti. *Aſidnum* Ed. Venet. *Afidnum* Mediol. Heinſius in ora codicis etiam conjiciebat, *Tum Meropem ac Periphanta. Eremantha* Zulichemius. mox, *Bitiam*

56 deſunt iiſdem. ad ℣. 702. 57 deeſt negativa *non* L. R. quod poſſet explicari etiam, manu occiſi ſunt, ſed m. jaculo. Et puto melius ſequentibus convenire, ut manu, opponatur telo jacto. 58 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 59 ſupra quod veluti quaedam ſphaera, cujus pondus etiam plumbo augetur. dicitur enim ignem &c. Dan. Fabr. 60 deſunt L. Voſ. R. Fab. al. 61 deſunt iiſdem. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 640. 62 Hinc Phalarica haſta, ſicut alia muralis Dan. Hinc P. h. ſicut a muro muralis Fabr. a muro ſicut muralis Maſvic.

Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga,
Nec duplici ſquama lorica fidelis & auro
Suſtinuit: conlabſa ruunt inmania membra.
Dat tellus gemitum, & clipeum ſuper intonat ingens.
Qualis in Euboico Bajarum litore quondam
Saxea pila cadit; magnis quam molibus ante
Conſtructam ponto jaciunt: ſic illa ruinam

Prona

SERVII.

706. FULMINIS ACTA MODO. Amat tela cum impetu venientia fulminibus comparare. TAUREA TERGA. Uſurpavit pro, *taurina*. Alibi IV. Georg. 171. *taurinis follibus*: unde, ſicut & [63] Plinius dicit: *Derivationes firmas non habent regulas, ſed exeunt prout auctoribus placet.* Bene autem per tranſitum ejus arma deſcripſit.

707. DUPLICI SQUAMA ET AURO. Id eſt, duplicibus ſquamis aureis. *Squamae* autem, ſunt loricarum catenae in modum ſquamae compoſitae. Sane [64] *ſquama*, & ſplendorem ſignificat, ſi a piſcibus veniat; & ſordes, ſi ab ſqualore; ſed in Virgilio ubique ſplendorem ſignificat.

709. ET CLYPEUM SUPER INTONAT INGENS. [65] [Aut *ipſe ingens* ſuper clypeum intonat:] aut *ingens clypeum* ſuper ipſum tonat: nam lectum eſt etiam *hoc clypeum*; ut probat Caper: quod magis debemus accipere: nam Homerum imitatus eſt, qui ait Iliad. Δ. 503. *ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ*.

710. EUBOICO BAJARUM LITTORE. Bene *Bajarum* addidit, ne [66] Euboeam inſulam intelligeremus, unde Chalcidenſes venerunt, qui condiderunt Cumas, quae ſunt Bajis vicinae. [67] [Poſtumius de Adventu Aeneae, & Lutatius Communium hiſtoriarum, [68] *Bojam* Euximi comitis Aeneae nutricem, & ab ejus nomine [69] *Bojas* vocatas dicunt. Veteres tamen portum *Bajas* dixiſſe, Varro, & a *Bajo* Ulyxis comite, qui illic ſepultus eſt, *Bajas* dictas tradit. QUONDAM. Hic *quondam*, pro expletiva poſuit. Alii *quondam*, medii temporis volunt: quidam *quondam*, ad perpetuitatem temporis referunt, hoc eſt, ut ſolet fieri.

712. PONTO JACIUNT. Hoc eſt, contra Pontum. SIC ILLA. *Sic*, protrahendum: nam cum dixiſſet, *qualis*, addidit, *ſic illa*.]

VARIORUM.

tiam ardentemque ſecundus Moreti & alter Hamburgicus. *Bitiam* Zulichemius. *Tibian* primus Moreti.

706. NEC DUO. *Non* Parrhaſ. & Montalbanius. *quae non* Dorvil.

707. FIDELIS. Vid. ſupr. VII. 604.

708. IMMANIA. *Ῑmenia* Francianus.

709. DAT TELLUS GEMITUM. *At* primus Moreti. Statius VI. Theb. 527. tranſpoſitis vocibus imitatur, *Dat gemitum tellus.* ſed Papinium aures Poëticas non conſuluiſſe recte notat Barthius.

Ibid. CLYPEUM. Nonius *clypeum* refert ad *ingens*, ut ſit neutrius generis. ſed & *ingens tellus* a Marone dici potuit. HEINS. Sed *ingens* Bitias cadens intelligendus. vid. ſupr. 597. de *clypeo* vel *clupeo* vid. Pier. ad II. Aen. 389. adi etiam Parrhaſ. Epiſt. XIX. Colum. ad Enn. XI. Ann. pag. 95.

710. QUALIS. *Talis* Mediceus, quomodo & Vaticanus Pierii. HEINS.

712. JACIUNT PONTO. *Ponto jaciunt* in codicibus noſtris, ſi ſecundum Rottendorphium excipias.

63 haec inepti ab hominis manu profecta cenſet Ryckius. vid. ad II. Aen. 18. hic in L. erat folium exſciſſum, & deerant reliqua, uſque ad lib. X. 14. 64 ſqamae & ſp. ſignificant Dan. 65 deſunt Voſſ. 66 Euboicam Steph. Calchidenſes Voſ. R. 67 deſunt Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 713. Poſtuinus Dan. deſunt Fabr. uſque ad *Varro*. 68 Bojani Euximi Dan. 69 Bojas vocatas dicunt * Dan.

Prona trahit, penituſque vadis inliſa recumbit.
Miſcent ſe maria, & nigrae adtolluntur arenae.
Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile
Inarime Jovis imperiis inpoſta Typhoeo.
Hic Mars armipotens animum vireſque Latinis
Addidit, & ſtimulos acris ſub pectore vertit:
Inmiſitque fugam Teucris, atrumque timorem.
Undique conveniunt; quoniam data copia pugnae
Bellatorque animos Deus incidit.

Pan-

SERVII.

713. PRONA TRAHIT. Ita enim [70] exaedificatur.

715. PROCHYTA ALTA TREMIT. Atqui haec inſula plana eſt; ſed epitheton de praeterito traxit: nam, ut dicit Plinius in Naturali hiſtoria, Inarimes [71] inſula fuit alta, quae terrae motu diffuſa aliam inſulam fecit, quae Prochyta, ab effuſione, dicta eſt: *fundere* enim eſt [72] προχύειν. [73] [*Prochyta* ergo *alta*, quondam ſcilicet. Hanc Naevius in primo belli Punici de cognata Aeneae nomen accepiſſe dicit; ſed [74] *Inarime* nunc *Enaria* dicitur: & ſaepe fulgoribus petitur, ob hoc, quod Typhoeum premat, & quia in eam ad contumeliam ſimiae miſſae ſunt, [75] quas Grajorum lingua ἀρίμους, id eſt, *Enarias* dicunt: ob quam cauſam [76] *Pithecuſam* etiam vocitant; licet diverſi auctores varie dicant: nam alii hanc inſulam Typhoeum; alii Enceladum tradunt premere. Et putatur nove dictum, *Inarimem*, quod & ſingulari numero, & addita ſyllaba dixerit, cum Homerus [77] εἰν ἀρίμοις poſuerit, ut prior ſyllaba praepoſitionis locum obtineat. [78] Livius, in libro nonageſimo quarto, *Inarimem* in [79] Maconiae partibus eſſe dicit, ubi [80] quinquaginta millia terrae igni exuſtae ſunt. Hoc etiam [81] Homerum ſignificaſſe vult.] *Prochyta* ergo *alta*, quondam ſcilicet. DURUMQUE CUBILE. Hoc eſt, mortiferum, ad poenam ſtatutum.

718. STIMULOS ACRES. Saeviendi ſcilicet: nam ſunt & timoris, & libidinis ſtimuli. Notanda quoque [82] prooeconomia, quae id agit, ut veriſimile ſit, Turnum victorem evaſiſſe [83] de caſtris.

720. UNDIQUE CONVENIUNT. [84] [Non dicit qui conveniant, ſed] illi ſine dubio, quibus Mars injecit audaciam, inventa opportunitate [85] irruperunt caſtra Trojana. [86] [QUONIAM. Poſtquam.

VARIORUM.

pias. idem de ſuis omnibus teſtatur Pierius. in tertio Moretano, *conſtructam in ponto jacimus.* HEINS.

713. VADIS ILLISA. *Vadis in littore conbit* Parrhaſ.

714. ATTOLLUNTUR. *Tolluntur* primus Rottendorphius, alter Mentelii, primus Moretanus & duo

70 exaedificantur Dan. aedificatur Steph. 71 mons fuit qui t. m. diffuſus alteram fecit Voſ. R. Steph. al. ſed in R. *de ea fuſus*, in Voſſ. *decaſus*. 72 Ἐκχύειν Steph. al. & vitioſae Gaecae literae in Voſ. & R. videntur inclinare dicta ἀπὸ τοῦ προχύειν. Fabr. ἀπὸ τοῦ προχύειν Dan. 73 deſunt Voſ. R. Steph. al. 74 Narimes Dan. pro *Inarimes*, ut modo vocatur, quaſi nominativus eſſet caſus. quum *Inarime* ſit dicenda. & ſic locus vitioſus decepit Scaligerum & Claverium ad Claud. Praef. vi. Conſ. Hon. 18. & quos ſecutus Barthius, ut Heinſius docuit. BURM. 75 quas * atorum lingua *Narias* dicunt, ob. quas Dan. quas *Narias* dicunt, ob. Fabr. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 68. legit, quas Graecorum lingua ἀρίμους, id eſt Enarias dicunt, vel quas Etruſcorum lingua arimos dicunt. BURM. 76 Pithecoſam Dan. Fabr. al. 77 Ἐναρίμοις Dan. Fabr. 78 Lybius Dan. 79 Maconiae Dan. Fabr. 80 credo deeſſe vocem, & legendum, quinquaginta millia jugera terrae. Salmaſ. d. l. ubi per quinque millia terrae, &c. BURM. 81 numerum Dan. Fabr. 82 oeconomia Baſil. 83 e caſtris Steph. illud e adhaeſit ex praecedenti voce, & ſupr. ad ℣. 468. dixit *caſtris* per fluvium Turnus evadit. 84 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. hinc iterum Heinſius ex codice V. varietates notaverat. 85 *irrumpere* Maſvic. qui forte, ut in Mſ. viderat *irrupēr*, ut in R. & Voſ. inde fecit *irrumpere*. 86 deſunt V. R. Voſ. Steph. al.

Pandarus, ut fuſo germanum corpore cernit,
Et quo ſit Fortuna loco, qui caſus agat res,
Portam vi multa converſo cardine torquet
Obnixus latis humeris, multoſque ſuorum
Moenibus excluſos duro in certamine linquit:
Aſt alios ſecum includit recipitque ruentis.
Demens! qui Rutulum in medio non agmine regem
Viderit inrumpentem, ultroque incluſerit urbi:

In-

SERVII.

725. OBNIXUS. Conniſus, conabundus.]

726. DURO IN CERTAMINE LINQUIT. Sine ſpe evadendi.

727. AST ALIOS SECUM INCLUDIT. [87] [Pro hoſtibus, quoniam multos ſuos excluſiſſet.] Statius x. 508. *Par operi jactura lucro: namque hoſte recepto Excluſere ſuos.* [88] [Poteſt tamen & dubium eſſe, *includit*, utrum hoſtes, an ſuos? ULTRO. Inſuper]

728. DEMENS. [89] Hoc ex affectione ſua poſuit Poëta. Alibi VI. 171. *Sed tum forte, cava dum perſonat aequora concha Demens, & cantu vocat in certamina divos.* [90] [RUTULUM. Poteſt accuſativus eſſe, poteſt & genitivus.]

VARIORUM.

duo treſve alii. HEINS. Et ita Francianus & Parrhaſ.

715. SONITU. *Fremitu* Bigotianus. *alta* deerat primo Moreti. *Procrida a. t. dirumque* Excerpta noſtra. Quum Prochyta non ſit alta, & humilior etiam Iſchiâ, Ampl. Addiſſon in Itinerario pag. 196. Ed. Pariſ. conſtruere mallet, *alta tremit*, ut *crebra* pro *crebro* Georg. III. 500.

716. INARIME. Cur Virgilius, & eum ſecuti, Ovidius, Lucanus, Val. Flaccus, Statius, Silius, Claudianus, & Plinius, de εἰν Ἀρίμοις Homeri Iliad. B. 783. fecerint *Inarime*, ego certe fateor me neſcire. URSIN. Vid. Erythr. & Guellium & D. Heinſ. ad Sil. XII. 248.

717. HIC. *Sic* primus Moreti. *animos* Parrhaſ. *omnipotens* Venetus, Menagianus & Hamburgicus priores. & ita codices Serviani ad X. Aen. 22. ut & *animos*. vid. lib. X. 357.

718. SUB PECTORE. *Sub pectora* Sprotianus, tres Rottendorphii, & alter Hamburgicus, alterque Voſſianus. quod adridet. ſic lib. V. 285. in optimis membranis, *ſub ubera*. libro tamen VI. 101.

Stimulos ſub pectore vertit Apollo.

ſed hic de pluribus eſt ſermo, ibi de unica Sibylla. HEINS. *In pectora* Leidenſis. ſed licet de pluribus, tamen *pectore* poteſt dici. ut *animus* v. ad Phoedr. II. Fab. 2. de variatione illa *ſub pectore*, vel *pectora* vid. ad Valer. Flac. VI. 603. & ſaepe ad Lucanum & alios.

721. BELLATORQUE ANIMO DEUS INCIDIT. *Animos incidit* Mediceus, longe elegantius. confirmat & Sprotianus. de quo vide Juretum ad Symmachum, & nos ad Naſonem nonnihil Halicut. v. 10. & ad Claudianum. Solinus, *Nonnumquam accidebat, ut menſes, qui fuerant exacti hieme, modo aeſtivum, modo autumnale tempus inciderent*, ſic ex codicibus vetuſtis repoſuerunt viri eruditi. de quo ad Pallium Tertulliani Salmaſius. denuo idem in deſcriptione Deli, de coturnicibus: *Accidit enim in noctibus, ut vela incidant.* Plinius de iisdem dixerat *velis incidere.* Cicero in Catone majore ex vetuſto codice, *Facile morbos incidunt adoleſcentes.* Alcimus Avitus lib. III.

Incidit aeternas per ſaeva incendia poenas.

HEINS. Vid. Muncker. ad Lactant. Arg. Ovid. I. Fab. 10. & XIV. 1. & Heinſ. ad Ovid. Halicut. 10.

722. CERNIT. *Vidit* in Gudiano, utroque Mentelio, Montalbanio & altero Hamburgico. HEINS.

Sic

87 deſunt iisdem. in Statii loco legitur *par operis jactura* [illegible] *quippe hoſte recepto Excluſere ſuos.* 88 deſunt iisdem. 89 Pathos per perſonam Poetae proferendum Dan. 90 deſunt V. R. Voſ. Steph. al.

Inmanem veluti pecora inter inertia tigrim.
Continuo nova lux oculis offulſit, & arma
Horrendum ſonuere: tremunt in vertice criſtae
Sanguineae, clipeoque micantia fulmina mittunt.
Adgnoſcunt faciem inviſam atque inmania membra
Turbati ſubito Aeneadae. Tum Pandarus ingens
Emicat, & mortis fraternae fervidus ira
Effatur: Non haec dotalis regia Amatae,
Nec muris cohibet patriis media Ardea Turnum.
Caſtra inimica vides: nulla hinc exire poteſtas.
Olli ſubridens ſedato pectore Turnus:
Incipe, ſi qua animo virtus, & conſere dextram:

Hîc

SERVII.

737. DOTALIS REGIA AMATAE. [91] Aut tibi data per dotem; [92] [aut quia ſperabatur.] Et bene *Amatae*, quae illum ſola generum eſſe cupiebat, [93] [contra mariti judicium. Ergo eum mulieri probatum, non viro, dicit.] Notandum ſane, quia id agit, ut oſtendat, ſe non per imprudentiam Turnum incluſiſſe; ſed illum per temeritatem ſibi minime profutura caſtra penetraſſe.

740. OLLI SUBRIDENS. Magnam confidentiam virtutis oſtendit.

VARIORUM.

Sic & Leidenſ. & Dorvil. *in fuſo* Bigotianus.

723. QUI CASUS. *Quis* Francianus, duo priores Moretani, uterque Hamburgicus & Mentelii & Menagii priores a manu ſecunda. & Ed. Venet.

724. VI MULTA. *Vi magna* Mediceus. *vi tota* Montalbanius. quod impenſe placet. nam cum proximo verſu ſubſequatur *multoſque ſuorum*, τὸ *vi multa* minus opportunum hoc loco cenſeri poſſit. HEINS. Sed vid. ad lib. IV. Aen. 3. *torquent* Zulichemius. *vi multa* dixit III. Georg. 220. vid. IV. Georg. 174. ubi ſimilis diverſitas & I. Aen. 271. & alibi ſaepe.

725. OBNIXUS. *Obniſus* Zulichemius. vide imitantem Statium lib. X. Theb. 503.

726. LINQUIT. *Liquit* Dorvill. Menagii & Rottendorphius priores, Regius & duo Leidenſes. mox, *incluſit* ſecundus Moretanus, *recipitque clientes* alter Hamburgicus.

729. INCLUSERIT. *Viderat & incluſerat* Leidenſis. *urbe* Bigotianus.

730. INTER INERTIA. *Inter media* Dorvill.

731. OFFULSIT. Sic hoc etiam loco Vaticanus Pierii. Dictum ſupra v. 110. HEINS. *Effulſit* Dorvil. *oculiſque* Bigotianus.

733. FULGURA. *Fulmina* vetuſtiores uno conſenſu. apud Macrobium lib. V. Saturn. cap. 13. *fulmina mittunt*. quomodo primus tertiuſque Moretani. in Gudiano, *clypeique micantia fulmina mittunt*. in quarto Moretano *fulmina nutant*. in Montalbanio *vitant*. ſed *clypeo fulmina mittunt*, arma videlicet, vel *mittunt* pro ſe mittunt, mittuntur. qui loquendi modus Maroni admodum ſollemnis. adi adnotata lib. II. Aeneidos 207. HEINS. *Nutant* Zulichemius. *clypeuſque m. mittunt* Dorvil.

735. TURBATI. *Aeneadae ſubito turbati* Parrhaſ.

Ibid. TUM. *Cum* in Montalbanio & altero Menagiano. HEINS. Et in Leidenſi.

738. COHIBET. *Probibet* Sprotianus. *non muris* Parrhaſ.

739. NULLA. *Nulli* in altero Hamburgico. HEINS. *Nulla huic* alter Menagianus. *non hinc* Bigotianus.

742. HIC.

91 deeſt R. Steph. al. tibi datae V. 92 deſunt iisdem & V. 93 deſunt iisdem.

Hîc etiam inventum Priamo narrabis Achillem.
Dixerat. Ille rudem nodis & cortice crudo
Intorquet ſummis adnixus viribus haſtam.
Excepere aurae vulnus; (Saturnia Juno
Detorſit veniens) portaeque infigitur haſta.
At non hoc telum, mea quod vi dextera verſat,
Effugies: neque enim is teli nec vulneris auctor.
Sic ait, & ſublatum alte conſurgit in enſem,
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Dividit, inpubeſque inmani volnere malas.
Fit ſonus: ingenti concuſſa eſt pondere tellus.

Con-

SERVII.

742. PRIAMO NARRABIS ACHILLEM. Propter illud Sibyllae VI. 89. *Alius Latio jam partus Achilles.* [94] Et dictum eſt, ut illud II. 549. *Degeneremque Neoptolemum narrare memento.*

743. RUDEM NODIS. Non levem, nec pulchram, ſed fortem. CORTICE CRUDO. Viridi: nam haſtae [95] [igni plerumque] torrentur.

745. VULNUS SATURNIA JUNO DETORSIT VENIENS. [96] [*Vulnus veniens*, id eſt, ictum, quo vulnerari debuit.] Plerique, ſed non idonei Commentatores dicunt, hoc loco occiſum Turnum; ſed cauſſa oeconomiae gloriam a Poëta Aeneae eſſe ſervatam; quod falſum eſt: nam ſi veritatem hiſtoriae requiras, primo praelio interemptus Latinus eſt [97] [in arce: inde, ubi Turnus Aeneam vidit ſuperiorem, Mezentii imploravit auxilium: Secundo praelio Turnus occiſus eſt; & nihilominus Aeneas poſtea non comparuit: Tertio praelio Mezentium occidit Aſcanius. Hoc Livius I. 2. dicit, & Cato in Originibus.]

747. TELUM. Hoc loco *telum*, gladium dixit, a longitudine: unde & *muſtela* dicitur, quaſi mus longus. *Telum* autem poſuiſſe pro gladio, illud ſignificat, quod infert paullo poſt: *Conſurgit in enſem.* [98] [VERSAT. Librat, jactat: & eſt Ennianum: *Verſat mucronem.*]

748. IS TELI. Talis, par, ſimilis.

749. ALTE CONSURGIT IN ENSEM. Genus feriendi Gallicanum. Salluſtius: *Regreſſi ad faciliores ictus* [99] *loco cedebant.*

751. [1] [IMPUBESQUE. Pathos ex aetate movit.

VARIORUM.

742. HIC. *Hinc* Zulichemius.

743. CRUDO. *Nudo* alter Hamburgicus.

746. DETORSIT VENIENS. *Detorſit juveni* pro diverſa lectione, prior Hamburgicus. HEINS. *Excepere aurae: vultus S. J. D. veniens* primus Moreti & Zulichemius. *infingitur* Francianus. *terraeque infigitur* Parrhaſ.

747. VERSAT. *Librat* Gudianus, Moretanus tertius & Venetus. quomodo & in Mediceo Pierii. in quarto Moretano *torquet*. ſed de gladio eſt ſermo Maroni. HEINS. *Vix dextera* alter Hamburgicus. *librat* Regius. vulgata eſt apud Serv. ad II. Aen. 468.

748. IS TELI. *His telis* Scholiaſtes Statii Theb. IX. 282.

94 Hoc autem ſic dictum eſt Dan. 95 deſunt Steph. igni deeſt V. R. Voſ. Baſil. 96 deſunt R. Voſ. V. Steph. al. 97 deſunt R. V. Steph. al. & Edd. Antiq. *in acie* citat Brouckh. ad Tibul. II. v. 45. ex Veneta & Fabriciana, reliqua deſunt Dan. ſed ille pro iis haec dat: in arce, poſtea ſimul Turnus & Aeneas, poſtea Mezentius ab Aſcanio. An Latinus in praelio occiderit dubium facit Poëta. nam licet & Servius dicat ad IV. 620. & ad VI. 760. primo bello periiſſe, Virgilius tamen eum libro XII. adhuc ſuperſtitem facit. 98 deſunt R. V. Voſ. Steph. al. 99 *locus* V. unde Heinſius *locis* ta. cebat. 1 deſunt R. Voſ. V. Steph. al. ad ỳ. 959.

Conlabſos artus atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens: atque illi partibus aequis
Huc caput atque illuc humero ex utroque pependit.
Diffugiunt verſi trepida formidine Troës.
Et ſi continuo victorem ea cura ſubiſſet,
Rumpere clauſtra manu ſocioſque inmittere portis,
Ultimus ille dies bello gentique fuiſſet.
Sed furor ardentem caediſque inſana cupido
Egit in adverſos.
Principio Phalerim, & ſucciſo poplite Gygen
Excipit: hinc raptas fugientibus ingerit haſtas

In

SERVII.

755. HUC CAPUT. *Huc* pependit, figurate.]

759. BELLO GENTIQUE FUISSET. [2] Duo dicit: & bellum finiri potuiſſet, omnibus interemptis; & gens penitus fuiſſet exſtincta, occiſo Aſcanio, a quo Romani ducunt originem. Ideo *bello gentique* dixit: quia plerumque bellum finitur, gente ſuperſtite; ut in bello Trojano contigit.

760. CAEDISQUE INSANA CUPIDO. [3] [Oeconomia eſt, quae] excuſat Turnum, cur non, a porta fugatis Trojanis, penitus deleta ſint caſtra.

762. PRINCIPIO. Intra caſtra, poſt Trojanorum fugam. SUCCISO POPLITE GYGEN EXCIPIT. Ordo eſt: Excipit & ſuccidit poplitem, [4] ut ſupr. 537. *Poſtibus haeſit adeſis*: & III. 237. *Scuta latentia condunt*.] Nam ante fuit, ut eum circumveniret inſidiis. [5] *Poples* autem, *po*, correpta eſt; ſicut in Sereno legitur; ſed producitur poſitione.

763. HINC. [6] Nec loci eſt, nec temporis; ſed ordinis, id eſt, deinde. RAPTAS autem, de [7] hoſtilibus cadaveribus: nam quod dicit Donatus, *ab armigero*, non procedit; [8] [nec enim lectum eſt;] [9] [cum ſolus incluſus fuerat Turnus, ut poſt ait: *Unus homo, quamvis poſſit*, ſicut in *Suggere tela mihi*: & paulo poſt: *Tum magnam corripit haſtam, Et jacit*.]

VARIORUM.

IX. 282. mendoſe. *neque enim et teli* Gudianus, primus Rottendorphius, Sprotianus, Montalbanius, prior Hamburgicus, & Moretanus quartus. HEINS. *Et* Hugenianus & Ed. Mediol. *neque et* Dorvil. *is* Mentelii prior cum gloſſa *Vadis*. *bis teli & vulneris* Ed. Venet.

749. SIC AIT. Vitioſe *dixit* citat Servius ad II. Aen. 468.

750. GEMINA. *Media* Leidenſis unus.

751. INPUBESQUE. *Impubes* quartus Moreti. *pondere malas* Menagii alter.

753. COLLAPSOS. *Collapſoſque* ſecundus Moreti. *arcus* Excerpta noſtra.

754. IN PARTIBUS. *Illi partibus* codices noſtri. HEINS. Et Ed. Veneta.

756. DIFFUGIUNT. *Defugiunt* Oudartii. *deffugiunt* Sprotianus.

757. SUBISSET. *Fuiſſet* Zulichemius. vid. ad lib. VIII. 396.

758. IMMITTERE. Ortuinus malebat *admittere*.

760. INSANA. *Immenſa* Gudianus pro diverſa lectione. *infanda* primus Rottendorphius, alter Voſſianus, Sprotianus, & prior Hamburgicus. HEINS. Et ita Bigotianus.

762. PHA-

2 deſunt Dan. qui pro illis tantum habet: Quia illic Aſcanius exſtinguebatur. 3 deſunt V. R. Steph. al. oeconomia eſt, quae excuſat, cur non &c. Voſ. mox figuratis pro fugatis V. 4 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 5 Poples autem ſciendum *Po* brevem eſſe, a. i. S. l. & fit longa poſitione Dan. 6 deinde, nam ordinis eſt adverbium, non loci Dan. 7 hoſtium Dan. 8 deſunt Dan. 9 deſunt V. R. Voſ. Steph. al.

In tergus. Juno vires animumque miniſtrat.
Addit Halym comitem, & confixa Phegea parma;
Ignaros deinde in muris Martemque cientis
Alcandrumque Haliumque Noëmonaque Prytanimque,
Lyncea tendentem contra, ſocioſque vocantem,
Vibranti gladio conixus ab aggere dexter
Occupat: huic uno dejectum comminus ictu
Cum galea longe jacuit caput. Inde ferarum
Vaſtatorem Amycum, quo non felicior alter
Unguere tela manu, ferrumque armare veneno:

Et

SERVII.

764. JUNO VIRES ANIMUMQUE MINISTRAT. [10] [Oeconomia, ut, quod dicit, poſſit eſſe veriſimile,] ne ſit incongruum, unum tot occidiſſe, Junonis dat auxilium. Horatius in Arte poëtica 191. *Nec Deus interſit, niſi dignus vindice nodus Inciderit.*

766. [11] [MARTEMQUE CIENTES. Pugnam agitantes.]

767. ALCANDRUMQUE, HALIUMQUE, NOEMONAQUE PRYTANIMQUE. Homeri Iliad. E. 678. verſus, tantum conjunctione mutata. [12] [Ἄλκανδρόν θ', Ἅλιόν τε, Νοήμονά τε Πρύτανίν τε.] Unde apparet, non ad hiſtoriam; ſed ad ornatum poëmatis haec nomina pertinere.

768. TENDENTEM CONTRA. In ſe facientem impetum.

771. CUM GALEA LONGE JACUIT CAPUT. Ad exprimendam celeritatem praeterito uſus eſt tempore. Potuiſſe autem caput cum galea longe jaci, praemiſſa loci altitudo ſignificat. [13] [Ergo eum cominus percuſſum intelligamus; ſed tantam vim ictus fuiſſe, ut longe caput excuteret.]

772. [14] FELICIOR. Peritior: nam in ungendis telis non eſt felicitas, ſed peritia. Sane nec [15] *ungo*, nec *ungentum*, *u* recipit, excepto uno nomine, ut *unguen:* unde eſt III. Georg. 450. *Et pingues unguine ceras.* [16] [Eſt autem mira brevitate inducta deſcriptio.]

773. FERRUMQUE ARMARE VENENO. Specioſe dictum, *armabat* [17] *ferrum*, quo nos armari conſuevimus; [18] [ut ex venenato ferro vehementius & pernicioſius vulnus ſit.]

VARIORUM.

762. PHALARIM. *Phalerim* ſcripti codices, vel *Falerim*, uno Sprotiano excepto. *Fabarim* apud Priſcianum lib. VII. legitur, ut a fluvio Fabari nomen ſit mutuatus. HEINS. *Falorim*, *Falarin*, *Phalarim* alii, & *Gygem*, *Cygeu.*

763. HINC. *Hic* prior Hamburgicus. *huic* Venetus. vid. XII. 330.

764. IN TERGUM. *In tergus* manifeſte agnoſcitur a Cariſio lib. I. Inſtitut. Grammaticarum: *Tergus autem pellis, ut pecus pecoris, hujus tergoris facit, pluraliter tergora, & genitivo tergorum correpte. ſed contrario Virgilius* terga boum *dixit*, & lib. IX. raptas fugientibus ingerit haſtas In tergus. *Quo exemplo etiam illis reſiſtitur, qui volunt tergum hominis eſſe, tergus vero pecoris.* Idem denuo: *Tergum dorſum, hoc tergum, tergi, tergo, pluraliter haec terga, tergorum. At vero tergus hujus tergoris facit, & haec tergora, horum tergorum, correpte. Virgilius tamen contra*, Terga boum *dixit, & in nono* hinc raptas fugientibus ingerit haſtas In tergus. *Quibus exemplis etiam impunitas datur illis, qui putant tergum hominis, tergus vero pecoris nominari.* At Nonius Marcellus, *Terga, dorſa Virgil.* lib. IX. *hinc raptas fugientibus ingerit haſtas In ter-*

10 deſunt V. R. Steph. al. 11 deſunt Dan. 12 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 13 deſunt Dan. 14 FELICIUS. Peritius V. R. Voſ. Steph. al. 15 ungento R. 16 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 17 ferrum quae nos armare V. quo n. armare R. Voſ. Steph. al. 18 deſunt V. R. Voſ. Steph. al.

Et Clytium Aeoliden, & amicum Crethea Muſis;
Crethea Muſarum comitem, cui carmina ſemper
Et citharae cordi, numeroſque intendere nervis:
Semper equos, atque arma virûm, pugnaſque canebat.
Tandem ductores, audita caede ſuorum,
Conveniunt Teucri, Mneſtheus acerque Sereſtus;
Palantiſque vident ſocios, hoſtemque receptum.
Et Mneſtheus: Quo deinde fugam, quo tenditis? inquit.
Quos alios muros, quae jam ultra moenia habetis?

Unus

SERVII.

774. AMICUM CRETHEA MUSIS. Poëtam lyricum: & tale eſt ſchema per repetitionem, ut x. 180. *Sequitur, pulcherrimus Aſtur, Aſtur equo fidens.*

775. [19] [MUSARUM COMITEM. Non re vera *comitem*; ſed carminum ſtudioſum.]

776. NUMEROSQUE INTENDERE NERVIS. Rhythmos facere intentione nervorum: nam *numeri*, ſunt rhythmi, ut IX. Ecl 45. *Numeros memini, ſi verba tenerem.* Hoc ergo dicit: Secundum chordas verba componebat.

778. AUDITA CAEDE SUORUM. Servat τὸ πρέπον, ne praeſentibus ducibus Turnus tot ſtrages feciſſe [20] videatur.

781. QUO DEINDE FUGAM? Aut vacat *deinde*, ut *tandem*, *gentium*, *locorum*: aut intelligimus mente eum tractaſſe, quod de campis milites ſolent ad caſtra confugere; & ſic dixiſſe: *Quo deinde?* ſcilicet, de caſtris quo fugietis [21] ulterius? & hoc eſt melius: unde & ſequitur: *Quos alios muros.* Et ſic eſt dictum poſt cogitationem, *quo deinde?* Sicut Terentius Eun. I. I. dixit: *Quid igitur faciam?* [22] [Eſt ea autem amara accuſatio.]

VARIORUM.

tergum. ubi docet *tergora* pro corio, *terga* pro dorſo eſſe capienda ſed nos Carjſio accedimus, cui & Vaticanus ille Pierii veterrimus ſubſcribit. HEINS. Vid. ſupr. 412. *Integrum* Francianus & Serv. ad I. Aen. 211. *in tergum* Dorvil. Edd. Venet. & Mediol. Ald. Commentator Crucquianus Horat. lib. III. Od. 2. citat & *in tergum fugientibus ingerit haſtas.* & *tergum* pro quibuſcumque membris poſterioribus poni docet. idem fere verſus occurrit XII. 330.

765. HALYN. *Halin*, *Halim*, *Alim*, *Alym.* & *Plegea Fogea. confexum* Parrhaſianus, *& fixa* Dorvill.

Ibid. CONFIXA. *Confixa* Libri noſtri. niſi quod in Mediceo a ſecunda manu, *confixum*, quod Pierius contra ſtantibus caeteris membranis adprobare non debuit. malo etiam *Halym* cum vetuſtioribus, quam *Halyn.* HEINS. *Confixum* Edd. primae.

766. CIENTES. *Ruentes* Sprotianus.

767. ALCANDRUMQUE HALIUMQUE, &c. Verſus Homericus ex quinto Iliad. quem eodem modo deſcripſit Ovidius XIII. Met. Eoſdem non potuit Ulyſſes ad Trojam, de quo Homerus & Ovidius loquuntur, & in Latio Turnus occidere, de quo Virgilius. Itaque haec nomina ad ornatum Poëmatis ficta, non ad Hiſtoriae fidem tradita ſunt. FABRIC. *Diſcaldrumque* Parrhaſ.

Ibid PRYTANIMQUE. *Britaninque* tres. *Pitanenque* prior Hamburgicus. *Nemonaque*, *Priamumque* Francianus, Ald. Junt. *nec unamque Britaninque* Dorvil.

768. LYNCEA. *Lycea*, *Lingea*, *Ligea*, *Lygea*, *Licea* ſcripti.

769. DEXTER. *Dextra* duo Rottendorphii priores, & Venetus & Francianus, & duo Moretani,

19 deſunt iisdem. 20 videretur Dan. 21 in Daniel. alius ordo ulterius, ſic Terentius *Quid igitur faciam.* Et hoc eſt melius, unde & ſequitur, *quos alios muros?* Eſt ea &c. in R. poſt Terentius dixit, deſunt media, uſque ad *Rutulum* ỳ. 783. 22 deſunt V. R. Voſ. Steph. al.

Unus homo, & veſtris, o cives, undique ſeptus
Aggeribus, tantas ſtrages impune per urbem
Ediderit? juvenum primos tot miſerit Orco?
Non infelicis patriae veterumque Deorum,
Et magni Aeneae ſegnes miſeretque pudetque?
Talibus accenſi firmantur, & agmine denſo
Conſiſtunt. Turnus paullatim excedere pugna,
Et fluvium petere, ac partem, quae cingitur amni.
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum: ceu ſaevum turba leonem

Cum

SERVII.

783. UNUS HOMO. Ac ſi diceret, mortalis. [23] Et bona extenuatio eſt, cum ſupra dixerit: *Rutulum in medio nou agmine regem.*

786. INFELICIS PATRIAE. Trojae, in qua nunc ſunt. VETERUMQUE DEORUM. Penates ſignificat, quos ſemper coluere Trojani.

787. MISERETQUE, PUDETQUE. Sic Pallas x. 368. *Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris.*

791. [24] [ACRIUS HOC TEUCRI. Cum eum decedentem viderent.]

792. CEU SAEVUM TURBA [25] LEONEM. Senſus hic eſt: Haud aliter Turnus [26] retrocedens petebat fluvium, ac ſolet leo, preſſus multitudine, nec terga praebere, propter iram [27] & pudorem; nec poſſe, licet cupiat, in venantes impetum facere. [28] [Comparatio Homeri eſt.]

VARIORUM.

tani, Regius & Mediceus a manu prima. *dextro* Leidenſis. mox, *hinc uno* Zulichemius & Bigotianus. *hic* Francianus.

770. DEJECTUM. *Conjectum* ſecundus Moreti. *huic Juno* Dorvil.

773. UNGUERE *Stringere* Scholiaſtes Statii Theb. VI. ſed de *ungendi* verbo hac ſignificatione diximus ad Silium Italicum IX. 12. HEINS. *Jungere* alter Menagii. *felicius* duo Moretani, Menagii prior & ſecundus Rottendorphius.

774. CRETEA. *Crethea* cum ſcriptis. HEINS. *Crathea* quartus Moreti. *Clutium*, *Clycium*, *Clycion* alii. *dictum Eolide* Dorvil.

775. INTENDERE. *Incendere* Hugenianus. *numeros int.* quartus Moreti.

778. CAEDE. *Voce* Zulichemius a manu prima.

780. PALANTISQUE. *Pallenteſque* Menagii prior.

781. QUO DEINDE FUGAM, QUO TENDITIS? *Tendere fugam*, ut *tendere iter*, *greſſum*, *curſum*. poteſt etiam diſtingui. *Quo deinde fugam?* cui bono fugam? *τὸ quo* eleganter cum quarto caſu conjungi ad Naſonem multis exemplis evicimus. HEINS. *Fuga* Venetus & Montalbanius. *quo inde fugam* Regius.

782. QUAE JAM. *Quaeve ultra* Gudianus & alter Mentelius. *quaeve altera moenia* in ſecundo Moretano. HEINS. *Quae ultra jam* Excerpta noſtra. *quaeve ultra* Parrh. & Francianus.

783. VESTRIS *Noſtris* Venetus. *cives o veſtris* Montalbanius. *homo e veſtris* Lutatius ad Statii II. Theb. 620.

786. DEORUM. Vel *Malorum* Gudianus. HEINS. *Nonne infelicis* Mediceus a manu ſecunda.

788. ET AGMINE. *In agmine* prior Hamburgicus.

789. EXCEDERE PUGNA. *Pugnae* Vaticanus Pierii.

23 & bene extenuatio, cum V. & bona attenuatio, cum Voſ. Steph. al. 24 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 25 LEONUM V. 26 cedens V. recedens Voſ. 27 nec pudorem V. R. vel p. Steph. al. 28 deſunt V. Voſ. R. Steph. Dan.

Cum telis premit infenſis: at territus ille,
Aſper, acerba tuens, retro redit: & neque terga
Ira dare aut virtus patitur: nec tendere contra
Ille, quidem hoc cupiens, potis eſt per tela viroſque.
Haud aliter retro dubius veſtigia Turnus
Inproperata refert, & mens exaeſtuat ira.
Quin etiam bis tum medios invaſerat hoſtes:
Bis confuſa fuga per muros agmina vertit.
Sed manus e caſtris propere coit omnis in unum:
Nec contra vires audet Saturnia Juno
Sufficere, aëriam coelo nam Juppiter Irim
Demiſit, germanae haud mollia juſſa ferentem;
Ni Turnus cedat Teucrorum moenibus altis.
Ergo nec clipeo juvenis ſubſiſtere tantum,

Nec

SERVII.

796. [29] [ILLE QUIDEM. Parentheſis. POTIS EST. Ille enim *Tendere contra potis eſt per tela viroſque.*

799. INVASERAT HOSTES Aut ſpeciem praeteriti temporis mutavit, aut tempora: nam cum dixiſſet, *invaſerat*, ſubjunxit, *vertit.*]

802. NEC CONTRA VIRES AUDET SATURNIA JUNO. Atqui favente numine debuit etiam contra multitudinem poſſe; ſed hoc Jupiter vetuit.

804. HAUD MOLLIA JUSSA FERENTEM. Melius quam Homerus, hunc locum exſequutus eſt: ſalvo enim ſenſu vitavit & fabuloſa & vilia: nam ille ipſas minas exſequitur. [30] [SUFFICERE. Subminiſtrare.]

806. ERGO. Quia numinis eſt deſertus auxilio.

VARIORUM.

Pierii. confirmat Montalbanius ex noſtris. HEINS. Sic Leidenſis & Hugenianus & Francianus.

790. AMNI. Noſtri vetuſtiores cum Pierianis, *unda.* magis tamen adridet *amni*, quomodo primus Moretanus, primus Rottendorphius, alter Mentelius, Leidenſis & alii quatuor. HEINS. Et ita Zulichemius a manu ſecunda, & Francianus.

791. HOC. *Hic* Moreti quartus. *inſiſtere* Dorvil.

793. AT. *Ac* Francianus. *adterritus* Regius.

794 REDIT. *Dedit* Montalbanius & Venetus. *at neque* Bigotianus.

795. AUT VIRTUS. *Ac* Zulichemius. *&* prior Hamburgicus & Dorvill.

796. VIROSQUE. *Per hoſtes* Venetus. *ille equidem* Francianus.

799. TUM. *Cum* Venetus. *invaſerit* Leidenſis. *tum in medios* Francianus. *tum bis* prior Hamburgicus.

800. CONVERSA. *Confuſa* codices omnes noſtri, uno alterove recentis notae exceptis. idque recte. putidum enim illud, *converſa agmina vertit.* HEINS. Et ita Francianus, & Dorvil. qui a m. ſec. *converſa.*

803. COELO. *In caelo* alter Hamburgicus. *jam* quidam apud Serv. ad v. Aen. 606. &, *Irim dimittit* vel *demittit. dimiſit* Francianus.

806. NEC.

[29] deſunt V. Voſ. R. Steph. al. ad ŷ. 802. [30] deſunt R. Steph. al.

Nec dextra valet: injectis ſic undique telis
Obruitur. Strepit adſiduo cava tempora circum
Tinnitu galea, & ſaxis ſolida aera fatiſcunt;
Diſcuſſaeque jubae capiti: nec ſufficit umbo
Ictibus: ingeminant haſtis & Troës & ipſe
Fulmineus Mneſtheus. Tum toto corpore ſudor
Liquitur, & piceum (nec reſpirare poteſtas)
Flumen agit: feſſos quatit acer anhelitus artus.
Tum demum praeceps ſaltu ſeſe omnibus armis

In

SERVII.

807. [31] [NEC DEXTRA VALET. Cum dixiſſet *clypeo*, non ſubjunxit gladium, ſed *dextram*; ut oſtenderet, eum, nec ſe armis tegendo, nec hoſtem telis petendo, valuiſſe.]

808. TELIS OBRUITUR. Lucanus eundem ſenſum per declamationem [32] dicit IV. 776. *Telorum nimbo peritura & pondere ferri.* [33] [TEMPORA CIRCUM. Totus locus Homeri eſt.

810. JUBAE CAPITI. Pro, quae in capite ſunt.] UMBO. Id eſt, ſcutum: nam totum a parte ſignificat: [34] [*umbo* enim, media clypei pars eminens eſt.]

813. ET PICEUM (NEC RESPIRARE POTESTAS) FLUMEN AGIT. Ordo eſt: *Sudor piceum flumen agit:* hoc eſt, ſordidum, quia ſine reſpiratione pugnabat.

814. [35] [FESSOS QUATIT AEGER ANHELITUS. Probus ait: *Commodius hic eſt aeger, quam in quinto:* 432. *Vaſtos quatit aeger anhelitus artus:* quamvis conſuetudo ſit Virgilio iſta mutandi. Quidam, *acer*, legunt: & volunt in quinto, *aeger*, aptius dictum de ſene; hic de juvene, *acer*, melius convenire.]

815. TUM DEMUM. Poſtquam ſe [36] aliter evadere non poſſe vidit. OMNIBUS ARMIS. *Cum*, minus eſt.

VARIORUM.

806. NEC. *Non* Parrhaſ. *juvenis clypeo* Mentelii prior.

807. INJECTIS. *Objectis* Macrobius lib. VI. Saturn. cap. 3. perperam. vide annotata. HEINS.

809. TINNITU. *Singultu* alter Hamburgicus.

810. DISCUSSAEQUE. *Diffuſaeque* Zulichemius.

812. TUM TOTO. *Cum* Montalbanius & ſecundus Rottendorphius. *tum torto* Excerpta noſtra.

813. LIQUITUR. *Linquitur* Dorvill.

814. FLUMEN AGIT. Apud eumdem Macrobium mendoſe *fulmen agit*, quomodo & ſcripta Maronis exemplaria nonnulla. HEINS.

Ibid. AEGER ANHELITUS ARTUS. Plurimum hic debemus Petro Danieli, qui ex vetuſtis exemplaribus eruditum hic Scholion profert, quo docemur jam olim hoc loco a nonnullis legi, *acer anhelitus*, quod Virgilio ejuſmodi mutationes ſint familiares, cum libr. V. 432. jam habuerimus, *vaſtos quatit aeger anhelitus artus.* alios contra contendiſſe *acrem anhelitum* illic loci convenientiorem eſſe. apud Quinctilianum tamen Declam. XII. *Siccae fauces ſunt, aeger anhelitus.* de ejuſmodi mutationibus, apud Maronem oppido frequentibus, copioſe jam egimus ad Ecl. V. 37. ſic ſupra ex membranis caſtigandum monui ỳ. 613. *Comportare juvat praedas & vivere rapto.* cum lib. VII. 749. *convectare* dixiſſet. ſupra iterum hoc libr. ỳ. 631. ex ſcriptis *fatifer arcus*, non *letifer:* nam lib. X. 169. occurret *lethifer arcus.* lib. I. *ſpumas ſalis aere ruebant.* libro X. 214. *campos ſalis aere ruebant:* ita enim codices nonnulli pro *ſecabunt*, quod nunc circumfertur. lib. III. 68. *ſtans*

prima

31 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 32 deeſt Voſ. R. 33 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 34 deſunt V. Voſ. R. Steph. Dan. 35 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 36 alias Dan.

Digitized by Google

In fluvium dedit. Ille ſuo cum gurgite flavo
Adcepit venientem, ac mollibus extulit undis;
Et laetum ſociis abluta caede remiſit.

SERVII.

816. ILLE SUO CUM GURGITE FLAVO. Hyſterologia eſt, cum ille eum excepit: non enim procedit, *cum ſuo gurgite*: quaſi poſſet fieri, ut eum Tyberis ſine ſuis fluentis exciperet. [37] [Fluvium autem pro Deo poſuit: unde ſubdit, *ille*, ſcilicet Deus, ſuo gurgite eum accepit; aliter ſuperfluum eſt: *Et fluvius ſuo gurgite accepit.*] Sane quaerunt multi, cum Tyberis Aeneae faveat, cur liberaverit Turnum; ſed ſolvitur [38] iſta ratione: [39] Ob hoc Turnum [40] dicit eſſe liberatum, ut major Aeneae gloria [41] ſervaretur. [42] [Alii tradunt de Tybri, qui Aeneae favet, nunc Turnum in Junonis gratiam eſſe ſervatum.]

VARIORUM.

prima in puppi. ita enim cum Gudiano malo codice, quam *celſa in puppi*, quod lib. x. 261. habetur, & VIII. 680. ubi tamen Priſcianus citat *prima in puppi*. Aeneid. VI. 364. *per genitorem oro, per ſpem ſurgentis Iuli.* lib. x. 527. *Per patrios manes, per ſpes haeredis Iuli.* ita enim veterrimus codex, non *ſurgentis Iuli.* vide illuc quae congeſſimus. lib. x. 536. iterum *Cervice orantis capulo tenus applicat enſem.* ita enim potiores ſcripti & recte. nam lib. II. 553. habemus *Extulit & lateri capulo tenus abdidit enſem.* ſupr. ỷ. 294. *Atque animum patriae ſtrinxit pietatis imago.* lib. x. 824. *Et mentem patriae ſubiit pietatis imago.* lib. x. 844. *Canitiem multo deformat pulvere*, non *immundo.* quod lib. XII. de Latino habes, *Canitiem immundo perfuſam pulvere turpans.* lib. IV. & VI. *Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.* lib. XI. 202. *invertit coelum ſtellis fulgentibus aptum.* ita enim codices nonnulli. HEINS.


815. TUM DEMUM. *Cum demum* in primo Moretano. pro *praeceps ſaltu* in Gudiano, *ſaltu praeceps.* pro *gurgite flavo*, idem Gudianus & Mentelius alter, *gurgite vaſto.* HEINS.

817. VENIENTEM. *Fugientem* Rottendorphius & Hamburgenſis priores, Dorvil. & tres quatuorve alii.

818. ABLUTA. *Obluta* Montalbanius. *remittit* ſecundus Moreti, *ablata* Francianus & Dorvill.

37 deſunt V. Voſ. R. Steph. Dan. 38 iſta ratio V. R. 39 nam ob V. R. Voſ. Steph. 40 deeſt V. R. Dan. Fabr. al. conſtat eſſe V. 41 reſervetur Baſil. reſervaretur. 42 deſunt V. R. Voſ. Steph.

Digitized by Google



L. F. D. B. inv. | J. Folkema ſculp. 1743

P. VIRGILII MARONIS
Aeneidos.
LIBER DECIMUS.

PANDITUR interea domus omnipotentis Olympi,

Con-

SERVII.

1. PANDITUR INTEREA DOMUS OMNIPOTENTIS OLYMPI. [1] Hoc dicit: factus eſt dies, ſecundum poëticum morem: quia poëtae dicunt matutino tempore aperiri coelum, noctu vero claudi: unde eſt illud I. 374. *Ante diem clauſo compo-*

VARIORUM.

1. OMNIPOTENTIS. *Omnipudentis* Leidenſis, ut fere ſemper. *omniparentis* alter Hamburgicus a manu ſecunda. Heinſius *omniparentis* probabat. ſed *omnipotentis* legitur etiam apud Scholiaſten Crucquianum ad Horat. II. Od. 12. vid. Catroum & Erythr. H. Steph.

1 Secundum Poëticum morem hoc dicit, factus eſt dies V. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Conciliumque vocat Divûm pater atque hominum rex
Sideream in ſedem: terras unde arduus omnes,
Caſtraque Dardanidum adſpectat, populoſque Latinos.
Conſidunt tectis bipatentibus. Incipit ipſe:
Coelicolae magni, quia nam ſententia vobis
Verſa retro, tantumque animis certatis iniquis?
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.

Quae

SERVII.

net veſper Olympo. Nam & paulo poſt deſcripturus eſt noctem, ut x. 215. *Jamque dies coelo conceſſerat:* [1] unde intelligamus, alium diem eſſe conſumptum: & nunc eum ſolito noctis praetermiſiſſe deſcriptionem. Quanquam *panditur coelum*, etiam ſimpliciter poſſumus accipere, quovis tempore; ſcilicet ad numina convocanda: quod & melius eſt, quia ait *interea*, id eſt, dum haec [3] geruntur: nam *interea* particula praeterita negotia conjungit futuris. [4] [OLYMPI. Coeli, quaſi ὅλος λαμπρὸς, ideo, quia totum lucet.

2. DIVUM PATER. Pro, divorum, ſicut *Argivum*, *Danaum*, *Teucrum*. Videtur accuſativi ſingularis ſpecie pro genitivo plurali uſus.]

3. SYDEREAM IN SEDEM. In aſtriferum circulum: non enim omnes circuli aſtriferi ſunt; ſed ſolus ſuperior: [5] [aut *ſyderеam*, lucidam dixit] UNDE ARDUUS OMNES. Ut alibi 1. 223. *Et jam finis erat, cum Juppiter aethere ſummo Deſpiciens mare velivolum.*

4. CASTRAQUE DARDANIDUM [6] ASPECTAT, POPULOSQUE LATINOS. Poſt generalitatem intulit ſpeciem: conſequens eſt enim, ut omnes terras videns, cernat etiam caſtra Trojana. [7] [Nonnulli ſane *Dardanidum*, pro, Dardanidarum adſerunt, ut ſit genitivus generis maſculini ſpecie foeminina.]

5. BIPATENTIBUS. Phyſice dixit: nam coelum patet ab ortu & occaſu. Eſt autem ſermo Ennianus, tractus ab oſtiis, quae ex utraque parte aperiuntur: unde & modo, *bipatentibus*, apertis [8] intelligimus, [9] [quod intrantibus & exeuntibus pateant.]

6. COELICOLAE MAGNI. Orationis iſtius intentio hoc agit, ut ab odiis Trojanorum [10] Juno revocetur. [11] QUIANAM. Cur, quare: ſermo Ennianus: [12] [*Quianam legiones caedimus ferro.*]

7. VERSA RETRO? Mutata, ut 1. 237. *Quae te, genitor, ſententia vertit?* [13] [Quidam *verſa retro* intelligunt, quod rurſus ad diſcordias videntur rediiſſe: alii *verſa retro*, pro inverſum acta; quaſi quae prius rectum iter pergebat derivata.] CERTATIS. Aut contra vos; aut contra ſententiam meam.

8. ABNUERAM BELLO ITALIAM CONCURRERE TEUCRIS. Id eſt, prohibueram Italiam contra Trojanos bella ſuſcipere [14] [Quomodo *abnueram:*] [15] cum ipſe in primo dixerit 263. *Bellum ingens geret Italia?* [16] [Quod ita ſolvitur: aut quia cum uno deo vel dea aliter loquitur: unde eſt in primo 261. *Hic tibi fabor enim, quando haec te c. r.* aliter vero, cum omnibus diis, utilitatis cauſſa, propter removendam eorum contentionem & diſſenſionem.] [17] [Sed ſecundum ſapientes quoſdam, alia eſt neceſſitas fati; alia voluntas deorum; vis nulla eſt: quod ipſe manifeſtius in quinto oſtendit his verſibus 706. *Vel quae portenderet ira Magna deum, vel quae fatorum poſceret ordo.* Nam in primo Aeneid. de ira Junonis ait ℣. 32. *Acti fatis maria omnia circum.* Et iterum in primo 262. *fatorum arcana* ſe dixit narraturum, non ſuam voluntatem oſtenſurum; ſed ibi ſecreto filiae dicit, ut 1. 261. *Hic tibi (fabor enim quando haec te cura remordet.)* Hic aliter; idem invidioſe diis omnibus praeſentibus videtur loqui, propter removendam eorum diſſenſionem:] aut certe quia ait

in

2 ut V. 3 egerunt, nam haec part. Dan. geruntur, nam haec p. Fabr. geruntur interdiu. nam *Interea.* Baſil. 4 deſunt V. L. Voſ. Steph. al. ad ℣. 3. 5 deſunt iiſdem. 6 SPECTAT. V. R. Voſ. 7 deſunt V. R. Steph. al. 8 intelligamus V. 9 deſunt V. R. Steph. al. quod intrantibus pateant Voſ. 10 deeſt R. 11 QUAENAM. cur Sermo. V. R. cur etiam omiſit Baſil. 12 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 13 deſunt iiſdem. 14 deſunt iiſdem. 15 atqui dixerat in primo V. dixit Voſ. Steph. dicit R. ait Baſil. 16 deſunt Dan. Fabr. 17 deſunt V. Voſ. R. Steph. al.

Quae contra vetitum diſcordia? quis metus aut hos
Aut hos arma ſequi, ferrumque laceſſere ſuaſit?
Adveniet juſtum pugnae (ne arceſſite) tempus,
Cum fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum atque Alpes immittet apertas:

Tum

SERVII.

in primo 266. *Ternaque tranſierint Rutulis hiberna ſubactis.* [18] [Illic enim dixit, Aeneam in [19] Italia contra Rutulos tantum eſſe pugnaturum;] nunc autem omnis eſt Italia [20] in bella commota Junonis inſtinctu, [21] quod & Alecto promiſit, ut VII. 549. *Finitimas in bella feram rumoribus urbes.* Et Juno pollicita eſt, ſe magis eſſe facturam, ut VII. 559. *Ego, ſiqua ſuper fortuna laborum eſt, Ipſa regam.* *Abnueram* autem, prohibueram; ut contra, [22] *annuit*, promittit & conſentit ſignificat.

9. QUAE CONTRA VETITUM DISCORDIA. [23] Vetationem, prohibitionem meam. [24] Et ſic dixit *vetitum* ut *aequum:* [25] unde eſt II. 427. *Et ſervantiſſimus aequi.* [26] [Sane ſub commonitione omnium Deorum, maxime ſolam tangit Junonem, cujus odia inſequebantur hoc etiam bello Trojanos: quod etiam ſequentes Jovis allocutiones manifeſtius indicant.]

10. FERRUMQUE LACESSERE. Pro, ferro ſe laceſſere, [ordo autem: Quis metus ſuaſit aut hos arma ſequi, ferrumque laceſſere: non eſt enim, *hos ſuaſit*, ne fiat [27] σολοικοφανὲς. Quamvis inveniatur hujuſmodi figura, ut XII. 813. *Juturnam miſero, fateor, ſuccurrere fratri Suaſi.* Et Ennianus: *Quis te perſuaſit?*]

11. NE ARCESSITE TEMPUS. Nolite bellorum tempora praeoccupare. Et bene ſatisfacit uxori cum prohibitione. Significat autem bellum Punicum ſecundum, [28] quo Annibal ingreſſus Italiam [29] [cum plurimis locis vicerit, praecipue] apud Cannas, vicum Apuliae, omnem populi Romani delevit exercitum.

12. OLIM. Quandoque.

13. ALPES IMMITTET APERTAS. Emphaſis eſt: non enim dixit, per *Alpes immittet exercitum;* ſed ipſas *Alpes:* quas patefecit, non ſibi tantum, ſed omnibus gentibus, quae ſecundum Catonem & Livium muri vice tuebantur Italiam: [30] quas Annibal, poſt bella Hiſpaniae, quae decem & ſeptem annis confecit, ante exuſtas aceto infuſo rupit, ut Juvenalis: *Et montem rupit aceto.* Denique loca ipſa, quae rupit, [31] Poeninae Alpes vocantur. [32] [Quamvis legitur a Poenina dea, quae ibi colitur, *Alpes* ipſas vocari. Sane omnes altitudines montium licet a Gallis *Alpes* [33] vocentur, proprie tamen montium Gallicorum ſunt; quas quinque viis Varro dicit tranſiri poſſe: *Una, quae eſt juxta mare, per Liguras; altera, qua Hannibal tranſiit; tertia, qua Pompejus ad Hiſpanienſe bellum profectus eſt; quarta, qua Haſdrubal de Gallia in Italiam venit; quinta, quae quondam a Graecis poſſeſſa eſt, quae exinde Alpes Graecae appellantur.*]

VARIORUM.

Steph. Schediaſm. p. 65.

4. ADSPECTAT. *Spectat* Gudianus & Menagianus alter cum Leidenſi. HEINS. Et ita primus Moreti. male inf. XII. 136. vid. Cerdam & nos ad Nemeſiani I. Ecl. 34.

5. TECTIS. *Portis* ſecundus Moretanus. voluiſſe hic Virgilium exprimere Homeri αἰθούσαις Iliad. Υ. 11. cenſebat Cl. Dorvillius, & remittebat ad Euſtath. in Iliad. Z. 243.

6. QUAE NAM. Sic Mentelii prior, Regius & Parrhaſ.

18 deſunt Dan. 19 in Italiam Voſ. R. 20 in bellum V. 21 dixit Dan. Fabr. 22 *animo* promitto ſignificat & conſentio Dan. Fabr. 23 deeſt V. R. Steph. al. 24 & eſt *vetitum* Dan. Fabr. 25 deſunt Dan. ſub comminatione Voſ. R. comminutione V. 26 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 27 vide ad Phaedr. I. Fab. 15. 28 quando Baſil. quod R. 29 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 30 Has ante exuſtas aceto infuſo Hannibal rupit. Juvenalis Dan. & nihil praeterea. Has ante exuſtas a. i. H. rupit poſt bella Hiſpaniae, quae XVII. annis confecit. Juven. Fabr. 31 Apenninae Steph. Dan. Fabr. Poene Voſ. id eſt Poenae. Penninae Baſil. *Paeninae* eſt a Maſvicio. conſulendus omnino Cl. Drakenb. ad Liv. XXI. 38. 32 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. mox, Alpes iſtas, malebat Cl. Drakenb. & Cluverum *a Pennino Deo* legere notat, ſed ille *Penino Deo*, & *Peninas* Alpes malebat ſcribi. 33 vocantur Dan.

Tum certare odiis, tum res rapuiſſe licebit,
Nunc ſinite; & placitum laeti componite foedus.
Juppiter haec paucis: at non Venus aurea contra
Pauca refert.
O Pater, o hominum Divûmque aeterna poteſtas!
(Nam-

SERVII.

14. RES RAPUISSE LICEBIT. Clarigationem exercere, hoc eſt, per Feciales [33] * bellum indicere: nam [34] [veteres *laedere*, *res rapere* dicebant; etiamſi rapinae nullum crimen exiſteret: ſimiliter *ſatisfacere*, *res reddere* dicebant. Nam] Ancus [35] Marcius, cum videret populum Romanum ardentem amore bellorum, & plerumque inferre gentibus bella, nulla juſta exſtante ratione; & exinde pericula [36] creari, miſit ad gentem [37] Equiculanam, & accepit jura Fecialia, per quae [38] bellum indicebatur hoc modo, ſicut etiam de Albanis retulit Livius. Nam ſi quando homines vel animalia ab aliqua gente rapta eſſent populo Romano, cum Fecialibus, id eſt, ſacerdotibus, qui faciendis praeſunt foederibus, proficiſcebatur etiam Pater [39] patratus, & ante fines ſtans clara voce dicebat belli cauſſam: & nolentibus res raptas reſtituere, vel auctores injuriae tradere, jaciebat [40] [haſtam, quae res erat pugnae principium, [41] & ſic jam licebat] more belli res rapere. *Clarigatio* autem, aut a clara voce dicta eſt, qua utebatur Pater patratus: aut ἀπὸ τοῦ κλήρου, hoc eſt, *ſorte:* nam per bellicam ſortem agros hoſtium invadebant: unde & κληρονόμοι dicuntur Graece, qui jure ſortiuntur [42] bona defuncti.

15. [43] PLACITUM. Aut mihi ſcilicet, [aut fatis: aut quod velim vobis placere.]

16. JUPPITER HAEC PAUCIS. Habet perſonarum [44] conſiderationem: ut ſuperioribus perſonis det breviloquium, e [45] contra inferiori poteſtati prolixam orationem, unde ait de Venere: AT NON VENUS AUREA CONTRA PAUCA REFERT. [46] [Quia Veneri cauſam neceſſe eſt reddere, ideo non pauca refert, aut quia mater dolens, aut quia inferior.] Item Dido, quaſi regina paucis locuta eſt, ut IV. 632. *Tum breviter Dido.*

18. O PATER, O HOMINUM. Et Titianus, & [47] Calvus, qui Themata omnia de Virgilio elicuerunt, & [48] conformaverunt ad dicendi uſum, in exemplo Controverſiarum has duas poſuerunt adlocutiones, dicentes, Venerem agere ſtatu abſolutivo, cum dicit Junoni: Tu cauſſa fuiſti periculorum his, quibus Italiam fata conceſſerant; Junonem vero niti ſtatu relativo; per quem oſtendit Trojanos non ſua [49] cauſa laborare, ſed Veneris. O PATER. Generaliter, *pater*, accipe; non tantum Veneris: nam ſupra ỳ. 2. ait: *Divum pater, atque hominum rex.* Et bene in principiis favorem alibi arte conciliat. HOMINUM DIVUMQUE AETERNA POTESTAS. Hunc locum Probus quaerit: ſed [50] dixit unam rem ſecundum Phyſicos; alteram ſecundum Mathematicos: nam *divum poteſtas* eſt, quia ipſe eſt aether, qui elementorum poſſidet principatum; *hominum* vero ideq, quia bona Jovis inradiatio honores hominibus tribuit. *Aeterna* autem *poteſtas*, adjecit propter aliorum numinum diſcretionem: nam legimus & Apollinem divinam depoſuiſſe poteſtatem: & Herculem, vel Liberum patrem,

33 * bella Dan. Fabr. 34 deſunt V. L. (qui hic iterum incipit) R. Voſ. Steph. al. 35 Mancus V. L. R. Voſ. Steph. quod a Gloſſatore venit, qui vocem *Ancus*, quae vitium cubiti notabat, ita exponebat. ſic qui non poteſt uti manu ſua, mancus dicitur Ovidio III. Faſt. 826.

Et licet antiquo manibus collatus Epeo
Sit prior, irata Pallade mancus erit.

id eſt ad nullum opus affabre faciendum aptus erit. 36 recreari V. L. creari R. Steph. pericula gravia creari Baſil. 37 Aequicolanam Baſil. Fabr. 38 bella indicebantur Dan. Fabr. 39 patratuis V. 40 deſunt V. R. L. qui etiam faciebat more, pro *jaciebat*. 41 & ſic licebat Steph. Baſil. & jam lic. Voſſ. Dan. 42 hereditates Dan. Fabr. 43 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. al. & etiam *aut* in principio notae: ſcilicet etiam deeſt. 44 acceptionem Dan, Fabric. quae lectio profecta a Monacho, qui ex ſacris literis hanc locutionem accepit. ut Paul. ad Galat. II. 6. Act. X. 34. & alibi. 45 deſunt Dan. ſed Fabr. alio ordine poſita agnoſcit. 46 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. ſed Dan. ponit poſt illa *tum breviter Dido*. & tantum habet breviloquium, ut alibi *tum breviter Dido*, &c. 47 Catulinus Dan. 48 deformarunt vel deformaverunt V. L. Voſ. R. Steph. adformaverunt Dan. 49 culpa Dan. 50 dicit V. L. Voſ. R. Steph.

(Namque aliud quid ſit, quod jam implorare queamus?)
Cernis ut inſultent Rutuli; Turnuſque feratur
Per medios inſignis equis, tumiduſque ſecundo
Marte ruat? Non clauſa tegunt jam moenia Teucros:
Quin

SERVII.

patrem, non ſemper deos fuiſſe. [51] [Unde & Deae arborum cum arboribus vivunt, & cum arboribus dicuntur mori: quocirca & Ἀμαδρυάδες ſunt appellatae.] Sicut autem hominum, & rerum *poteſtas* eſt: an, quemadmodum pro rege vel magiſtratu *poteſtas* ſolet dicere.]

19. NAMQUE ALIUD QUID SIT. Ac ſi diceret: cum fere omnes dii in favorem Junonis conceſſerint. [52] *Namque* enim conjunctio oſtendit, eam hanc habuiſſe cogitationem; [53] eſt autem parentheſis.] IMPLORARE. *Implorare*, eſt auxilium cum miſeratione depoſcere: qua ratione bene dicimus, *Imploro te*, ut miſero feras auxilium; contra, *imploro te ad diem feſtum*, non [54] procedit.

20. CERNIS. Ad augendam invidiam ait *cernis*, ac ſi diceret, non eſt opus narratione, cum Trojanorum miſerias ipſe conſpicias. INSULTENT RUTULI. [55] Propter illud eſt inf. 118. *Interea Rutuli portis circum omnibus inſtant. Inſultare* autem, eſt inimicis irridere per cavillationem: [56] [unde & Graeci ἐπιχαιρεκακίαν vocant.] *Exultare* vero, gloriari, & laetum eſſe.

21. PER MEDIOS. Suos ſcilicet. INSIGNIS EQUIS. Propter illud IX. 48. *Viginti lectis equitum comitatus*: nam caſtra non eques irruperat: [57] [& ambiguum, utrum *equis inſignis*, an *equis feratur*.] SECUNDO MARTE. Ad illud reſpicit IX. 717. *Hic Mars* [58] *armipotens animos vireſque Latinis Addidit*.

22. RUAT. Irruat. CLAUSA MOENIA. [59] [Ad quae in extremis ſolent adflicti confugere.] [60] [Magna invidia eſt: Scimus enim ultimum eſſe praeſidium, in caſtra confugere, & hoſtilem impetum plerumque differre: ſicut factum eſt in bello Trojano. Modo ergo dicit, ademptam eſſe etiam hanc [61] aram miſericordiae: ſiquidem intra muros hoſtis inſultat.]

VARIORUM.

rhaſ. Sprotianus, Montalbanius, Rottendorphius primus, alter Hamburgicus & Menagianus, Venetus, Leidenſes duo & plures alii. & Ed. pr. in ſecundo Mentelii *quianam*, cum gloſſa, *cur nam. quae jam*, ſuperſcripto *nam*, Dorvil.

7. CERTATIS. *Certatur* in altero Menagiano. HEINS.

11. ADVENIET. *adveniat* Gudianus. *advenit* alter Mentelius a manu prima. praeterea *arceſſite* vetuſtiores. mox, *Alpes immittat* non *immittet* Menagianus prior. HEINS. *Immittit* alter Menagii.

15. PLACITUM. Mihi: inquit Servius. Imperantis enim majeſtatem magis decet, quam *placidum*. eodem modo exemplaria antiqua. FABRIC. *Placitum* vetuſtiores Pieriani, non *placidum*: nec aliter ex noſtris Gudianus, alter Mentelius, prior quoque pro diſcrepante ſcriptura, ſecundus tertiuſque Rottendorphii, Menagianus prior, alter Hamburgicus, Venetuſque, ſecundus & quartus quoque Moretanus, cum Voſſianis duobus. in Mediceo, *laeti placidum componite foedus*. HEINS.

16. AUREA. *Anxia* Waddel. Anim. Critic. p. 33.

18 DIVUMQUE. *rerumque* Mediceus, Gudianus, Montalbanius, alter Hamburgicus, prior Voſſianus ex noſtris, & vetuſtiores Pierii quod quidni ſequamur? quia τὸ *hominum* praeceſſerat, ſciolus neſcio quis ex librariorum faece requiri arbitratus eſt, ut hominibus Dei ſubjungerentur. atqui meminiſſet vellem libro XII. prorſus ſimiliter extare,

Olli ſubridens hominum rerumque repertor,

ubi pari jure potuerat reponi, *divumque repertor*. & hoc ipſo libro: *pater omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas*. Valerius quoque Probu in arte Grammatica duobus locis manifeſte exhibet, *hominum rerumque poteſtas*. etiam Proba Falconia in Centonibus Virgilianis. quamquam Scholiaſtes Horatii

51 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. ad ℣. 19. Danieli vero ad *ſicut*. inde vero deſunt Baſil. 52 nam V. L. R. Voſ. 53 deſunt V. L. R. Steph. al. 54 procedit narratio Dan. 55 propter quod dicturus eſt *interea*. Dan. Fabr. propter illud, *interea*. V. L. Voſ. R. Steph. 56 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. 57 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. al. 58 *omnipotent animum* V. L. Voſ. R. Steph. *armipotens animum* Baſil. 59 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 60 deſunt Dan. 61 ramis R. ramnis Voſ. partem V. L.

Quin intra portas, atque ipſis proelia miſcent
Aggeribus moerorum, & inundant ſanguine foſſas.
Aeneas ignarus abeſt. Numquamne levari
Obſidione ſines? muris iterum imminet hoſtis
Naſcentis Trojae: nec non exercitus alter:
Atque iterum in Teucros Aetolis ſurgit ab Arpis
Tydides. Equidem (credo) mea volnera reſtant:

30 Et

SERVII.

23. QUIN. Quinetiam. IPSIS. In [62] ipſis, *aggeribus*, aut in munitionibus; ſed abuſive. In muris autem ideo, quia ſupra dixit IX. 766. *Ignaros deinde in muris, Martemque* [63] *cientes.*

24. AGGERIBUS. *Agger*, proprie dicitur terra illa, quae vallo facto propius ponitur; ſed abuſive & muros & munimenta omnia *aggerem* dicimus: ſicut modo, *aggeribus moerorum*, pro munimentis. [64] MOERORUM. Antique ait pro murorum: nam veteres pleraque eorum, quae nos per U dicimus, per [65] oe diphthongon pronuntiabant. Hinc eſt *moerorum*, pro murorum. Et contra *punio*, pro *poenio*, quod verbum a [66] *poena* venit, [67] [quod Graecum eſt vocabulum, ποινη dictum.] Hinc eſt I. 338. *Punica regna vides*: cum *Poenos* ubique legerimus: hoc autem facit [68] Graeca orthographia: nam quam nos U habemus, illi diphthongon habent ου: & ideo putarunt, poſſe pro hac littera, [69] licet non eadem, diphthongon poni. INUNDANT. Implent, & inundare faciunt.

25. [70] [AENEAS IGNARUS ABEST. Ne merito videatur pati: neque enim poteſt videri feciſſe bellum, qui factum eſſe ignorat: aut hoc ipſo miſerabilis, quia ignarus exceſſus.] LEVARI OBSIDIONE SINES? Liberari: & oblique per Jovem invidiam commovet [71] Junoni.

27. [72] [NASCENTIS TROJAE. Invidioſe: quia jam ruinis periclitatur, quae modo naſcitur.]

28. AETOLIS [73] SURGIT AB ARPIS. Atqui non eſt venturus: unde accipiamus, Venerem non quaſi deam loqui; ſed quaſi unam de Trojanis, ut in primo I. 251. *Unius ob iram Prodimur*. Item I. 252. *Caeli quibus adnuis arcem*. Ne futura ignorare videatur. *Aetolis* autem *Arpis* ſic dixit, ut VI. 2. *Cumas Euboicas*: nam de *Aetolia* Diomedes venit, qui *Arpos* in Apuſia [74] collocavit.

29. MEA VULNERA RESTANT. Ut poſſim [75] iterum vulnerari.

VARIORUM.

ratii Crucquianus lib. III. Od. I. hic cum vulgatis facit. Paullinus carmine de Johanne Baptiſta:

O Pater, o hominum rerumque aeterne creator.

HEINS. *O que hominum* Parrhaſ.

19. JAM. Deeſt tertio Rottendorphio.

20. INSULTENT. *Inſultant* Montalbanius & Bigotianus & Moreti ſecundus, & Parrhaſ. vid. Ecl. II. 66.

22. CLAUSA. *Clauſtra t. j. moenia* Mediceus. HEINS.

23. IPSIS. Deeſt Dorvil.

24. INUNDANT. Neutrum active poſuit. ut in VIII. annotat Priſcianus: nec aliter exponit Servius. antea legebatur *foſſae*: quod natum ex illo libri XI. 382.

Dum diſtinet hoſtem
Agger murorum, nec inundant ſanguine foſſae.

FABRIC. *Foſſas* Gudianus, alter Hamburgicus, tertius Rottendorphius, cum Moretano quarto. praeterea *moerorum* non *murorum* tres Rottendorphii, alter Mentelianus, alter Menagianus, & Venetus, cum tertio & quarto Moretanis & Leidenſi. HEINS. Vid. ad Val. M. L. VII. 5. & H. Steph. Schediaſm. p. 61. Senec. Oed. 483. Obſ. Miſc.

62 ipſis *Aggeribus* autem mun. ſed ab. Et in m. ideo Steph. al. & in m. ideo L. V. Voſ. R. 63 *cientem* V. 64 *moerorum* pro murorum antique V. L. Voſ. R. Steph. al., vid. ad Lucret. IV. 221. 65 deeſt Baſ. 66 poema V. 67 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. 68 deeſt R. Baſil. 69 diphthongon poni, licet aliam Dan. Fabr. licet non eandem L. Voſ. 70 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 71 in Junonem Dan. Fabr. 72 deſunt L. Voſ. V. R. Steph. al. 73 SURGET. L. Voſ. V. R. 74 condidit Voſ. Dan. 75 denuo Dan.

Digitized by Google

Et tua progenies mortalia demoror arma.
Si ſine pace tua, atque invito numine Troës
Italiam petiere; luant peccata: neque illos
Juveris auxilio. Sin tot reſponſa ſecuti,
Quae Superi Maneſque dabant; cur nunc tua quiſquam
Vertere juſſa poteſt? aut cur nova condere fata?

Quid

SERVII.

30. DEMOROR. Expecto, ſuſtineo, [76] [id eſt, ut dea mortalium armis interſim, & ipſa depugnem: & ſic dixit *mortalia arma*, ut in duodecimo 797. *vulnus mortale*.]

31. SINE PACE TUA. Sine tua benevolentia, [77] [ſine voluntate tua,] ſine tua conceſſione, [78] [ut I. 519. *Orantes pacem*. XI. 101. *veniamque precantes*. Item III. 370. *Exorat pacem Divum*. Ergo *pace*, benevolentia, ſuffragio;] ut ſolet dici, *pace illius dixerim*. Dicendo autem: Si ad Italiam ſine deorum voluntate venerunt, dent [79] poenas; oſtendit fatum eſſe abſolutum. [80] [Et inſinuatione utitur, id ficta conditione concedendo, quod non eſſe verum, Venus conſcia eſt; ut deinde, quum diu rem indignam oſtenderit, & indignitatem auxerit, nihil ſimile a ſe factum oſtendens, magis ac magis Jovis exoret favorem.] INVITO NUMINE TROES. Syllepſis eſt [81] per genus.

32. LUANT PECCATA. *Luant*, id eſt, [82] abſolvant. Dicimus autem & [83] *luo poenam*, ſed melius eſt, *luo peccatum*: nam peccatum ſolvitur poena. Qui enim crimine tenetur obnoxius, poena eum a priſtina liberat obligatione. Contra, *luo poenam*, [84] [ſi dixeris,] non procedit, [85] quaſi poena ſolvatur: auctoritas tamen licenter iſta confundit, more, quo ſolet poni vel a ſequenti quod praecedit, vel a praecedenti quod ſequitur.

33. NEQUE ILLOS JUVERIS AUXILIO. Conceſſivus eſt modus iſte, ſecundum Probum: namque in Artibus non invenitur. Fit autem, quotiens taedio contentionis quaſi videmur concedere, quod tamen [86] nolumus fieri: nam id agit Venus hoc loco, ut Jupiter magis praeſtet auxilium. RESPONSA SECUTI. Hoc eſt, ſi non ſolum prohibiti non ſunt, ſed eis etiam conceſſum eſt.

34. SUPERI. Ut Apollo. MANES. Ut Crëuſa, [87] vel Anchiſes, [vel Hector.] [88] [QUISQUAM. Verecunde: quia apud maritum contra uxorem agit.

35. [89] [NOVA CONDERE FATA. Quae adverſus quae ſtatuiſti.]

VARIORUM.

Miſc. Vol. x. Tom. I. 50. Heinſius ad Ovid. XIV. Met. 195. *foſſae* praeferre videtur. ego *foſſas* praetuli: cum enim *miſcent* de Rutulis ſit capiendum, requirit ratio, ut & *inundant* ad eos referatur. v. Sil. VI. 51.

25. NUMQUAMNE. *Umquamne* ſecundus Moretanus, deinde tertius ejuſdem Moreti *muris iterum inſidet hoſtis*. male, quia *obſidione* praeceſſit. HEINS.

28. SURGIT. *Surget* Mediceus, Gudianus, ſecundus tertiuſque Rottendorphii, & alter Hamburgicus. praeterea *Aetolis ſurgit ab arvis*, in priore Voſſiano. HEINS. *Surget* Francianus & Parrhaſ.

29. MEA. *Me* alter Menagii.

31. INVITO. *Inviſo* Venetus. *invicto* Dorvil. *nomine* Gudianus.

32. LUANT. *Luunt* Francianus. & mox *ſint tot* idem.

33. SIN. *Si* Parrhaſianus & Venetus. & ita Commentator Horatii ad Carmen ſaeculare.

35. VERTERE. *flectere* prior Menagianus, Sprotianus, Montalbanius, primus Rottendorphius, primus Hamburgicus, Venetus, primus ac quartus Moretani, & Schefferianus. in altero Menagiano & Lei-

76 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 77 deſunt Dan. & etiam ſequens ſine t. con. L. R. Steph. al. ſine benevolentia, ſine voluntate, ſine conceſſione Voſ. 78 deſunt Dan. 79 poenam Dan. 80 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. 81 pro genus V. 82 ſolvant in ſolo Maſvicio vidi. 83 *luo poenam* & *luo pec.* V. L. Voſ. R. *luo poenam* melius, & *luo p.* Steph. al. 84 deſunt Dan. Fabr. 85 quare V. L. Voſ. R. Steph. al. 86 nolumus R. 87 & Anch. V. R. L. Voſ. Steph. al. quibus deſunt, vel Hector. 88 deſunt V. ad ỳ. 36. 89 deſunt L. R. Steph. al. quaſi adverſum q. ſt. Voſſ.

Quid repetam exuſtas Erycino in litore claſſis?
Quid tempeſtatum regem, ventoſque furentis
Aeolia excitos? aut actam nubibus Irim?
Nunc etiam Manis (haec intentata manebat
Sors rerum) movet, & ſuperis inmiſſa repente
Alecto, medias Italûm bacchata per urbis.
Nil ſuper imperio moveor: ſperavimus iſta,
Dum Fortuna fuit: vincant, quos vincere mavis.

Si

SERVII.

36. EXUSTAS ERYCINO IN LITTORE CLASSES. [90] [Nunc per ἀντικατηγορίαν ad accuſationem alterius tranſit:] argumentum eſt enim, utrum habeat voluntatem [91] nocendi, quae nocuit. *Erycino* autem *in littore*, ſecundum opinionem ſuam dixit: nam alii apud Cajetam dicunt exuſta navigia: unde & Cajeta dicta eſt [92] [ἀπὸ τοῦ καίειν]. Quamvis quatuor naves exuſtae ſunt, haec tamen exaggerat.

37. QUID TEMPESTATUM REGEM. Ubique *repetam*, ſubaudiendum eſt.]

38. ACTAM NUBIBUS IRIM. Impulſam, ſcilicet ut perſuaderet matribus incendium navium: [93] aut ſecundum artem Rhetoricam, rem unam in duas diviſit, [94] [ut latius pateret rei acerbitas, interpoſito alio crimine:] nam per Irim naves exuſtae ſunt. Sed melius eſt [95] [ut non ſit iteratio] ad Turnum miſſam Irim intelligere. Nec nos moveat ordo converſus: ſolent enim graviora in principiis & in fine ſecundum artem Rhetoricam poni. NUBIBUS. Per nubes.

40. SORS RERUM. Id eſt, regnum: nam per ſortem inter ſe fratres, Juppiter, Neptunus, & Pluton, mundi regna diviſerunt: quae Juno, praeter Inferos, in Trojanorum perniciem moverat. SUPERIS IMMISSA. Ac ſi diceret, non jam Trojanis, ſed Diis. Reſpexit autem ad illud VII. 543. *Et coeli convexa per auras.*

41. BACCHATA PER URBES. [96] [Non vagata, ſed *bacchata*, id eſt] [97] perfurit: & bene [98] *bacchata*, quia, per ſimulationem [99] ſacrorum Liberi patris, matres egerat in furorem.

42. SUPER IMPERIO. Id eſt, de imperio, [1] [ut I. 750. *Multa ſuper Priamo rogitans:*] [2] [& quaſi de ſalute ſua ſe dicit laborare.] Eſt autem verecunda petitio, & obliqua, per quam magna Jovi invidia commovetur, [3] [qui imperium Trojanis promiſerat.] SPERAVIMUS ISTA. Abſolute dixit.

VARIORUM.

Leidenſi *flectere jura*. HEINS. *Non tua* Montalbanius. *flectere* etiam Excerpta noſtra. *flectere juſſa* Ed. pr.

Ibid. POTEST. Superſcr. *audet* Dorvil.

36. EXUSTAS. *Exhauſtas* Ed. pr. quod Servius apud Cajetam exuſtas naves a quibuſdam dici, poſſet ad *Venerem Lucrinam* referri, de qua ad Gratii Cyneg. 129.

Ibid. ERYCINO IN LITORE. Non opus de Sicilia intelligere, quum omnis illa ora Campaniae Veneris habuerit templa. v. ad Gratii Cyneg. 129.

38. EXCITOS. *Exactos* Menagii prior. vid. ad lib. VII. 623.

39. MANEBAT. *Manebant* Dorvill.

40. INMISSA. *Invisa* Leidenſis.

42. IMPERIO. *Imperiis* prior Hamburgicus. *imperium*

90 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. 91 Juno nocendi V. 92 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. ad. ỹ. 38. 93 ut diviſerit V. L. Voſ. R. aut diviſerit Baſil. aut ſecundum praeceptum artis Rhetoricae Dan. Fabr. 94 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. 95 ut ſit iteratio, quam ad Turnum miſſam intelligere V. ut ſit iteratio R. Irim deeſt L. R. 96 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 97 perfuruit R. L. Steph. al. per urbes furuit Voſ. V. 98 Bacchata per auras. V. Voſ. R. *Bacchata per urbes* L. Steph. al. 99 ſuorum ſacrorum V. 1 deſunt Dan. 2 deſunt V. R. L. Voſ. Steph. al. 3 deſunt iisdem.

Si nulla eſt regio, Teucris quam det tua conjux
Dura; per everſae, genitor, fumantia Trojae
Excidia obteſtor: liceat dimittere ab armis
Incolumem Aſcanium, liceat ſupereſſe nepotem.
Aeneas ſane ignotis jactetur in undis;
Et, quamcumque viam dederit Fortuna, ſequatur.
Hunc tegere, & dirae valeam ſubducere pugnae.

Eſt

SERVII.

44. CONJUX DURA. [4] Hic diſtinguendum, ne incipiant eſſe duo epitheta: *Dura fumantia excidia:* [5] [quod contra artem fit, nulla interpoſita conjunctione. *Dura* autem, debere diſtingui, ipſe ex perſona Junonis oſtendit inf. 72. *Quae dura potentia noſtra egit?* Et mire *conjux*, quaſi vitium mariti ſit.] NULLA autem REGIO, invidioſe dixit, ut ſupra I. 234. *Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis:* cum a ſola arceantur Italia.

45. PER EVERSAE GENITOR FUMANTIA TROJAE. Cum dicimus: *Rogo te per deos*, hoc videmur dicere: Memineris [6] religioni curae eſſe petitionem meam: ſicut in primo expreſſit I. 543. [7] *At ſperate deos memores fandi atque nefandi.* Cum autem dicimus: *Rogo te per miſerias meas*, videmur dicere: Memineris ab eo te rogari, qui miſerias pertulit: ut [8] qui rogatur, ad miſericordiam, miſeriarum commemoratione flectatur: ſicut eſt nunc in Veneris petitione: nam ideo ſic rogat, ut commemoratione Trojanae infelicitatis impetret miſericordiam. Alias ſtultum eſt, cum adjuratur Jupiter per excidia Trojanorum. [9] [Salluſtius in primo: *Poſtremo ipſos colonos per miſerias & incerta humani generis orare.*] [FUMANTIA autem, quae fumaverunt, [10] non enim nunc fumant.]

47. INCOLUMEM ASCANIUM. [11] [Ideo Venus pro Aenea non [12] petit hoc loco; [13] non, quia pro eo non movetur; ſed aut quia ſcit, eum celerius eſſe moriturum: aut quia ſoli Aſcanio debetur imperium & ſumma rerum, ut] IV. 275. *Cui regnum Italiae, Romanaque tellus Debentur.* [14] [Ideo eſt pro eo ſollicita: non quia pro filio non movetur.]

48. AENEAS SANE. Quidam *ſane* pro valde accipiunt, ut Cicero pro Quintio cap. III. *Sane caeterarum rerum paterfamilias & prudens, & attentus.*]

VARIORUM.

perium Sprotianus. male Stat. II. Theb. 339. *nil foedere rupto, Connubiiſve ſuper moveor.* ubi Lutatius hunc locum adducit. & *ſuper* hic pro propter poſitum notat Corradus ad I. Aen. 29. & II. 348. BURM.

43. FORTUNA. Male puto haec Cerdam explicare. Servius videtur diſtinxiſſe, *ſperavimus*, *iſta dum Fortuna fuit*.

44. DET. *Dat* alter Menagii & Parrhaſianus. & ita Serv. ad II. Aen. 7.

46. DIMITTERE. *Demittere* Menagii uterque, Gudianus, duo Rottendorphii.

47. NEPOTEM. *Nepoti* putabam. ſed obſtant libri veteres. adeantur quae obſervamus ad Naſonem Epiſt. XIV. 64. HEINS.

48. AENEAS SANE IGNOTIS. *Procul ignotis* Sprotianus. quomodo veterrimi duo codices Pieriani. praeterea *ignotis in oris*, non *undis* Gudianus, & alter Mentelius. HEINS. *Oris* Regius & Ed. pr. *Sane* pro valde hic poni non putem. ſed inſervire conſenſui, quem ironice, & quaſi cum iriſione, damus. vid. quae diximus ad Phaedr. III. Fab. 15. & ad Sueton. Neron. XXXII. & Cl. Graev. ad Cicer. I. Agrar. I. & alios. illa vero inter-

4 Hinc eſt jungendum V. L. R. 5 deſunt Voſ. & Steph. uſque ad nulla. ſed L. R. V. Baſil. deſunt a *Dura* uſque ad *nulla*. 6 religionis V. R. L. Steph. 7 *at ſpirate* V. *adſpirate* R. in L. deerat relicto loco vacuo. 8 ad miſericordiam qui rogatur. Dan. 9 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 10 non enim fumantia. . . . * Dan. Heinſius legebat *fumant jā*, id eſt jam. 11 deſunt Dan. qui tantum habet, ſcit autem in Aſcanio eſſe ſummam rerum, ut *cui* &c. 12 poteſt R. 13 deeſt R. 14 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. ad ỳ. 51.

Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphus, atque Cythera,
Idaliaeque domus. Poſitis inglorius armis
Exigat hic aevum. Magna ditione jubeto
Carthago premat Auſoniam. Nihil urbibus inde
Obſtabit Tyriis. Quid peſtem evadere belli
Juvit, & Argolicos medium fugiſſe per ignis?

Tot-

SERVII.

51. EST AMATHUS. *Amathus* & *Paphos*, Cypri inſulae civitates ſunt, [15] [Veneri conſecratae.] [16] [*Amathus* ab *Amathonte*. CELSA PAPHOS. Antiqua Paphos, quae nunc *Palaepaphos* dicitur, in excelſo fuit poſita, ex quo loco aedificia, permittente pace, in littus deducta ſunt.] CYTHERA. Inſula [eſt contra Laconicam,] Veneri conſecrata. Dicimus autem *haec Cythera*, ſicut *haec* [17] *Solyma*, *haec Artaxata*, [*haec Megara*.]

52. IDALIAEQUE DOMUS. *Idalium*, civitas Cypri eſt: [18] [& hic *Idaliam* dixit, cum ipſe dixerit I. 681. *Aut ſuper Idalium*.

53. AEVUM. Hic vitam, alias aetatem.] INGLORIUS. Sine triumphis, immemor gloriae. [19] [Cicero in Tuſculanis III. 34. *Quae de vita inhonorata & ingloria dici ſolent*.]

54. NIHIL URBIBUS INDE OBSTABIT TYRIIS. Id eſt, ab Aſcanio Tyrii nihil timebunt: & verum eſt: nam Scipio vaſtaturus eſt Africam.

55. QUID PESTEM EVADERE BELLI JUVIT. In fine jam agit miſerabiliter, ſicut egit & in principiis: nam hoc praecipit ars Rhetorica, ut epilogi & principia pari argumentatione tractentur. PESTEM autem, incendium ſignificat, ut v. 683. *Et toto deſcendit corpore peſtis*: cum de navibus loqueretur incenſis.

56. FUGISSE PER IGNES? Exprimit, quid ſit, *peſtem belli evadere*.

VARIORUM.

terpretatio ex gloſſemate illo *procul* nata, quaſi *procul ignotis*, eſſet valde ignotis. BURM.

49. QUAMCUMQUE. *Quacumque* prior Hamburgicus. HEINS.

50. HUNC. *Nunc* Lubecenſis Cod.

Ibid. DURAE Sprotianus. *dirae* Servius ad I. Aen. 678.

51. AMATHUS. *Amathos* Sprotianus, & Montalbanius, quartus Moreti, & Dorvill. qui *eſt excelſa Paphos. Paphos atque alta C.* Menagii prior & Hamburgicus & duo treſve alii. *Paphus* etiam nonnulli. *Cithere* alter Hamburgicus.

Ibid. PAPHOS. Alii, *eſt celſa Paphos, atque alta Cythera*. e verbis Junonis. vulgata lectio propter numeros melior. FABRIC. *Paphus* Gudianus, tertius Rottendorphius, & a ſecunda manu Mentelianus alter. Praeterea in priore Menagiano, *Eſt celſa Paphos atque alta Cythera*. in Gudiano, primo Rottendorphio, priore Hamburgico, *Eſt celſa mihi Paphos atque alta Cythera*. redundante uno pede. *Paphus* etiam infra ỷ. 86. in nonnullis ſcriptis occurrit. & Aeneidos lib. I. 415. *Ipſa Paphum ſublimis adit*. HEINS. *Amathuns* Francianus. *Amathos* & *Paphos* Parrhaſ.

53. EXIGAT. *Exiget* uterque Mentelianus, prior Menagianus, Rottendorphius ſecundus tertiuſque, prior Voſſianus, quatuor Moretani, tum & Gudianus a manu ſecunda. HEINS. Et ita

Fran-

15 deſunt Dan. conſervatae Fabr. vitioſe. deſunt V. L. R. Voſ. R. Steph. al. corrupta hic ſunt verba, & *palepaſes* legitur in Dan. & Fabr. Barthius vero ad Stat. v. Theb. 61. repoſuit *Palepaphos*. & in ultimis verbis, ubi erat *aedificia * permittente pace * in littoris ded. ſ.* legebat aut, *poſita. Eſtque eo loco Zephyria prominentia*. aut, *poſita, ex quo loco aedificia per ſexaginta ſtadia in littus deducta ſunt*, quia Strabo tot ſtadia diſtare a Palaepapho novam Paphon dicit, quod & Meurſius in Cypro lib. I. cap. 19. notavit. ſed forte error aut potius ineptum acumen librarii poſſet dediſſe occaſionem voci *pace*, quia novam ab *Agapenore* conditam eſſe legerat. hoc nomen, quod amantem viros notat, ille hunc amorem maxime per pacem conciliatam Cypriis exprimens, dedit, *permittente Agapenore, pace*, id eſt, pacis tempore, quam dederat Cypriis. nam lacunas fuiſſe indicat Daniel. Ed. & Barthius. niſi veroſimilius videatur, quia Servius *nunc*, id eſt ſua tempora reſpiciat, in voce *pace* latere nomen Imperatoris Romani, aut viri alicujus illuſtris, qui eam provinciam habuit, & hoc permiſit Paphiis BURM. 16 deſunt V. Voſ. L. R. Steph. al. 17 *ſoloema* haec *Kaſta*. . . . L. haec *ſoloema*, haec *cataxarta* R. haec *ſoloema*, haec *Caſtaſata* V. *Megara* vero deeſt omnibus ſcriptis, & Steph. & Dan. 18 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 19 deſunt iiſdem.

Digitized by Google

Totque maris, vaſtaeque exhauſta pericula terrae,
Dum Latium Teucri recidivaque Pergama quaerunt?
Non ſatius cineres patriae inſediſſe ſupremos,
Atque ſolum, quo Troja fuit? Xanthum & Simoënta
Redde, oro, miſeris: iterumque revolvere caſus
Da, pater, Iliacos Teucris. Tum regia Juno

Acta

SERVII.

58. RECIDIVAQUE PERGAMA. Renaſcentia. Tractus eſt autem hic ſermo ab arboribus, quae [20] aliis ſectis repullulant. Ergo illud ſolum *recidivum* dicimus, quod poſtea [21] renaſcitur: unde modo *recidiva* [22] *Pergama* dixit, [23] quae renovantur ab his, qui ſuperſtites ſunt Trojanis periclis.

59. [24] [NON SATIUS Deeſt *fuit*.] CINERES PATRIAE INSEDISSE. [25] Propter illud in quarto 342. *Dulceſque meorum Relliquias colerem.*

60. ATQUE SOLUM, QUO TROJA FUIT. Sic in tertio II. *Et campos, ubi Troja fuit.* XANTHUM ET SIMOENTA REDDE, ORO, MISERIS. Ambiguum eſt, utrum dicat, redde [26] nobis re vera antiquam Trojam; [27] an, redde nobis terras alias in Italia, ad ſimilitudinem Trojae: novimus enim hanc fuiſſe conſuetudinem, ut advenae patriae ſuae imaginem ſibi redderent, ut III. 497. *Effigiem Xanthi, Trojamque videtis.* Bene ergo Venus medio uſa eſt loquendi genere, ut utrumque ſignificaret, & antiquae [28] redditum Trojae imperium & Italiae, quod Trojanis Juppiter ad ſimilitudinem Trojae fore promiſerat: & magis hoc eſt, quod latenter deſiderat atque petit.

62. [29] [CASUS DA, PATER, ILIACOS. Reddantur nobis errores priſtini, dummodo praeſentia bella vitemus.] ITERUMQUE REVOLVERE CASUS. Si ad Trojam vis referre, ſic dic: Nobis [30] redde Trojam per naufragia & pericula, id eſt, patiamur denuo quae pertulimus, dumtaxat nobis Troja reddatur. Si vero ad Italiam vis referre, ſic intellige: Redde nobis Italiam, & libenter repetimus ea, quae in Troja pertulimus.

VARIORUM.

Francianus. *aevom* Gudianus.

54. AUSONIAM. *Italiam* Menagii prior, & Oudartii, & Parrhaſ.

Ibid. NIHIL URBIBUS. *Nil viribus* Parrhaſianus & Regius. vid. Cicer. II. Catil. II. & eadem variatio apud Liv. XXIV. 40.

55. OBSTABIT. *Obſtabat* Menagii prior, & Sprotianus. vel *Teucris* Zulichemius. *inde* ab Aſcanio interpretatur Servius. ego puto ab Idalia & Cypro, nam *obſtabit* &c. Aſcanius nihil. id eſt, non *obſtabit* a Cypro Tyriis.

56. MEDIUM. Sic plerique ſcripti. *Argolicum* Bigotianus cum gloſſa, pro *Argolicorum*. *feciſſe* Venetus. *medios... fugiſſe*, relicto ſpatio & eraſis literis, Regius. *medios* Dorvil. Edd. pr. & Mediol.

58. RECIDIVA. Ita omnes fere ſcripti. *moenia* etiam ſecundus Moreti. v. Guell. & Catrocum, & prae aliis Gronov. ad Senec. Troad. 472. ubi & de hoc loco agit. Nanſius adſcripſerat, *recidiva ſaxa* eſſe quae poſt caſum reſtituuntur & redintegrantur: *rediviva* quae ex veteribus ſaxis renovantur.

59. INSEDISSE. *Inſidiſſe* Mentelianus prior & tertius Rottendorphius. vid. lib. I. 719. HEINS. *Num ſatius* alter Hamburgicus, Oudartii, & quartus Moreti. & ita Servius Dan. *expendiſſe* Ed. pr.

60. QUO TROJA. *Quae* Venetus & Leidenſis. *quod* Zulichemius & Oudartii a manu prima. qui & *Xanthumque Simoënta*. *Simoonta* Excerpta noſtra. *Xantum & Simeonta* Francianus. *Sanctumque & S.* Dorvil.

61. REVOLVERE. *Evolvere* prior Hamburgicus. Nanſius *caſus Iliacos*, pro miſeros & calamitoſos

20 quae vero *aliae*? certe recidiva arbor eſt eadem quae reſecta fuit, non alia. an ſcripſit, *quae taliis ſectis repullulant*. de Talia vel Talea vide quae dixi ad Samonic. cap. XII. & eſſe ramos ex utraque parte aequaliter praeciſos docuit Salmaſius ad Tertull. Pall. pag. m. 371. 21 naſcitur V. L. Voſ. pullulat R. 22 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. al. dixit deeſt Fabr. 23 quae ſunt Dan. 24 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. vid. ad Ecl. II. 14. 25 ſic in quarto Dan. 26 non V. 27 an terras alias ad ſimilitudinem Trojae Dan. Fabr. ad redde nobis terras in Italia a. ſ. Trojae V. L. Voſ. R. Steph. Baſil. 28 reditum V. L. Voſ. 29 deſunt V. L. R. Steph. al. 30 deeſt R.

Acta furore gravi: Quid me alta ſilentia cogis
Rumpere, & obductum verbis volgare dolorem?
Aenean hominum quiſquam divûmque ſubegit
Bella ſequi, aut hoſtem regi ſe inferre Latino?
Italiam fatis petiit auctoribus; eſto:
Caſſandrae impulſus furiis. Num linquere caſtra
Hortati ſumus, aut vitam committere ventis?

Num

SERVII.

63. ALTA SILENTIA. Juno ubique ſilens inducitur: [31] unde ei oratio, niſi ex nimia neceſſitate, non datur: unde eſt: *Acta furore gravi.* Statius X. 901. *Junonem tacitam furibunda ſilentia torquent.* Et notandum, quia [32] ſingulatim dicta Veneris hac oratione ſolvuntur. [33] SILENTIA autem RUMPERE, loqui proprie dictum. [34] [Sciendum enim, quod *vocem rumpere*, eſt tacere,] unde apparet, [35] uſurpative dictum eſſe II. 129. *Compoſito rumpit vocem:* id eſt, loquitur: nam *vocem rumpere*, ſilere eſt; *ſilentium rumpere*, loqui.

64. OBDUCTUM DOLOREM. Celatum & diuturna jam cicatrice coopertum: nam *obduci* dicuntur *vulnera*, quae cicatrice clauduntur.

65. AENEAN HOMINUM QUISQUAM. [36] [Ad illud 34. *Quae ſuperi maneſque dabant:* &] celans quae facta ſunt,] ea quae non ſunt facta, commemorat: nam non Aeneas, ſed Turnus Junonis inſtinctu bella commovit. [37] [SEQUI autem petere, ut inf. 193. *ſidera voce ſequentem.*] Utitur autem replicatione rerum objectarum: poſt enim ſequitur reſolutio.

67. ESTO. Modo eſt concedentis adverbium: nam Graecum eſt [38] ἔστω. Illo autem loco verbum eſt XII. 176. *Eſto nunc Sol teſtis.* [39] [FATIS AUCTORIBUS. Num hic reſponſis? quia hoc ſequitur.]

68. CASSANDRAE IMPULSUS FURIIS. Bene *furiis*, plurali numero, quod de vaticinantibus [40] non dicitur. Ergo ut videantur merito eſſe decepti, qui Caſſandrae [41] inſanienti crediderunt: quod nunc falſo a Junone dicitur, ſicut ex verbis [42] probamus Anchiſae, qui ait in tertio 187. [43] *Aut quem tum vates Caſſandra moveret?* [44] [NUM LINQUERE CASTRA. Illa ait, *abeſt*: haec ait *reliquit*, ut ipſi adſignet culpam: & eſt ſtatus finitivus, non tam dicendo abiiſſe, quam reliquiſſe.]

69. VITAM COMMITTERE VENTIS. [45] [Non qui enavigavit, hoc dixit; ſed *ventis*,] id eſt, incertis & inanibus rebus.

VARIORUM.

ſos poni notavit, unde *Ilias malorum* proverbialiter dicitur.

63. ACTA. *Icta* tertius Moretanus. vide annotata lib. I. Aeneid. 513. HEINS. *Quid alta* Menagii prior. *coges* ſecundus Rottendorphius, & tertius a manu ſecunda. mox, *obtectum dolorem* ſecundus Moretanus. vulgata legitur apud Lutatium ad Statii X. Theb. 900. & Nonium in *vulgavit.* ut vero *acta*, ita *furor agit* Valer. Flac. VII. 36. & *mens agit* III: 393. ubi vide quae diximus.

67. ITALIAM PETIIT FATIS AUCTORIBUS. Concinnius in quibuſdam Pierianis, *fatis petiit auctoribus.* tranſpoſuere voces, qui poſtremae in *petiit* ſyllabae metuebant, ut Pierius quoque jam deprehendit. vulgata ſcriptura agnoſcitur a Priſciano lib. VII. & a membranis noſtris omnibus. HEINS. *Petiit fatiſque* Menagii alter.

68. NUM. *Non* alter Hamburgicus & Venetus. &

31 hinc ratio V. oratio pro re, niſi Dan. Fabr. niſi eximia neceſſitate Baſil. Barth. ad Stat. X. Theb. 890. legebat *pro ſe.* 32 ſingillatim V. L. Voſ. ſigulatim R. Steph. Dan. Fabr. al. 33 ſilentium rumpere eſt loqui V. L. ſilentium rumpere eſt nec tacere Steph. fil. r. eſt tacere R. 34 deſunt V. L. R. 35 uſurpatione Steph. Dan. Fabr. 36 deſunt V. L. R. ſed Steph. al. priora deſunt. deinde, celat quae facta ſunt, & q. n. ſ. f. commemorat. 37 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 38 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. 39 deſunt L. Voſ. R. Steph. 40 deeſt V. non dicitur Voſ. ergo etiam deeſt V. L. Voſ. R. Steph. 41 inſaniam Dan. 42 probatur Dan. Fabr. 43 *ut quem* V. Voſ. R. Steph. tertio, *Quem tu vates* Baſil. ſed tunc etiam *moverem* legendum. ut Cod. Hamburg. eo loco. 44 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 45 deſunt iidem.

Num puero ſummam belli, num credere muros?
Tyrrhenamve fidem, aut gentis agitare quietas?
Quis Deus in fraudem, quae dura potentia noſtri
Egit? Ubi hîc Juno, demiſſave nubibus Iris?
Indignum eſt, Italos Trojam circumdare flammis
Naſcentem, & patria Turnum conſiſtere terra:
Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater.

Quid

SERVII.

70. NUM PUERO SUMMAM BELLI. [46] [Quod Venus ad miſerationem; haec ad indignationem poſuit: &] eſt [47] exaggeratio ab aetate.

71. TYRRHENAMQUE FIDEM. Inire ſocietatem cum inimicis gentibus Turno. [48] [*Fidem* autem, auxilium petens; an *fidem*, ſacramentum, quod adhibetur ad belli ſocietatem; *Agitare* autem, ad gentes pertinere melius eſt. Ergo *Tyrrhenam fidem*, extrinſecus accipiendum, *invocare*, aut *petere:*] aut certe diſrumpere foedera, quae Turnus cum Tyrrhenis inierat. Sciendum ſane, Turnum auxiliorum cauſa ad Mezentium confugiſſe. GENTES QUIETAS. Nam licet vellent in bella prorumpere, tamen erant quietae, propter illud oraculum VIII. 503. *Externos optate duces.*

72. QUIS DEUS IN FRAUDEM? [49] [Interrogatio. *In fraudem* autem,] in periculum: ita enim in Jure lectum eſt: *Fraudi erit illa res*, id eſt, periculo. QUAE DURA POTENTIA NOSTRA. Ad illud reſpicit ſup. 44. *Si nulla eſt regio Teucris, quam det tua conjunx Dura.*

73. [50] [UBI HIC JUNO. Melius quam ſi dixiſſet, *ego*, ut II. 549. *Degeneremque Neoptolemum narrare memento.*] NUBIBUS IRIS. Propter illud ℣. 38. *Aut actam nubibus Irim.*

74 INDIGNUM EST ITALOS TROJAM CIRCUMDARE FLAMMIS. Rhetoricum eſt: nam quotiens aliqua non poſſumus ſolvere, paria opponimus, quod nunc Juno facit: nam negare non poteſt, nec ſolvere: quia obſidentur Trojani: unde dicit: [51] hoc indignum eſt, Trojanos obſideri; aliena eos matrimonia praeripere, dignum eſt! Sic in Bucolicis III. Ecl. 104. *Dic, quibus in terris,* [52] [*& eris mihi magnus Apollo, Tris pateat coeli ſpatium non amplius ulnas:* quod, quia non potuit ſolvere, & ipſe objecit: *Dic, quibus in terris inſcripti nomina regum Naſcantur flores.*]

75. [53] [NASCENTEM: Ἰτωφέρεις.]

76. PILUMNUS AVUS. Comparat [54] genus Turni cum Aenea, dicens etiam Turni [54] * avum deum eſſe. [Varro *Pilumnum* & *Picumnum* infantium deos eſſe ait, eiſque pro puerpera lectum in atrio ſterni, dum exploretur [55] an utilis ſit, qui natus eſt. Piſo, *Pilumnum* dictum, quia pellat mala infantiae; ſed *Pilumnus*, idem [56] Stercutius, ut quidam dicunt, qui propter pilum inventum, quo fruges confici ſolent, ita appellatus eſt. Si ergo proavus Latini eſt; non Turni avus: nam Stercutii Picus, Pici Faunus, Fauni Latinus eſt filius; ſed in his nominibus abutitur Poëta] DIVA VENILIA MATER. Hoc ad Veneris obtrectationem dicit, *cui Diva Venilia mater:* nam *Venilia* Nympha eſt. *Pilumnum* autem avum Turni ideo dicit, ut a vicino nobilis genere eſſe videatur, ſicut eſt Aeneas: nam paulo poſt dictura eſt ipſa Juno 619. *Pilumnuſque illi quartus pater.* [Sane hanc *Veniliam*, quidam Salaciam accipiunt, Neptuni uxorem. *Salaciam*, a ſalo; *Veniliam*, quod veniam det exigentibus.]

VARIORUM.

& ita mox *non puero* Gudianus. *non credere* Venetus & Montalbanius. *flammam belli* idem.

71. TYRRHENAMVE. *Tyrrhenamque* Mediceus, Gudianus, & alii nonnulli. HEINS. Et ita Donatus ad Terent. Andr. IV. III. 1.

Ibid.

46 deſunt iiſdem. 47 aggeratio Dan. 48 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. al. 49 deeſt iiſdem. & habent tantum, id eſt in per. 50 deſunt iiſdem. 51 deeſt Dan. 52 *Inſcripti nomina regum* V. L. Voſ. R. Steph. al. reliquis omiſſis. 53 deſunt iiſdem. 54 genus Turni Aeneae Voſ. cum Aeneae L. R. 54 * avum ejus L. Voſ. R. V. Steph. al. Varronis & reliqua deſunt iiſdem. ſed continuant, item & Veneris obtrectationem &c. vid. ad lib. 12. 4. 55 an vitalis ſit legit Caſaubon. ad Perſ. II. Sat. 31. 56 Stercutus Dan. Fabr. & mox Stercuti.

Quid face Trojanos atra vim ferre Latinis?
Arva aliena jugo premere, atque avertere praedas?
Quid ſoceros legere, & gremiis abducere pactas?
Pacem orare manu, praefigere puppibus arma?
Tu potes Aenean manibus ſubducere Grajûm,
Proque viro nebulam & ventos obtendere inanes:
Et potes in totidem claſſem convertere Nymphas:

Nos

SERVII.

77. ATRA FACE. Saevo bello: & eſt belli definitio: [57] [unde Homerus Iliad. Λ. 595. ὡς οἱ μὲν μάρναντο: non enim facibus Trojani pugnaverant, [58] [ſed ferro, id eſt, bello.]

78. AVERTERE PRAEDAS. Invidioſe: [59] ceterum nihil rapuerant.

79. LEGERE. Furari: unde & *ſacrilegi* dicuntur, qui *ſacra legunt*, hoc eſt, furantur. Alibi IX. Ecl. 21. *Vel quae ſublegi tacitus tibi carmina nuper*. GREMIIS ABDUCERE PACTAS? Id eſt, ſponſas: nam ante uſum [60] tabularum matrimonii, cautiones ſibi invicem emittebant, in quibus ſpondebant, ſe conſentire in jura matrimonii, & fidejuſſores dabant: unde & admiſſum eſt, [61] *ſponſum* & *ſponſam* ut dicamus, a *ſpondendo*. Caeterum proprie [62] *ſponderi* puellae eſt: ergo ſponſus, non quia promittitur, ſed quia ſpondet, & ſponſores dat. Sane exaggeratio eſt nimia in eo, quod ait: *Gremiis abducere*: tanquam jam uxores.

80. PRAEFIGERE PUPPIBUS ARMA. Propter illud VIII. 93. *Scuta virum fluvio pictaſque innare carinas*: ſcilicet quando ad petenda auxilia navigavit. PACEM ORARE MANU, PRAEFIGERE PUPPIBUS ARMA. Propter VII. 153. *Centum oratores auguſta ad moenia regis Ire jubet*.

82. PROQUE VIRO NEBULAM. [63] Ad opprobrium *pro viro* dixit, non, *pro filio*, *rem inanem* [64] appoſitam: aut quando eum Venus a Diomede liberavit: vel Neptunus ab Achille; quod Veneri [65] imputatur: quia in ejus gratiam factum eſt. Iliad. Υ. 321. [66] [αὐτίκα τῷ μὲν ἔπειτα κατ' ὀφθαλμῶν χέεν ἀχλὺν Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ.] VENTOS INANES. Vacuos: & eſt nebulae definitio.

83. ET POTES IN TOTIDEM CLASSEM CONVERTERE NYMPHAS. Licet hoc Mater deûm fecerit, tamen Veneri imputatur: [67] [quia in ejus gratiam factum eſt, ut illo loco VI. Ecl. 79. [68] *Quas illi Philomela dapes?* cum Progne fecerit, ſed propter Philomelam:] [69] aut certe quia dicunt ipſam Venerem eſſe Matrem deûm.

VARIORUM.

Ibid. AGITARE. *Equitare* Francianus.

72. NOSTRA. *Noſtri* Mediceus, & Menagianus praeſtantioris notae. rectius. HEINS. *Dira* etiam ſecundus Moreti. *noſtri* etiam Bigotii. *dura* & *noſtra* legitur apud Rufinianum de Schemat. Dian. p. 37. ubi *dura* ex ỳ. 45. legendum probat.

73. UBI HIC. *Ubi hinc* Mediceus. HEINS.

Ibid. DEMISSAQUE. *Dimiſſaque* primi Rottendorphius & Moretanus, alter Menagii, duo Leidenſes, tertius Mentelii & Excerpta noſtra. *dimiſſave* & *ubi haec Juno* Parrhaſ.

74. CIRCUMDARE. *Succendere* legitur apud Rufinian. de Schemat. Dian. p. 37.

76. PILUMNUS. *Pilumnus avus eſt*, *cui* Dorvil. *Venelia* Gudian. a m. pr.

77. ATRA. Vid. Cerd. & ad lib. VII. 456.

Ibid. FERRE. *Inferre* duo Rottendorphii & Dorvill. in nonnullis verſus 79. praeponebatur priori.

78. EVER-

57 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. nec haec priora verſus verba Homeri huc faciunt. ſed ſequentia *δέμας πυρὸς αἰθομένοιο*, ut Cl. Dorvillius obſervat. 58 deſunt iisdem. 59 nam Dan. Fab. 60 tabularum, matrimoniis caut. Dan. 61 ut dicamus virum a ſpondendo, ſponſum primo L. R. ſed ille primus ut ſponſum dicamus virum a ſpondendo & ſponſam Voſ. ut dicamus virum a ſpondendo ſponſum Steph. al. 62 ſpondere p. e. ergo ſponſum quia p. ſed quia ſp. V. ſpondere R. 63 injurioſe pro viro rem inanem dicit, aut Dan. 64 oppoſitam dicit autem V. L. Voſ. R. Steph. al. 65 imputantur Voſ. R. 66 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. Dan. 67 deſunt Dan. ejus gratia L. Voſ. R. V. Steph. 68 Quas tum Phil. V. Voſ. R. Steph. 69 aut quia dicunt ipſam eſſe m. d. Dan. certe deeſt Fabr.

Nos aliquid Rutulos contra juviſſe, nefandum eſt.
Aeneas ignarus abeſt: ignarus & abſit.
Eſt Paphus, Idaliumque tibi, ſunt alta Cythera.
Quid gravidam bellis urbem, & corda aſpera tentas?
Noſne tibi fluxas Phrygiae res vertere fundo
Conamur? nos? an miſeros qui Troas Achivis
Objecit? quae cauſſa fuit conſurgere in arma
Europamque Aſiamque, & foedera ſolvere furto?

Me

SERVII.

84. [70] [Nos aliquid Rutulos contra juvisse nefandum est. Confeſſio eſt: non enim negat ſe juviſſe; ſed attenuat, dicendo *aliquid*.]

85. Aeneas ignarus abest. Ea quae ſolvere non poſſumus, irridemus, ut hoc loco: ſic in Bucolicis praemiſit III. Ecl. 37. *Divini opus Alcimedontis:* poſtea per irriſionem [71] ait: *Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit.*

87. Gravidam bellis urbem. Alibi I. 263. *Populoſque feroces Contundet.* *Urbem* autem, provinciam dicit, quo modo I. 380. *Italiam quaero patriam.*

88. Nosne tibi fluxas res. Status relativus, per quem oſtendit Venerem magis Trojanis cauſſam fuiſſe periculorum. Fluxas. Molles, quae poſſent etiam ſine inimicis perire. *Res fluxas*, rempublicam fluxam [72] [dicit: vel *fluxas*, labefactatas.]

89. Qui Troas Achivis. [73] Ideo maſculinum genus poſuit: quia dei ἀρσενόθηλεις ſunt, ut dictum eſt ſupra: ideo dicit, *qui*, de Venere: [74] nam in ſubauditione ponuntur ea, quae non poſſumus dicere aperte.

90. [75] [Consurgere in arma. Pro conſurgendi: infinitus modus verbi, pro participio.]

91. Foedera solvere furto? Legitur in hiſtoriis, quod Trojani cum Graecis foedus habuerunt: [76] unde etiam Paris eſt ſuſceptus hoſpitio, & ſic commiſit adulterium. Ergo *Foedera ſolvere furto*, eſt amicitias adulterio diſſipare: nam *furtum*, eſt adulterium, unde eſt: *Et dulcia furta:* [77] [an, quod Paridem victum a Menelao ſubripuit morti? an, quod Pandarus diſſipavit? ut ſit, per furtum?] Et everſi Ilii haec eſt vera cauſſa: nam foedera, quae inter Graecos & Trojanos fuerunt, ita ſoluta ſunt. Hercules, cum expugnato Ilio filiam Laomedontis [78] Heſionem, Priami ſororem, Telamoni dediſſet, profecti ſunt legati cum Priamo, & eam minime repetere potuerunt, illis dicentibus, ſe eam habere jure bellorum: unde commotus Priamus miſit Paridem cum exercitu, ut aliquid tale abduceret, aut uxorem regis, aut filiam: qui, expugnata Sparta, Helenam rapuit. Hinc ergo Virgilius [79] utrumque tangit: & iſtam hiſtoriam, quam modo diximus; & propter judicium Paridis: quamvis fabula ſit illa res, & a poëtis compoſita.

VARIORUM.

78. Avertere praedas. *Evertere* Oudartii. *advertere* alter Hamburgicus & Zulichemius. *adducere pactas* Leidenſis. *lege & gremiis* Parrhaſ. de τῷ *avertere* vid. ad I. Aen. 472.

82. Ventos. *Vetitos obtendere manes* Venetus. *praetendere* Zulichemius, Bigotianus & Oudartii pro varia lectione. *oſtendere* Parrhaſ.

83. Classem. *Claſſes* in Mediceo & Veneto. HEINS. Ita & Bigotianus, & Serv. ad IV. Aen. 228.

70 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. al. 71 deeſt Dan. Fabr. 72 deſunt V. R. L. Steph. al. 73 Atqui de Venere loquitur, ſed quia dei Ar. ſ. ut diximus ſ. ideo ſic dixit. nam in &c. R. L. Voſ. Steph. At quid evenire leq. &c. V. qui & diximus, Arſenoteles V. Arſeno thelis L. R. Baſil. Arſenotelos V. 74 & in Dan. Fabr. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 76 tunc etiam receptus eſt Paris hoſ. Dan. Fabr. ſed *ſuſceptus hoſpitio* habet etiam Lutat. ad Stat. I. Achil. 404. qui & ad ỹ. 393. pleraque eadem nobis dedit. vid. ad Ovid. Epiſt. XII. 29. 77 deſunt V. R. Voſ. L. Steph. al. poſtea, pro furtum * Dan. 78 Eſionam Steph. Dan. Heſionam L. Voſ. R. 79 utramque V.

Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter?
Aut ego tela dedi, fovive Cupidine bella?
Tunc decuit metuiſſe tuis: nunc ſera querelis
Haud juſtis adſurgis, & inrita jurgia jactas.
Talibus orabat Juno: cunctique fremebant
Coelicolae adſenſu vario. Ceu flamina prima,
Cum deprenſa fremunt ſilvis, & caeca volutant

Mur-

SERVII.

92. DARDANIUS. [80] Propter injuriam Aeneae hoc poſuit, [81] qui *Dardanus* dicitur: nam perite dubium nomen [82] elegit, qui contumeliam communicaret Aeneae. SPARTAM EXPUGNAVIT. De hiſtoria hoc eſt, [83] [ut diximus:] nam cum ſollicitata Helena Parin ſequi noluiſſet, egreſſus ille civitatem obſedit: qua everſa Helenam rapuit: unde [84] & poſtea recipi meruit a marito.

93. TELA DEDI. [85] Aut bello, aut amori [86] [Alexandri. CUPIDINE. Eo ſcilicet, quo in amore Paridis Helena compulſa eſt.]

94. DECUIT METUISSE. Optima eſt elocutio: nam utrumque praeteriti eſt temporis. Si enim dixeris, *decet metuiſſe*, incongruum eſt, quia *decet* praeſentis eſt, *metuiſſe*, praeteriti. SERA. Pro ſero, [87] [ut IV. Georg. 122. *Nec ſera comantem Narciſſum.*

95. IRRITA. Vana, ſubſtantiam non habentia.] JACTAS. Ventilas.

96. ORABAT. Loquebatur: unde & *oratores* [88] dicti ſunt: nam *rogabat*, ſi dixeris, non procedit: quia magis convitiabatur.

97. ASSENSU VARIO. Quia pars Veneri, pars Junoni favebat. CEU FLAMINA PRIMA, CUM DEPRENSA FREMUNT SYLVIS. [89] [Non ſubito deprenſa; ſed aut in ſylvis detenta, aut intellecta.]

98. ET CAECA VOLUTANT MURMURA. Non tempeſtatis facit comparationem; ſed ſigni tempeſtatis futurae. Quadam enim arcana ratione fit, ut ſit murmur in ſylvis ante ventorum adventum, [90] [ut teſtatur Lucanus, quum Amyclas Caeſari futura ſigna tempeſtatis enarrat v. 551. *Sed mihi nec motus nemorum, nec littoris ictus, Nec placet incertus, qui provocat aequora, Delphin:* unde ait: *Coeca* [91] *murmura:* quorum ratio non apparet, ut *Coecique in nubibus ignes Terrificant animos.* Sic in Georgicis I. 356. *Continuo ventis ſurgentibus, aut freta ponti Incipiunt* [92] *agitata tumeſcere, & aridus altis Montibus audiri fragor.*

VARIORUM.

228. Hic verſus deerat Franciano. Marklandus ad Stat. III. Silv. II. 81. repetit hoc verſu *Tu potes.* ſed licet ſaepe hoc fiat, contra omnes codices & editos tentare id temerarium. BURM.

84. RUTULOS CONTRA. *Contra Turnum* Menagii prior. *nefandum* omiſſo *eſt* Leidenſis, Hamburgicus alter, & Menagii.

86. PAPHOS. *Paphus* in Mediceo, Gudiano, altero Hamburgico & Moretanis duobus. & bene, dictum ſupra ỷ. 51. HEINS. *Sint alta* Menagii prior.

87. BELLIS. *Belli* Dorvil. a m. ſec.

88. NOSNE TIBI FLUXAS PHRYGIAE RES VERTERE FUNDO CONAMUR? NOS? AN MISEROS, &c Diſtinctionem hanc qui veram eſſe non intelligit, nec illud videt, quam vehemens fiat & acris μίμησις. minutis illis interrogatiunculis, & repetita perſona ſua, cum accuſatione acerba partis adverſariae. FABRIC.

Ibid. PHRYGIAE. *Trojae* ſecundus Moreti. *fundere vento* Leidenſis. *mittere fundo* Bigotianus. ſed imitatur Lucretium, qui lib. III. 84. *Pietatem evertere fundo* dixit. ubi vide Lambin. mox, *quis Troas* Dorvill. & prior Hamburgicus a manu ſecunda,

80 non praeter V. L. R. Steph. non deeſt Fabr. al. 81 quia L. Voſ. R. Steph. al. 82 poſuit vel elegit R. quod cont. L. Voſ. V. 83 deſunt Dan. 84 & recipi V. L. Voſ. R. Steph. al. & deeſt Dan. 85 aut amori, aut bello V. L. R. V. Steph. al. 86 deſunt iisdem. 87 deſunt iisdem ad juſtas. 88 dicimus V. 89 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 90 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. 91 *murmura*, ut *caecique* i. n. i. T. 4. quorum ratio non apparet Dan. 92 *agitato miſceri & aridus* L. *aridus* deeſt R. *mentibus audiri* V.

Digitized by Google

Murmura, venturos nautis prodentia ventos.
Tum Pater omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas,
Infit. Eo dicente Deûm domus alta ſileſcit,
Et tremefacta ſolo tellus; ſilet arduus aether:
Tum Zephyri poſuere: premit placida aequora pontus.
Adcipite ergo, animis atque haec mea figite dicta.
Quandoquidem Auſonios conjungi foedere Teucris

Haud

SERVII.

102. TREMEFACTA SOLO TELLUS. Loquente Jove ſtupor elementorum [93] omnium oſtenditur per naturae mutationem: nam & quidquid in aeterno motu eſt, quievit; & contra, terra mota eſt, [94] quae ſemper immobilis: unde Horatius I. Od. 34. *Et bruta tellus.*

103. [95] [ZEPHYRI POSUERE. Salluſtius fragm. incert. *Jam repente viſus ſaevire* [96] *Tagus.* PREMIT PLACIDA. Id eſt, premendo reddit placida.]

104. ACCIPITE ERGO ANIMIS. Totus hic locus de primo [97] Lucilii tranſlatus eſt [98] libro, ubi inducuntur Dii habere concilium, & agere primo de interitu Lupi [99] cujuſdam judicis in republica: poſtea ſententias dicere. Sed hoc, quia indignum erat [1] heroico carmine, mutavit, & induxit primo loquentem Jovem de interruptis foederibus; cujus orationem interrupit Venus; poſt ſecuta Junonis verba ſunt, quibus redarguit Venerem: unde nunc Juppiter illud, quod omiſerat, reddit, dicens: Ergo quoniam pacem eſſe [2] non ſinitis, ea quae ſum dicturus accipite: [3] [& hoc ſignificat verſus, qui ſubſequitur.]

105. QUANDOQUIDEM. Bene dicendae ſententiae ordinem ſervat: nam ſicut & in Salluſtio, & in Philippicis legimus, [4] [antequam dicatur ſententia, ejus praemittitur ratio: quod hodieque in uſu eſt.]

VARIORUM.

cunda. *Troës* Bigotianus.

90. CONSURGERE. *Concurrere* Oudartii & Leidenſis. vid. ad I. Georg. 318. Flor. II. 12. *multo vehementius Macedones conſurgunt.* & ita cap. 17. & alibi. ita *aſſurgere.*

92. SPARTAM. *Spartem* alter Hamburgicus.

93. FOVIVE. *Foviqne* in nonnullis. ſed *fovive* vetuſtiores. *fovine* prior Menagianus. HEINS.

94. TUNC DECUIT. *Tum* ſcripti potiores. ut lib. IV. 597. *Tum decuit, cum ſceptra dabas.* idque Cledonius etiam agnoſcit artis libro ſecundo. HEINS. *Tunc* Rufin. de Schemat. p. 33.

96. TALIBUS ORABAT JUNO. *Talibus orabat dictis* Gudianus. HEINS.

98. DEPRENSA. *Depreſſa premunt* Parrhaſ. male. vid. ad lib. XI. 296. & Markl. ad Stat. I. Silv. II. 45. & V. Silv. V. 80. qui & *gemunt.*

99. PORTANTIA VENTOS. Non *portantia*, ſed *prodentia* ſcribendum. illud ortum ex hujus interpretatione. FABRIC.

Ibid. VENTOS. *Ventis* Mediceus a manu prima.

100. RERUM CUI SUMMA POTESTAS. Donatus *prima poteſtas.* ſed & *hoc* videtur ex gloſſula profectum. FABRIC. *Prima* Mediceus a manu prima, quomodo & Vaticanus Pierii, & pro diverſa lectione Gudianus noſter. & placet. HEINS. Donatus tamen *ſumma* agnoſcit ad Terentii Andr. I. V. 50. eadem variatio infr. 476. ſed modo praeceſſit *prima* ideoque *ſumma* retineo, quod in Regio, Dorvill. & aliis & Edd. primis Ald. legitur.

101. INFIT. *Infit, quo dic.* Ed. pr.

Ibid. SILESCIT. *Quieſcit* prior Hamburgicus a ſecunda manu, ut & mox, *tremefacta ſono.*

102. SOLO. Paſſeratius in praefatione ad lib. IV. Propertii in Editione Orationum p. 311. ſuſpicatur legendum *ſono*, ut divinae vocis ingenti ſono tellus conterrita intremuiſſe dicatur. ut alibi

ſaepe

93 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. al. 94 deeſt iiſdem. 95 deſunt iiſdem. 96 *Tagus* legitur vulgo. 97 Lucilii Dan. 98 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. al. 99 cujuſdam in rebus. poſtea V. L. R. cujuſdam ducis. poſtea Voſ. cuj. ducis in republica Dan. Fabr. cujuſdam judicis rei Baſil. 1 Heroo V. R. L. Voſ. Steph. 2 non vultis Dan. Fabr. 3 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. al. 4 deſunt V.

Digitized by Google

Haud licitum; nec veſtra capit diſcordia finem:
Quae cuique eſt Fortuna hodie, quam quiſque ſecat ſpem,
Tros Rutuluſve fuat, nullo diſcrimine habebo:
Seu fatis Italûm caſtra obſidione tenentur,
Sive errore malo Trojae monitiſque ſiniſtris.
Nec Rutulos ſolvo. Sua cuique exorſa laborem
Fortunamque ferent. Rex Juppiter omnibus idem.
Fata viam invenient. Stygii per flumina fratris:

Per

SERVII.

106. HAUD LICITUM EST. Et *licuit* dicimus, & *licitum eſt:* ſicut & *placuit*, & *placitum eſt.* Terentius Hecyr. prol. II. 12. *Ubi ſunt cognitae, placitae ſunt.*

107. QUAE CUIQUE EST FORTUNA HODIE. Specialiter Jupiter pro Trojanis [5] agit; ſed hac arte, ut videatur totum pro Junone loqui: & re vera verba pro Junone ſunt; ſed [6] altius intuens [7] deprehendit Trojanorum favorem: nam dicendo, *nulli favebo*, & [8] in eo ſtatu fore res, in quo ſunt hodie, Trojanis ſe favere ſignificat, quorum ducis adventu ſtatim victoria [9] conſequeretur. Et vult nihil valere ea, quae aut Venus conqueſta fuerat de abſentia Aeneae, aut Juno de Turni parentibus dixerat, in ejus ſcilicet commendationem. SECAT. Sequitur, tenet, habet, ut VI 900. *Ille viam ſecat ad naves:* unde & *ſectas* dicimus, habitus animorum, & inſtituta [10] philoſophorum circa diſciplinam.

108. FUAT. [11] [Id eſt, fuerit:] futuri temporis eſt verbum defectivum.

109. SEU FATIS ITALUM CASTRA OBSIDIONE TENENTUR. Sive malo fato Italorum obſidentur [12] [caſtra [13] Trojae; ſive Trojani malo errore, & *monitis* [14] *ſiniſtris* ad Italiam venerunt; neminem abſolvo: unde propter Amphibologiam ſic diſtingue, *Italûm:* & infer, *Caſtra obſidione tenentur*, ſcilicet Trojanorum: ipſi enim obſidentur,] non Itali.

110. [15] [NEC RUTULOS. Hoc & de Trojanis dictum accipe.] SOLVO. Abſolvo: nam Aphaereſim [16] pertulit *ſolvo.* MONITIS SINISTRIS, propter, ſup. 68. *Caſſandrae impulſus furiis.*

111 EXORSA. [17] Rerum initia, actus hodierni diei; [18] [id eſt, ſecundum ſua coepta habebit eventum. LABOREM FORTUNAMQUE. Periculum, & [19] [fortunam,] felicitatem.

113. FATA VIAM INVENIENT. Scit enim hoc eſſe fatale, ut Aeneas imperet in Italia. [20] [Et videtur hic oſtendiſſe, aliud eſſe fata, aliud Jovem.] STYGII PER FLUMINA FRATRIS. Hypallage eſt, *Per Stygia flumina fratris.* Et bene etiam jurejurando [21] ſtatuta confirmat: [22] [ut rem immobilem neceſſitate conſtituat.]

VARIORUM.

ſaepe poëtae. Catroeus *ſolo* explicat uſque ad ſolidum.

103. TUM. Neſcio an *jam.* ex Salluſtii loco apud Servium. ut *jam* ſit idem quod *repente.*

Ibid. TUM ZEPHYRI. *Venti* Macrobius lib. VI. Saturn. 2. ſed idem libro V. cap. 13. vulgatum agnoſcit. HEINS. *Poſuere minas, premit aequora pontus*, Venetus.

104. DICTA. *Verba* prior Hamburgicus. vid. lib. III. 250.

106. HAUD LICITUM EST. Tollunt verbum ſubſtantivum Mediceus, Mentelianus uterque, Gudianus, primus Rottendorphius, alter Voſſianus, alter Moretanus & Hamburgicus cum Menagiano

5 ait V. L. 6 attius V. 7 deprehenditur T. favore R. 8 in ſtatu Dan. 9 conſequetur. aut V. L. Voſ. R. Steph. al. 10 Philoſophiae V. L. Voſ. R. Baſil. Philoſophica Steph. 11 deſunt Voſ. id eſt futuri &c. V. R. FIAT. id eſt vincat. futuri L. 12 deſunt V. 13 Trojana L. Voſ. R. Steph. al. 14 adverſis Dan. Fabr. 15 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 16 protulit L. R. Steph. *ſolvo* vero deeſt V. L. Voſ. R. Steph. al. 17 facta initia Dan. Fabr. rerum deeſt V. L. 18 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 19 deeſt iiſdem. 20 deſunt V. L. R. Steph. al. 21 dicta V. L. Voſ. R. Steph. al. 22 deſunt iiſdem.

Digitized by Google

Per pice torrentis, atraque voragine ripas
Adnuit, & totum nutu tremefecit Olympum.
Hic finis fandi. Solio tum Juppiter aureo
Surgit, coelicolae medium quem ad limina ducunt.
Interea Rutuli portis circum omnibus inſtant
Sternere caede viros, & moenia cingere flammis.
At legio Aeneadum vallis obſeſſa tenetur:
Nec ſpes ulla fugae. Miſeri ſtant turribus altis

Ne-

SERVII.

115. TOTUM NUTU TREMEFECIT OLYMPUM. [23] Hoc Homericum eſt Iliad. A. 530. [24] [μεγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.]

117. [25] [COELICOLAE MEDIUM. Poëtice mores hominum ad deos refert, ut magiſtratum deducunt.]

118. PORTIS CIRCUM OMNIBUS INSTANT. [26] Inſtant portis omnibus circum, id eſt, circum circa fuſi: nam modo *circum*, adverbium loci eſt.

120. [27] [AST LEGIO. Prolepſis: nam legionis nomen Trojani temporis non fuit.] VALLIS. Intra vallos, id eſt, foſſarum fuſtes, qui *valli* vocantur: nam munitio ipſa, *vallum*, [28] dicitur neutraliter: & hoc dicit: Tenebantur Trojani intra vallos, quos ipſi poſuerant; ne eorum caſtra facile irrumperent Rutuli. *Vallum* enim, [29] modo non obſidentium, ſed obſeſſorum, debemus accipere.

121. NEC SPES ULLA FUGAE. *Fuga*, miſerrimum & ultimum praeſidium eſt; tamen etiam hoc carebant.

VARIORUM.

nagiano priore. deinde in Gudiano a manu priore *Auſoniis conjungi foedere Teucros*, quo & adludit prior Voſſianus, in quo *Auſonios conjungi foedere Teucros*. HEINS. *Quando equidem* Hugenianus, Dorvill. *eſt* deeſt & Zulichemio, Leidenſi, & tertio Mentelii, & Franciano.

107. SECAT. *Tenet* Dorvil.

108. RUTULUSVE. *Rutulusne* in Mediceo, etiam in tertio Rottendorphio a manu ſecunda. *Rutuloſve* in Gudiano & priore Mentelio. praeterea *habeto*, non *habebo*, Voſſianus alter & alter Hamburgicus. ut Maro fortaſſe ſcriptum dederit nobis *habetor*, pro habeatur. HEINS. *Rutuluſve luat* Mentelii prior & Pariſ. *ruat* Montalbanius. *fiat* Zulichemius a manu prima, & Mediceus.

110. TROJAE. *Troës* Hugenianus a manu ſecunda. *montiſve* Bigotianus. *ſalvo* Zulichemius pro varia lectione.

111. CUIQUE. *Quiſque* Mediceus a manu prima.

112. FERENT. *Ferant* Bigotianus.

113. INVENIENT. *Inveniant* Gudianus a manu prima, nec aliter in primo Rottendorphio, priore Hamburgico, Sprotiano, & Menagiano altero. tum & in Voſſiano priore, & ſecundo Moretano. HEINS. Ita & Hugenianus.

116. HIC FINIS. *Haec finis* Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. I. Sat. VIII. 43. vide annotata noſtra lib. III. Aen. 145. ſed Nonius Marcellus in *finis*, eam vocem hoc loco eſſe generis maſculini aſſeverat. HEINS. Et ita quaſi ex formula, *hic*, *is*, *ille finis* paſſim apud Livium obſervarunt Cl. Drakenb. ad lib. I. 40. & J. F. Gronov. ad XXIII. 28. *cum Juppiter* Lubec.

119. CINGERE. *Incinxere* Dorvill.

120. AST LEGIO. *At* codices noſtri. HEINS. Et Editio Juntina. *Ac* Zulichemius. *flammis obſeſſa* prior Hamburgicus pro varia lectione.

121. FUGAE. MISERI. *Nec ſpes ulla fugae miſeris*. Sprotianus, & ſecundus tertiusque Rottendorphii. HEINS. *Miſeris* etiam Dorvil.

123. A-

23 Homeri eſt L. Voſ. R. Steph. 24 deſunt L. V. Voſ. R. 25 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. al. 26 deeſt L. Voſ. R. Steph. inſtant portas V. 27 deſunt iisdem. 28 neutro dicitur genere Dan. 29 non modo Dan. Fabr.

Nequidquam, & rara muros cinxere corona.
Aſius Imbraſides, Hicetaoniuſque Thimoetes,
Aſſaracique duo, & ſenior cum Caſtore Thybris,
Prima acies. Hos germani Sarpedonis ambo,
Et Clarus, & Haemon, Lycia comitantur ab alta.
Fert ingens toto conixus corpore ſaxum,
Haud partem exiguam montis, Lyrneſſius Acmon,

Nec

SERVII.

123. IMBRASIDES. Imbraſi filius. HICETAONIUS. Hicetaonis filius. Et bene ex varietate ſyllabarum quaeſivit ornatum: nam patronymica aut in DES, aut in IUS exeunt, quibus & uti poſſumus. Quae enim [30] in ΩN terminantur, ad nos tranſire non poſſunt, [31] [ut Πηλείων.]

124. SENIOR CUM CASTORE THYBRIS. Poſſumus [32] & ſolum Thybrim ſenem accipere: poſſumus & Caſtorem; ſi legamus: *Et ſenior cum Caſtore* [33] *Thybris:* nam [34] Amphibolia eſt.

125. PRIMA ACIES. Hoc eſt, magni viri: & eſt definitio eorum, qui in prima acie fuerunt: unde laudis magis eſt, [35] quod dixit *prima acies:* [36] ordinis enim eſſe non poteſt: quia res in muro agitur. GERMANI SARPEDONIS. Aut inter ſe germani filii Sarpedonis; aut Sarpedonis fratres, ex eadem matre.

126. LYCIA ALTA. Nobili, [37] [quos comitantur, qui ſunt Lycia ab alta.

127. FERT INGENS TOTO. Quidam ſine effectu ferentem ſaxum inproprie inductum accipiunt; ſed hoc ita reſolvunt: quod, qui jactum ſaxum refert, unius tantum rei eventum oſtendit; qui *ferentem* dicit, longum jactum notat.]

128. LYRNESIUS. Id eſt, Phryx. [38] [*Acmon* ergo & *Meneſtheus*, filii Clytii:] *Lyrneſſos* enim civitas eſt Phrygiae, unde fuit Briſeis; [39] [quam civitatem Achilles expugnavit.]

VARIORUM.

123. ASIUS. Ita Gudianus a manu prima. *Jaſius* Lubec. & *Icetaoniuſque Timoetes*. Ovidius *jacet Aſius & jacet Hector*. *Hieſioniuſque* Excerpta noſtra. *Citaoniuſque* alter Hamburgicus. *Licaoniuſque* prior. *Et Aoniuſque* tertius Mentelii. *Hycaoniuſque Tymoetes* Francianus. *Et Aoniuſque* Pariſ. *Licaoniuſque Timotes* Parrhaſ. *Jaſius imbraſides hic Etoniuſque* Dorvil. *Jaſius Umbraſides Lycaoniuſque* Ed. pr. *Jaſius Im. Icetaoniuſque* Mediol.

124. ASSARICIQUE DUO. *Aſſaricique domus duo*, & Ed. pr. ubi *domus* quid velit non capit Maittair. ſed repetivit ex alio loco ignorans ſcriba. ut 1. 284.

Ibid. THYMBRIS. *Thimbris* Sprotianus. *Tibris* Venetus. *Tunbris* Zulichemius a manu prima. *Tybris* a ſecunda. *Timbris* Dorvil. & Vratiſlavienſis.

125. HOS GERMANI SARPEDONIS. Sequor & lectionem & diſtinctionem diverſam, in noſtro videlicet codice expreſſam.

— *Hos Germani, Sarpedonis ambo,*
Et Clarus, & Hemon.

Germani, fratres uterini Sarpedonis ambo, ſcilicet filii. *Clarus* ea flexione, ut *Panthus*. FABRIC. *Serpedonis* Lubec. *Sarpadonis* Junt.

126. ET CLARUS ET HAEMON. Locus manifeſte inquinatus, & in leges metricas graviter peccans. ita tamen cum Pierianis vetuſtiores noſtri, niſi quod Mentelianus prior, *Et Clarus Aethemon*. in Montalbanio, *Es Darus Ethemon*. ſecundus tertiusque Rottendorphii, etiam a manu ſecunda Moretanus tertius, *Et Clarus, & Themon*. Opinor *& Clarus & Cnemon*, quod nomen apud Heliodorum paſſim occurrit; vel *& Moeon*. ſed forte legendum, *Mnemon*. ſic Artaxerxes cognomento *Mnemon*, undecimus rex Perſarum. *Nemon* pro *Mne-*

30 in ων L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. in ωων Dan. 31 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. 32 & abſolute V. Voſ. & ſolutum R. & in ſolum T. ſ. a. & Caſtorem etiam ſi l. Dan. Fabr. 33 deeſt V. L. Voſ. Steph. al. 34 amphibologia Steph. Dan. Fabr. al. 35 nam hoc dicit *magni viri* Dan. & mox, res in muro eſt. 36 ordinis etiam V. 37 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. uſque ad ✝. 128. 38 deſunt iiſdem. 39 deſunt iiſdem.

Nec Clytio genitore minor, nec fratre Meneſtheo.
Hi jaculis, illi certant defendere ſaxis,
Molirique ignem, nervoque aptare ſagittas.
Ipſe inter medios, Veneris juſtiſſima cura,
Dardanius caput, ecce, puer detectus honeſtum:
Qualis gemma micat, fulvum quae dividit aurum,
Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem
Incluſum buxo, aut Oricia terebintho

Lu-

SERVII.

129. MENESTHEO. [40] Non *Mneſtheo*, de quo paulo poſt dicturus eſt, legendum eſt, ne verſus non ſtet; ſed *Meneſtheo*; ita tamen, ut meminerimus [41] in ultima ſyllaba eſſe Synaereſin, propter rectam ſcanſionem.

130. HI JACULIS. Rutuli ſcilicet. ILLI SAXIS. Trojani.

131. [42] [MOLIRIQUE IGNEM. Quid eſt *moliri*? num injicere, an tentare jacere? & ſubaudiendum, alii atque alii.]

132. VENERIS JUSTISSIMA CURA. [43] De quo merito curet: quia illi debebatur imperium.

133. CAPUT DETECTUS. Sine galea: quaſi non pugnaturus: [44] nam audierat IX. 656. *Caetera parce puer bello:* [45] erat autem inter duces quaſi dux. [46] [ECCE. Pro admiratione & demonſtratione.] [47] HONESTUM. Pulchrum. Terentius Eun. III. II. 21. *Ita me dii bene ament, honeſtus eſt.*

134. [48] MICAT. Scilicet Aſcanius fulget quaſi gemma.

135. AUT COLLO, AUT CAPITI. Figurate: [49] nam commune eſt colli vel capitis decus.

136. ORICIA TEREBINTHO. *Oricos*, civitas eſt Epiri, juxta quam naſcitur *terebinthus*, nigrum lignum habens, folia in buxi ſpeciem. Retulit autem comparationem ad candidum vultum, qui erat [50] nigris crinibus cinctus.

VARIORUM.

Mnemon ſcriptum fuerat, ut *Maros* pro *Tmaros* ſimiliaque, de quibus dictum Aeneidos v. *Nemon* vel *Mnemon* literarum inventor apud Plinium in Hiſt. Nat. in Chronico Euſebiano codices plerique vetuſti *Memnon* vel *Mennon* pro *Mnemon*. *Molus* & *Myrna* pro *Tmolus* & *Smyrna*, in veterrimis codicibus ejuſdem Chronici Euſebiani. & *Mylax* pro *Smylax*. pro *& Clarus &... Lycia comitantur ab alta*, a manu prima in Gudiano videtur fuiſſe, *& Hoemo Iliaca comitantur ab Ida*. *Liaca* adhuc diſertim legebatur. HEINS. *Darus* Bigotianus, & Francianus. *Aethemon* Mentelii prior. *comitatur* Ed. Ald. Juntina. *Clarus Ethemon* Dorvil. Regius, Ald. *Et Hemon Licia* Lubec. *clarus Thimon* Parrhaſ. *Haemon* in partibus Turni lib. IX. 685.

127. CORPORE. *Pectore* prior Hamburgicus.

128. HAUD. *Aut* quidam apud Serv. ad XII. 687. Modeſtius hoc dictum, tumido Homeri cenſet Maecenas apud Senec. Suaſor. I.

Ibid. LYRNESIUS. *Lyrneius* tertius Mentelii. *Lerneſius* alter Menagii. *Acmon* multi. *Aimo* Hugenianus. *Haemon* ſecundus Hamburgicus. *Lerneſius Agmon* Parrhaſ. & Dorvill. *Lirneſius Agmon* Lubec.

129. CLYTIO. *Liceo* duo Moretani, Bigotianus, Oudartii, & tertius Mentelii, quorum aliqui *Lycio*. *Litio* Lubec. *nec genitore minor Mneſtheo*, omiſſis *nec fratre*, Francianus.

Ibid. MENESTHEO. *Mneſtheo* videtur Macrobius agnoſcere lib. V. Saturn. cap. 17. quomodo in Gudiano, priore Mentelio, aliiſque nonnullis. HEINS. *Mneſtheo* Sprotianus. *Mneſtheo* Parrhaſ.

&

40 non Mneſtheo. nam Mneſtheo, de quo p. p. d. e. legendum non eſt Steph. Non Mn. d. q. p. p. d. eſt: nam non ſtet verſus: ita &c. Dan. Fabr. 41 deeſt praepoſitio L. Voſ. R. meminerimus ultimam ſyllabam V. Biſil. 42 deſunt V. L. R. Steph. al. 43 deſunt iisdem. 44 propter *caetera* Dan. 45 intererat autem quaſi dux Dan. Fabr. dux omiſit Malvicius. vid. ad VIII. Aen. 182. 46 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 47 *homine* ament V. *honeſius iſtus eſt* R. 48 micat quaſi g. fulget quaſi g. Fabr. 49 nam colli vel capitis erat commune L. Voſ. R. Steph. al. & ignorant τὸ *decus*. 50 deeſt V. L. Voſ. Steph. al.

Lucet ebur: fuſos cervix cui lactea crinis
Accipit, & molli ſubnectens circulus auro.
Te quoque magnanimae viderunt, Iſmare, gentes
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno.
Maeonia generoſe domo: ubi pinguia culta
Exercentque viri, Pactoloſque inrigat auro.

Ad-

SERVII.

139. MAGNANIMAE. [51] Scilicet gentes. [52] [Hic eſt ordo, aliter non ſtat verſus: eſt autem Proſphoneſis.] [53] ISMARE. Modo nomen eſt proprium: nam *Iſmarius*, facit appellativum, a monte *Iſmaro*, Thraciae.

140. VULNERA DIRIGERE. [54] [Pro, dirigentem: *vulnera* autem *dirigere*, id eſt, ſagittas, quibus fiunt vulnera: eſt autem ὕστερον πρότερον.] [55] [aut vulnus pro ſagitta poſuit,] ut II. 529. *Inſequitur infeſto vulnere Pyrrhus:* [56] aut acerrime expreſſit inevitabiles ſagittas, dicens eum *vulnera*, non tela dirigere.

141. MOEONIA. Lydia, quae ante *Moeonia* vocabatur. [57] [Ergo ideo *generoſe*, quod Lydius. PINGUIA CULTA. Aut figuratum eſt, quae exercendo culta faciunt, aut *culta*, pro arvis.]

142. PACTOLUSQUE IRRIGAT AURO. *Pactolus* & *Hermus*, Lydiae flumina ſunt, aurum, ſicut Tagus, trahentia. [Sed Pactoli fabula talis eſt: Midas rex, cum ibi regnaret, Silenus captus ab ejus ſociis & vinctus eſt, miſeratione vel prudentia eum & reſolvi fecit, & omni adfabilitate fovit: quibus rebus ille gratiam rependens, praeſtitit Midae, ut, quidquid tetigiſſet, in aurum verteretur; ſed cum ille, quaecumque contigiſſet, in aurum convertens, fame periclitaretur, ex praecepto in Pactolum fluvium abluendi gratia ſe mittere juſſus eſt: in quem ſe cum jeciſſet, ferendi auri naturam flumini dedit, ipſe deſtitit in aurum, quae contingebat, mutare. *Inrigat* autem *auro*, mire; cum ramenta quaedam auri inveniri dicantur.]

VARIORUM.

& Regius. & Ed. pr. *Meneſteo* Lubec.

130. CERTANT. *Tentant* Oudartii. *certant illi* alter Hamburgicus.

132. INTER MEDIOS. *Inter primos* Gudianus pro diverſa lectione. HEINS.

133. ECCE. *Ipſe* alter Hamburgicus.

134. QUAE. *Quam* quartus Moreti.

136. ORICIA. Quidquid variant libri veteres, haec vera & genuina ſcriptura eſt ipſius Poëtae, quam & Serenus Sammonicus agnoſcit. in multis tamen veterum *Corycia* & *Coricia*. HEINS. *Orinthia*, *Oritia*, *Orycia*, *Choritica*, *Coritia*, *Orithia*, *Orrycia* in ſcriptis. *Corithia* Ed. pr.

137. FUSOS. *Cervix fuſos* Regius, Gudianus, & Sprotianus. *fuſſos* Dorvill.

138. ACCIPIT. Ita & Priſcianus. at Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. IV. Od. 10. *Excipit*. aliter ſcripti. deinde *ſubnectens circulus*, non *ſubnectit*, codices noſtri vetuſti, exceptis Medicco, priore Menagiano, Schefferio, priore Voſſiano, ac Veneto. in ſecundo Rottendorphio *ſubmittens*. HEINS. *Subnexus* Bigotianus. *ſubnectens* Lubec. per circulum fibulam intelligit Rhodius de Acia pag. 21.

139. MAGNANIMAE. Heinſius olim conjecerat *Magne animae Iſmare*. mox, *derigere* Gudianus.

140. VULNERA DERIGERE. Hinc tuetur Cl. Drakenb. vulgatam lectionem apud Sil. Ital. V. 25.

Ac ſimul infeſto Lateranum vulnere trunco
Arboris urguebat.

quod mihi durius. recte vero Maro & alii, ubi ſimpliciter vulnus, pro telo vulnifero, ut hic ad certam hujus gentis manum exprimendam. ſed non addit Maro, ut Silius, *vulnera teli*, *arboris*, vel *ſagittae*. hoc enim eſſet ipſum vulnus telo inflictum. ut *vulnus ſaxi* Ovidio VI Met. 76. licet probe noverim, quomodo defendi poſſet ex ſimilibus, ut *metus Pompeji*, &c. quae tamen non plane ſimilia puto.

51 male diſtinguunt vulgo. ſed magnanimae oſtendit eſſe nominativum plur'lem, ne quis conjungat, *magnanime Iſmare*. 52 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. 53 *Iſmare*, *Iſmarius* & *Iſmarus* V. L. Voſ. R. 54 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 55 deeſt Dan. Fabr. 56 & acerrime Dan. 57 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al.

Adſuit & Mneſtheus, quem pulſi priſtina Turni
Aggere moerorum ſublimem gloria tollit;
Et Capys: hinc nomen Campanae ducitur urbi.
Illi inter ſeſe duri certamina belli
Contulerant: media Aeneas freta nocte ſecabat.
Namque ut ab Evandro caſtris ingreſſus Etruſcis,

Re-

SERVII.

145. Et Capys: hinc nomen Campanae ducitur urbi. [58] Iſte quidem dicit, a *Capy* dictam *Capuam*, [59] [ſicut Ovidius, qui *Capyn* de Trojanis eſſe commemorat IV. Faſt. 45. *Ille dedit* [60] *Capyi repetita vocabula Trojae.* Quod & Lucanus ſecuit II. 393. *Moenia Dardanii tenuit Campana coloni.* Caeliuſque Trojanum *Capyn* condidiſſe Capuam tradidit, eumque Aeneae fuiſſe ſobrinum: alii hunc *Capyn* filium Capeti volunt eſſe, Tyberini avum, ex quo fluvius Tyberis appellatus eſt, eumque *Capuae* conditorem produnt: alii *Capyn Samnitem* condidiſſe *Capuam* confirmant.] Sed [61] *Capuam* vult Livius a locis campeſtribus dictam, in quibus ſita eſt. Sed conſtat, eam a Tuſcis conditam, [62] viſo falconis augurio, qui [63] Tuſca lingua *Capys* dicitur: unde eſt [64] *Capua* nominata. Tuſcos autem omnem pene Italiam ſubjugaſſe manifeſtum eſt. [65] [Alii a Tuſcis quidem retentam, & prius, [66] Alternum vocatam: [67] Tuſcos a Samnitibus exactos Capuam vocaſſe: ob hoc, quod hanc quidam Falco condidiſſet, cui pollices pedum curvi fuerunt, quemadmodum falcones aves habent, quos viros Tuſci Capuas vocarunt. Varro dicit propter coeli temperiem, & ceſpitis foecunditatem, campum eundem Capuanum, ſive Campanum dictum, [68] quaſi ſinum ſalutis & fructuum.]

147. Contulerant. Nocte interveniente [69] peregerant. [70] [Et eſt explanatio rerum, quas Aeneas geſſit, poſtquam eſt profectus ab Evandro ad petenda auxilia, dum inter ſuos & Turnum bella gerebantur:] [71] [Media Aeneas freta nocte secabat. Aut media nocte, aut freta media.]

148. Namque ut ab Evandro. Rem enim ante omiſſam breviter exſequitur.

VARIORUM.

puto. vid. ad II. Aen. 529. Lucret. IV. 1043. inf. XI. 654. *ſpicula dirigere.* BURM.

141. Domo. *Modo* Mediceus. *cui pinguia* Lubee.

143. Adfuit. *Adſluit* Bigotianus, quod probavimus ad Ovidii Remed. Amor. 148. ſic & apud Stat. V. Theb. 665. *Adſluit Hippomedon* legerem pro *adfuit*. vide ad Sil. Italic. XIV. 208. & inf. XI. 236. & lib. II. 796. BURM.

Ibid. Quem pulsi. *Pulſi quem* Parrhaſ.

144. Moerorum. Sic Mediceus noſter, cum Menagiano altero, altero Mentelio, Gudiano, Voſſiano utroque ac Moretano primo, quomodo & Pierii Vaticanus. ut ſupra ℣. 24.

Aggeribus moerorum.

& lib XI. 382.

Dum diſtinet hoſtem Agger moerorum.

ita enim illic codices praeſtantioris notae. ubi videantur annotata. HEINS.

145. Ducitur. *Dicitur* Menagii prior, Venetus, & ſecundus Rottendorphius, & Hugenianus.

Cam-

58 iſte quidem hoc dicit, ſicut Ovidius &c. Dan. 59 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. & Baſil. qui tamen Lucani locum habet, quem omiſit Dan. 60 *Capis* Dan. *Capys* Fabr. ſed vide notas ad hunc Ovidii locum, unde Malvicius ex ſententia Scaligeri *Capyi* nobis dedit. 61 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. al. 62 de viſo Dan. Fabr. 63 Tuſci Voſ. 64 Campania V. L. Voſ. R. Steph. al. 65 deſunt iisdem. 66 Alternum Dan. *Vulturnum* legit Dempſter. in Etruria Regal. lib. I. 9. p. 39. & ita jam Peregrinus de Campan. Felice Diſſert. II. §. 12. correxerat. Cluver. Ital. Ant. lib. IV. 1. p. 1094. *Altburnum*, fuiſſe antiquum nomen cenſet, unde poſtea *Volturnus* eſt factum. 67 Tuſcis exactis Samnites Capuam vocaſſe, legit Cluverius Ital. Ant. lib. IV. cap. 1. 1087. 68 Cluverius hoc inter ineptas Varronis Etymologias refert. ſed forte ſcripſit, *quaſi caput ſalutis & fructuum.* nam Cicero I. Agr. 7. vocat *caput patrimonii publici, pulcherrimam P. R. poſſeſſionem* &c. 69 peregerunt V. L. Voſ. R. & tunc ſequebatur, & eſt explanatio &c. 70 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 71 deſunt Dan.

Regem adit, & regi memorat nomenque genuſque;
Quidve petat, quidve ipſe ferat, Mezentius arma
Quae ſibi conciliet, violentaque pectora Turni,
Edocet: humanis quae ſit fiducia rebus
Admonet, immiſcetque preces. Haud fit mora: Tarchon
Jun-

SERVII.

149. [72] [REGEM ADIT. Inſtanti tempore adit.]

150. QUIDVE PETAT. Scilicet auxilium. QUIDVE IPSE FERAT. Auxilii viciſſitudinem, ut ſupra [73] Evandro VIII. 150. *Accipe, daque fidem.* [74] [Multi autem, *quidque petat, quidque ipſe ferat*, dicunt oportuiſſe dici; ſed mutatam conjunctionem: neque enim ex alterius perſona exponitur; ſed totum ex Aeneae: & ideo QUE, conjunctione opus fuiſſe; VE enim proprie vel ſignificat, ut ſic IV. 427. *Nec patris Anchiſae cineres maneſve revelli.*] MEZENTIUS ARMA QUAE SIBI CONCILIET. Injicit latenter timorem, ne forte poſſit collectis auxiliis [75] Mezentius in regna remeare, a quibus fuerat ante depulſus.

151. VIOLENTAQUE PECTORA TURNI. Superba, ut [76] [eſt illud:] VIII. 118. *Quos illi bello profugos egere ſuperbo:* id [77] [eſt, violento.]

152. HUMANIS QUAE SIT FIDUCIA REBUS. Latenter hoc dicit: Nolite putare fixam eſſe & ſtabilem felicitatem: magna eſt enim rerum varietas; invicem accipietis auxilia.

153. ADMONET, IMMISCETQUE PRECES. Partim rogat, partim admonet, [78] hoc ſolatium eſſe vitae humanae tutiſſimum; ſi vel mutua dentur auxilia, vel in proſperis poſiti etiam [79] ſubjecta conſiderent: & eſt ſuperioris verſus expreſſio: nam edocet, [80] quid peteret, & quid eum ſolicitaret. *Admonet* vero, vel cauſſa Mezentii, vel quia inſtabilis eſt & vaga fortuna. TARCHON. Hoc nomen ubique Graece ponit, excepto uno [81] loco, ut eſt VIII. 603. *Haud procul hinc Tarcho; & Tyrrheni*, [82] quod metri cauſa fecit.

VARIORUM.

Campaniae Ald. recte Campanos dici, non Capuanos, vid. viros doctos ad Liv. XXVII. 3.

146. ILLI. De Trojanis ſolis capit Catroeus, qui partiti erant vices belli variis in locis.

Ibid. DURI. *Divi* Hugenianus. puto pro *diri*. *dura* Excerpta noſtra. male. vide ad Val. Flac. V. 545. male [illegible]a quaſi durantis capit. *certamina belli* dixit imitatione Lucretii lib. I. 476. & bis terve alibi. & noſter lib. XII. 73.

In duri certamina Martis euntem.

ubi itidem variant codices: ſic & *certamen pugnae* noſter lib. XII. 598. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. IX. 136. nec ſoli Poëtae ita frequenter locuti, ſed & Hirtius Bell. Alex. cap. XVI. *minime par erat proelii certamen*. ceterum *contulerunt* erat in Excerptis noſtris. Lucret. IV. 841.

At contra conferre manu certamina pugnae.
BURM.

148. NAMQUE. *Jamque* in priore Voſſiano. HEINS.

149. NOMENQUE GENUSQUE. *Decuſque* male apud Diomedem, nam praeter ſcriptos aliter Cariſius, & Priſcianus, & Donatus de Schematibus, & Beda de tropis S. Scripturae, & Nonius Marcellus. mox & perperam apud Cariſium, *Quidve ferat, quidve ipſe petat*, & *admiſcetque preces*, Diomede & Beda cum ſcriptis codicibus in contraria euntibus. HEINS. *Decuſque* irrepſit ex lib. II.

Nos aliquod nomenque decuſque Geſſimus.
nomen & *genus* conjungi vid. ad Ovid. Epiſt.

150. QUID IPSE. *Aut quidve ferat* Gudianus & Leidenſis.

151. PECTORA. In Zulichemio erat pro varia lectione, vel *praemia*, vel *praelia* cum gloſſa, promiſſa Mezentio.

152. QUAE SIT. *Quid ſit* alter Menagii. *quae ſi* Dorvil.

154. LI-

72 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 73 deeſt iiſdem. 74 deſunt iiſdem. 75 deeſt iiſdem. 76 deſunt iiſdem. 77 deeſt iiſdem. 78 hoc eſt: totum ſolatium humanae vitae Dan. Fabr. 79 objecta Dan. 80 quae peterent & quod eum R. V. Baſil. hic iterum deſiciebat cod. L. usque ad lib. XI. 184. 81 in loco Voſ. Steph. 82 atque id propter metrum Dan. Fabr.

Jungit opes, foeduſque ferit: tum libera fati
Claſſem conſcendit juſſis gens Lydia Divûm,
Externo conmiſſa duci. Aeneïa puppis
Prima tenet, roſtro Phrygios ſubjuncta leones:
Inminet Ida ſuper, profugis gratiſſima Teucris.

Hîc

SERVII.

154. [83] [FERIT. Facit, ex more Romano, propter porcum, qui de lapide feritur.] LIBERA FATIS. [84] Exempta neceſſitate fatali, qua pugnare non [85] poterant, propter illud VIII. 503. *Externos optate duces.*

155. GENS LYDIA. Per derivationem *Lydia gens:* nam *Lydia*, provincia, proprium eſt.

157. PRIMA TENET. More viri fortis in principiis eſt. Alibi V. 833. *Princeps ante omnes denſum Palinurus agebat Agmen.* ROSTRO PHRYGIOS [86] SUBJUNCTA LEONES. [87] [Pro, ſubjunctos leones habens.] Vult [88] pro jugo roſtrum navis fuiſſe; leones autem ſingulos in ſingulis navis partibus fuiſſe depictos. [89] Sane notatur a [90] Criticis Virgilius hoc loco, quemadmodum [91] tam cito dixit potuiſſe naves Aeneae fieri: quod excuſat pictura, quam ſolam mutatam debemus accipere. [92] [Ergo hanc navem Aeneae ab Etruſcis datam intelligamus. Quidam volunt hanc navem ex his eſſe, quibus Aeneas ad Evandrum erat evectus, & ad Etruriam terra eſſe portatam.]

158. GRATISSIMA. Propter illic navigia [93] fabricata.

VARIORUM.

154. LIBERA FATIS. *Fati* Mediceus & Mentelianus uterque, Gudianus & ſex alii minus vetuſti, cum Leidenſi & Voſſiano altero, primo ac ſecundo Moretanis. probe. id ipſum quoque Pierius in vetuſtioribus ſuis offendit. Ne dubitare poſſis, en Aruſianum: *Liber illius rei Virgil.* X. *tum libera fati Claſſem conſcendit juſſis gens Lydia divum. Liber ab illa re.* Salluſt. Catil. *a ſpe metuque partibus reip. liber animus erat.* de hoc dixi ad Claudianum. is libro I. in Stiliconem 151.

Nil inter geminas acies, ceu libera freni,
Auſa manus.

ſic ſcribo, quamquam obnitentibus membranis. Silius ex optimo codice lib. II. 441. *It liber campi paſtor. Liber laborum ruſticus* apud Horatium Art. Poëtic. 212. *Liber curarum miles* Lucano lib. IV. 384. & lib. VI. 300. *felix & libera legum, Roma, fores, juriſque tui.* ubi in codicibus nonnullis offendi *libera regum.* ſed nil neceſſe. *libera legum* pro *a legibus.* quomodo locutus Plautus in Trinummo. nam *leges* pro ſervitute nonnumquam ponuntur. eodem libro 105. *liber terrae hoſtis* opponitur militi obſeſſo. lib. VII. 817.

Libera Fortunae mors eſt; capit omnia tellus,
Quae genuit. coelo tegitur, qui non habet urnam.

ita enim tres vetuſti codices a me conſulti inter complures. niſi quod ſcribendum videtur, ſi genium Lucani capio, *Libera fortunae ſors haec.* de morte enim tota illa agit digreſſio. & ſic crebro peccari monui ad Silium XIV. 630. *liber criminis* apud Paullinum IX. Natali Felicis:

Effugiam vinclis exſuto corpore, liber
Criminis, & ſpolium mundo carnale relinquam.

liber favoris apud Prudentium περὶ στεφ. Hymno Romani martyris:

Qui ſit favoris liber, & non oderit
Quemquam, nec ullum mentis in vitium cadat.

Liber ſoporis apud eumdem, Hymno ad Galli cantum. *liber pedum ſermo* apud Terentianum Maurum. Petronius Haloſi Trojae de ſerpentibus Laocoonti mortem laturis:

Dat cauda ſonitum: liberae ponti jubae
Conſentiunt luminibus.

ſic ſcribe. nam codices vetuſti *pontum*, unde *ponto* fecerunt. ſed & *daut caudae* metro contrarium. plura illic diximus. hinc *liberare limen, enſem, mundum* & ſimilia, de quibus alio loco ad eumdem

Pe-

83 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. 84 Excepta V. 85 poterat Dan. Fabr. 86 SUBVECTA. Steph. & ita in textu edidit. 87 deſunt R. Steph. al. 88 profugo V. 89 ſane hoc loco notant Critici, quomodo tam cito potuerint fieri naves Aeneae Dan. 90 Creticiis ſic cito V. R. Voſ. Steph. al. 91 quod excuſat Daſſis (Claſſis) quam in caſtris reliquerat, quam ſolam &c. V. 92 deſunt Voſ. R. V. Steph. al. 93 facta iisdem.

Hîc magnus ſedet Aeneas, ſecumque volutat
Eventus belli varios: Pallaſque ſiniſtro
Adfixus lateri jam quaerit ſidera, opacae
Noctis iter, jam quae paſſus terraque marique.
  Pandite nunc Helicona, Deae, cantuſque movete;
Quae manus interea Tuſcis comitetur ab oris
Aenean, armetque rates, pelagoque vehatur.

Meſ-

SERVII.

160. EVENTUS BELLI VARIOS. Licet haberet fortiſſimum militem, cogitabat tamen incerta bellorum.

161. [94] [JAM QUAERIT SYDERA. Deeſt, de Aenea; Et *quaerit ſydera*, num de ſyderibus quaerit; an ipſa ſydera; id eſt, recenſet: aut num cauſa quaerendi quod cupiat vicem [95] diſcere. *]

162. NOCTIS ITER. Aut per quae nox [96] decurrit: aut quae intuentes nautae iter peragunt noctibus. JAM. Modo, ut IV. 157. *Jamque hos curſu, jam praeterit illos.* [97] [QUAE PASSUS TERRAQUE MARIQUE. Num quia, audiendo res geſtas Aeneae, incendatur & ipſe ad imitandi cupiditatem?]

163. PANDITE NUNC HELICONA, DEAE. [98] Parnaſſus, mons eſt Theſſaliae juxta Boeotiam, [99] [quem locum aliquando Aones tenuerunt,] qui in duo finditur juga, Cithaeronem Liberi, & Heliconem Apollinis & Muſarum. [1] [Ex quo fons manare dicitur, quem Pegaſi ungula protuliſſe fertur, qui vocatur Hippocrene.

164. TUSCIS. *Thuſci*, a frequenti ſacrificio ſunt dicti ἀπὸ τοῦ θύειν unde *Thuſcos* populos bene dicimus: *Thuſciam* vero non debemus dicere: quia nequaquam in idoneis auctoribus legitur; ſed aut *Etruria* dicenda eſt, ab *Etruſco* principe; aut *Lydia*, a *Lydo*; aut [2] *Tyrrhenia* ab ejus fratre, qui, ut ſupra diximus II. 782. cum parte populi de Moeonia venit ad Italiam. Quod ergo hic dicit Virgilius: *Thuſcis comitetur ab oris*, de Thuſcorum finibus intelligendum eſt.]

VARIORUM.

Petronium cap. CXXXVI. HEINS. *Fati* etiam Regius & Lubec.

157. SUBJUNCTA. Sic ſcripti noſtri. *ſubvecta* in editionibus quibuſdam, ſed *roſtro ſubjuncti leones* dicuntur, quemadmodum *curru ſubjungere tigres* alibi. in primo tamen Moretano *ſubvicta*, in ſecundo *ſubmiſſa*. HEINS. Ex hoc loco M. Antonius Surens contendit *leones* fuiſſe inſigne Aeneae, ut hodie multi nobiles gerunt, & hinc eum non proditorem patriae fuiſſe probat, quia ipſi eo facto ademta fuiſſent. ut notavi ridiculam hanc ſententiam in praefatione ad Tom. IX. Theſauri Italici pag. 9. BURM.

158. IDA. Hanc fuiſſe in puppi, ut leones in prora, credit Catroeus. perperam: ſub monte enim Ida erant leones, qui illis imminebat.

161. SIDERA. *Sidus* Zulichemius.

162. ITER. *Idem* Mediceus manu prima. *noctis iter*, id eſt rationem nocturnae navigationis, quae ad ſtellas inſtituitur, vel quantum illa nocte poſſint procedere. quibus ſermonibus tota nocte, quam longa eſt, trahebat. ut apud Lucan. X. 333.

Sic velut in tuta ſecuri pace trahebant
Noctis iter mediae.

noctis etiam pro Lunae poſſet ſumi, ut ſaepe. vid. ad Valer. Flac. lib. V. 567. alio & nequiore aliquanto ſenſu dixit Propert. II. XXIV. 22.

Noctibus his vacui refaciamus iter.

id eſt, redeamus ad amores ſolitos. ut ſuperiori Eleg. ỳ. 82.

Nos modo propoſitum, vita, teramus iter.

id eſt, noctes conſumamus, luſu & conviviis nequitiae noſtrae conſciis. BURM.

163. MOVETE. *Monete* Gudianus a manu prima. vid. lib. VII. 641. mox *Etruſcis* Leidenſis. *comitatur* Hugenianus. *comitentur* prior Hamburgicus. deinde *pelagove* Oudartii.

165. VE-

[94] deſunt iidem. [95] diſcere deerat Dan. & Fabr. [96] decurrerit V. [97] deſunt V. R. Voſ. Steph. al. [98] Parnaſſus V. Parnaſus R. [99] deſunt V. R. Voſ. Steph. al. ad ỳ. 166. [1] deſunt iisdem. [2] Thyrrhena Dan. Fab.

Maſſicus aerata princeps ſecat aequora tigri:
Sub quo mille manus juvenum, qui moenia Cluſi,
Quique urbem liquere Coſas: quis tela, ſagittae,
Corytique leves humeris, & letifer arcus.
Una torvus Abas. Huic totum inſignibus armis
Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos illi dederat Populonia mater

Ex-

SERVII.

166. MASSICUS AERATA PRINCEPS SECAT AEQUORA TIGRI. [3] Inter auxilia accipiendum: nam Aeneae prima eſt navis: &] licet ſit catalogus, [4] in quo enumerantur hi, qui de Thuſcia venerunt, invenit tamen aliquam varietatem, quod hos [5] navibus veniſſe commemorat; cum in ſeptimo Turni [6] praeſidia per terram veniſſe commemoraverit. Sane ſciendum, amare Virgilium ducibus Italis dare nomina vel fluviorum vel montium. Ut ergo ſupra *Almonem*, & *Avencinum* commemoravit, ſic nunc *Maſſicum* dicit: nam *Maſſicus*, mons eſt, unde & *Maſſicum vinum* dicitur. Plerique tamen *Maſſicum*, nolunt proprium nomen eſſe, ſed appellativum, dicentes *Oſinium* eſſe *Maſſicum* regem: nam paulo poſt dicturus eſt x. 655. *Qua rex Cluſinis advectus Oſinius oris:* & nunc dicit: *Qui moenia Cluſi.* Multi alium *Maſſicum*, [7] alium *Oſinium* eſſe volunt. AERATA TIGRI. Cujus roſtrum erat in ſimilitudem *tigridis:* namque ſolent naves vocabula accipere a pictura tutelarum: hinc eſt inf. 209. *Hunc vehit immanis Triton.* Item: *Et aurato fulgebat Apolline puppis. Tigri* autem, ſecundum regulam dixit: nam Graeca nomina, quae genitivum ſingularem in DIS mittunt, in eo tantum & in dativo creſcunt; in accuſativo autem, vocativo, & ablativo, paria ſunt [8] nominativo, ut *Tigris*, *tigridis*, *tigridi*, *tigrin*, *o tigris*, *a tigri*; *Iſis*, *Iſidis*, *Iſidi*, *Iſin*, *o Iſis*, *ab Iſi.* Si aliter invenerimus, [9] abuſive dictum eſt, ut in Lucano v. 405. *Ocyor & coeli flammis & tigride foeta.*

167. MOENIA CLUSI. Pro *Cluſii:* nam *Cluſium* dicitur: &] eſt dictum per Synaereſim, ſicut I. Ecl. 33. *Nec cura peculi*, pro, peculii. *Cluſium* autem, eſt oppidum [10] juxta Maſſicum: [11] [quod in Etruria condidit Cluſius Tyrrheni, ſive Telemachus Ulyxis.]

168. COSAS. Civitas Thuſciae, quae numero dicitur ſingulari, ſecundum Salluſtium in fragm. incert. unde apparet [12] *Coſas* eſſe uſurpationem.

169. CORITIQUE. *Coryti*, proprie ſunt arcuum thecae; dicuntur tamen etiam ſagittarum, quas & *pharetras* [13] vocamus.

170. [14] [UNA. Ad totam claſſem refer.] TORVUS. [15] Pro forti & aſpero, vel terribili.

171. FULGEBAT. Scilicet puppis, [16] aurato Apolline. ARMIS. Exercitu.

172. POPULONIA. Civitas Thuſciae. Matrem autem eorum, qui venerant, [17] patriam dixit, ut alibi VII. 762. *Inſignem quem mater Aricia miſit:* [18] [quidam *Populoniam*, poſt XII. populos in Etruria conſtitutos, populum ex inſula Corſica in Italiam veniſſe, & condidiſſe dicunt: alii *Populoniam* Volaterranorum coloniam tradunt: alii Volaterranos Corſis eripuiſſe *Populoniam* dicunt.]

VARIORUM.

165. VEHATUR. *Trahatur* Ed. pr.

166. MASSICUS. Nomen a Maſſico monte Etruriae impoſuiſſe huic ſcribit Catroeus. ſed ego in Campania eum fuiſſe didici. vide Cluver. Ital. Ant. IV.

3 deeſt R. Steph. al. 4 ideſt inſcriptio Steph. Dan. 5 cum navibus Steph. Dan. Fabr. 6 ſocios Dan. Fabr. 7 & alium Oſinium eſſe voluerunt Dan. Fabr. 8 deeſt Baſil. 9 abuſivum eſt Dan. Fabr. 10 falſum eſſe, nam Maſſicum eſt in Campania, oſtendit Cluver. Ital. Antiq. lib. II. p. 567. 11 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 12 deeſt iisdem. *Coſſas* hunc uſurpative dixiſſe Dan. v. Cluver. Ital. Ant. lib. II. p. 479. uſurpative vero, quia urbem *Coſas* dicit. ſed Cl. Dorvill. fruſtra hoc notari putat, quia *urbem Athenas* ſaepe occurrit. & ita Homerum Iliad. X. 479. ulterius progreſſum dixiſſe Θήβην, ὑποπλακίην. ubi offenſi hac locutione ſubſtituere Θήβαν. & ita *Inſulam Capreas* dixit Suet. Aug. XCII. 13 nominamus Voſ. R. V. Dan. Fabr. al. 14 deſunt V., Voſ. R. Steph. al. 15 terribilis iidem. & praeterea nihil. 16 deſunt Voſ. aurato deeſt R. V. Baſil. 17 deeſt V. R. Voſ. Steph. al. 18 deſunt iisdem.

Expertos belli juvenes: aſt Ilva trecentos
Inſula, inexhauſtis Chalybum generoſa metallis.
Tertius, ille hominum divûmque interpres Aſylas,
Cui pecudum fibrae, coeli cui ſidera parent,

Et

SERVII.

173. EXPERTOS BELLI. Peritos: nam *expertes*, ſunt *ignari*. [19] [*Belli* autem, poteſt pro, in bello accipi.] ILVA. [20] [Quidam *Ilvam*, Aethalen dictam volunt; eſt autem] inſula adjacens Thuſciae, [21] [in conſpectu Populoniae. Probus TRECENTOS, ſubdiſtingui vult, ut *inſula* ſequentibus jungatur.]

174. INEXHAUSTIS CHALYBUM GENEROSA METALLIS. [22] Quanto exhauſta fuerit, tanto generoſior, [23] [hoc eſt, πολύγονος.] Ergo *in exhauſtis*, non eſt una pars orationis: Namque Plinius ſecundus dicit: *Cum in aliis regionibus effoſſis metallis terrae ſint vacuae, apud Ilvam hoc eſſe mirum quod ſublata renaſcuntur, & rurſus de hiſdem locis eff diuntur.* Varro & aliud dicit: *Naſci quidem illic ferrum; ſed in* [24] *ſtricturam non poſſe cogi, niſi tranſvectum in Populoniam Tuſciae civitatem, ipſi inſulae vicinam.*

175. HOMINUM, DIVUMQUE INTERPRES ASYLAS. [25] [*Interpres*, medium eſt: nam &] deorum, quos interpretatur, & hominum, quibus interpretatur, & divinas indicat mentes, *interpres* vocatur. [26] Et notandum, quod ait [27] Nigidius Figulus, has artes ita inter ſeſe eſſe conjunctas, ut alterum ſine altero eſſe non poſſit: unde his, quos perfectos vult probare Virgilius, omnium divinandi artium [28] praeſtat ſcientiam, ut hoc loco. Item ſupra Heleno, de quo ait III. 359. *Trojugena, interpres divum, qui numina Phoebi, Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſydera ſentis.* Nigidius autem ſolus eſt poſt Varronem; licet Varro praecellat in Theologia; hic in communibus literis: nam uterque [29] utrumque ſcripſerunt.

176. FIBRAE. [30] *Fibrae*, ſunt jecoris extremitates. PARENT autem, eſt [31] peritiſſime agnoſcuntur. [32] [Quod ſi *parent*, obtemperant, non procedit: nam quomodo ſydera, vel fibrae, vel aves, vel fulgura poſſunt obtemperare? Aut *parent*, apparent, ac patent; quaſi nihil ei abſconditum, vel abſtruſum ſit. An hyperbolice tantam illi ſcientiam ſyderum, vel ceterarum, quas dixit, rerum eſſe, ut ei parere videantur, ſicut dicimus artes quibuſdam eſſe ſubjectas? Sed *parent*, id eſt, agnoſcuntur:] quod ad [33] omnia referendum eſt, ad *fibras, ſydera, voces avium, & fulmina:* nam ſi, *videntur*, tantum accipias, [34] cujus poſſunt videri, nec tamen intelligi, item voces avium non videntur; ſed [35] agnoſcuntur auditae.

VARIORUM.

IV. 5. Servius etiam Cluſium juxta Maſſicum ponit, quem refutat Demſterus in Etruria Regali lib. IV. cap. 18. ubi dicit ſe non meminiſſe Maſſici montis in Etruria. & tamen lib. II. cap 41. ex Servio duos montes Maſſicos in Etruria & Campania fuiſſe collegerat. fictum ergo hoc nomen a Poëta pro arbitrio. ut Abas, Aſylas &c.

167. MILLE. v. Gronov. I. de Pec. 10. & Heum. ad Cicer. pro Mil. XX.

Ibid. CLUSI. *Clauſi* Bigotianus & Leidenſis a manu prima. *Cluſii* Leidenſis alius.

169. CORYTIQUE. Scripti *Gorythi, Coriti, Coritbi, Choriti* varie exhibent. vid. Barth. ad Stat. IX. Theb 730.

170. TORVUS. *Tornus* Venetus.

171. AURATO. *Aurata ſ. imagine* prior Hambur-

19 deſunt V R. Steph. al. 20 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. *Aethalen* hic repoſitum a Cluverio lib. II. Ital. Ant. pag. 502. pro *Ithacem* ut Dan. 21 deſunt iisdem. 22 *Quanto magis*, & mox negationem *non* ejicit Cluverius lib. II. Ital. Ant p 503. & M. ultimum probo, ſed illa ellipſis τῦ *magis* eſt frequentiſſima. 23 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. Harduinus ad Plin. XXXIV. 16. Servii in laudandis auctoribus haud ſatis exploratam fidem dicit. 24 ſtrictuitatem, & reliqua ignorant V. R. deſunt etiam ultima Baſil. & Stephanus non habet, ipſi l. vicinam. 25 deſunt Dan. Fabr. 25 deorum interpretor, & hominum quibus. d i. m. i. vocatur V. R. Voſ. Steph. al. 26 ſed Dan. Fabr. 27 Nigridius V. Nigidus R. qui mox Nigridus. 28 facit praeſtare ſcientiam Dan. 29 deeſt V. R. 30 deſunt V. 31 peritiſſime Baſil. 32 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 33 ad omina Baſil. 34 forte legendum *cuivis*. 35 cognoſcuntur V. R. Voſ. Baſil. poſt, auditae, jam ſequebatur, nec *parent*, obtemperant, procedit. n. q. &c. poſſunt obtemperare. in V. R. Voſ. Steph. al. reliqua decrant.

Et linguae volucrum, & praeſagi fulminis ignes,
Mille rapit denſos acie, atque horrentibus haſtis.
Hos parere jubent Alpheae ab origine Piſae:
Urbs Etruſca ſolo. Sequitur pulcherrimus Aſtur,

Aſtur

SERVII.

177. [36] [PRAESAGI FULMINIS IGNES. *Praeſagi*, futura denuntiantis, ut I. Ecl. 17. *De caelo tactas memini praedicere quercus*. Eſt enim Jovis [37] ſolius fulmen, de quo tantum futura noſcuntur, ut in octavo 429. plenius de fulminis generibus dictum eſt. Alii non ipſum *fulmen praeſagum* accipiunt; ſed eos *praeſagos*, qui inde futura praedicunt.]

178. RAPIT. Raptim ducit. DENSOS ACIE. In acie conſtrictos, & conjunctos.

179. ALPHEAE AB ORIGINE PISAE. *Alpheus*, fluvius eſt inter *Piſas* & Elidem, civitates Arcadiae, ubi eſt templum Jovis Olympici: ex quibus locis venerunt, qui *Piſas* in Italia condiderunt, dictas a civitate priſtina: unde nunc addidit: URBS HETRUSCA SOLO: cum praemiſiſſet: ALPHEAE AB ORIGINE PISAE. [38] [Sane *Piſas* antiquitus conditas a Peloponeſo profectis; vel ab his, qui cum [39] Neſtore ab Ilio venerunt. Alii *Piſum*, Celtarum regem, fuiſſe Apollinis Hyperborei filium, & cum [40] Samnitibus bellum [40] * geſſiſſe, a quorum regina, quae poſt conjugis mortem imperio ſucceſſerat, receptum, in Etruria oppidum [41] ſuo nomine condidiſſe. Alii locum * ex deo privigno genitum, juvenem viribus magnis, *Piſas* condidiſſe ajunt: Cato Originum [42] I. qui *Piſas* tenuerint ante adventum Etruſcorum, negat ſibi compertum; ſed inveniri [43] Tarchontem, Tyrrheno oriundum, poſtquam [44] eorum locorum dominium ceperit, Piſas condidiſſe; cum ante regionem eandem Teutones quidam, Graece loquentes, poſſederint. Alii, ubi modo *Piſae* ſunt, Phocida oppidum fuiſſe ajunt, quod nobis indicio eſt a Peloponneſo originem id oppidum trahere. Alii incolas ejus oppidi [45] Teutas fuiſſe, & ipſum oppidum Teutam nominatum, quod poſtea *Piſas* Lydi lingua ſua [46] Lunarem portum ſignificare dixerunt; quare huic urbi a Portu Lunae nomen impoſitum. Alii ab Epeo, Trojani equi fabricatore, conditum tradunt, qui cum aliis Graecis in hanc regionem rejectus eſt: ubi, poſtquam Trojanae captivae metu dominarum, ad quas deducebantur, naves incenderunt, deſperatione reditus remanſit, urbemque condidit, & ab ea, quae eſt in Peloponneſo, *Piſas* cognominavit.]

VARIORUM.

burgicus pro varia lectione.

172. SEXCENTOS. *Seſcentos* duo Rottendorphii & Gudianus.

173. BELLI. *Bello* Bigotianus.

Ibid. TRECENTOS. *Tricentos* Regius.

174. INEXHAUSTIS. *Inexuſtis* Parrhaſ.

175. ASYLAS. *Aſillas* Regius.

176. COELI. *Coelum* alter Hamburgicus. an *cui coelum & ſidera*. ſed alterum uſitatius Maroni.

Ibid. PARENT. Dictum ut apud Petron. cap. CXXXIV. *Quidquid in orbe vides paret mihi*.

178. HASTIS. *Umbris* alter Hamburgicus a manu prima. a ſecunda *armis*. & ita prior Hamburgicus, Gudianus, duo Moretani, Bigotianus, & Leidenſis, & Pariſ.

179. ALPHEAE AB ORIGINE PISAE. *Alphea* Mediceus & prior Mentelius, Menagianus uterque, & alter Hamburgicus. Gudianus quoque, ſed a manu ſecunda. a manu prima Moretanus primus.

&

36 deſunt iisdem. 37 hic locus docet quam diligentes fuerint Lucius, Commel. & Emmeneſ. qui cum in Dan. Ed. repeviſſent, & Jovis ſilies fulmen, id exacte ſequuti ſunt. quis non haereret hoc legens, & ſilium Jovis poſſe fulmen dici crederet? Maſvicium Ryckii ductu correxiſſe hunc errorem credo. erat enim nec acutior, nec diligentior ceteris. 38 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 39 cum Pelope Lidem Dan. Lydem Fab ſed emendavit Salmaſ. Exer. Plin. p. 43. ex quo Maſvicius ita edidit. Cluver. Ital. Ant. lib. II. p. 464. legit & ſupplet ſane Piſas antiquitus conditas (ajunt) a (Piſanis e) Peloponneſo profectis, vel (forte videlicet) ab his, qui cum Pelope in Elidem venerunt. 40 Cluverius, Liguribus conjicit. 40 * geſtaſſe Dan. 41 de ſuo Cluverius. 42 deeſt his numerus Dan. Fabr. & Cluverio. 43 Trachonem Dan. Fabr. Tarchontem Cluver. 44 eorundem ſermonem * ceperit Dan. Fabr. ſed hic, poſt quem Cluver. eorundem regionem occupaverit. Maſvicius Salmaſiana emendatione uſus. 45 Teutanas hic & mox Salmaſius. ſingularem Dan. 46 deſunt V. R. Voſ. Steph. al.

Aſtur equo fidens, & verſicoloribus armis.
Tercentum adjiciunt, (mens omnibus una ſequendi)
Qui Caerete domo, qui ſunt Minionis in arvis.
Et Pyrgi veteres, intempeſtaeque Graviſcae.
Non ego te, Ligurum ductor fortiſſime bello,
Tranſierim, Cinyra, & paucis comitate Cupavo.

Cujus

SERVII.

181. EQUO FIDENS. Id eſt, eques optimus. Quidam *Aſtur*, pro, *Aſtures* accipiunt, apud quos equi & equites optimi perhibentur. VERSICOLORIBUS ARMIS. Depictis: per quod bellicoſus oſtenditur.

182. TERCENTUM ADJICIUNT. Accedunt [47] & conſentiunt ejus voluntati: unde ait: MENS OMNIBUS UNA SEQUENDI: id eſt, conjurati ſunt. [48] [Probus *adjiciunt*, adjacent, & quaſi juxta ſunt, tradit.]

183. QUI CAERETE DOMO. Ac ſi diceret: qui ſunt domo Carthagine. *Caere* autem, ut & ſupra diximus, [49] [etiam Agylla,] dicitur, [50] [ἀπὸ τοῦ χαίρειν, quod verbum ſalutandi gratia apud Graecos dici ſolet. Hanc Pelaſgi condiderunt, qui cum ſitim paſſi, nec uſquam aquam invenientes, caſu quodam fontem inveniſſent, in eodem loco oppidum condiderunt.] Nec videatur contrarium, quod ait VII. 652. *Ducit Agyllina nequidquam ex urbe ſecutos:* quaſi & Turno & Aeneae praeſtet auxilium: nam & illi Lauſum fugientem ſecuti ſunt; hi vero communi odio [51] [& conſilio totius civitatis] in Mezentium arma commoverunt. MINIONIS. Fluvius eſt *Minio* [52] [Thuſciae, ultra Centumcellas.]

184. ET PYRGI VETERES. Hoc caſtellum nobiliſſimum fuit eo tempore, quo Thuſci piraticam exercuerunt: nam illic metropolis fuit: [53] [quod poſtea expugnatum a Dionyſio, tyranno Siciliae, dicitur, de quo Lucilius: *Scorta Pyrgenſia.*] INTEMPESTAEQUE GRAVISCAE. *Graviſcanum* oppidum, alii *intempeſtum* dicunt, ventis & tempeſtatibus carens: quod nulla poteſt ratione contingere. *Intempeſtas* ergo *Graviſcas*, [54] accipimus peſtilentes: & ſecundum Plinium in Naturali hiſtoria, & Catonem in Originibus, ut *intempeſtas* intelligas ſine temperie, id eſt, tranquillitate: nam ut ait Cato: *Ideo Graviſcae dictae ſunt, quod gravem aërem ſuſtinent.*

185. [55] [LIGURUM DUCTOR. Nam Liguria poſt Thuſciam eſt, circa Gallos.]

186. CYCNE. Cunare: quidam duci nomen datum tradunt a Cunaro monte, qui in Piceno.] [56] CUPAVO. Hic *Cupavo*, & declinatur *Cupavo*, ſicut *Cicero*, *Cato.*

VARIORUM.

& recte: ut dicat Etruſcas Piſas originem ducere a Piſis Eleis, quas Alpheus adluat. HEINS. *Alphea* Lubec.

180. PULCHERRIMUS. *Haſta* Zulichemius.

Ibid. ASTUR. *Aſtyr* Mediceus bis. *Auſtur* Parrhaſ.

181. ET VERSICOLORIBUS. *Verſiſque coloribus* Bigotianus.

182. ADJICIUNT. Credo eſſe intelligendum *ſe.*

183. CAERETE. *Chaerete* Mediceus. *ſunt Iſionis* Parrhaſ.

Ibid. MINIONIS IN ARVIS. *Minionis* accolae ſunt Ceretani. *Munionis* olim Feſulani, nunc Florentini. FABRIC. *In armis* Dorvill.

184. VETERES. *Juvenes* Bigotianus. *Phyrgi*, *Pirgi*, *Phrigi*, codices.

Ibid. GRABISCAE. Sprotianus.

185. LIGURUM. *Ligur* Commentator Crucquianus Horatii lib. IV. Od. 9.

186. CYCNE. In ſcriptis codicibus id nomen

longe

47 & quae conſentiunt V. pro atque. 48 deſunt V. R. Steph. al. 49 deſunt Dan. Fabr. Agilla R. Voſ. Agylina Steph. al. Caere autem, quod jam Agylla dicitur, ut ſ. diximus V. 50 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 51 deſunt R. Steph. al. 52 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 53 deſunt iisdem. 54 accipimus V. R. Voſ. 55 deſunt iisdem. ad *Cupavo* v. 186. 56 CUPABO. o Cupabo e. d. Cupabo s. C. C. V. Voſ. occupabo R. Hic C. ſicut declinatur Cato vel Cicero Dan. Fabr. Hic Cupavo, o Cupavo & Baſil.

Digitized by Google

Cujus olorinae ſurgunt de vertice pennae:
Crimen amor veſtrum, formaeque inſigne paternae.
Namque ferunt, luctu Cycnum Phaëthontis amati,
Populeas inter frondis, umbramque ſororum .
Dum canit, & maeſtum Muſa ſolatur amorem,

Ca-

SERVII.

188. Crimen amor vestrum. Phaëthontem a Cycno amatum aut pie, [57] aut turpiter, accipiamus neceſſe eſt. Si turpiter, talis eſt ſenſus: Crimen veſtrum eſt, o Cycne, & Phaëthon, quod ſic amaſtis: [58] [hoc vobis tantùm poteſt objici.] Alii *veſtrum*, pro, tuum accipiunt: & ad ſolum Cycnum referunt, ut IX. 525. *Vos, o Calliope, precor:* ſi pie amavit, ſecundum Aſprum, *crimen* erit cauſa, ut II. Aeneid. 65. *Et crimine ab uno Diſce omnes*, ut ſit ſenſus: O Phaëthontiades ſorores, & o Cycne, cauſa veſtrum, id eſt, veſtrae mutationis, amor eſt: [quia ſic Phaëthontem amaſtis, ut periretis.]

189. Namque ferunt luctu Cycnum Phaethontis amati. *Phaëton*, Clymenes & Solis filius [59] fuit, qui cum doleret objectum ſibi ab Epapho, rege Aegypti, quod eſſet non de Sole, ſed de [60] adulterio procreatus, duce matre venit ad Solem, & popoſcit, ut, ſi vere eſſet ejus filius, [61] petenda praeſtaret: quod cum Sol juraſſet per [62] Stygem paludem ſe eſſe facturum, petit ille, ut ejus currus agitaret. [63] Sol poſt jusjurandum negare non potuit. Acceptis itaque curribus Phaëthon, cum orbitam Solis [64] exceſſiſſet, & [65] coepiſſet mundus ardere, a Jove fulminatus, in Eridanum cecidit, qui & Padus vocatur. Hujus interitum flentes ſorores, [66] Phaëtuſa & Lampetuſa, deorum miſeratione in arbores [67] commutatae ſunt: ut hic dicit, in *populos:* ut in Bucolicis, in *alnos*. Fuit etiam [68] quidam Ligus, *Cycnus* nomine, [69] [dulcedine cantus ab Apolline donatus;] amator Phaëthontis, qui cum eum [70] fleret extinctum, [71] [longo luctu] in avem ſui nominis [72] verſus eſt: [73] [qui poſtea ab Apolline inter ſydera conlocatus eſt,] [74] cujus nunc filium [75] *Cupavonem* dicit habere *cycni* [76] pinnas in galea, ad formae paternae inſigne monſtrandum.

190. Umbramque sororum. Ambitioſe dictum, pro, inter arbores de ſororibus factas. Et eſt [77] unum de his, quae habet Virgilius [78] inimitabilia, & ſua propria. Tale eſt illud III. Georg. 192. *Sinuatque alterna volumina crurum.* Item I. 113. *Cum primum ſulcos aequant ſata.*

191. Musa. Carmine, [79] cithara, cantilena.

VARIORUM.

longe aliter legitur, ſi recentioris notae nonnullos excipias. in pleriſque Pierianis & Gudiano *Cinere*. in Vaticano veterrimo *Cumare*. Mediceus noſter *Cinyrae*. in Mentelio priore *Cinyre*. in Moretano tertio *Cynare*. in multis aliis *Cynire* vel *Cinire*. in altero Voſſiano *Cinira*. in altero Hamburgico *Cyrina*. ſcribo *Cinyra*, cujus nominis complures fuerunt Reges & Heroës. Macrobio tamen lib. V. Saturn. cap. 15. hic Maronianus heros *Cinirus* vocatur, *Hinc illum Cinirus rapit ad Liguriam, Ocnus ad Mantuam.* ita enim ex membranis Anglicis Pontanus in editione ſua exhibuit, cum in vetuſtioribus ſit *Cygnus*. eodem capite tam ſcripti, quam editi mendoſe, *Aſtur itemque Cupavo & Cycnus inſignes Cygni Phaethontiſque fabulis* ubi pari modo *Cinirus* vel *Cinyras* corrigendum. *Cinyram* hunc Maro *Cycni* illius in olorem mutati filium facit. HEINS. *Cinate* & *Cupano* Ald. Parrhaſ. *Cinire* Regius. *Cigne* & *Cupavo* Dorvil. *Cygne* & Edd. pr. & Mediol. *Cycne* Ald.

Ibid. Cupavo. *Cupabo* Regius, Gudianus, & alter Mentelii.

187. Pennae. *Pinnae* Mediceus, Gudianus, & alter Mentelii.

183. For-

57 deſunt Dan. & hoc Fabr. al. 58 deſunt V. R. Steph. al. 59 deeſt Dan. 60 adultero V. 61 petita Dan. Fabr. 62 ſtygiam Steph. Dan. Fabr. 63 ſed poſt Vol. ſol jusjurandum Baſil. 64 exiſſet Vol. R. Dan. Fabr. 65 ceperet V. 66 fletuſa V. Voſ. R. Phetuſa Steph. Dan. 67 mutatae Dan. Fabr. al. 68 deeſt V. Vol. R. Steph. 69 deſunt V. Vol. R. Steph. al. 70 defleret Dan. Fabr. 71 deſunt V. R. Steph. al. 72 converſus eſt V. R. Baſil. 73 deſunt V. Voſ. R. 74 hujus Dan. 75 cum pavonem V. cupaonem Voſ. 76 Pennas V. R. Steph. al. Pinas Dan. 77 unum item V. una de Dan. 78 immutabilia Steph. 79 deeſt Dan. deerant hic paginae aliquot in V. ad ỷ. 774.

Canentem molli pluma duxiſſe ſenectam;
Linquentem terras, & ſidera voce ſequentem.
Filius, aequalis comitatus claſſe catervas,
Ingentem remis Centaurum promovet: ille
Inſtat aquae, ſaxumque undis inmane minatur
Arduus, & longa ſulcat maria alta carina.
Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,

Fa-

SERVII.

192. CANENTEM SENECTAM. Qui *canentem ſenectam* [80] [pro albo colore neoterice dictum putant,] mollibus tranſegit in plumis.

193. SYDERA VOCE SEQUENTEM. Cum cantu caelum petentem: vel, quod eſt re vera relatus in ſydera, ſicut videmus in ſphaera.

194. [81] AEQUALES COMITATUS CLASSE CATERVAS. Aut aequaliter habens per naves diſtributas catervas: [82] [aut ipſi duci pares virtute.

195. CENTAURUM. Aut nomen navis; aut qui erat in navi pictus.]

198. OCNUS. [83] Iſte eſt *Aucnus*, quem in Bucolicis Bianorem dicit, ut IX. Ecl. 60. *Namque ſepulchrum Incipit apparere Bianoris.* Hic *Mantuam* dicitur condidiſſe, quam a matris nomine appellavit: nam fuit filius Tyberis & *Mantus*, Tireſiae Thebani vatis filiae, quae poſt [84] patris interitum ad Italiam venit. [85] [Alii *Mantos* filiam Herculis vatem fuiſſe dicunt. Hunc *Ocnum* alii [86] Auletis filium, alii fratrem, qui Peruſiam condidit, referunt: &, ne cum fratre contenderet, in agro Gallico [87] Ceſenam, quae nunc Bononia dicitur, condidiſſe: permiſiſſe etiam exercitui ſuo, ut caſtella munirent, in quorum numero *Mantua* fuit. Alii a Tarchonte Tyrrheni fratre conditam dicunt: *Mantuam* autem ideo nominatam, quod Etruſca lingua *Mantum*, Ditem patrem appellant, cui etiam cum caeteris urbibus & hanc conſecravit.] [88] *Mantus* vero, genitivus Graecus eſt: nam ſi Latine declinaveris, *Mantonis* facit, ſicut in Plauto legimus, *Ionis*.

VARIORUM.

188. FORMAEQUE. *Formae quae* Waddel. Anim. Critic. p. 33.

189. AMATI. *Amici* ſecundus Rottendorphius.

190. POPULEAS. *Populeaſque* Francianus. *umbraque* alter Mentelii. *umbraſque* Parrhaſ. prior Hamburgicus. ita Senec. Herc. Oet. 187. *Phaëthontiadum ſilva ſororem.*

191. MUSA. *Cā*, id eſt *cantu* Parrhaſ. quod e gloſſa.

192. SENECTAM. *Senecta* Leidenſis & tertius Rottendorphius. *Canentem* vero maeſto amori jungit apte, quia prae maerore & cura ſaepe canities contrahitur, ut ex Theocrit. Idyl. XII. 2. obſervat Cl. Dorvil. & Abram. ad Cicer. pro Milone cap. VII. notavit Guarinum propter amiſſos codices quoſdam una nocte dici canum factum.

194. AEQUALES. *Aequali claſſe* Mediceus & ſecundus Moreti. HEINS. *Aequalis* Dorvill.

195. PROMOVET. *Submovet* prior Hamburgicus. *centurumque admovet ipſe* Ed. pr.

196. AQUAE. *Aquis* alter Hamburgicus. *Saxumque vides* idem. *inſtet aquae, ſaxum undis* Excerpta noſtra.

198. OCNUS. *Ognus* Mediceus, Gudianus, prior Mentelii & alii nonnulli. pro *Mantus* prior Menagianus *Mantoys*, Graeca ſcribendi ratione. ut lib. II. *Panthoys*, pro *Panthus Othriades*, in quibuſdam codicibus. HEINS. *Ognus* Dorvil. Lubec. Ed. pr. *Ornus* alter Hamburgicus & prior pro diverſa lectione. *Oenus* Hugenianus. *Hocnus* Montalbanius. *Mantos* Francianus & ſex vel ſeptem

80 deſunt Voſ. R. Steph. al. 81 deeſt iiſdem. 82 deſunt iiſdem ad ℣. 198. 83 iſte eſt Ocnus Voſ. R. iſte eſt Avernus Dan. Fab. is eſt, quem Steph. iſte Ocnus Baſil. 84 parentis Dan. 85 deſunt Voſ. R. Steph. al. 86 Auleſtis Dan. 87 Celſenam quae nunc Buna Dan. Fabr. Felſinam, quae nunc Bononia Pignor. in Antenore pag. 51. Cluver. Ital. Ant. lib. 3. pag. 255. & Dempſter. Etrur. Regal. 11, 36. 88 Graece declinavit, nam ſi Latine vellet *Mantonis* diceret, ut ait Plautus. *Ionis* Dan.

Fatidicae Mantus & Tuſci filius amnis:
Qui muros matriſque dedit tibi, Mantua, nomen;
Mantua dives avis. Sed non genus omnibus unum.
Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni:
Ipſa caput populis: Tuſco de ſanguine vires.
Hinc quoque quingentos in ſe Mezentius armat,
Quos patre Benaco velatus arundine glauca

Mi-

SERVII.

201. DIVES AVIS. Majoribus praepotens. [89] [Et bene *dives avis*, quia non ab Ocno, ſed ab aliis quoque condita fuit: primum namque a Thebanis; deinde a Tuſcis; noviſſime a Gallis; vel, ut alii dicunt, a Sarſinatibus, qui Peruſiae conſederant.] SED NON GENUS OMNIBUS UNUM. Quia origo Mantuanorum & a Tuſcis venit, qui in Mantua regnabant, & a Venetis: [90] nam in Venetia poſita eſt, quae & Gallia Ciſalpina dicitur.]

202. GENS ILLI TRIPLEX, POPULI SUB GENTE QUATERNI. [91] Quia Mantua tres habuit [92] populi tribus, quae in quaternas curias dividebantur: & ſingulis ſinguli Lucumones imperabant, quos in tota Tuſcia duodecim fuiſſe manifeſtum eſt: ex quibus unus omnibus [93] praeerat. Hi autem totius Tuſciae diviſas habebant quaſi praefecturas; ſed omnium populorum principatum Mantua poſſidebat: unde eſt: *Ipſa caput populis*. [94] Ergo Virgilius miſcet novam & veterem Etruriam; ut utriuſque principatum patriae ſuae adſignet; cum alioquin Mantua ad haec auxilia pertinere non debeat; quod Aeneas nulla a Tranſpadanis auxilia poſtulaverit, cum omnis exercitus adverſum Mezentium uno loco conſederit: & propterea putetur Poëta in favorem patriae ſuae hoc locutus, ut de hac ſola trans Padum pro Aenea adverſum Mezentium auxilia faciat veniſſe, & quod nec populorum nomina, nec Lucumonum retulerit.]

203. TUSCO DE SANGUINE VIRES. [95] Robur totum a Lucumonibus habuit.

204. IN SE ARMAT. Id eſt, odio ſui in arma compellit

205. PATRE BENACO VELATUS ARUNDINE GLAUCA MINCIUS. [96] *Benacus*, lacus eſt Venetiae, de quo fluvius naſcitur *Mincius*. Jure ergo Dux Venetus fluvium provinciae ſuae depinxit in navi: quem Benaci filium, [97] quia ex ipſo habet originem, dicit.

VARIORUM.

ptem codices. *Mantoys* Excerpta noſtra & alter Menagii. *Mantis* ſecundus Moreti. *Manthos* Ed. Venet. v. Matt. *Mantos* Lubec. & Dorvil.

201. AVIS. *Agris* prior Hamburgicus & Zulichemus pro varia lectione. Heinſius corrigebat *agri*, ut Horatius Art. Poët. 421. *Dives agri, dives poſitis in foenore nummis*. inf. 563 *ditiſſimus agri*. vid. ad lib. I. 343. & Sil. Ital. VIII. 526. ſed ſeq. de genere & populis rectius majorum potentiam adſtruunt. ut lib. VII. 55. *Turnus avis, ataviſque potens*. & imitatus Statius I. Theb. 392. *Adraſtus dives avis*. Silius VIII. 385. *Avis pollens*. & XVI. 560. *Burrus avis pollens*.

202. GENS ILLI TRIPLEX. Locus jam olim a Servio caeteriſque Grammaticis vexatus, quem ſolens egregie ad Livii lib. v. cap. 35. illuſtrat doctiſſimus Gronovius, dum *gentem* pro provincia capi, *populum* pro urbibus provinciae demonſtrat: ſic apud Naſonem Ponticis:

Gens mea Peligni, regioque domeſtica Sulmo:

eum ager Pelignus in tres civitates divideretur.

HEINS.

89 deſunt Voſ. R. Steph. al. 90 quia Steph. 91 quia & Mantua Voſ. Haec Paul. Warnefridus de Geſtis Longobard. II. 23. Donato tribuit, ut notavit Lindenbrogius. 92 deeſt Steph. 93 imperat Dan. 94 deſunt Voſ. R. Steph. al. vide Cluverium d. l. 95 quia robur Dan. Fabr. 96 Venacus Dan. & mox Venaci filium. ut & R. haec adſcribit Paul. Warnefr. de Geſtis Longob. II. 14. & Servium ex antiquiore hiſtorico haec excerpſiſſe credit Lindenbrogius, qui ille *in Hiſtoriis legitur* habet. praeterea pro naſcitur Paullus dat *egreditur*. 97 qui ex ipſo habet R. Steph. al. quia ex ipſo habere Dan. Fabr.

Mincius infeſta ducebat in aequora pinu.
It gravis Auleſtes, centenaque arbore fluctus
Verberat adſurgens: ſpumant vada marmore verſo.
Hunc vehit inmanis Triton, & caerula concha
Exterrens freta: cui laterum tenus hiſpida nanti
Frons hominem praefert, in priſtin deſinit alvus;
Spumea ſemifero ſub pectore murmurat unda.
Tot lecti proceres ter denis navibus ibant
Subſidio Trojae, & campos ſalis aere ſecabant.

Jam-

SERVII.

207. GRAVIS. Fortis, ut XII. 458. *Ferit enſe gravem Tymbreus Oſyrim:* [98] [vel *gravis*, aut animo, aut aetate: aut *gravis*, propter navem: nam ſequitur: *Centenaque arbore fluctum Verberat aſſurgens.*] CENTENAQUE ARBORE. Non ait remis, ſed arboribus, ad exprimendam navis magnitudinem, quae plures habuit remorum ordines: unde ait Lucanus III. 537. *Et ſummis longe* [99] *ferit aequora remis.*

208. MARMORE. Mari. [1] [TRITON. Pictus, in navis prora ſedens: & ſic ait, quaſi de vero Tritone, ut VII. 785. *Galea alta Chimaeram Suſtinet, Aetnaeos efflantem faucibus ignes.*] CAERULA. *Caerula freta;* non *concha caerula*, [2] ne non ſtet verſus, [3] [ſi *caerula*, fuerit ſeptimus caſus.

210. LATERUM TENUS. Ut III. Georg. 54. *Crurum tenus*, ἄχρι τῶ πλευρῶν·] HISPIDA. Horrida, ſetoſa.

211. FRONS HOMINEM PRAEFERT. Modo *frontem*, primam hominis partem [4] intelligere debemus: nam hoc dicit: A capite uſque ad ima latera, hominis monſtrabatur effigies.

312. [5] [SPUMEA SEMIFERO. Incertum, utrum pictus, an ex aere factus.

213. TOT LECTI PROCERES. Quare Tarchonthem praeteriit; An, quia illi omnes ſub imperio ejus fuerunt?] TER DENIS. Triginta naves accipiamus fuiſſe; non, ut quidam volunt, ſingulos duces tricenas [6] naves habuiſſe: nam enumeratorum militum non convenit numerus; praeſertim cum ſequatur: SUBSIDIO TROJAE: id eſt, parvo auxilio: nam apud majores bella non ambitu, ſed virtute conſtabant. [7] [TROJAE. Aut caſtra Aneae dixit: aut *Trojae*, pro Trojanis.

VARIORUM.

HEINS. *Cum gente* quartus Moreti. mox *ipſe caput* Montalbanius. *populi* duo Rottendorphii & prior Hamburgicus a manu ſecunda. deinde, *Hic quoque* Montalbanius a manu prima. vid. Catroeus.

205. QUOS PATRE BENACO. *Duce Benaco* Zulichemius pro varia lectione.

207. AULETES. *Auleſtes* Mediceus, caeterique caſtigatiores. ut libr. XII. 290. *Tyrrheuum Auleſten.* HEINS. Et ita Francianus & Lubec.

Ibid. CENTENA. Ἑκατόζυγος νηῦς dicitur Homero Iliad. Y. 247. ut notabat Cl. Dorvil.

Ibid. FLUCTUS. Ita Zulichemius, Leidenſis, & quatuor alii. *fluctu* Leidenſis alius. *fructum* Parrhaſianus.

210. EXTERRENS. *Exercens* alter Hamburgicus, & Zulichemius a manu ſecunda.

Ibid. HISPIDA. *Hoſpida* Dorvil.

211. IN PRISTIN. *In priſtim* Nonius Marcellus, uti dictum lib. V. Aen. 116. & ſic prior Mentelius cum duobus Rottendorphiis. in aliis multis *piſtrim.* HEINS. *Profert* prior Hamburgicus. vulgata eſt apud Lutatium ad Statii VII. Theb. 337. *piſtrim* Dorvill.

212. SE-

98 deſunt Voſ. R. Steph. al. 99 *petit* Dan. Fabr. & ita hodie editur. 1 deſunt Voſ. R. Steph. al. 2 nam verſus non ſtat Steph. nam aliter v. n. ſtat Voſ. nam verſus ſtat R. 3 deſunt Voſ. R. Steph. al. 4 intelligimus Dan. Fabr. 5 deſunt Voſ. R. Steph. al. ad *Ter Denis* ÿ. 213. 6 deeſt R. Voſ. Steph. al. 7 deſunt Voſ. R. Steph. usque ad *Phoebe* ÿ. 216. Baſil. ad *Curſus enim.*

Jamque dies coelo conceſſerat: almaque curru
Noctivago Phoebe medium pulſabat Olympum:
Aeneas (neque enim membris dat cura quietem)
Ipſe ſedens clavumque regit velíſque miniſtrat.
Atque illi medio in ſpatio chorus, ecce, ſuarum
Occurrit comitum: Nymphae (quas alma Cybebe
Numen habere maris, Nymphaſque e navibus eſſe
Juſſerat) innabant pariter, fluctuſque ſecabant,

Quot

SERVII.

215. JAMQUE DIES COELO CONCESSERAT. Non dicit diem interveniſſe: nam ſupra ait 147. *Media Aeneas freta nocte ſecabat.* Et *coelo conceſſerat*, pro in coelo, & deeſt, nocti.

216. NOCTIVAGO. Nomen mire compoſitum. [8] [Curſus enim Lunae non rectus eſt per Zodiaci medium, ſicut Solis, qui curſus agit per Eclipticam lineam, quae Zodiacum bifariam dividit; cum Luna ad extremas Zodiaci decurrat oras; nunc in auſtrum, nunc in ſeptemtrionem declinans, & vagans. Id autem *vagum* appellatur, quod non rectam ſecat viam; ſed errare dicitur: unde & ἀπὸ τῆς πλάνης, id eſt, *ab errore*, Πλανῆται vocati ſunt.] PHOEBE. Luna; ſicut Sol, *Phoebus*. Item & Titan, Sol; & Titanis, Luna. Deſcribit autem mediam noctem, & dicit finitum diem ſecundum Romanum ritum, [9] [qui a media nocte diem numerant; & noctem ſimiliter a medio die] Nec Lunae fit ſine cauſſa commemoratio: nam aliter Nymphae videri non poterant.

218. CLAVUMQUE REGIT. [10] [Pro, clavo navem regit: & dat Aeneae, ſicut] jam in quinto libro, gubernandi peritiam. [11] [VELISQUE MINISTRAT. *Velis*, quidam dativum volunt, non ablativum; ut ſi dicamus, *aliquem miniſtrare convivis*.]

219. MEDIO IN SPATIO. Inter navigandum. [12] [CHORUS COMITUM NYMPHAE. De navibus factae: & mire *comitum*, quia cum eo venerant.]

220. ALMA CYBELE. [13] [A *Cybelo*, Phryge, qui primus ei ſacrum inſtituit, alma] [14] Mater Deum dicta *Cybele*, vel ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλήν; [15] [id eſt, *capitis rotatione*:] quod ſemper Galli, per furorem motu capitis comam rotantes, ululatu futura praenuntiabant. Lucanus I. 566. *Crinemque rotantes Sanguinei populis ulularunt triſtia Galli.* *Cybele* autem, Bacchius eſt: nam *Cybele*, Anapaeſtus eſt, ut III. III. *Hic mater cultrix Cybele:* [16] [vel a *Cybelo* ſacerdote, vel a Cybele.]

222. [17] [INNABANT PARITER. Quia de navibus verſae.]

VARIORUM.

212. SEMIFERO. *Caeruleo ſub pectore* citat Aruſianus Meſſius. HEINS. *Fumifero* Montalbanius.

213. PROCERES. *Juvenes* Leidenſis, & ſecundus Moretanus.

214. SECABANT. Ita omnes noſtri. at in Pierianis nonnullis, *ruebant*. ut Aeneidos primo ỷ. 35. *Vela dabant laeti & ſpumas ſalis aere ruebant.* de *ruendi* verbo hac ſignificatione dictum ſub finem libri IX. Τὸ *ſecabant* minus hic arridet, quia paullo poſt denuo habebimus, *fluctus ſecabant*, & jam praeceſſerat *media Aeneas freta nocte ſecabat*. HEINS. *Maris aere* Bigotianus. vid. Catroeus.

215. CONCESSERAT. Ita noſtri omnes, non *diſceſſerat*. HEINS. *Detexerat* Vratiſlavienſis. *diſceſſerat* a manu ſecunda Francianus, & Ed. Mediol. Ald.

Ibid. CURRU. *Curſu* Dorvil.

218. VELISQUE MINISTRAT. Vid. ad lib. VI. 302.

219. ME-

[8] deſunt Dan. ad *Phoebe*. [9] deſunt Voſ. R. Steph. al. [10] deſunt iisdem. qui, jam ei & in quinto gub. dedit peritiam. [11] deſunt iisdem. [12] deſunt iisdem. [13] deſunt iisdem. [14] deſunt Voſ. Steph. [15] vel a Phrygiae montibus ubi coliitur, quos Cybelos vocant Fabr. Baſil. [16] deſunt Steph. Dan. Fabr. vel a Cybelo ſacerdote dici, v. a. Cybele R. Voſ. [17] deſunt R. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

Quot prius aeratae ſteterant ad litora prorae.
Adgnoſcunt longe regem, luſtrantque choreis.
Quarum, quae fandi doctiſſima, Cymodocea
Pone ſequens dextra puppim tenet, ipſaque dorſo
Eminet, ac laeva tacitis ſubremigat undis.
Tum ſic ignarum adloquitur: Vigilaſne, Deûm gens,
Aenea? vigila, & velis inmitte rudentes.
Nos ſumus Idaeae ſacro de vertice pinus,

Nunc

SERVII.

223. QUOT PRIUS. Id eſt, quantae; ad numerum retulit: ergo] [18] ſubtrahit, *tot*.

224. [19] [LUSTRANTQUE. Circumdant, & circumeunt.]

225. DOCTISSIMA CYMODOCEA. Poëtice: ſicut etiam mutatio ipſa confingitur. [20] [Ergo *doctiſſima*, quae divinitus hanc doctrinam fuerit conſecuta:] nam ſtultiſſimum eſt, quod quidam ait: [21] ideo *doctiſſima*, quia Ilionei navis fuit.

226. [22] [PONE SEQUENS. Hoc quidam ideo dictum tradunt, quod adverſe videri nolunt: unde Eclog. VIII. eſt 102. *Tranſque caput jace, ne reſpexeris.*] DORSO EMINET. Peritia natandi oſtenditur.

227. [23] [TACITIS. Aut ipſe tacitus; aut pro, tacite, & leniter] SUBREMIGAT. Subnatat.

228. [24] [IGNARUM ADLOQUITUR. Aut praeſentiae ſuae ignarum: aut quod e navibus Nymphae factae ſunt.] VIGILASNE DEUM GENS. Verba ſunt ſacrorum: nam virgines Veſtae certa die ibant ad Regem ſacrorum, & dicebant: *Vigilaſne, rex? vigila.* Quod Virgilius jure dat Aeneae, quaſi & Regi, quem ubique & Pontificem, & ſacrorum inducit peritum. [25] [Et bene primo interrogat; deinde quod [26] *vigilat*, approbat.] DEUM GENS. Propter IX. 642. *Dis genite, & geniture deos.*

229. [27] [VELIS IMMITTE RUDENTES. Hoc eſt, rudentibus vela immitte, id eſt, laxa, ut eſt illud Georg. III. 251. *Notas odor attulit auras. Immitti* autem dicuntur *rudentes*, cum vela laxantur.

230. SACRO DE VERTICE. Argute *ſacro*, ne miretur Aeneas deas factas.] PINUS. Hoc loco, ſecundum quartam declinationem dixit: in Bucolicis juxta ſecundam, ut VIII. 22. *Menalus argutumque nemus, pinoſque loquentes Semper habet.* NOS SUMUS. Loquitur per definitiones. [28]

VARIORUM.

219. MEDIO IN. *In medio* Montalbanius & prior Hamburgicus.

220. CYBELE. *Cybebe* ſcriptum reperi in codice A. Coloti. ſic etiam Graeci Κυβήβην dicunt. URSIN. In Gudiano diſertim *Cybebe*. quomodo & mater deorum dicta, ubi & *Cybece*. niſi mendoſus eſt Heſychii codex, cui Κυβήκη ἡ μήτηρ τῶν θεῶν. de *Cybebe* res magis explorata, de qua Auctor Etymologici, Euſtathius in Homerum, Heſychius, Suidas & Feſtus. vide annotata noſtra ad librum III. Aen. III. ubi hac de re jam egimus. HEINS. *Cybebe* etiam Leidenſis cum gloſſa, *deum mater a Cybebo monte Phrygiae*. & Cod. Voſſ. in Servio ad lib. IX. 117. *Cybebe* habet. *Cibebe* Dorvil. vid. ad Phaedr. lib. III. 17. & 20. Gudii & aliorum notas.

221. NUMEN. *Nomen* Gudianus a manu prima.

223. AD LITORA. Mediceus, *Quo prius aeratae ſteterant ad litora puppis.* ſed ſic ut τὸ *puppis* a ſe-

18 ſubtraxit *tot* R. Voſ. Steph. al. 19 deſunt iiſdem. 20 deſunt iiſdem. 21 Ilionei navem fuiſſe, & ideo eam eſſe doctiſſimam fandi Dan. Fabr. 22 deſunt R. Voſ. Steph. al. 23 deſunt iiſdem. 24 deſunt iiſdem. 25 deſunt R. Steph. al. 26 vigilet Voſ. 27 deſunt V. R. Steph. al. ad *Pinus* ỳ. 230. 28 ſane declamatorie hos verſus explicant Dan. Fabr.

Nunc pelagi Nymphae, claſſis tua. Perfidus ut nos
Praecipites ferro Rutulus flammaque premebat,
Rupimus invitae tua vincula, teque per aequor
Quaerimus. Hanc genetrix faciem miſerata refecit,
Et dedit eſſe deas, aevumque agitare ſub undis.
At puer Aſcanius muro foſſiſque tenetur
Tela inter media atque horrentis Marte Latinos.
Jam loca juſſa tenent forti permixtus Etruſco

Arcas

SERVII.

231. PERFIDUS. Qui poſt foedus bella commovit. Hinc Latinus, VII. 595. *Ipſi has ſacrilego pendetis ſanguine poenas.* [29] [Alii e communi ſermone *perfidum* Rutulum dici, quia ipſa Trojana eſt. UT NOS. *Ut*, pro quoniam, Plautus in Pſeudolo II. II. 60. *Ut laſſus veni de via, me volo curare.* Et in Moſtellaria I. III. 63. *Eundem animum mihi oportet eſſe gratum, ut impetravi:* pro quoniam.]

232. [30] [PRAECIPITES. Nomen pro adverbio, praecipitanter.

233. RUMPIMUS. Propter illud IX. 118. *Continuo puppes abrumpunt vincula ripis.*] INVITAE. Ac ſi diceret: malueramus tibi potius ſervire, quam in Nympharum numina commutari. TEQUE PER AEQUOR QUAERIMUS. Id eſt, haec nobis vagandi cauſa eſt, ut te invenire, [31] [& juvare] poſſimus.

234. REFECIT. Aut vacat RE: aut quia [32] in ipſis forma fuerat navium: [33] [ergo alteram fecit.]

235. ET DEDIT ESSE DEAS. Graeca figura, ut V. 262. *Donat habere viro.* [34] [AEVUM. [35] Immortalitatem. AGITARE. [Διάγειν, hoc eſt,] agere.]

238. JAM LOCA JUSSA TENENT. [36] Ut & ſupra VIII. 547. diximus, hoc κατὰ τὸ σιωπώμενον accipiendum eſt: nam intelligimus, eum equites miſiſſe per terram.

VARIORUM.

a ſecunda manu ſit inculcatum, HEINS. *In litore* lib. IX. 121. codices aliquot, ubi vide.

224. CHOREIS. *Choreas* ſecundus Hamburgicus.

225. FANDI. Markl. ad Stat. II. Silv. II. 19. legit *nandi*. ſed non magnae laudis, inter marinas nymphas nandi eſſe doctiſſimam. ſed inter has natantes facundia excellens, partes ſibi ſumit adfandi Aeneam. *fandi potens* Auſon. Epigr. I. hinc etiam Silius lib. VII. 428. Cymodocae dat partes Protea adloquendi, quas etiam ut maxima natu obit. BURM.

227. AC LAEVA. *At laeva* Mediceus a manu prima. HEINS. *Ac levi* Montalbanius.

229. VELIS. *Ventis* Ed. pr.

231. NUNC PELAGI. *Nos* Excerpta noſtra.

232. PREMEBAT. *Petebat* uterque Hamburgenſis pro varia lectione, & ſecundus a manu prima.

233. RUMPIMUS. *Rupimus* vetuſtiores. bene. HEINS. Ita Francianus.

238. JAM LOCA JUSSA TENET. *Tenent Arcas eques* in Mediceo. eleganter. adeantur quae curis ſecundis obſervavimus ad Naſonis Remedia Amoris v. 164. *eques* pro *equites* eſt enim de pluribus ſermo. Epicedio Druſi,

Funeris exequiis adſumus omnis eques.

vide infra lib. XI. ỳ. 464. Claudianus libro III. in Stilicon. ex optimo codice Vaticano,

Et cum jam premerent flammae, murumque ferirent
Hoſtis, in extremos aciem mittebat Hiberos.

Noſter lib. XI. 597.

At manus interea muris Trojana propinquant.

ita

29 deſunt R. Voſ. Steph al. 30 deſunt Voſ. R. Steph. al. ad *invitae* ỳ. 233. 31 deſunt Voſ. R. Steph. Dan. ſed Baſil. habet tantum, ut te juvare. 32 ante navium amiſerant formam Dan. Fabr. 33 deſunt Voſ. R. Steph. al. 34 deſunt R. Steph. al. 35 immortalem Dan. Fabr. 36 deſunt Voſſ.

Digitized by Google

Arcas eques. Medias illis opponere turmas,
Ne caſtris jungant, certa eſt ſententia Turno.
Surge age, & Aurora ſocios veniente vocari
Primus in arma jube, & clipeum cape: quem dedit ipſe
Invictum Ignipotens, atque oras ambiit auro.
Craſtina lux, mea ſi non inrita dicta putaris,
Ingentes Rutulae ſpectabit caedis acervos.
Dixerat: & dextra diſcedens inpulit altam,
Haud ignara modi, puppim. Fugit illa per undas

Ocior

SERVII.

240. NE CASTRIS JUNGANT. Aut SE ſubaudis: aut *jungant*, pro jungantur.

241. [37] [SOCIOS VENIENTE VOCARI. Antiquo verbo militiae uſus eſt: *viros* enim *vocari* ſignificat eos, qui neceſſitate in bellum, non voluntate conveniunt.]

245. CRASTINA LUX MEA &c. SPECTABIT CAEDIS ACERVOS. *Spectabit*, eſt vera lectio: & ordo eſt: Si mea dicta inrita non putaris, craſtina lux ingentes acervos caedis videbit: nam male quidam SPECTABIS legunt, & ad lucem referunt; quod non procedit: nullus enim ſic loquitur: O Aenea, ſi quae dico minime credis, o lux craſtina, ingentes caedis acervos videbis. [38] [Alii more antiquo *lux*, pro luce accipiunt. Lucilius in tertio: *Hinc media remis Palinurum pervenio nox:* pro nocte. Longus ait: Deeſt *venerit:* unde & ipſe, *ſpectabit*, legit.]

246. DEXTRA DISCEDENS IMPULIT. Mire *diſcedens:* adjuvatur enim pulſus recedente eo, qui impulerit.

247. FUGIT. Pro velociter poſuit.] HAUD IGNARA MODI. Moderationis. [39] [Impulit navem libramento peritiae & moderationis:] quippe quae fuerat navis.

VARIORUM.

ita enim Valerius Probus in arte Grammatica hunc locum legit. Salluſt. Hiſt. III. apud Nonium: *Quod ubi fruſtra tentatum eſt, ſocordius ire miles occepere.* ubi perperam vir elegantiſſimi ingenii Joſias Mercerus *occipere*, vel *milites occepere* contendit reponi debere. Nec diſſimile eſt illud ejuſdem Salluſtii apud Cariſium Soſipatrem lib. II. *Alius alibi ſtantes, omnes tamen adverſis vulneribus conciderunt.* quod & Diomedes Grammaticus producit. Idem Salluſtius bello Catilinario: *Alius alii aſſentiebantur.* Terentius Adelphis: *Aperite aliquis actutum.* nec praeter exemplum Graecorum ea eſt locutio. Conſulatur Priſcianus libr. XVII. pag. 1099. Ed. Putſchianae: apud Terentium Andr. Act. IV. Sc. 4. *quid illic hominum litigant.* ita enim Donatus agnoſcit, etſi teſtetur in aliis exemplaribus legi *litigat.* apud A. Gellium lib. I. cap. 23. *Matrumfamilias caterva lacrymantes, atque orantes ad Senatum perveniunt.* dein *loca juſſa*, ut apud Claudian. lib. II. in Rufin. v. 363. ex Mſſ. *Et juſſo ſtat quiſque loco.* HEINS. Magis ad rem pertinet Ovidii locus lib. V. Faſt. 406. *commiſtus* Ald.

240. NE CASTRIS JUNGANT. *Ne jungant caſtris* primus Moretanus. HEINS.

Ibid. CERTA. *Juſta* Hugenianus. *nec caſtris* Francianus.

242. QUEM DEDIT IPSE. *Quem dedit ingens* alter Mentelius, & pro diverſa lectione Sprotianus. ſed *ingentes acervi* mox ſubſequuntur. HEINS. *Ingens* etiam Leidenſis & Pariſienſis.

243. ORAS. *Auro ambiit horas* Zulichemius.

Or-

37 deſunt Voſ. R. Steph. al. 38 deſunt iiſdem ad *haud ignara* ṽ. 247. in Daniele & Fabr. bis fere idem legitur, & videntur ex variis aliorum commentariis illa collecta, & vitioſe edita. hoc modo deeſt *veniat*, hoc eſt, craſtina lux veniat tantum, & *craſtina lux.* ſi ad Aeneam referas, *ſpectabis.* & non irrita dicta putaris, & craſtina lux ſubaudiendum, cum venerit. ſi autem ad lucem *ſpectabit* legas. *Craſtina lux*, ſuſpendendum quidam. . . . * . haec ultima deſunt Fabr. a *legas.*
39 deſunt Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Ocior & jaculo, & ventos aequante ſagitta.
Inde aliae celerant curſus. Stupet inſcius ipſe
Tros Anchiſiades: animos tamen omine tollit.
Tum breviter ſupera adſpectans convexa precatur.
Alma parens Idaea Deûm, cui Dindyma cordi,
Turrigeraeque urbes, bijugique ad frena leones;
Tu mihi nunc pugnae princeps, tu rite propinques
Augurium, Phrygibuſque adſis pede, diva, ſecundo.

Tan-

SERVII.

248. [40] [OCIOR ET JACULO. Breviter tribus comparavit: quoniam & ſagittam ventis aequavit.]

249. INDE ALIAE CELERANT CURSUS. Hoc eſt, inde aliae Nymphae [41] aliarum navium curſus celeriores efficiunt, ſicut fecerat Cymodocea. [42] [An, *aliae naves?*] INSCIUS. Id eſt, rerum, quas audierat: nam credere ex aperto non poterat.

250. OMINE. Augurio promiſſae victoriae.

251. [43] [CONVEXA. Hic, *convexa*, epitheton eſt: quia ait: *ſupera convexa:* alibi ſolum *convexa*, principale eſt.]

252. ALMA PARENS IDAEA DEUM. *Alma*, proprie *tellus* eſt, ab eo, quod nos alat: abuſive tamen etiam aliis numinibus hoc epitheton datur. Terram autem [44] ipſam conſtat Matrem Deum eſſe: unde & ſimulacrum ejus cum clavi pingitur: nam terra aperitur verno; hyemali clauditur tempore. DINDYMA. Mons Phrygiae.

253. TURRIGERAEQUE URBES. Civitates turritae, [45] [quas terra gerit:] unde & cum corona turrita Mater Deum pingitur. AD FRENA LEONES. Ideo hoc fingitur, quod omnis feritas maternae ſubjacet affectioni, [46] [& ſubjugata eſt.] [47] [Figurate autem, *leones ad frena bijugi*, id eſt, frenati leones.]

254. PROPINQUES. Facilius efficias, [48] [proſperes, matures, propitium facias,] ut I. 526. *Et propius res aſpice noſtras.*

255. PHRYGIBUSQUE ADSIS. Ac ſi diceret, & cultoribus tuis.

VARIORUM.

Ortvinius haec ultima a monachi manu adjecta credebat, & *Invictum Ignipotens*, verſu imperfecto a Marone relictum.

244. CRASTINA LUX. Recte hic deficere verbum notat Longus, ſcilicet aderit, veniet. ita ſaepe in celeritate exprimenda veteres. Vellej. II. 17. *Epiſtolae Caeſi Vari*, ſcil. veniunt. vid. ibi Heinſ. *Marius in biberna*, ſcil. venit. vid. Gronov. ad Senec. Troad. 844. alia ellipſis, ſed huic ſimilis, apud Stat. I. Silv. II. 144. *Jam Thybridis arces Iliacae.* ſcil. videntur, apparent. ubi vide Gevart. Barth. & Markland. vid. ad Lucan. X. 386. BURM.

Ibid. DICTA. *Verba* prior Hamburgicus.

245. CAEDIS. *Gentis* Gudianus, Venetus, & Oudartii. *ſpectabis* Bigotianus. *ſpectabunt* Excerpta noſtra. *ſpectabat* Hugenianus. *ſpectabit* tuetur Cl. Bentlejus ad Terentii Hecyr. III. 1. 6. ſed & Mediceus habet *ſpectabis*, quod probare videtur Salmaſ. de modo Uſurar. pag. 715.

246. ALTAM. *Actam* Montalbanius pro diverſa lectione. HEINS.

247. MODI. *Modo* Dorvill.

Ibid. UNDAS. *Undam* ſecundus Hamburgicus & ſecundus Moreti.

248. AEQUANTE. *Sectante* Sprotianus.

251. SUPERA ADSPECTANS. *Supera ſpectans* a manu prima Gudianus, & alter Mentelius. *ſuperaſpectans* duo Moretani. HEINS. Et ita Hugenianus. *ſupera breviter ſpectans* Ed. pr. *breviter ſupera ſpectans* Mediol.

253. BIJUGIQUE. *Birgi ad frena* Francianus.

254. PROPINQUES AUGURIUM. Barthius apud Stat. VI. Theb. 853. corrigens *terraeque propinquat*,

40 deſunt iisdem. 41 celerius Voſ. 42 deſunt Voſ. R. Steph. al. 43 deſunt iisdem. 44 deeſt iisdem. 45 deſunt Dan. Fabr. & ſubjecta eſt Voſſ. 46 deſunt Voſ. R. Steph. al. 47 familiare iisdem. 48 deſunt iisdem.

Tantum effatus: & interea revoluta ruebat
Matura jam luce dies, noctemque fugarat.
Principio ſociis edicit, ſigna ſequantur,
Atque animos aptent armis, pugnaeque parent ſe.
Jamque in conſpectu Teucros habet, & ſua caſtra,
Stans celſa in puppi: clipeum cum deinde ſiniſtra
Extulit ardentem. Clamorem ad ſidera tollunt
Dardanidae e muris. Spes addita ſuſcitat iras.
Tela manu jaciunt: quales ſub nubibus atris
Strymoniae dant ſigna grues, atque aethera tranant
Cum ſonitu, fugiuntque notos clamore ſecundo.

At

SERVII.

256. TANTUM EFFATUS. Breviter, ut ſupra dixit, propter lucem jam maturam, id eſt, plenam: nam [49] non crepuſculum; ſed lux [50] matura deſcribitur. REVOLUTA. Id eſt, aperta: ſicut [51] contra, involutum dicimus eſſe, quod clauſum eſt. RUEBAT [52] [autem, non occidebat;] ſed oriebatur, [53] [cum impetu veniebat: quia per orbem,] ut II. 251. *Et ruit Oceano nox:* Eſt autem, hyſteron proteron in ſenſu: prius enim nox [54] fugatur, & ſic dies oritur.

257. [55] [MATURA. Multa, quaſi tempeſtiva, & quam jam eſſe oportebat: aut ſatis plena & clara.]

258. [SOCIIS EDICIT. Secundum dicta Nymphae.] SIGNA SEQUANTUR. [56] Vel teſſerae, vel tubarum, vel [57] [re vera] ſigna militaria.

264. QUALES SUB NUBIBUS ATRIS. Id eſt, altis [58] modo.

265. STRYMONIAE GRUES. A fluvio Thraciae *Strymone*, juxta quem habitant. Haec autem comparatio non ad telorum pertinet jactum, ſed ad Trojanorum clamorem: [59] [nam & Homerus Iliad. Γ. 2. ſic poſuit; a quo ſumitur comparatio:

Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν, ὄρνιθες ὥς:
Ἠΰτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρὸ,
Αἵ τ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον,
Κλαγγῇ ταίγε πέτονται) ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων.]

266. FUGIUNTQUE NOTOS. Aut quoſvis ventos frigidos: nam etiam [60] grues ſignificant tempeſtatem futuram, [61] ut in Georgicis legimus I. 374. *Aut illum ſurgentem vallibus imis Aëriae fugere grues:* aut re vera *notos:* horum enim calorem fugiunt, cum revertuntur [62] in Thraciam ex Aegypto. [63] [SECUNDO. Num laeto? Trojanorum clamor ex gaudio.]

VARIORUM.

quat, ex codice ſuo *terramque propinquat* hoc loco Virgilii firmat, & explicat, praeſentior & propinquior augurio adſis.

255. SECUNDO. *Superbo* ſecundus Hamburgicus. *aſis* Dorvil.

256. EFFATUS. *Affatus* Montalbanius & Zulichemius. *at interea* alter Hamburgicus.

257. MATURA LUCE. Vid. ad I. Georg. 66.

258. SIGNA. *Bella* Vratiſlavienſis. *edicit ſociis ut ſigna* Oudartii.

259. APTENT. *Aptant* Montalbanius, Leidenſis

49 non Dan. Fabr. 50 jam matura iidem. 51 e contrario quod. involvitur clauſum eſt iidem. 52 deſunt Voſ. R. Steph. al. 53 deſunt iiſdem. 54 figuratur, ſic dies R. & deeſt etiam Voſ. Steph. al. ante enim eſt ut nox fugetur & ſic lux adventet Dan. Fabr. 55 deſunt Voſ. R. Steph. al. 56 nunquid literarum figuram faciunt pervolutam? Dan. Fabr. quae non ſatis intelligo, ſed ad ſequentia de Gruibus pertinere puto, quae volantes figuram literarum faciunt, ut Cerda & alii notarunt. 57 deeſt Voſ. R. Steph. al. 58 deeſt Steph. al. 59 deſunt Voſ. R. 60 gravem Steph. 61 ut oſtendit ipſe Virgilius dicens, *Aut.* Dan. Fabr. 62 ad Macedoniam Dan. ad Macedoniam, in Thraciam Fabr. ex Aegypto deſunt Voſ. R Steph. al. 63 deſunt R. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

At Rutulo regi ducibuſque ea mira videri
Auſoniis; donec verſas ad litora puppis
Reſpiciunt, totumque adlabi claſſibus aequor.
Ardet apex capiti, criſtiſque a vertice flamma
Funditur, & vaſtos umbo vomit aureus ignes:

Non

SERVII.

269. Allabi classibus aequor. Labi cum claſſibus: [64] [aut, aequore claſſem labi. Quidam ita exponunt, & hoc ad phantaſiam Rutulorum referunt: quoniam admirantibus bis unde tanta fiducia [65] animo Trojanorum inceſſiſſet, repentina facies multarum adpropinquantium perinde viſa eſt, atque ſi ipſum aequor cum claſſibus allaberetur.]

270. Ardet apex capiti. Ex ſequentibus intelligimus Aeneae armorum fieri deſcriptionem: nam dicturus eſt: inf. 276. [66] *At non audaci Turno fiducia ceſſit.* [67] quamvis talia arma conſpiceret. Si tamen primam reſpicias connexionem, quaſi de Turno videtur dicere: quod non procedit. [68] *Apex*, coni altitudo hoc loco. [Eſt autem Homeri & locus & comparatio. [69] Iliad. x. 26.

[Παμφαίνοντ' ὥς τ' ἀςέρ' ἐπεσσύμενον πεδίοιο,
Ὅς ῥά τ' ὀπώρης εἶσιν, ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαὶ
Φαίνονται, πολλοῖσι μετ' ἄςρασι νυκτὸς ἀμολγῷ,
Ὅντε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσι·
Λαμπρότατος μὲν ὅγ' ἐςὶ, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται,
Καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσι.]

Hoc autem iſte violentius poſuit, quod ille tantum ſtellae facit comparationem; hic etiam ſtellae peſtiferae, reſpiciens [70] quas clades Rutulis ſit illaturus Aeneas. [71] [Poſſumus tamen *Apex capiti* accipere, utrumque eum fuiſſe complexum, cum dicit: *Ardet apex capiti, criſtiſque a vertice flamma Funditur:* & ſacerdotis, per *apicem*, & viri fortis facere mentionem: dicitur autem *apex*, virga, quae in ſummo pileum Flaminum lana circumdata, & filo conligata erat: unde etiam Flamines vocabantur. Hoc autem nomen a veteribus tractum eſt: *apere* enim, veteres ritu Flaminum *adligare* dicebant: unde *apicem* dictum volunt.]

VARIORUM.

ſis & Hugenianus. *optant* ſecundus Hamburgicus pro varia lectione, *armant* a manu prima. *pugnaeve* Oudartii.

261. Tum deinde. *Cum deinde* ex ſcriptis. HEINS.

263. Dardanidae e muris. *Dardanidae omnes.* Venetus.

265. Signa. *Colla* Sprotianus. *aequora tranant* alter Hamburgicus. *tranſnant* Dorvil.

267. Ea mira. *Fama mira* Mediceus.

268. Puppes. *Proras* Leidenſis. *verſare ad litora* Venet.

269. Adlabi. *Alabi* Dorvill.

270. Capiti. *Capitis* Macrobius lib. v. Saturn. cap. 10. in ultima Pontani editione. perperam. aliter idem cap. 13. ejuſdem libri. *capitis* quoque Sprotianus & Montalbanius. HEINS. Vid. ad lib. vii. 689.

Ibid. Ac vertice. *A vertice* Mediceus, Menagianus uterque, ſecundus Rottendorphius, Venetus & duo Moretani. & ita Nonius in *fundere* & in *ardere* locis duobus. *criſtis a vertice* prior Hamburgicus, alter *criſtis ac vertice*, ut & Moretanus quartus. libr. v. *Ille ictum venientem a vertice velox Praevidit.* Macrobius lib. v. cap. 10. vulgatum agnoſcit in poſtrema editione, ſed exemplaria vetuſtiora & illic *a vertice.* capite tamen 13. ejuſdem libri exemplaria omnia conſtanter *ac vertice.* HEINS. *Criſtiſque ac vertice* Ed. Mediol. Lubec. ita & Francianus & Parrhaſ.

271. Umbo aureus. *Aereus* in Mediceo, etiam in tertio Rottendorphio pro diverſa lectione. quod ex ſuis quoque Pierius adnotavit, ſed vulgatam ſcripturam haud immerito amplexus. ſic inſr. ṽ. 884. in eodem Mediceo, *nam ſuſtinet aereus umbo. aereus* etiam *umbo* hic loci agnoſcitur a Macrobio Saturnal. lib. v. cap. 13. quamquam capite x. ejuſdem libri vulgata.

64 deſunt iisdem. 65 animos Fabr. 66 confondit hic locum ex lib. ix. 126. ubi legitur *At non.* ſed mox ṽ. 276. *haud tamen.* 67 quamvis R. Voſ. Steph. al. 68 Apicem tamen modo coni altitudinem dicit Dan. 69 deſunt R. Voſ. 70 quaſi clades Rutilis illat. Aen. Dan. Fabr. 71 deſunt R. Voſ. Steph. al.

Non ſecus, ac liquida ſi quando nocte cometae
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor:

Ille

SERVII.

272. COMETAE SANGUINEI LUGUBRE RUBENT. Pro, lugubriter. [72] *Cometae* autem, Latine Crinitae appellantur: [73] & Stoici dicunt has ſtellas eſſe ultra XXXII. quarum nomina & affectus [74] Avienus, qui iambis ſcripſit Virgilii fabulas, [75] memorat. Plinius etiam Secundus dicit: *Cometas, ſtellas eſſe naturales, quae apparent certis temporibus.* [76] Ita hoc quoque commemorat: *cometas* fieri de planetis quinque: unde interdum [77] bona: interdum peſſima ſignificant: nam ſi de Venere aut Jove fiant, [78] optima praenuntiant; ſi de Marte aut Saturno, deteriora: nam [79] Mercurius ſemper talis eſt, qualis ille, cui cohaeret: unde & miniſter deorum fingitur. Hinc eſt ergo quod ait modo: *Cometae ſanguinei lugubre rubent*, id eſt, noxii. [80] [Hanc ſtellam Electram dicunt, cum qua Juppiter concubuit, quae, cum Trojam ardentem videret, capillum lacerabat, atque ita in aſtra eſt recepta. Sane Avienus *cometarum* has differentias dicit: Stella, quae obliquam facem poſt ſe trahens, quaſi crinem facit, [81] *Hippius* vocatur: iſta, ſi ab occaſu Solis in ortum veniat, mala [82] Perſidi & Syriae oſtendit: ſi ad meridiem [83] tetenderit, Africam & Aegyptum a malis relevat, ſolis pecoribus peſtem denuntians; ſi ſeptentrionem reſpexerit, Aegyptum bellis & miſeriis premit: ſi occidentem tetenderit, gravat Italiam, & quidquid ab Italia uſque ad Hiſpanias tendit: ſi a meridie in ſeptentrionem ierit, a bellis quidem externis ſecuritatem denuntiat, ſed ſeditiones domeſticas ſignificat. Alter *Cometes* eſt, cui ex gladio nomen eſt, (nam Graece [84] ξιφίας appellatur) cujus tractus eſt longior, & pallidus color, neque comas habere dicitur, & hebetior ejus flamma eſt: qui, ſi orientem adtenderit, Regem Perſidis dolis ſignificat appetendum: [85] denuntiat & bella: etiam Syrios pari conditione involvit: & Libyam atque Aegyptum fraude & inſidiis nuntiat [86] poſſe laborare: quod ſi occidentem attenderit, foedera nova regionis ejus regi ſignificat, quae dicit per puellam congregatam in nuptias poſſe diſſolvi. Alter *Cometes* eſt, qui [87] *Lampadias* appellatur, & quaſi fax lucet: hic cum orientem attenderit, omnes illas orientis partes dicit nebulis poſſe laborare, frugeſque eorum caliginoſo aëre corrumpi: ſi meridiem attenderit, Africam dicit ſiccitate, & ſerpentibus poſſe laborare: ſi occidentem ſpectaverit, Italiam dicit adſiduis fluminum inundationibus laborare, ſi ſeptentrionem viderit, famem gentibus ſeptentrionalibus ſignificat. Eſt etiam alter *Cometes*, qui vere *Cometes* appellatur: nam comis hinc inde cingitur. Hic blandus eſſe dicitur: qui, ſi orientem attenderit, laetas res ipſi parti ſignificat: ſi meridiem, Africae aut Aegypto gaudia: ſi occidentem inſpexerit, terra Italiae voti ſui compos erit. Hic dicitur apparuiſſe eo tempore, quo eſt Auguſtus ſortitus imperium: tunc denique gaudia omnibus gentibus futura ſunt nuntiata: ſi ſeptentrionem attenderit, proſpera univerſa ſignificat. Eſt alter *Cometes*, in tympani modum, quia & valde lucet, & Electri colorem habet, quem *Diſceum* vocant: quoniam iſte [88] ex imo loco ſolet gigni, orbi terrarum caedes, rapinas, bella, & caetera mala ſignificat. Sextum *Cometem* appellari, ex Regis *Typhonis* nomine, Typhonem dicunt, qui ſemel in Aegypto ſit viſus, qui non igneo, ſed ſanguineo rubore fuiſſe narratur: globus ei modicus dicitur & tumens; crinem ejus tenui lumine apparere fertur, qui in Septentrionis parte aliquando fuiſſe dicitur: Hunc Aethiopes dicuntur & Perſae vidiſſe, & [89] omnium malorum & famis neceſſitates pertuliſſe: [90] [quorum plena, vel pleniores differentias, vel in Necepſo, vel Petoſiri, ſi quem delectaverit, quaerat.]

273. SIRIUS ARDOR. *Sirius*, ſtella eſt in ore canis: quae, ut in tertio diximus, quantum in ipſa eſt, peſtifera eſt, [91] ſed pro qualitate adjacentium aut vincitur, aut majoribus utitur viribus: hinc

eſt,

72 Cometas a. Latina lingua Crinitas appellamus Dan. Fabr. 73 has autem ſtellas Stoici ul. XXXII. eſſe dicunt, iidem. XXII. R. 74 Abienus Steph. Dan. Fabr. al. & ita poſtea iterum. vid. Cannegiet. Diſſertat. de Aviano cap. 11. 75 commemorat Dan. Fabr. 76 item R. Voſ. Steph. al. 77 bonum R. Voſ. 78 meliora ſignificant Dan. Fabr. 79 Mercurialis Voſ. R. Steph. al. 80 deſunt iiſdem ad ℣. 273. 81 *Ippius* Dan. 82 Periſdae Dan. Fabr. & mox iterum. 83 attenderet Dan. & mox iterum. 84 ξιφ[illegible] Dan. Fabr. 85 denuntiavit Dan. 86 poſſe * laburem Dan. 87 *Lampas* Dan. Fabr. 88 ex uno locon * ſol. & gignit Dan. ex uno loco Fabr. 89 omni * malorum Dan. 90 deſunt Fabr. q. pl. vel in pleniores differentias, vel in Campeſtro, vel ingetus Siriſque * delectaverit quaerat Dan. 91 & pro Dan. Fabr.

Ille ſitim morboſque ferens mortalibus aegris
Naſcitur, & laevo contriſtat lumine coelum.
Haud tamen audaci Turno fiducia ceſſit
Litora praecipere, & venientis pellere terra.
[Ultro animos tollit dictis, atque increpat ultro:]
Quod votis optaſtis, adeſt, perfringere dextra:

In

SERVII.

eſt, quod, cum certo tempore ſemper oriatur, non ſemper eſt noxia. [92] [Sed ſecundum Phyſiologicos, idcirco [93] calidius ſi[illegible]ius putatur, quod [94] ita malignam vim habet: nam quod naturam [95] inimicam ori habeat, propterea fieri, ut aegro aquam hauriat ad reſtinguendam ſitim: nam ideo eos, qui rabidi canis morſu continguntur, aquam refugere; &, ni cito ſubveniatur, perire ſiti: quia virus ejus animalis, quod contrarium ori ſit, ſimiliter in corpore humano ſaeviat.

275. LAEVO. Noxio] [96] hic, ut II. 54. *Si mens non laeva fuiſſet*: alibi pro bono, ut IIII. Georg. 7. *Si quem numina laeva ſinunt*. An potius *laevo*, noxio: quia canis circa Auſtrum eſt, & Aſtrologi [97] judicia, quae ſunt in eo coelo, *ſiniſtra* vocant?] Quod autem ait: CONTRISTAT LUMINE COELUM, cum de ſtella loqueretur, quam armis ſplendentibus comparavit, bene hoc Statius ad ipſa arma tranſtulit, dicens III. Theb. 223. *Armaque in auro T[illegible]ſtia*.

277. [98] [LITTORA PRAERIPERE. Pro, praeripiendi, & depellendi.]

279. QUOD VOTIS OPTASTIS ADEST. Magna ars perſuadentis eſt, ut, quod cupit fieri, in praejudicium trahat. Sic hoc loco, quia vult Turnus, ut optent pugnam ejus ſocii, hanc eos ſemper dicit optaſſe. PERFRINGERE DEXTRA. Fortiter facere: & bene verbo uſus eſt militari.

VARIORUM.

gata ab illo ſcriptura exhibetur. HEINS. *Movet* Montalbanius. *aereus* Leidenſis.

273. SANGUINEI. *Sanguineae* Mentelius uterque, Regius, Venetus, ſecundus Moretanus, Leidenſis, Hugenianus & Zulichemius, & a manu prima prior Hamburgicus & ſecundus Rottendorphius. & Parrhaſ. *ac Syrius* idem Hamburgicus & Venetus.

275. LAEVO. *Saevo* Waddel. Anim. Critic. p. 34.

277. PRAERIPERE. Donatus *praecipere*, id eſt praeoccupare. cum Donato non facio: qui nec lectionem obſervavit, & verborum interpres non exquiſitus fuit. FABRIC. *Praecipere* vetuſtiores noſtri & Pieriani, quod Pierius ipſe adſtruit ex antiquis ſcriptoribus, nec aliter ex perveteri codice Giphanius Indic. Lucret. in *praecipere*. noſter lib. X. 491. *& ſpe jam praecipit hoſtem*. quomodo & Symmachus lib. III. Ep. 29. *Factum nuntias, quod ſpe & opinione ante praecepi*. Eclog. III. 98. *ſi lac praeceperit aeſtas*. & VI. 105. *omnia praecepi atque animo mecum ante peregi*. quo loco ita etiam exhibet veterrimus liber Etruſcus in Epiſtolis Plinii lib. IX. Ep. XIII. Adeantur, ni moleſtum eſt, quae de hoc verbo annotamus ad Valer. Flac. lib. IV. 341. & 751. HEINS. *Praeripere* Ed. Mediol. & forte τῷ *audaci* melius conveniret. ſed vide Gronov. & Drak. ad Liv. XXII. XLI. §. 9. *praecipere* Excerpta noſtra.

278. ULTRO ANIMOS. Abeſt hic verſus a Mediceo, & primo Moretano. etiam a Gudiano & altero Menteliano a manu prima. & ſane libr. IX. 127. jam ipſiſſima haec verba denuo habuimus. HEINS. Nonnulli codices hunc verſum praeponunt praecedenti.

279. OPTASTIS. *Optatis* Sprotianus & Montalbanius, Leidenſis, Oudartii & Zulichemius, & Regius a manu prima. *perſtringere* prior Hamburgicus pro diverſa lectione. *quos votis optaſtis* Pet. Daniel. editio. *perfringite* Parrhaſ. *perſtringite* Ed. Ve-

92 deſunt R. Voſ. Steph. al. ad *Laevo* ℣. 275. vide de his Servii verbis Barth. ad Stat. I. Theb. 634. 93 caloris Dan. & Barthius. 94 Ida Dan. 95 inimicum moerem Dan. inimicam humori Barth. & mox, ad I. ſitum idoneam, Eos, & mox, contrarium humori. 96 deſunt R. Voſ. Steph. al. 97 voticia Dan. *Notia*, quae ſunt in coelo Barth. 98 deſunt R. Voſ. Steph. al.

In manibus Mars ipſe, viri. Nunc conjugis eſto
Quiſque ſuae tectique memor: nunc magna referto
Facta patrum, laudes. Ultro occurramus ad undam,
Dum trepidi, egreſſiſque labant veſtigia prima.
Audentis Fortuna juvat.
Haec ait, & ſecum verſat, quos ducere contra,
Vel quibus obſeſſos poſſit concredere muros.
Interea Aeneas ſocios de puppibus altis

Pon-

SERVII.

280. IN MANIBUS. Non jam in votis; ſed manibus eſt res. ESTO. Pro, *ſit:* tertia perſona eſt.

281. REFERTO FACTA PATRUM. [99] Alii hic diſtinguunt, ut ſit, [1] referat modo unuſquiſque facta patrum & laudes. Et ſecutus Salluſtium in fragm. inc. hoc dixit, qui ait, Hiſpanorum fuiſſe, ut in bella [2] euntibus adoleſcentibus facta parentum memorarentur [3] a matribus. Alii diſtinguunt: *Nunc magna referto facta:* ut duas res dixerit: nunc unuſquiſque & ſuorum factorum meminerit, & laudis parentum.

283. [4] [EGRESSIQUE. Si *egreſſi*, figurate dictum eſt.]

185. VERSAT QUOS DUCERE CONTRA. Cogitat quidem, ſed non facit; ne diviſo exercitu utrobique vincantur; quod ſequentia indicant: nam paulo poſt dicturus eſt 308. *Et rapit acer Totam aciem in Teucros,* [5] [AUDENTES FORT. Terentius Phorm. I. IV. 26. *Fortes fortuna adjuvat.* Poteſt haec ſententia & ſuperioribus adplicari, & per ſe ſeparatim intelligi.] CONCREDERE. Vacat CON.

287. [6] [PUPPIBUS ALTIS. [7] Non pontibus.] PONTIBUS.] [8] Tranſtris, ſcalis navium. [9] [SERVARE. Pro, ſervaverunt.

VARIORUM.

Venet. *perfingere* Dorvil.

280. MARS IPSE VIRIS. Acrior eſt adhortantis ſententia, *in manibus Mars ipſe, viri*, ex manuſcripto. Sil. I. *ſtat campus & arma, & Mars in manibus.* Huic contrarium mox ſubjicit proverbium, *Mars in pedibus:* item *Mars in lingua* XI. Aen. FABRIC. *Viris* Mediceus, Dorvill. Regius & Parrhaſ. Edd. pr. Georg. II. 45. *in manibus terrae.*

281. MAGNA REFERTO. Ita & ſcripti. malim nihilominus, *referte*, quod in Gudiano a manu prima poſtmodum inveni. *viri* nimirum, quod praeceſſit. quamquam *viris* in Mediceo caeteriſque noſtris, excepto Sprotiano. praeterea prior Hamburgicus pro diverſa lectione *Mars ecce*, non *ipſe.* HEINS.

282. LAUDES. Qui aliter legunt nec interpretes ſequuntur vetuſtiſſimos, nec obſervant orationis elegantiam. FABRIC. *Laudeſque* Edit. P. Daniel. & *laudes* Leidenſis. *accurramus* Leidenſis alius. *curramus* Excerpta noſtra. *ad undas* Venetus. *ad amnem* prior Hamburgicus pro varia lectione.

283. EGRESSISQUE. *Egreſſique* omnes fere ſcripti. & ita Lutatius ad Stat. XII. Theb. 13. *primi* ſecundus Moretanus. *primo* prior Hamburgicus pro varia lectione.

284. AUDENTES. Sententia Philetae Coi, Poëtae

99 referto autem pro referat. alii R. Voſ. 1 referto, id eſt referto facta patrum & laudes. traxit autem hoc de Salluſtio, qui dicit Hiſp. Dan. 2 euntibus juvenibus parum facta mem. Dan. 3 a majoribus R. a majoribus, a matribus Voſ. 4 deſunt Voſ. R. Steph al. 5 deſunt iisdem. 6 deſunt iisdem. 7 deeſt iisdem. ſcalae vero recte exponitur. vid. Hirt. Bell. Alex. cap. XX. non potentibus Dan. Fabr. vitioſe. ſecuti tamen Commel. & Emmenes. 8 deeſt iisdem. & contra *ſcalis* ignorant, Dan. & Fabr. ſed illae ſcalae hic intelliguntur & *ſcalas* etiam vocat Hirt. de Bell. Alex. cap. XX. & hinc *ſcandere & conſcendere* naves & claſſes, ut ſupr. ℣. 155. qui *tranſtra* expoſuerunt, forte pontes illos, quibus naves conſternebantur, ut Machinae iſtis imponerentur apud Tacitum II. Ann. 6. legerant. ſed haec tabulata erant, quae ad tempus imponebantur. vide ibi Freinshem. poſſent & pontes intelligi, qui ex navibus in terram projiciebantur, ad exponendos milites. ut & hodie fieri conſuevit. BURM. 9 deſunt Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Pontibus exponit: multi ſervare recurſus
Languentis pelagi, & brevibus ſe credere ſaltu:
Per remos alii. Speculatus litora Tarchon,
Qua vada non ſpirant, nec fracta remurmurat unda,
Sed mare inoffenſum creſcenti adlabitur aeſtu;
Advertit ſubito proras, ſocioſque precatur:
Nunc, o lecta manus, validis incumbite remis;
Tollite, ferte rates; inimicam findite roſtris

Hanc

SERVII.

288. SE CREDERE. Pro, crediderunt.

289. LANGUENTIS. Tranquilli. BREVIBUS. vadis.

290. PER REMOS. Id eſt, ſcaphis, [10] [& deeſt, *deſcendunt.*]

291. NON SPERANT. Legitur & SPERAT, quod & melius eſt: nam, dum vada eſſe non ſperat, incidit in ea: [11] [quia, *fracta non remurmurat unda: Sed mare inoffenſum creſcenti adlabitur aeſtu.*

293. PRECATUR. Modo, cum precibus hortatur.]

295. TOLLITE, FERTE. Ad celeritatem [12] nimirum dictum eſt. FINDITE ROSTRIS. Militari felle dictum eſt: ut etiam terra ipſa quodammodo ſentiat hoſtis adventum.

VARIORUM.

tae antiquiſſimi, quam certatim, ut notum eſt ſtudioſis, imitati ſunt Latini. FABRIC.

Ibid. JUVAT. Addit *vireſque miniſtrat* Leidenſis unus. *Audacet* prior Hamburgicus a manu ſecunda.

286. POSSIT. *Poſſet* Hugenianus. *committere* prior Hamburgicus pro diverſa lectione. *conducere* Sprotianus a manu prima.

289. LANGUENTIS. *Languentes* Gudianus.

291. QUA VADA NON SPERAT. *Spirant* Mediceus cum duobus Voſſianis, & Pieriani vetuſtiores. recte. transfertur enim id verbum ad res inanimatas, ut ex Naſone mox videbimus. *ſpirat* a manu prima in tertio Rottendorphio. *ſpirant* etiam in Florentina Juntarum editione expreſſum. nec vellem Pierius ſuper lectione longe elegantiſſima dubius animi aeſtuaſſet. ſic lib. I. Georg. 326.

Cava flumina creſcunt
Cum ſonitu, fervetque fretis ſpirantibus aequor.

apud Claudianum lib. I. in Eutropium ex vetuſto codice,

—— mergique fretis ſpirantibus orat.

non *ſpumantibus*. apud Lucretium *fons ſpirat dulcis aquas*, lib. VI. quod perperam ſollicitatur ac damnatur a viris eruditis. *ſpiritus aquarum* Statio Arbore Atedii ℣. 56.

Sperat & amplexus: ſed aquarum ſpiritus arcet
Nec patitur tactus.

ſuperiori libro habuimus *ſpirantes auras*, ℣. 645.

—— ab alto
Aethere ſe mittit, ſpirantes dimovet auras.

Hinc *adſpirari freto* inſula Solino dicitur cap. XXII. *Attanatos inſula adſpiratur freto Gallico.* ſic *adſpiratio coeli*, *adſpiratio terrarum*, apud Ciceronem, pro exhalatione. ut *ſpiracula Ditis* lib. VII. Aeneid. 569 ubi plura. [illegible] apud Homerum Iliados B. apud Naſonem lib. XV. Met.

Nam ſive eſt animal tellus, & vivit habetque
Spiramenta locis flammam exhalantia multis,
Spirandi mutare vias, quotieſque movetur,
Has finire poteſt, illas aperire cavernas.

ſpiramenta apiariorum apud Columel. lib. IX. cap. II. *nitidi ſpiracula fontis* habes non diſſimili modo apud Valer. Flac. III. & apud Ennium, *Sulphureas poſuit ſpiramina Naris ad undas.* de ſpiraculis fontis cujuſdam mirificis prope lacum Larium vide Plin. IV. Epiſt. ult. qui *ſpiri-*

tum

10 deſunt iiſdem. 11 deſunt iiſdem. ad ℣. 295. 12 deeſt omnibus. ſed Maſv. non acute ſatis inſpexit MSſ. nam in Voſ. & R. legitur *nimiam*. quod puto verum.

Hanc terram, ſulcumque ſibi premat ipſa carina.
Frangere nec tali puppim ſtatione recuſo;
Adrepta tellure ſemel. Quae talia poſtquam
Effatus Tarchon, ſocii conſurgere tonſis,
Spumantiſque rates arvis inferre Latinis:
Donec roſtra tenent ſiccum, & ſedere carinae
Omnes innocuae. Sed non puppis tua, Tarchon.
Namque inflicta vadis dorſo dum pendet iniquo,
Anceps ſuſtentata diu, fluctuſque fatigat,

Sol-

SERVII.

297. STATIONE. [13] *Statio*, eſt portus temporalis: nam *portus* eſt, ubi hyematur; ſed modo *ſtatio*, ſiccum littus ſignificat: nam hoc dicit: Potiar terra; & navem frangere non recuſo.

302. INNOCUAE. [14] *Innocuus*, eſt, cui non nocetur; *innoxius*, qui non novit nocere; ſed hoc plerumque confundunt Poëtae. [15] [*Innocuum*, quibus non ſit nocitum; alibi VII. 229. *littus innocuum*, quod non noceat. SED NON PUPPIS TUA. Ἐπιδιορθωσις, & προσφώνησις.]

303. DORSO INIQUO. *Dorſum*, eſt durior arena, quae remeantibus fluctibus [16] [& euntibus] plerumque denſetur, & in modum ſaxi [17] indureſcit, quod a nautis *pulvinus* vocatur; [18] [a Graecis θῖν. Homerus Iliad. A. 43. παρὰ θῖνα θαλάσσης. Probus *vadis dorſo*, pro *vado*, dictum putat, ut in Georg. III. 436. *Dorſo nemoris*.] INIQUO. Sibi nocenti.

304. [19] [SUSTENTATA. Non ab alio, ut X. 338. *Fratremque ruentem Suſtentat dextra*; ſed quaſi αὐτοκινοῦσα: vel *ſuſtentata*, cum ſuſtentaretur. Melius *ſuſtentata*, pro ſuſpenſa [20] accipitur: nam ideo & *anceps* eſt, cum huc atque illuc nutaret.] FLUCTUSQUE FATIGAT. Subaudis, *eam*: nam *fluctus*, nominativus eſt ſingularis.

VARIORUM.

tum vocat. Plinius alter de Medica arbore: *tentavere gentes transferre ad ſeſe, propter remedii praeſtantiam, fictilibus vaſis, dato per cavernas radicibus ſpiramento. mediis ſpirent crateres in armis* pro *ſpument* apud Claudian. Nupt. Honor. v. 197. *ſpirat ſanguine campus* Statius Theb. VII. 546. *ſpiritus Cocyti* Petronius Carmine de bello Civili. Rutilius Itinerario de Thermis Tauri:

Haec quoque Pieriis ſpiracula comparat antris
Carmine Meſſallae nobilitatus ager.

Symmachus lib. I. Ep. 5. *ſpiracula* aeſtui & calori opponit de Campania. *ſpiraculis illius regionis aeſtivam flagrantiam temperare.* & apud eumdem lib. II. 48. *ſpiracula faucium.* idem lib. IV. Epiſt. 33. *Nec Dodonam loqui frondibus, nec de ſpiraculis Delphicis ullum carmen audiri.* ſic & in Columella lege lib. V. cap. 8. ex veſtigiis v. c. *ſpiraculis opercula ſuperponuntur.* vide ad Claudianum. & ſupr. lib. VII. 569. Vitruvius lib. IV. *Elementum pelagi tertia pars mundi eſt, quod praeter ventorum flatum, ſuo quoque ſpiramine vegetatur. ſpiritum* vocat Pomponius Mela lib. III. cap. I. apud Claudianum in Apono:

Cum tua vel mutis tribuant ſpiracula vocem.

ſic lege, nunc *miracula* illic perperam leguntur. ibidem: *ſpirat putre ſolum.* Seneca Suaſoria I. de mari, *ſpiramenta quaedam magnitudinis exaeſtuet.* ubi vide Schultingii notas, p. 7. Calpurn. Ecl. IV.

Juvat humida forſan
Ripa, levatque diem vicini ſpiritus amnis.

imitatus eſt hunc Maronis locum Auſonius in Moſella 35. etſi locus circumfertur mendoſus, quem ſic conſtituo,

Non

13 portu temporali, n. p. e. u. h. ſ. m. Stationem ſ. l. ſignificat. Dan. Fabr. 14 *Innocuus* primo eſt c. n. n. *innoxius* qui nocere neſcit, iidem. 15 deſunt Voſ. R. Steph. al. 16 deſunt Dan. Fabr. denſatur R. Steph. Fabr. al. 17 dureſcit R. Voſ. Dan. Fabr. al. hoc a nautis Dan. 18 deſunt R. Voſ. Steph. al. 19 deſunt iiſdem. 20 accipit Dan. Fabr. mutaret Dan.

Solvitur, atque viros mediis exponit in undis:
Fragmina remorum quos & fluitantia tranſtra
Inpediunt, retrahitque pedem ſimul unda relabens.
Nec Turnum ſegnis retinet mora: ſed rapit acer
Totam aciem in Teucros, & contra in litore ſiſtit.
Signa canunt. Primus turmas invaſit agreſtes
Aeneas, omen pugnae; ſtravitque Latinos,
Occiſo Therone, virum qui maximus ultro
Aenean petit. Huic gladio perque aerea ſuta,

Per

SERVII.

305. EXPONIT IN UNDIS. Ideo *in undis*, non *in undas:* [21] quia in ipſo loco res agitur, nec eſt mutatio.

306. [22] [FRAGMINA. Antique dictum: nam *fragmenta*, dici debere nonnulli adſerunt.]

311. OMEN PUGNAE. Salluſtius fragm. incert. *Pugnam illam* [23] *pro omine bello futuram.* Ideo ergo *omen*, quia, ſicut nunc, ſic ubique vincet Aeneas. INVASIT AGRESTES. [24] Quia ſupra ait VIII. 8. *Et latos vaſtant cultoribus agros.*

312. THERONE. Hoc nomen tantum in [25] Pindaro lectum eſt. Et bene in honorem victoris victum laudat.

VARIORUM.

Non ſpirante vado rapidos reparare meatus
Cogeris.

vulgo *ſuperante vado. ſpirans vadum*, brevia aeſtuoſa dicit, in quae naves abripiuntur. ut deinde reparare cogantur, non ſine itineris diſpendio, hanc nimiae praecipitationis moram. Solinus fragm. Ponticon. *Et maris aequoreas ſpirantis molle catervas.* Idem cap. XVIII. *ſpiritus maris*, ubi de ponto Euxino agit, & cap. 27. rurſus idem Solinus cap. XXXII. de Nilo: *Jam illud palam eſt, quod ſolus multas exſpirat auras ex amnibus univerſis.* Lucanus lib. X. ℣. 241. de Nilo: *Sunt qui ſpiramina terris Eſſe putent, magnoſque cavae compagis hiatus. Commeat hac penitus tacitis diſcurſibus unda.* vide Senec. Natur. Quaeſt. lib. II. cap. VIII. & Apulejum de Mundo pag. 89. Ed. Vulc. HEINS. In priore Hamburgenſi erat gloſſa, id eſt, fluctuant. *ſuperat* Francianus. vid. ad Lucan. VI. 370.

Ibid. FRACTA. *Strata* prior Hambugicus pro diverſa lectione.

293. ADVERTIT SUBITO PRORAS. *Proram* Mediceus a manu ſecunda. ſed de pluribus navibus hic agitur. HEINS.

294. O LECTA. *Electa* alter Hamburgicus, Leidenſis & Zulichemius.

295. FERTE. *Forte* Waddel. Animad. Critic. p. 35.

Ibid. FINDITE. *Scindite* Zulichemius. *fundite* Venetus. Heinſius conjecerat *figite.* mox *premet* prior Hamburgicus. *illa* ſecundus & Montalbanius.

297. PUPPIM. *Puppis* Sprotianus & Gudianus a manu prima, cum Moreti duobus. HEINS. *puppes* Regius, quod recepit Catroeus.

299. EFFATUS. *Affatus* Zulichemius. *ſic fatur* Bigotianus *eſt fatus* prior Hamburgicus a m. ſec.

Ibid. SOCII. *Socus* Mediceus, & mox, *arvis Latinis*, non *armis.* quod & caeteri codices ſequuntur caſtigati. recte. HEINS. *Arvis referre* Venetus.

301. SEDERE CARINAE. *Sidere* tertius Rottendorphius. de quo alibi. Vitruvius lib. X. cap. 22.

Na-

21 quia non eſt loci mutatio, ſed in uno eodemque loco res agitur Dan. Fabr. 22 deſunt R. Voſ. Steph. al. 23 pro ominibus bello R. Dan. Fabr. pro omine belli Steph. vid. ad lib. I. 456. 24 quia dixit. *Et.* R. Voſ. Steph. al. 25 apud Pindarum Od. Olymp. II. & III. mentio fit hujus Tyranni Agrigentinorum. & in ejus fratrem Xenocratem eſt Ode Iſthmia ſecunda. vid. ejus argumentum. deſcribit etiam ejus ſtrategemata Polyaenus lib. I. cap. 28. ejus genus & ſtemma dat Schol. Pindari ad Od. Pyth. VI. 5. quae etiam in laudem Xenocratis. hoc nomine etiam inſignit aliquem Silius II. 149. & 192. & Cl. Drakenb. Statium & Claudianum etiam uſos hoc nomine docet. BURM.

Digitized by Google

Per tunicam ſqualentem auro, latus haurit apertum.
Inde Lichan ferit, exſectum jam matre peremta,
Et tibi, Phoebe, ſacrum; caſus evadere ferri

Quod

SERVII.

314. TUNICAM SQUALLENTEM. Splendentem loricam. [26] [*Squalentem auro*, ſplendentem auro: & ſignificat copiam denſitatemque auri in ſquamarum ſpeciem intertexti: *ſqualere* enim dictum a ſquamarum crebritate atque aſperitate, quae in ſerpentum piſciumve coriis viſuntur. Alibi XI. 770. *Quem pellis ahenis In plumam ſquamis auro conſerta tegebat.* Alibi XI. 487. *Jamque adeo Rutulum thoraca indutus, ahenis Horrebat ſquamis.* quidquid igitur inculcatum oblitumque aliqua re erat, *ſqualere* dicebatur.] HAURIT. Modo, ferit, ſignificat; [27] [non nudum latus, ſed quod aperuerat: & putatur ὑγρὸν πρόσωπον. Quidam Italicam elocutionem putant: cum enim a latere quis aliquem adortus gladio occidit, [28] *hauſit illum* dicunt.]

316. ET TIBI, PHOEBE, SACRUM. Omnes, qui ſecto matris ventre procreantur, deo Apollini conſecrati ſunt: quia Deus medicinae eſt, per quam lucem ſortiuntur: unde & Aeſculapius ejus [29] fingitur filius: ita enim eum eſſe procreatum ſupra VII. 761. diximus. Caeſarum etiam familia ideo Apollinis ſacra retinebat: quia, qui primus de eorum familia fuit, exſecto matris ventre natus eſt: unde etiam *Caeſar* dictus eſt: licet [30] varia de hujus nominis etymologia dicantur, ut diximus ſupra. I. 290.

VARIORUM.

Naves ſupra aggerationem, quae fuerat ſub aqua, ſiderunt. Lucanus de navi: *Sidit onuſta vadis.* HEINS.

303. INFLICTA. *Infricta* alter Hamburgicus. *pendit* Menagianus prior, Zulichemius & Hugenianus. *jamque* Hugenianus. mox *fatigant* prior Hamburgenſis & Zulichemius.

306. REMORUM QUOS. *Remorumque &* Mentelii prior. *effluitantia* tertius Rottendorphius. *fluctuantia* Dorvill.

307. PEDEM. Sic Mediceus a manu ſecunda. etiam Menagianus prior & Montalbanius ex noſtris. ex Pierianis conplures. placet. HEINS. Et Leidenſis a manu prima.

309. LITORE. *Litora* Hugenianus & primus Moreti. *in* deeſt tertio Rottendorphio. & Dorvill.

310. INVASIT. *Invadit* prior Mentelianus, cum ſecundo tertioque Rottendorphiis & Moretanis duobus. HEINS.

313. PETIT. *Petiit* Francianus & Lubec.

Ibid. AEREA SUTA. *Suta* omnino legendum eſt, non, ut in aliis, *ſcuta.* confirmatur haec lectio Statii quoque teſtimonio. URSIN. *Aerea ſuta* tres apud Pierium pervetuſti codices. ne dubita quin vere. Accedunt iis Mediceus, Mentelianus uterque, Gudianus, duo Voſſiani, & octo alii, optimi omnino. in Sprotiano gloſſa addita, *loricam aere conſutam. ſutilem baltheum* habes infra lib. XII. pari modo Statius lib. III. Theb.

Hi teretes galeas magnorumque aerea ſuta
Thoracum, & tunicas Chalybum ſqualore crepantes
Pectoribus tentare.

lib. IV.

Capiti tremit aerea caſſis,
Ter niveum candente juba. Latus omne ſub armis
Ferrea ſuta terunt.

ita locus ille caſtigandus ex veſtigiis membranarum, in quibus *niveum ſcaudente.* vulgati, *nivea. ſutum tegmen* Lucano lib. VII. 497.

In denſos agitur cuneos, perque arma, per hoſtes,
Quaerit iter, qua torta graves lorica catenas
Opponit, ſutoque latet ſub tegmine pectus.

ita Lucanum ipſum nobis reliquiſſe autumo, cum nunc *tuto ſub tegmine* circumferatur paſſim in ſcriptis editiſque codicibus. apud Silium etiam lib. V. 319. olim corrigebam *per tegmina velox Suta aeriſque moras, laevo ſtetit haſta lacerto.* nam vulgatum *tunc aeriſque moras* plane frigidum eſt. cum in antiquo codice ſit *cuuta.* ſed malim *Loricaeque* vel *Thoraciſque moras.* apud eumdem lib. III. *rude ſutum parma.* ſic lege. Prudentius Cathem. Hymno III. de Adamo & Eva:

Tegmina ſuta parant foliis,
Dedecus ut pudor occuleret.

De ſutili cymba Sidonius Paneg. Aviti de Saxone

26 deſunt R. Voſ. Steph. al. 27 deſunt iiſdem. 28 Auſit Dan. 29 fictus eſt Dan. Fabr. 30 varia hujus n. e. dicuntur Baſil. *varia* excidit librario cod. Voſſ.

Quod licuit parvo. Nec longe, Ciſſea durum,
Inmanemque Gyan, ſternentes agmina clava,
Dejecit leto: nihil illos Herculis arma,
Nec validae juvere manus, genitorque Melampus,

Alci-

SERVII.

317. QUOD LICUIT PARVO. Legitur & CUI LICUIT. [31] [Et reſpexit ad illud, quod ferrum nunc Juvenis vitare non potuit, quod parvus evaſit. NEC LONGE. Pro, nec multo poſt, adverbium loci pro temporis; antique.

320. JUVERE MANUS. Id eſt, ſuae.] USQUE. Tamdiu, donec. [32] [DUM TERRA. Donec in terra.

VARIORUM.

xone pirata,

Cui pelle ſalum ſulcare Britannum
Ludus, & adſuto glaucum mare findere lembo.

Paneg. Anthemii de Roma:

Non galea concluſa comas, nec ſutilis illi
Circulus impactis loricam texuit hamis.

Paneg. Majorian. *Strictius aſſutae praeſtes procera coërcent Membra virum.* lib. VIII. Ep. XI. de Lampridio a ſervis ſtrangulato: *argumento fuere livida cutis, oculi protuberantes, & in obruto vultu non minora irae veſtigia, quam doloris.* forte legendum *obſuto vultu.* atque haec de Thorace. de Clypeo Statius Theb. VII.

Sed potius celſas umbrantem hunc adſpice late
Hypſea quadrijugos. Clypei ſeptemplice tauro
Laeva ter inſuto ſervans ingentia ferro
Pectora. nam tergo nuſquam metus.

ubi perperam nunc eſt legere *ſervant ingentia*, & *numquam metus.* eidem Statio Theb. V. *ſqualentia texta Thoracum*, quae ante *ſuta* dixerat. & libro IX. 551. *Clypeum per & aerea texta Loricae.* quomodo illic loci ex membranis caſtigabat Gronovius, cum *aerea terga* ante legerentur. apud Valerium quoque Flaccum libro VII. fortaſſis ſcribendum,

Carmina nunc totos volvit figitque per artus
Aeſonidae, & ſutum ſepteno tergore fertur
Per clypeum.

ubi nunc circumfertur *totum ſepteno murmure fertur Per clypeum.* quod tolerari non poteſt, cum *toti artus* proxime praeceſſerint. ita A. Gellius Noct. Atticar. libro XVII. cap. III. ex Varrone *loris naves ſuere. Liburni pleraſque naves loris ſuebant.* ubi monet in rimis navium obſtruendis lora vicem ſparti & cannabi & ſtuppae Liburnis praeſtitiſſe. *corio ſuere* protritum eſt. unde *ſutores*, qui calceos ſuebant. ſed & Naſo in Triſtibus, cum *ſutas braccas* dicit, pellitas deſignat:

Pellibus & ſutis arcent male frigora braccis.

Alcimus Avitus libro V. 507.

Aſt aliis tenui concurrens lamina ferro
Qua ſe ſucciduas junctim ſcandente per oras
Flectitur, adſuti crates compacta metalli
Horrentes habitus diverſa fecerat arte.

Prudent. Pſychomach.

Squalentia quamvis
Texta catenato ferri ſubtemine corpus
Ambirent, ſutis & acumen vulneris hamis
Reſpuerent.

ſic apud Vegetium lib. I. c. XI. ubi pro *corrotundatis* legendum *corio circumdatis* vel *inſutis.* HEINS.

314. SQUALENTEM. *Suadentem* ſecundus Rottendorphius. *hauſit* alter Hamburgicus. vid. H. Steph. diſſ. de Criticis p. 88. inf. XII. 87.

315. LYCAM. *Licham* vetuſtiores noſtri. probe. cujus nominis etiam ille ab Hercule occiſus, Dejanirae famulus. HEINS. *Licum* Dorvill. *Lithan*, *Lychan*, *Lican* codices. *exemplum* alter Menagii. *exceptum* alter Hamburgicus. *Excetum* Leidenſis.

316. CUI LICUIT. Legendum *Quod licuit* ex noſtris & Pierianis caſtigatoribus. in Gudiano tamen a manu prima *Quo.* ut ſcribendum videatur *Quoi.* Servius *quod* & *cui* agnoſcit HEINS. *Quo* Marklandus ad Stat. I. Silv. II. 188. *quoi* Ed. pr. *cui* Mediol.

317. CISSEA. *Ceſea*, *Ciſea*, *Ciſſaea*, *Sciſſea*, *Sciſea* varie codices. *cui licuit*, & *Cyſſea* Dorvil.

318. INMANEMQUE. *Finalemque* Bigotianus. *Gian*, & *Gyan*, codices. Segraeus *Cyan* legit. *Gyam* Dorvil.

320. NIL VALIDAE. *Nec validae* in ſcriptis.

mox

31 deſunt R. Voſ. Steph. al. 32 deſunt iisdem.

Alcidae comes, uſque gravis cum terra labores
Praebuit. Ecce Pharo, voces dum jactat inertis,
Intorquens jaculum clamanti ſiſtit in ore.
Tu quoque, flaventem prima lanugine malas
Dum ſequeris Clytium infelix, nova gaudia, Cydon;
Dardania ſtratus dextra, ſecurus amorum,

Qui

SERVII.

321. LABORES PRAEBUIT. Nove dixit; cum *bona praeberi* dicantur. An ideo *praebuit*, quod haec Herculi profuerunt, ut ad immortalitatem per iſta perveniret.]

322. ECCE PHARON. Legitur & *Pharo*, [33] [ut: *It clamor coelo:*] ut ſit dativus, ab eo, quod eſt *Pharus*. Si autem *Pharon* legeris, figuratum eſt: nam de nominativo tranſit ad dativum, dicens *clamantis* [34] [*in ore*. INERTES. Aut quod alii inertiam objecerint: aut quia, ubi pugnari oportet, loqui inertis eſt.]

324. FLAVENTEM MALAS. Flaventes malas habentem, [35] [ſcilicet primae aetatis:] & eſt ordo: Tu quoque Cydon miſerande jaceres, dum ſequeris Clytium flaventem prima lanugine malas: id eſt, dum adoleſcentem ſectaris, cujus amore flagrabas: *Qui juvenum tibi ſemper erant*.]

325. INFOELIX NOVA GAUDIA CYDON. De Cretenſibus accipimus quod in amores puerorum intemperantes fuerunt: quod poſtea in Laconas, & in totam Graeciam tranſlatum eſt, adeo ut & Cicero dicat in libris de Republica: [36] *Opprobrio fuiſſe adoleſcentibus, ſi amatores non haberent*. Propter quod Poëta *Cydonem* inducit amatorem. Novimus autem [37] *Cydonas*, Cretenſes dici. Sane *Cydon*, quando nomen eſt proprium, CY naturaliter producit; ſi appellativum, corripit CY, ut XII. 858. *Parthus ſive Cydon, telum immedicabile torſit*. Tamen Statius etiam in proprio corripuit, ut II. Theb. 623. *Haec regi promiſſa Cydon, haec Lampe dabamus*. Quod fecit, abutens licentia, qua utimur in propriis nominibus. NOVA GAUDIA. Quem primum tunc amare coeperat.

326. STATUS. Deeſt, pene. [38] [SECURUS AMORUM. Hoc loco, indulgens: aliter I. 350. *Securus amorum germanae*, id eſt, contemnens, non curans.] MISERANDE. Pro, miſerandus: nam pro nominativo vocativum poſuit, ut contra XII. 192. *Socer arma Latinus habeto:* licet illic poſſit accipi, ſocer arma Latinus habeat: nam *habeto*, & ſecundae & tertiae perſonae eſt. Tamen etiam alibi nominativum pro vocativo [39] poſuit, ut VIII. 77. *Corniger Heſperidum fluvius regnator aquarum*.

VARIORUM.

mox *gravis labores* in iisdem pro *graves*. ſic lib. VI.

Phoebe gravis Trojae ſemper miſerate labores.

praeterea *cum praebuit* Mediceus a manu prima. recte: nam *dum jactat* proxime ſubſequitur. praeſtantiores etiam codices poſt τ. *Alcidae comes* diſtinguunt, ut *uſque* ad *praebuit* referatur. HEINS. *Comes ille* prior Hamburgicus pro varia lectione. *dum tractat* idem & Ald.

322. ECCE PHARO. Servii lectio & ordo hic eſt. Ecce intorquens jaculo Pharo clamanti, dum jactat voces inanes, in ore ſiſtit. ſcita fictio, quod ore convicium faciens, & verbis ſeſe extollens, per os trajicitur. FABRIC. *Inertes*. an hoc ex gloſſa pro *inanes* irrepſerit, dubium facit Serv. ad I. Aen. 102. ubi citat *voces dum jactat inanes*, id eſt *inertes*. & in Leid. erat *jactat inertes*, id eſt *inanes*.

Ibid. INERTIS. Ita Nonius. idem *Pharo* agnoſcit verbo *jactare*, cum in nonnullis exemplaribus Maronis *Pharon* hic loci occurrat: quae res & Servium ſuſpenſum habuit, in vera lectione ſeligenda.

33 deſunt Dan. 34 deſunt R. Voſ. Steph. al. ad τ. 325. 35 deſunt Dan. ſcilicet deeſt R. Voſ. Steph. al. qui hanc notam rejiciunt in finem notae ad τ. 325. ante *nova*. 36 idem Nepos in praefatione dicit, ubi Magius haec ex lib. IV. de republ. citat. 37 Cydones Steph. al. 38 hoc loco * aliter Dan. deſunt R. Voſ. Steph. al. 39 legimus Dan. Fabr.

Digitized by Google

Qui juvenum tibi ſemper erant, miſerande, jaceres:
Ni fratrum ſtipata cohors foret obvia, Phorci
Progenies, ſeptem numero, ſeptenaque tela
Conjiciunt. Partim galea clipeoque reſultant
Inrita; deflexit partim ſtringentia corpus
Alma Venus. Fidum Aeneas adfatur Achaten:
Suggere tela mihi, (non ullum dextera fruſtra

Tor-

SERVII.

328. STIPATA COHORS. Id eſt, unanimiter veniens.

329. SEPTEM NUMERO. [40] [Hoc eſt, pro ſeptem: & deeſt quia: veteres enim ita enunciabant: Lucilius in IIII. *Hi prae ſe portant ingentes munere piſces Triginta numero.* An potius proprie? Credibile eſt enim, ut ſaepius jecerint.] SEPTENAQUE TELA. More ſuo, pro ſeptem, ut *bina*, pro duobus [41] VIII. 168. [*Frenaque bina.*]

331. DEFLEXIT PARTIM STRINGENTIA CORPUS ALMA VENUS. [42] [Quidam ἐμφατικώτερον putant, id eſt, jam ſtringentia: alii participium praeſens pro futuro accipiunt, id eſt, quae, niſi eſſent deflexa, ſtringere [43] debuerant.] Male ait Donatus, *hoc loco ante dictorum oblitum eſſe Virgilium: quod poſt Jovis probibitionem bellis facit numina intereſſe*: non reſpiciens, Jovem magis hortatum eſſe deos in foedera, [44] quam a bellis prohibuiſſe: nam & paulo poſt, tam Juno, quam Juturna, bellis intererunt.

332. ACHATEN. Omnia nomina, quae in TES exeunt, vocativum in A mittunt, ut *Achates*, *Achata*, *Timoetes*, *Timoeta*.

333. SUGGERE TELA MIHI. Ordo eſt: *Suggere tela mihi*, quae in campis Iliacis in Graecorum [45] ſtetere corporibus: nullum enim dextera mea in Rutulos ſine cauſa jaculabitur telum eorum, quae jam ſunt caede hoſtium comprobata. [46] [Qui vero, *ſteteruntque in corpore Grajum*, per conjunctionem, non per pronomen, legunt, hi neque ſic debuiſſe dici putant, & mutatam a Poëta conjunctionem. Alii *que* conjunctionem pro *enim* ponunt, ut VII. 51. *Primaque oriens erepta juventa eſt.*]

VARIORUM.

da. Atqui de Aenea ſermo eſt, qui Pharum interemerit. *Pharo* Mediceus & Gudianus a manu prima. *Pharo* etiam Mentelius prior, uterque Menagianus, & caeteri vetuſtiores. eſt autem tertii caſus, ut diſtinctione locus ſit juvandus. deinde *clamanti in ore*, non *clamantis*, alter Mentelius, ſecundus Rottendorphius, & alii nonnulli. etiam prior Mentelius a manu prima. mox pro *flaventem malas* perperam in arte Grammatica Probi *flaventes* legitur. HEINS. *Clamantis* Ed. P. Daniel. & aliae.

323. CLAMANTI. *Clamantis* Parrhaſianus, Dorvil. Ald.

324. TU. *Tum* Francianus.

325. CLYTIUM. *Clicium*, *Licium*, *Clycium*, *Liciam*, *Litium*, *Ditium*, *Elicum*, ſcripti. pro *Cydon Clidon* Zulichemius.

326. SECURUS. Illud *indulgens* eſt a mala manu in Servio, & explicatur male: nam eſt poſt mortem nulla ſollicitudine aut cura erga amores vexatus & adfectus. & mortuos *ſecuros* vocaſſe docet Tertull. de Teſtim. Animae cap. IV. & hinc in titulis SECURITATI PERPETUAE. & ex eo illud in IV. Aeneid. 34. *id manes credis curare ſepultos.* BURM.

327. JUVENUM. *Juvenes* Parrhaſ. male. vide ad Ovid. XVI. Epiſt. 241.

328. OBVIA PHORCI. *Obvia cohorti* Ed. pr.

329. NUMERO. *Numeros* Mediceus.

330. CONJICIUNT. *Continuit* alter Hamburgicus. *conſiliunt* Rufin. de Schem. Lex. p. 32. *clipeo galeaque* Dorvil.

332. STRINGENTIA. *Stridentia* Mediceus a manu prima.

333. SUG-

40 deſunt Voſ. R. Steph. al. 41 numero * an Dan. 42 deſunt R. Voſ. Steph. al. deſunt iiſdem. 43 habuerant Dan. potuerant Fabr. unde *debuerant* petiit Maſvic. ignoro. 44 quam bellis Baſil. 45 ſteterant Steph. 46 deſunt R. Voſ. Steph. al.

Torſerit in Rutulos) ſteterunt quae in corpore Grajum
Iliacis campis. Tum magnam corripit haſtam,
Et jacit. Illa volans clipei tranſverberat aera
Maeonis, & thoraca ſimul cum pectore rumpit.
Huic frater ſubit Alcanor, fratremque ruentem
Suſtentat dextra: trajecto miſſa lacerto
Protinus haſta fugit, ſervatque cruenta tenorem:
Dexteraque ex humero nervis moribunda pependit.
Tum Numitor, jaculo fratris de corpore rapto,
Aeneam petiit: ſed non & figere contra

Eſt

SERVII.

336. TRANSVERBERAT. Scindit.

338. [47] [HUIC FRATER SUBIT. *Huic ſubit*, id eſt, prope.]

339. TRAJECTO MISSA LACERTO. Quae fuerat miſſa retroacto lacerto.

340. PROTINUS. Jugiter, continue. TENOREM. Modum currendi; [48] [id eſt, eodem impetu fertur.]

341. MORIBUNDA. Morienti ſimilis. Quod ita eſſe etiam Salluſtius comprobat & oſtendit, qui ait Jug. XXXVIII. *Quaſi vitabundus per tramites & [49] ſaltuoſa loca exercitum ductare.* Nam Jugurtha non vitabat legatum; ſed ſeſe eum vitare ſimulabat: nam quia nomen eſt, ideo ſignificat ſimilitudinem, non paſſionem: quod ſi participialiter diceretur, a paſſivo veniret: omnia enim participia, a paſſivo in DUS exeunt. *Moribunda*, ſimilis morienti: non enim participialiter aliquid ſignificat; ſed nominis habet ſignificationem; nominis autem ſignificatio ſimilitudinem habet, non paſſionem. Quando dico, *moriturus eſt*, vere moriturus eſt; *moribundus* autem, non vere, ſed ſimilis morienti eſt: unde & Salluſtius dicit, *quaſi vitabundus.* [50] [NERVIS. Aut neceſſarie additur *nervis*, aut *nervis* tantum *pependit*.]

342. FRATRIS DE CORPORE RAPTO. Si diceret *fratrum de corpore*, ſpecioſius eſſet: quod ideo omiſit, quia haſta Alcanoris tantum vulneraverat manum; in Maeonis vero haeſerat corpore.

VARIORUM.

333. SUGGERE. Barthius ad Stat. VII. Theb. 593. citat ex veteri Scholiaſte:

Suffice tela mihi (non ullum dextera fruſtra
Sparſerit in Rutulos.)

Nullum dextra mea fruſtra Excerpta noſtra. Achates hic eſt, qualem *ad arculas ſedere, & tela agentibus ſubminiſtrare*, deſcribit Quinctil. XII. de Inſt. Orat. 3.

334. STETERUNT. Sic Mediceus, Gudianus, alter Mentelius, Rottendorphii duo. *ſteterint* tamen Mediceus a manu prima. HEINS. *Corpora* alter Hamburgicus. *ſteterunt in corpore* Francianus.

336. AERA. *Oras* in altero Hamburgico. etiam bene, ut infra,

Illa viam clypei molita per oras.

HEINS. *Aerea* Mentelii prior a manu priore. *oras* Parrhaſ.

337. RUMPIT. *Rupit* Parrhaſ. Venetus & alter Mentelii a m. ſec. *pectora* alter Hamburgicus a manu prima.

339. SUSTENTAT. *Subſtentat* alter Hamburgicus. *ſuſtentant* Francianus. *lacertos* Mediceus.

340. HASTA FUGIT. *Subit* in primo Moretano, & in Sprotiano a manu ſecunda. non male. HEINS. Sed praeceſſerat modo id verbum. & *fugit* vim torquentis notat, quod poſt vulnus nihil tardius volaret. Lucan. III. 468. de lancea ex balliſta torta, *supereſt telo poſt vulnera curſus.*

341. DEXTERAQUE EX. *Dextraque per humeros*

[47] deſunt iidem. [48] deſunt iisdem. [49] & occulta Dan. [50] deſunt R. Voſ. Steph. al.

Eſt licitum, magnique femur perſtrinxit Achatae.
Hic Curibus, fidens primaevo corpore, Clauſus
Advenit, & rigida Dryopen ferit eminus haſta,
Sub mentum graviter preſſo, pariterque loquentis
Vocem animamque rapit, trajecto gutture; at ille
Fronte ferit terram, & craſſum vomit ore cruorem.
Tris quoque Threïcios Boreae de gente ſuprema,
Et tris, quos Idas pater & patria Iſmara mittit,
Per varios ſternit caſus. Adcurrit Halaeſus,

Au-

SERVII.

344. [51] [Est licitum. Quoniam non contradixerat.] Femur. *Femur* [52] dicimus: quia legitur, & declinatur *hujus femoris*; illius vero ablativi non invenitur nominativus: inf. 788. *Laetus Eripit a femine*: licet Caper in libris Enucleati ſermonis dicat, *femen*; ſed non ponit exemplum: ergo aut *hoc femur*, aut *hoc femen*: nam *femus*, non dicimus penitus.

345. Hic Curibus. Hoc eſt, *tunc*. Et eſt ordo: Tunc fidens primaevo corpore advenit [53] Lauſus. [54] Curibus, qui erat de Curibus, ut *Verres Romulia*. Aut, *fidens Curibus*, [55] [id eſt, multitudine,] ut vii. 106. *Ecce Sabinorum priſco de ſanguine magnum Agmen agens Lauſus*.

346. Rigida. Id eſt, tenens eam, non vibrans & jaciens.

350. Boreae de gente suprema. [56] Aut originem ducentes [57] de Zeto & Calai, qui filii Boreae & Orithyae Nymphae fuerunt, ut, *de gente*, de genere accipiamus. Aut certe in Hyperboreis montibus natos: unde eſt origo venti Boreae. *Suprema* autem, pro, ſupremi Boreae. Si autem, ut quidam volunt, *Boream*, principium generis accipiamus, erit *ſuprema*, dictum pro ſumma: quod ſi ventum intelligimus, *ſuprema*, ultima, modo: ſicut enim dictum eſt, initium ſtandi Boreas [58] concipit. Ismara. Thraciae civitas, a monte *Iſmaro* [59] [dicta; hic enim foeminino, *Iſmara*, quia patriam dixit; ibi neutrius eſt ii. Georg. 37. *Juvat Iſmara Baccho Conſerere*.]

VARIORUM.

ros ſecundus Rottendorphius. *pudibunda* Hugenianus.

343. Non et figere contra. Haec vera eſt ſcriptura, a Mediceo, Gudiano, altero Mentelio & aliis comprobata, quam ad Naſonis lib. iv. Metam. 273. adſeruimus. in codicibus nonnullis *effigere*, & *affigere* vel *afigere*. HEINS. *Effligere* Sprotianus a manu ſecunda, *ſed non effingere* Francianus. *effigere* Parrhaſ. Dorvil. & Regius, Ald. vid. vii. 736. mox *perſtringit* prior Hamburgenſis & ſecundus Rottendorphius.

345. Clausus. *Lapſus* Sprotianus, Hamburgenſis alter. *Laurus* Mediceus a manu prima. *Lauſus* Edd. pr. Ald. & Mediol.

346. Advenit. *Advolat* in Hamburgico priore, & ſecundo Rottendorphio. HEINS. Et ita Leidenſis. *Driopem* Parrhaſ. & Regius. *Dyopen* Ald. *rigidam* male explicat Servius. nam *eminus* notat emiſiſſe manu. v. Barth. ad Stat. xi. Th. 542.

347. Pariterque. *Graviterque* Parrhaſ.

349. Ferit. *Premit* Mentelius prior & ſecundus a manu ſecunda. & ita Leidenſis, & Bigotianus, & Pariſienſis.

350. Tris. Ita ſcripti vetuſtiores plerique: at Valerius Probus apud Gellium lib. xiii. cap. 19. monet Virgilium hoc auribus dediſſe, ut cum hoc loco ſcriptum reliquerit *tres*, tamen verſu proximo exararit *tris*. HEINS. *Tris* utrobique Parrhaſ.

351. Mittit. *Mittunt* malebam, ſi per codices

[51] deſunt iisdem. [52] dicitur Dan. [53] Clauſus & mox iterum R. Voſ. Steph. [54] qui Clauſus Curibus, qui erat de Curibus, ut Veres (Verus R.) Romulia Voſſ. R. [55] deſunt R. Voſ. Steph. al. [56] a Zeto R. Voſ. Steph. Fabr. al. [57] deſunt R. Voſ. Steph. al. [58] concipit * Dan. [59] deſunt R. Voſ. Steph. al. Barth. ad Stat vi. Theb. 108. ex commendatiſſimae antiquitatis exemplari, habet hic a ſ. *Iſmara*, q. p. d. alibi neutro, ut eſt *juvat*. &c.

Digitized by Google

Auruncaeque manus: ſubit & Neptunia proles,
Inſignis Meſſapus equis: expellere tendunt
Nunc hi, nunc illi: certatur limine in ipſo
Auſoniae. Magno diſcordes aethere venti
Proelia ceu tollunt, animis & viribus aequis.
Non ipſi inter ſe, non nubila, non mare cedunt:
Anceps pugna diu: ſtant obnixi omnia contra.

Haud

SERVII.

354. EXPELLERE TENDUNT. Hoc eſt, loco ſe invicem movere contendunt.

355. LIMINE. [60] [Decenter dictum,] hoc eſt, in littore.

356. MAGNO AETHERE. In magno aëre: nam venti in aethere non ſunt, ſed in aëre: ſic ſupra 265. *Atque aethera tranant Cum ſonitu:* pro, aërem.

359. OBNIXA OMNIA CONTRA. Mare mari; nubes nubibus; venti ventis. Legitur & OBNIXI; ut referatur ad ventos.

VARIORUM.

ces vetuſtos liceret. in Leidenſi *Iſmara nutrit.* HEINS.

352. OCCURRIT. *Accurrit* Mediceus, Gudianus, Montalbanius. rectius omnino. deinde *Haleſus* idem Mediceus, & caeteri vetuſtiores, vel *Halaeſus. Haleſus* etiam in Silianis codicibus lib. VIII. & Naſonianis lib: IV. Faſt. & Solinianis. erat autem Sabinorum linguae id peculiare inter caetera, ut aſpirationem in F. mutarent, qua de re inter alios Velius Longus de Orthographia, qui eos *faſenam* pro *harena* monet dixiſſe, *fircos* pro *hircis*, pro *haedis foedos.* etiam Varroni *Hordicalia* dies feſtus appellatur, qui aliis *Fordicidia.* Ab *Haleſo* igitur *Faleſii*, qui poſtea *Falerii*, Faliſcorum oppidum. Servius: *Faliſcos Haleſus condidit, hi autem immutata H in F. Faliſci dicti ſunt. ſicut febris dicitur, quae antea hebris dicta, Formiae quae antea Hormiae*, ἀπὸ τ̃ ὁρμῶς. HEINS. Sic antiquis *horda*, & *forda*, *fercti* & *hercti*, *fariolus* & *hariolus*, *foſtia* & *hoſtia*, *foſtis* & *hoſtis*, *folus* & *holus.* aliaque de quibus Feſtus. *Haleſus* Ed. pr. *Aleſus* Mediol. utraque *occurrit.*

354. INSIGNIS. *Inſanis* Parrhaſ.

355. LIMINE. *Limite* Zulichemius. *limina in ipſa* Gudianus a manu prima. *certant* Venetus. *certantur* Dorvil.

356. MAGNO AETHERE. Quia mox ſequitur *non mare*, ſuſpicor ſcripſiſſe Maronem *magno aequore*, id eſt tempeſtuoſo, & agitato ventis, de quo ad Valer. Flac. I. 50. ita III. 196.

Continuo venti volvunt mare, magnaque ſurgunt Aequora.

Aequor vero & *Aethera* centies confuderunt librarii. vid. I. Ecl. 60. VII. Aen. 65. & ſaepe apud Ovidium. & ita apud Manil. II. 447. *Agnoſcitque ſuos Neptunus in aethere piſces* correxit Bentlejus, & diu ante eum natum Columna ad Enn. pag. 165.

357. ANIMIS ET VIRIBUS AEQUIS. Mallet forte critica prurigine laborans hic legere *aequi*, id eſt pares inter ſe, & firmare illis Valer. Flac. IV. 621.

Sed te non animis, nec ſolis viribus aequum.

neque aliter Livius VIII. 38. *contra inſtruunt hoſtes, & animis & viribus pares.* & ita forte alios locutos eſſe poſſet quis oſtendere. nec nego utrumque ſatis defendi poſſe. vulgatam tamen lectionem magis placuiſſe Maroni credo, qui ſaepe *viribus aequis* nobis dedit. ut II. Georg. 286. infr. ỷ. 431. V. 809. XII. 218. & lib. X. 459. dixit *viribus imparibus*, ubi nihil mutari poteſt. Liv. XXV. 31. *cum qua viribus aequis certabatur.* Curtius V. IV. 9. *aequis viribus ſtare.* haec vero duo *animi* & *vires*, & mentis & corporis robur & praeſtantiam abſolvunt, ideoque ſaepe quaſi ex formula jungi ſolent. ut II. Aen. 617. V. 191. IX. 717. 763. Valer. Flac. I. 243.

Vos quoque nunc vires, animoſque adferte paternos.

Livius

[60] deſunt R. Voſſ. Steph. al.

Digitized by Google

Haud aliter Trojanae acies acieſque Latinae
Concurrunt: haeret pede pes, denſuſque viro vir.
At parte ex alia, qua ſaxa rotantia late
Inpulerat torrens, arbuſtaque diruta ripis,
Arcadas, inſuetos acies inferre pedeſtris,
Ut vidit Pallas Latio dare terga ſequaci,
Aſpera quîs natura loci dimittere quando

Sua-

SERVII.

361. HAERET PEDE PES. Pro, pedi: nam eſt Antiptoſis: & eſt Homeri [61] verſiculus Iliad. II. 215.

Ἀσπὶς δ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.

362. [62] [ROTANTIA. Ut I. Georg. 163. *Eleuſinae matris Rotantia plauſtra: Rotantia* ergo, quae rotantur.

363. TORRENS. Non Tyberis, ſed quicumque alius fluvius, ad tempus creſcens.

364. INSUETOS ACIES INFERRE PEDESTRES. Quia ſaxis, quae torrens intulerat, [63] impediti Arcades, omiſſis equis pedeſtrem pugnam inſueti inierant; & a Latinis pellebantur. Et] ARCADAS, accuſativus pluralis eſt, cujus ultima ſyllaba ideo brevis eſt, quia nominativus pluralis in *es* terminatur, ut *hi Arcades*, item *delphines*, *delphinas*.

365. LATIO SEQUACI. [65] [Metonymia,] pro Latinis, alibi II. 265. *Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultam.*

366. DIMITTERE QUANDO. *Quando*, ſiquidem. Et eſt Romane militiae: nam in locis impeditis equos [66] comitibus dabant, & pedeſtri certamine confligebant.

VARIORUM.

Livius XXIV. 8. *Fidens animo & viribus*. Plaut: Capt. II. III. 27. *id perſequar corde, & animo atque viribus*. quorum alterum ſi deſit, inſignis bellator eſſe nequit. & hoc eſt quod ſaepius Ulixes Ajaci exprobrat apud Ovid. lib. XIII. Metam. ut ℣. 363.

Tu vires ſine mente geris, mibi cura futuri, &c. ſibi vero tribuit *conſilium* & *manum* ℣. 205. & 360. Livius XXXIV. 25. *adoleſcens majoris animi quam conſilii.* & paſſim etiam alii. ſic etiam *arma* & *animos* conjungit Maro lib. XII. 788. BURM.

358. CEDIT. *Cedunt* Mediceus a manu prima: quod mibi vulgata ſcriptura elegantius eſt viſum. HEINS. *Nunc ipſi i. ſ. n. n. nunc mare cedit* Excerpta noſtra & Edd. pr. & Mediol. Ald. vid. ad lib. IX. 619.

359. OBNIXI. Hoc modo legit Aruſianus: ut referatur ad ventos. Servius γενικῶς intelligit,

Stant obnixa omnia contra.

FABRIC. *Obnixa* in omnibus noſtris, ſi alter Hamburgicus & Moretanus tertius excipiuntur. ſed *obnixi* ab Aruſiano Meſſio agnoſcitur, eleganti Graeciſmo. ut in illis: *omnia Mercurio ſimilis*, audi illum: *Obnixus huic rei* Virgil. III. Georg. *Arboris obnixus trunco. obnixus contra illa* Virg. X. Aeneid. *ſtant obnixi omnia contra.* qui Graeciſmum non advertit. HEINS. *Obnexia* ſecundus Rottendorphius. *obnixa* Edd. pr. & Mediol.

360. TROJANAE. *Teucrorum* ſecundus Rottendorphius.

361. PEDE. *Pedi* Parrhaſ. *haerent* Dorvil. a m. pr.

363. INTULERAT. Vetus liber Colotianus pro *intulerat* habet *impulerat*. URSIN. *Impulerat* Mediceus, cum Schefferiano & quarto Moretano, quod verum eſt. HEINS. Et ita Ald. *deruta* Sprotianus. *intulerant* Dorvil.

364. INSUETOS. V. Guell. *Arcades* Ed. pr. & N. Heinſii.

365. SEQUACI. *Sequenti* Vratiſlavienſis.

366. QUIS. *Quos* Gudianus. quod defendi poſſet ex iis quae notavimus ad Phaedr. I. 15. ſed quia ſequitur *equos*, & ita ambigua fieret ſententia, nihil muto,

61 verſus Dan. Fabr. 62 deſunt R. Voſ. Fabr. al. 63 deſunt iiſdem. ad *Arcadas* ℣. 364. 64 deeſt praepoſitio R. Voſ. Dan. 65 deeſt R. Voſ. Steph. al. 66 militibus Dan.

Digitized by Google

Suaſit equos; unum quod rebus reſtat egenis,
Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris:
Quo fugitis, ſocii? per vos, & fortia facta,
Per ducis Euandri nomen, devictaque bella,
Spemque meam, patriae quae nunc ſubit aemula laudi,
Fidite ne pedibus. Ferro rumpenda per hoſtis
Eſt via, qua globus ille virûm denſiſſimus urguet:
Hac vos, & Pallanta ducem patria alta repoſcit.
Numina nulla premunt: mortali urguemur ab hoſte
Mortales: totidem nobis animaeque manuſque.
Ecce, maris magna claudit nos objice pontus:

Deeſt

SERVII.

369. QUO FUGITIS? Hoc amare dictum eſt: [67] & jam preces ſequuntur. [68] [PER VOS ET FORTIA FACTA. Adjurat eos per ipſorum facta: quoniam non habet puer proprios titulos: nam eſt ei prima militia.

370. PER DUCIS EUANDRI. Melius *ducis*: quam ſi dixiſſet, Regis: hoc enim nomen exprimit ducentem in praelia. Salluſtius fragm. incert. *Quo cupidius in ore ducis ſe quiſque bonum & ſtrenuum oſtentantes*: non dixit, proconſulis.] DEVICTAQUE BELLA. Finita, exhauſta: nam hoſtis vincitur, non bellum.

371. [70] [SUBIT. Succedit, ut VI. 813. *Cui deinde ſubibit*. LAUDI. Ut ſolet, virtuti: poteſt proprie intelligi.]

372. FIDITE NE PEDIBUS. Dativus eſt, *pedibus*; non ablativus: nam *fido tibi* dicimus.

373. HAC VOS ET PALLANTA DUCEM PATRIA ALTA REPOSCIT. Hoc vult patria, ut per caedes hoſtium revertamur.

375. NUMINA NULLA PREMUNT. Argumentatur a facili, dicens, non [71] contra deos, ſed contra mortales bella tractamus.

377. ECCE MARIS. Quod eſt efficax, in fine poſuit: nam dicit, eos quo fugiant non habere; cum terra teneatur ab hoſtibus; mare autem pedibus tranſire non poſſint; caſtra vero ingredi turpiſſimum ſit: aut certe etiam hoc impoſſibile, ſi ab hoſtibus obſidentur, ut quidam volunt, intelligentes ſup. 309. *Et rapit acer totam aciem in Teucros*, [72] ſcilicet ſuam, quam ducebat, [73] caeteris relictis. MAGNA CLAUDIT NOS OBICE PONTUS. [74] [Periphraſis: id eſt, mari claudimur.] Modo uſus habet, ut *hic obex* dicamus: unde quidam MAGNO OBICE legunt. Antiqui etiam *haec* [75] *obex* dicebant, ſecundum quod eſt *magna obice*. Hinc eſt, quod nonnulli vitant generis dubietatem, & legunt [76] *magni*, ſcilicet, *maris*. Caper tamen in libris Dubii generis, probat dici & *hic obex*, & *haec obex* [vid. VIII. 227.] quod, ut diximus hodie de uſu receſſit.

VARIORUM.

muto. *quod reſtat rebus* duo Hamburgici.

Ibid. DIMITTERE. *Demittere* Sprotianus, & Leidenſis cum Excerptis noſtris. ſed perperam. nam Servius Romanae militiae eſſe notat. quod & probatur ex Suet. Caeſ. LX. *Ancipiti praelio equos dimittebat, & in primis ſuum. quondam* Parrhaſ.

368. ACCENDIT. *Extendit* Parrhaſ.

369. QUO FUGITIS. *Quos* Gudianus a manu prima. ut V. 742. *Quem fugis*. ubi & *quo fugis* codex Parrhaſ. & VI. 466. & Ecl. II. 60. ſed inf. 649.

Quo

67 nam preces Steph. al. & deeſt Dan. Fabr. 68 deſunt R. Steph. al. ad *devictaque* ℣. 370. 70 deſunt iisdem. 71 non Deo Dan. cum Deo Commel. & Emmen. 72 ſcilicet quam deducebat Steph. ſuam deeſt Baſil. 73 certis relictis R. Baſil. 74 deſunt R. Voſ. Steph. al. 75 obix Dan. 76 magnis R.

Deeſt jam terra fugae. Pelagus Trojamne petemus?
Haec ait, & medius denſos prorumpit in hoſtis.
Obvius huic primum, fatis adductus iniquis,
Fit Lagus: hunc, magno vellit dum pondere ſaxum,
Intorto figit telo, diſcrimina coſtis
Per medium qua ſpina dedit: haſtamque receptat
Oſſibus haerentem. Quem non ſuper occupat Hisbo,
Ille quidem hoc ſperans: nam Pallas ante ruentem,
Dum furit incautum crudeli morte ſodalis,
Excipit, atque enſem tumido in pulmone recondit.

Hinc

SERVII.

378. [77] [Trojam. Id eſt, caſtra Trojanorum.]

379. Densos prorumpit in hostes. Ut eos hortaretur exemplo.

380. Fatis iniquis. Exitum praeoccupavit futurum.

381. Magno pondere. Hoc eſt, magni ponderis: ut III. 286. *Aere cavo* [78] *clypeum*, pro, aeris cavi.

383. Receptat. Ideo frequentativo uſus eſt: quia oſſibus [79] inhaerentem haſtam facile avellere minime poterat. [80] [Et expreſſit morem quandam, & molitionem extrahentis.] Ergo *receptat*, [81] eſt frequenti concuſſione divellit, [82] [Tale eſt & illud II. 674. *Clypeoque ſiniſtram Inſertabam aptans.*]

384. Quem non super occupat. [83] [*Quem ſuper*, *Lagum*, ſubauditur, ſtantem: id eſt,] quem non deſuper occupat: ideo autem *deſuper*, quia Pallas ad evellendam haſtam fuerat inclinatus.

385. Nam Pallas ante ruentem Dum furit. Ordo eſt: nam eundem Pallas ante excipit, id eſt, dolo interimit. Ille enim incautus [84] fuerat, furens propter crudelem mortem ſodalis. [85]

387. Tumido in pulmone. Et naturaliter tumido, & quia furebat. *In pulmone* autem *recondis*, Archaiſmos eſt, pro, in pulmonem.

VARIORUM.

Quo fugis, Aenea? fortia facta illuſtrat Lambin. ad Lucret. III. 910.

371. Laudi. Ita omnes fere ſcripti. ſed *laudis* Ald.

372. Ferro rumpenda. *Ferro rapienda via*, prior codex Eccleſiae Hamburgenſis. *rapere viam* eleganter dici multis exemplis adſtruximus ad Epiſtol. XIX. Ovidii ỳ. 74. HEINS. Sed & *rumpere viam* paſſim occurrit. vid. ad Valer. Flac. I. 3. & ita lib. II. 494. *rumpunt aditus*, ubi Fabricius etiam ex ſuo codice praefert *rapiunt*. *rapere viam* de celerrimo itinere melius dicitur. ſed hic per hoſtes *rumpere* melius dici puto, & ubicumque obſtant aliqua.

374. Reposcit. *Repoſcat* Parrhaſianus. *arma* prior Hamburgicus. an *alma*?

376. Nobis. *Nobiſque* Montalbanius. *in nobis* alter Menagii & Zulichemius. *nobis totidem* Dorvill.

377. Magna obice. Ita vetuſtiores noſtri pariter & Pieriani, cum Nobio in *claudere*. quod admiſimus. eamque ſcripturam ex Capro Servius quoque videtur amplecti. ſic apud Silium lib. XIII. ỳ. 252. opinor ſcribendum eſſe:

Obnixi torquent obicis munimina ahenae.

ubi *munimina fera* nunc circumfertur. in ſcriptis *ferae*.

77 deſunt R. Voſ. Steph. al. 78 *clypei*, pro cavi Baſil. 79 haerentem &c. non poterat R. Voſ. Steph. al. 80 deſunt iisdem. 81 ex frequenti Steph. Baſil. 82 deſunt R. Voſ. Steph. al. 83 deſunt R. Steph. al. ſed Voſ. Dan. Fabr. deſunt ſeq. id eſt. Quem n. d. occupat. 84 ruebat Voſ. fuerat R. Dan. 85 unde & incautus fuerat, R. Voſ. Dan. Baſil. Fabr.

Hinc Sthenelum petit, & Rhoeti de gente vetuſta
Anchemolum, thalamos auſum inceſtare novercae.
Vos etiam gemini Rutulis cecidiſtis in arvis,
Daucia, Laride Thymberque, ſimillima proles,
Indiſcreta ſuis, gratuſque parentibus error.
At nunc dura dedit vobis diſcrimina Pallas:

Nam

SERVII.

388. [86] [HINC STHENELUM PETIT. Pro *tunc*, loci adverbium pro temporis.] RHOETI DE GENTE VETUSTA ANCHEMOLUM. [87] Haec fabula in Latinis nuſquam invenitur auctoribus. [88] Avienus tamen, qui totum [89] [Virgilium &] Livium iambis ſcripſit, hanc commemorat, dicens Graecam eſſe. Rhoetus ergo Marrhubiorum rex fuerat in Italia, qui Anchemolo filio Caſperiam ſuperduxit novercam: hanc privignus ſtupravit. [90] Quo cognito, cum eum pater perſequeretur, & ad poenam vocaret, fugiens ille ſe ad Daunum contulit. [91] [Merito ergo in bello Turni, Dauni filio Anchemolus gratiam reddit. *Gente* autem *vetuſta*, ideo: quia a Phorco, deo marino, originem ducere legitur. Hoc totum Alexander Polyhiſtor tradit, quem Lucius Sylla civitate donavit.

390. VOS ETIAM GEMINI. Ut ſupra 324. *Tu quoque flaventem prima lanugine malas.*]

392. SUIS. Etiam ſuis. Lucanus III. 608. *Et amiſſum fratrem lugentibus offert.* [92] [Et eſt abſolutum, ſuis omnibus; non, parentibus tantum.]

393. DISCRIMINA. Differentias.

VARIORUM.

ſerae. apud Naſonem lib XIV. Met. 780. ex optimis codicibus, *quas obice firma Clauſerat Iliades,* de portis. Gellius lib. XVII. cap. 10. *quadam quaſi obice ſuſtentatum* Femininum quoque faciunt τὸ *obex* Plautus in Perſa, & Plinius in Panegyrico Trajani: *Nullae obices, nulli contumeliarum gradus.* Sidonius Apollinaris:

Cerea deſtituit reſolutis axibus obex.

vide locum mendoſiſſimum in Arateis Germanici:

Qualis ferratos obices clavicula dente
Succutit & foribus praeductae vincula clauſtri.

ſic emenda locum ex veſtigiis vetuſtiſſimi codicis Suſiani, in quo *ferratos obicit clavicula dentes.* vulgo *ſubicit clavicula dentes.* apud Prudent. Cathem. Hymno IX. 74. ex veterrimo codice, *Obice extrorſum recluſa porta reddit mortuos.* plura nos ad Claudianum II. in Eutrop. 34. in altero Voſſiano erat, *maris magni obice.* quod a Servio damnatur. HEINS. *Magni* Sprotianus & Dorvil. ſed *magna* Serv. ad VIII. 227.

378. PELAGO TROJAMNE. *Pelagus Trojamne* ſcripti omnes, niſi quod in Gudiano *pelagus Trojane.* *petamus* etiam Mediceus a manu ſecunda, quomodo & Gudianus, & alter Mentelius. mox *Hisbo* pro *Hisbon*, quomodo & idem Mediceus, Menagianus prior, & pro diverſa lectione tertius Rottendorphius. HEINS. *Pelagus Trojane* etiam Leidenſis. *Trojam pelaguſne* Montalbanius. *petamus* Bigotianus, Hugenianus & tertius Mentelii, Parrhaſ. & Regius cum Excerptis noſtris. non intelligo haec ſatis. & Cerda confodere malebat hoc hemiſtichium. *deeſt terra* ſecundus Rottendorphius. *Pelagus terramne* Ed. pr. *pelagos Trojamne* Mediol.

379. PRORUMPIT. *Prorupit* Parrhaſianus.

380. PRIMUM. *Fatis primum deductus* Venetus. *advectus* Parrhaſ.

381. MAGNO. *Vellit magno* Gudianus, Mentelius prior, multi alii. HEINS. Et ſic Regius Dorvil. & duo Moretani.

383. DEDIT. *Dabat* in codice A. Colotii. URSIN. *Dabat* Mediceus & Montalbanius, etiam Gudianus a manu prima. mox *dum furit incautum* conſtruendum. HEINS. *Dabat* Par-

86 deſunt R. Voſ. Steph. al. 87 fabula nuſquam invenitur in auctoribus Steph. 88 Abienus R. Voſ. 89 deſunt R. Voſ. Dan. iambicis Steph. & in iambicis Baſil. haec Servii citans Grangaeus ad Juven. Sat. VII. 234. omittit *in Latinis*, & deinde *iambicis*. tum pro *Marrhubiorum*, dat *Marrubiorum*. & in fine, *ſe ad Turnum contulit.* 90 quo cognito c. e. p. perſequeretur R. Voſ. Steph. al. ad Turnum cont. ad Daunum Dan. pro *ac Daunum*: nam ad T. c. & Daunum Fabr. 91 deſunt Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 392. 92 deſunt iiſdem.

Digitized by Google

Nam tibi, Thymbre, caput Euandrius abſtulit enſis:
Te deciſa ſuum, Laride, dextera quaerit;
Semanimeſque micant digiti, ferrumque retractant.
Arcadas accenſos monitu, & praeclara tuentes
Facta viri, mixtus dolor & pudor armat in hoſtes.
Tum Pallas, bijugis fugientem Rhoetea praeter

Tra-

SERVII.

394. THYMBRE. Pro *Thymber*, metri cauſſa Metaplaſmum fecit: [93] [ipſe enim ſuperius *Thymber* dixit.] EUANDRIUS ABSTULIT ENSIS. Poſſeſſivum eſt modo; non patronymicum.

395. [93*] [DECISA SUUM. Mire *ſuum*, tanquam dominum, a quo fuerat ſeparata.]

396. SEMIANIMESQUE MICANT DIGITI, FERRUMQUE RETRACTANT. [94] Ennii eſt, ut: *Oſcitat in campis caput a cervice revulſum, Semianimeſque micant oculi, lucemque requirunt.* Quem verſum, ita [95] [ut fuit,] ad ſuum carmen tranſtulit [96] Varro Attacinus.

397. TUENTES. Modo [97] intuentes, alias defendentes, ſignificat.

398. DOLOR, ET PUDOR: Sic de Mezentio inf. ℣. 870. *Aeſtuat ingens Uno in corde pudor, mixtoque inſania luctu.* [98] [Alii *dolorem*, alicujus ſtudii ardorem, & promptam gloriae cupiditatem, veterum more dictum volunt, ut Graeci πονον appellant. Lucilius in quinto: *Nam omnibus unus dolor receptus laboſque.*]

399. FUGIENTEM RHOETEA PRAETER. Id eſt, praeterfugientem.

VARIORUM.

Parrhaſianus. *hoſtemque retemptat* Dorvil. & in ora *receptat*.

384. OCCUPAT. *Occubat* notaverat Pierius in ora codicis & duo Moretani. *Hiſmon*, *Hysbon*, *Hiſpon*, *Isbom*, *Iſton* in ſcriptis. *quem deſuper o. Usbon*, ſed cum raſura in prima ſyllaba, Dorvil.

387. IN PULMONE. *In* deeſt Veneto.

388. STHELENUM. *Sthenelum* potiores, niſi quod in Mediceo *Sthenium*. etiam in Gudiano & ſecundo tertioque Rotendorphiis. ſic apud Silium lib. IV. 345. *Jamque dedit leto Sthenium*, in optimis codicibus. Cicero Sicilienſi apud Aruſianum Meſſium, *Sthenius eſt, qui nobis adſidet. Stheneli* nomen quomodo ſcribendum, vid. apud Scalig. ad Euſeb. Chron. p. 34. vid. & ad Valer. Flac. v. ℣. 90. & 489. HEINS. *Stimum* Sprotianus, *Sthelenum* Venetus. *Steleuum* quatuor. *Stenium* Ed. pr. *Steium* Leidenſis. *Steneum* quartus Moretl. deinde *Raethi*, *Reheti*, *Reti*, *Rethi*, *Hroeti* alii. *Hinc Sthenelum petit*, *hinc* Parrhaſ.

389. ANCHEMOLUM. *Anthemolum*, *Achemodum*, *Anchelamum*, *Archemodum* varie codices. *Ancelomum* Parrhaſ. *Archemorum* quaedam Edd. apud Juven. VII. 234. vide Grangae.

Ibid. INCESTARE. *Temerare* ſecundus Moretanus, nihilo deterius. *temerare* proprie *violare rem ſacram* Feſto. *Templa temerata Minervae* apud Naſonem lib. I. Amor. Eleg. VIII. 19. ex vetuſtis membranis. *Thalamos temerare pudicos*, non *violare*. ubi complura ad rem annotamus. mox *cecidiſtis in agris*, non *arvis*, Gudianus & tertius Rottendorphius. HEINS. *Thalamumque auſum* Ed. pr.

390. ARVIS. *Agris* Parrhaſ. Regius & Dorvill. *armis* Leidenſis.

391. DAUCIA, LARIDE. *Daucia a Dauco patre*, Gloſſa Montalbanii codicis. at in Menagiano pro diverſa lectione offendi *Daunia*: recte. & conſtrue *Daunia proles*. & ſic Scheſferianus quoque codex. ſic libro VIII. 146. *Gens Daunia*, ab Ardea Dauni regia, vel a Dauno patre, cujus nominis complures viros principes habuit Italia antiqua. in nonnullis codicibus antiquis *Dautia*. ſic Theron Saguntinus *Daunius juvenis* dicitur Silio Italico: nam Saguntus colonia Ardeatum. ſi *Daucia* ſervamus, *Laridae* legendum erit. Daucias & Thym-

93 deſunt iisdem. 93* deſunt iisdem. 94 de Ennio ſublatum eſt, ille enim ait, *oſtitat* Dan. Fabr. 95 deſunt R. Voſ. Steph. 96 Varro Tarconus Baſil. Traconus Ed. ant. Varro & Tacenus Steph. Dan. tranſtulit Varro ad ſuum carmen Attacenus R. Varro & Attacinus Commel. & Emm:n. 97 videntes, alibi def. R. Voſ. Steph. al. 98 deſunt iisdem.

Trajicit. Hoc ſpatium, tantumque morae fuit Ilo:
Ilo namque procul validam direxerat haſtam:
Quam medius Rhoeteus intercipit, optime Teuthra,
Te fugiens, fratremque Tyren: curruque volutus
Caedit ſemanimis Rutulorum calcibus arva.
Ac velut optato, ventis aeſtate coortis,
Diſperſa immittit ſilvis incendia paſtor:
Correptis ſubito mediis, extenditur una
Horrida per latos acies Volcania campos:
Ille ſedens victor flammas deſpectat ovantis.

Non

SERVII.

400. Hoc SPATIUM, TANTUMQUE MORAE FUIT ILO. [99] Subaudis, ad mortem Ili hoc ſpatium fuit ſolum, & haec ſola mora, quo minus Ilus periret. [1] [De cujus morte cum nihil dicat, intelligendum eſt.

402. INTERCIPIT. Quia *intercipi aliena* dicuntur.] TEUTHRA. Ab eo, quod eſt *hic Teuthras*, [2] *hujus Teuthrae*, ſicut *Aeneas*, *Aeneae*.

403. TYREN. Ab eo, quod eſt *hic Tyres*.

404. [3] [SEMANIMIS. Poteſt & *ſemianimis*, ab eo, quod eſt *ſemianimus*, legi.]

405. OPTATO. Id eſt, ex voto: per aeſtatem enim venti [4] frequenter optantur, & quaſi contingere videntur ex voto: [5] [quia difficili aeſtate validiores ſunt.

406. DISPERSA. Ex diverſis locis.

407. MEDIIS. Abſolute dixit.] EXTENDITUR UNA. Sicut duces diverſis locis commiſſa praelia continuaverant.

408. ACIES VULCANIA. Ideo abuſus eſt: quia comparatio ad bellum pertinet: nam de igne [6] *aciem* dicere incongruum ſatis eſt: ergo *acies Vulcania*, vis ignis, quae late per campos effunditur.

409. [7] [ILLE SEDENS. Non quaſi Pallas, pugnantibus ſuis, nihil agat; ſed comparatur illius ſecuritati hujus voluntas.] VICTOR. [8] [Cui vota proceſſerunt,] voti compos, ἐπιτυχών. OVANTES. Abuſio eſt, non proprietas.

VARIORUM.

Thymber uterque *Laridae*. HEINS. *Daunia* Zulichemius a manu ſecunda. qui & *Lauride*, ut & Montalbanius, Dorvill. & alter Hamburgicus. *Laridae* Mentelii prior. mox 395. *Lauridae* Dorvil. deinde *Thymbraeque* Sprotianus. *Tyberque*, *Thiberque*, *Tymberque*, *Tiberque* alii.

392. ERROR. Vide ad Quinctil. Declam. VIII. 3. Plin. XXXV. 10. de Apelle. *Imagines adeo ſimilitudinis indiſcretae pinxit, ut incredibile dictu.*

393. DURA. *Saeva* Scholiaſtes Statii Thebaidos IX. 295. HEINS. *Dira* Sprotianus pro varia lectione, & Zulichemius a manu prima. *& nunc* Dorvill.

394. ENSIS. *Enſes* Mediceus.

395. DECISA. *Deſciſſa* Montalbanius & alter Menagii.

Ibid. SUUM. Recte Servius, & hoc imitatus videtur Ovid. VI. Met. 559.

Utque ſalire ſolet mutilatae cauda colubrae,
Palpitat & moriens dominae veſtigia quaerit.

Silius XIII. 240.

—— — *Dejectum protinus enſe*
Ante pedes Domini jacuit caput.

vide Lucret. III. 651.

396. RE-

99 hoc tantum ſpatium & haec ſola m. Dan. Fabr. omiſſis aliis. 1 deſunt R. Voſ. Steph. al. 2 Teuthrás ſicut Aeneas Dan. Fabr. 3 deſunt R. Voſ. Steph. al. 4 frequentes Dan. Fabr. 5 deſunt R. Voſ. Steph. al. & eſt obſcurum. forte legendum, *quia difficulter*, (vel *non facile*) *aeſtate validiores ſunt.* nam fere languidi ſunt, nec ſatis validi ad incendia ſilvae peragenda. 6 nimis incongruum: eſt enim *acies* Dan. Steph. de igne dicere ſatis R. Voſ. 7 deſunt R. Voſ. Steph. al. 8 deſunt Dan.

Digitized by Google

Non aliter ſociûm virtus coit omnis in unum:
Teque juvat, Palla. Sed bellis acer Haleſus
Tendit in adverſos, ſeque in ſua colligit arma.
Hic mactat Ladona; Pheretaque, Demodocumque:
Strymonio dextram fulgenti deripit enſe
Elatam in jugulum: ſaxo ferit ora Thoantis,
Oſſaque diſperſit cerebro permixta cruento.
Fata canens ſilvis genitor celarat Haleſum;
Ut ſenior leto canentia lumina ſolvit.
Injecere manum Parcae, teliſque ſacrarunt

Euan-

SERVII.

410. COIT OMNIS IN UNUM. [9] [Id eſt, compellit:] unanimiter omnes fortiter faciunt.

411. SED BELLIS ACER. *Sed*, modo inceptiva particula eſt, ut in Salluſtio ſaepius; ſicut AT interdum: nam non eſt conjunctio ratiocinantis.

412. IN SUA COLLIGIT ARMA. [10] Poſt ſcutum ſe clauſit. alibi XII. 491. *Et ſe collegit in arma.*

415. ELATAM IN JUGULUM. Jugulo ſuo vulnus minantem.

417. FATA CANENS. Quaſi divinus. Alii CAVENS legunt; ſecundum quod non ſtatim & divinus apparet: nam cavere potuerat & ab aliis audita.

418. CANENTIA LUMINA. Aut Hypallage eſt, pro, ipſe canens: aut phyſicam rem dicit: dicuntur enim [11] pupillae mortis tempore albeſcere.

419. INJECERE MANUM PARCAE. Traxerunt debitum ſibi. Et ſermone uſus eſt Juris: nam *Manus injectio* dicitur, *quotiens, nulla judicis auctoritate exſpectata, rem nobis debitam vindicamus.* [12] [TELISQUE SACRARUNT EUANDRI. Multis experimentis oſtenditur, Virgilium ſubtiliter & aliud agentem ritum vetuſtiſſimorum ſacrorum referre. Hic ergo, cum dicit, *teliſque ſacrarunt Euandri*, docet, quidquid deſtinatum Diis, id *ſacrum* appellari; perveniri autem ad Deos non poſſe, niſi libera onere corporis fuerit anima; quod niſi morte fieri non poteſt: opportune ergo hic *ſacratum Haleſum* loquitur, cum imminebat interitus.]

VARIORUM.

396. RETRACTANT. Vid. Guellius.

398. MISTUS. Eadem varietas lib. IV. 91. vid. ad Quinctil. Decl. I. I.

399. PRAETER. *Propter* in tertio Rottendorphio. hoc eſt prope fugientem. deinde poſt τὸ *trajicit* diſtinguendum. HEINS. Vid. ad Ovid. V. Met. 159.

400. ILO. *Illo* Parrhaſ.

402. TEUTHRA. *Teucra* Dorvill.

404. ARVA. *Arma* Mentelii primus.

405. OPTATO. *Ex voto*, & in tempore. ut Terent. Andr. III. 3. *optato advenis*. FABRIC. *Optata aeſtate* primus Moretanus, & Montalbanius & Schefferius. HEINS. Et Zulichemius, Bigotianus, & Vratiſlavienſis. *optatu* ſecundus Rottendorphius.

406. DISPERSA. *Diſperſam* Parrhaſ.

409. DESPECTAT. *Diſpectat* Leidenſis.

410. IN UNUM. Pro in unum locum. vid. notas ad Serv. II. Georg. 382.

411. PALLA. *Pallas* omnes fere vetuſtiores.

Ibid. HALESUS. *Aleſus*, *Alaeſus*, *Halaeſus* codices. vid. lib. VII. 724.

413. PHERETAQUE. *Feretaque*, *Pharetaque*, *Pharetraque*, *Phereaque* codices. *Dedomocumque* ſecundus Moreti. *Demodumque* Francianus, qui & *Laudona*. *Dedemocumque* Parrhaſ. *Hinc* Dorvil.

414. DERIPIT. Ita ſcribendum ex Mediceo, Gudiano, altero Mentelio, Sprotiano, Leidenſi. HEINS.

416. Di-

9 deſunt R. Voſ. Steph. al. 10 ſcuto ſe tegit Dan. 11 in Voſ. erat ſuperſcriptum *populae*, pro *pupulae*. vid. ad Ovid. I. Amor. VIII. 15. 12 deſunt R. Voſ. Steph. al.

Euandri. Quem ſic Pallas petit ante precatus:
Da nunc, Thybri pater, ferro, quod miſſile libro,
Fortunam atque viam duri per pectus Haleſi.
Haec arma exuviaſque viri tua quercus habebit.
Audiit illa Deus: dum texit Imaona Haleſus,
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
At non caede viri tanta perterrita Lauſus,
Pars ingens belli, ſinit agmina: primus Abantem
Oppoſitum interimit, pugnae nodumque moramque:

Ster-

SERVII.

421. DA NUNC, TYBRI PATER. Vicinum invocat numen, [13] circa cujus ripas bella tractantur: ſic ſupra IX. 404. *Tu dea, tu praeſens noſtro ſuccurre labori.*

422. [14] [DURI. Aut fortis, aut aſperi & crudelis in hoſtes.]

423. TUA QUERCUS. In tuis ripis creata. [15] [Sane ſuperius III. 84. de ſpeciebus ſtativi augurii dictum eſt, in quibus *capillorem* eſſe diximus, quod hoc loco tangit. *Capillor* autem dicitur, cum auſpicato arbor capitur & conſecratur Jovis fulguri: dicit enim his verſibus: *Da nunc, Tybri pater, ferro, quod miſſile libro, Fortunam* &c. *Haec arma exuviaſque viri tua quercus habebit*: Hic ergo, cum *arborem* nominat, videtur veteris ritus inducere mentionem.]

424. AUDIIT. Modo exaudiit, & ad effectum deduxit. Paulo poſt tantum audiit, ut inf. 464. *Audiit Alcides juvenem.* DUM TEXIT. Dum ſpoliat: nam tempus praeſens eſt, non praeteritum: ab eo, quod eſt *texo.* [16] [Sic Plautus: *Ego hunc hominem hodie texam pallio.* [17] Et *tegit*, *te*, primam ſyllabam corripit; ut tantum poſitione longa ſit.

425. INERMUM. Et *inermem* dicimus, & *inermum.*]

426. PERTERRITA SINIT AGMINA. Subaudis, eſſe.

427. [18] [PRIMUS ABANTEM. Ideo *primus*, quia comites ejus exemplum ſecuti ſunt: nam infert: *Sternitur Arcadiae proles, ſternuntur Etruſci.* Et: *Agmina concurrunt ducibuſque & viribus aequis.*

428. OPPOSITUM. Obſtantem, fortiter pugnantem. Et quidam dubium volunt, utrum *pugnae oppoſitum*, an *nodum pugnae*, quod eſt melius.] NODUMQUE MORAMQUE. Bene addidit *moram*, ne *nodum*, alium acciperemus: nam *nodus*, proprie eſt denſa peditum multitudo, ſicut *turma*, equitum, ut lectum eſt in Diſciplina militari. [19] *Nodum* ergo pro difficultate accipe, quae vix poſſit reſolvi.

VARIORUM.

416. DISPERSIT. Ita Mediceus & caeteri omnes. niſi quod in quarto Moretano *diſperdit.* in priore Voſſiano *oſſaque diſperſa & cerebro permixta.* HEINS.

417. FATA CANENS. *Cavens* pro diverſa lectione prior Hamburgicus. HEINS. Ita Waddel. Anim. Critic: p. 35. *facta canens* ſecundus Moreti.

418. CANENTIA LUMINA. Pro ſenilibus poni adnotat Macrobius lib. VI. Saturn. cap. 6. HEINS. *Ut genitor* ſecundus Rotendorphius, ex gloſſa.

420. PRECATUS. *Paratus* alter Hamburgicus.

421. THYBRI. *Tybre* Zulichemius. *Tymbri* prior Hamburgicus. *Timbre* Dorvil. a m. pr. *ferri* Sprotianus.

422. FORTUNAM ATQUE. *Fortunamque* Excerpta noſtra. *diri* Mentelius prior. *Fortuna atque via* Francianus.

423. Ha-

13 cujus ripis Baſil. 14 deſunt R. Voſ. Steph. al. 15 deſunt iiſdem. 16 *hominem detexam* R. Voſ. Steph. 17 deſunt R. Voſ. Steph. Baſil. ſed haec Ed. etiam caret loco Plauti. 18 deſunt iiſdem. 19 modo autem a. p. d. poſuis Dan.

Sternitur Arcadiae proles; ſternuntur Etruſci;
Et vos, o Grajis inperdita corpora, Teucri.
Agmina concurrunt ducibuſque & viribus aequis.
Extremi addenſent acies: nec turba moveri
Tela manuſque ſinit. Hinc Pallas inſtat & urguet,
Hinc contra Lauſus, (nec multum diſcrepat aetas)
Egregii formae; ſed quîs fortuna negarat
In patriam reditus. Ipſos concurrere paſſus
Haud tamen inter ſe magni regnator Olympi:

Mox

SERVII.

430. GRAJIS INPERDITA CORPORA TEUCRI. Quos Graeci perdere nequiverunt. TEUCROS autem accipimus, quos ſecum duxit Aeneas: nam ait VIII. 547. *Quorum de numero qui ſeſe in bella ſequantur Praeſtantes virtute legit.* Alias non procedit: nam paulo poſt erupturi ſunt, qui obſidentur in caſtris. [20] [*Inperdita* autem, qui ante [21] hunc?]

432. EXTREMI ADDENSENT ACIES. Lucanus IV. 780. *Quantum pede prima* [22] *relato Conſtringit gyros acies.* DENSEO autem, ſecundae conjugationis eſt. NEC TURBA MOVERI TELA, MANUSQUE SINIT. Lucanus VII. 495. *Gladioſque ſuos compreſſa timebat.* [23] [Quidam ſane *turbam*, multitudinem accipiunt: nam plurali numero, *turbas*, perturbationes dixerunt, & ſtrepitus: unde & Terentium Adelph. V. VII. 9. *turbas*, *lampadas* propter ſtrepitum volunt dixiſſe, cum parcus ſenex [24] perperam per publicum duci ſuadeat, nec ſtrepitum per turbas adhiberi.]

VARIORUM.

423. HABEBIT. *Habebat* Mediceus a manu prima.

424. TEXIT. Catroeus praeteritum a *tego* capit.

Ibid. IMAONA. *Hymeona* Mediceus & caeteri omnes noſtri vetuſtiores. omnes quoque Pieriani. opinor *Hymaeona*. HEINS. *Imabora* Mentelius primus & alter Menagii. *Himaona* nonnulli. *Himagona* Zulichemius. *Imeona* Montalbanius & alter Hamburgicus. *Himoana* primus Moreti.

425. INERMUM. *Inerme* Sprotianus & prior Hamburgicus pro varia lectione & Bigotianus. *juveni dat* alter Hamburgicus. *dat telo* ſecundus Moreti.

427. ABANTEM. *Abanta* Leidenſis. *ſunt agmina* Francianus.

428. INTERIMIT. *Interemit* Mentelii primus & Gudianus. *pugnae interimit* Dorvil.

429. ARCADIAE. *Arcadia* Parrhaſ.

430. TEUCRI. *Teucrum* Scholiaſtes Statii Theb. III. 84. HEINS. *A Grajis* duo Leidenſes, Bigotianus & Vratiſlavienſis. mox *ducibus &* Venetus, tertius Rottendorphius, Oudartii & Dorvill.

432. ADDENSANT. Virgilianum eſt *addenſent* pro *addenſant:* nec aliter in antiquis legimus. apud Horat. in Od. *mixta ſenum ac juvenum denſentur funera.* veteres primam conjugationem mutarunt aut in ſecundam, ut *denſare*, *denſere*, aut in tertiam, ut *educare educere.* ſecundam in tertiam, ut *fervere*, *fervere.* tertiam in quartam, ut *accerſere*, *accerſire.* FABRIC. *Addenſent* Menagianus prior, ſecundus tertiusque Rottendorphii, Mentelius alter, cum Leidenſi & primo Moretano. vid. lib. VII. 794. Montalbanius, *Extremae addenſant acies*, pro addenſantur, addenſant ſe. cujus locutionis plura exempla lib. II. 207. congeſſimus. Priſcianus lib. VIII. *Poſtremi addenſent acies*, ubi *denſo denſas*, & *denſeo denſes*, demonſtrat dici, ſub-

20 deſunt R. Vol. Steph. al. 21 hunc dixit Fabr. 22 *velecta* Dan. Fabr. vide Oudendorpium. 23 deſunt R. Vol. Steph. al. 24 legendum, *parperam per publicum duci diſſuadeat:* nam Demea maceria diruta per hortos transferendam ſuadet, non per publicum.

Mox illos ſua fata manent majore ſub hoſte.
Interea ſoror alma monet ſuccurrere Lauſo
Turnum; qui volucri curru medium ſecat agmen.
Ut vidit ſocios: Tempus deſiſtere pugnae.
Solus ego in Pallanta feror; ſoli mihi Pallas
Debetur: cuperem ipſe parens ſpectator adeſſet.
Haec ait; & ſocii ceſſerunt aequore juſſo.
At Rutulûm abſceſſu juvenis, tum juſſa ſuperba

Mira-

SERVII.

438. MAJORE SUB HOSTE. Sub hoſtilitate: nam ſub diverſis hoſtibus pereunt.

439. [25] [MONET SUCCURRERE LAUSO. Expoſitio talis eſt: Monitus a ſorore continuo ſecat agmen: atque ut vidit ſocios, &c.

441. FEROR. Pro, ferri debeo, id eſt, redibo.

443. CUPEREM IPSE PARENS SPECTATOR ADESSET. Aſpere & amare dictum: multa enim mala graviora videntur, ſi ante oculos noſtros eveniant, quam ſi audiantur. Tale eſt, ut in ſecundo de Polyte: II. 538. *Qui nati coram me cernere lethum Feciſti:* non enim objicit Pyrrho, quod occiderit; quia hoc jus belli exigebat; ſed, quare vidente patre. & his ſimilia, ut VI. 308. *Impoſitique rogis juvenes ante ora parentum.* Et XII. 636. *An fratris miſeri lethum crudele videres?* Et XII. 638. *Vidi oculos ante ipſe meos.* Et XII. 936. *Victum tendere palmas Auſonii videre.*]

444. AEQUORE JUSSO. Pro, ipſi juſſi: & eſt uſurpatum participium: nam *jubeor*, non dicimus: unde poteſt venire *juſſus*. Quamvis interdum ſic dicatur, ut Lucanus III. 140. *Cujus ſervaveris umbram, Si, quidquid jubeare, velis.* Sic ergo hic participium uſurpavit, ut Horatius verbum, dicens I. Epiſt. V. 21. *Haec ego procurare & idoneus imperor, & non Invitus.* Ergo ſatis licenter dictum eſt; adeo ut hoc loco Probus correptum [26] *a*, longum poſuerit.

445. TUM. Deinde.

VARIORUM.

ſubdito & altero ex Georgicis exemplo: *Juppiter humidus auſtris denſet.* Idem lib. IX. *Extremi addenſent acies* profert, a *denſeo*. HEINS.

434. HINC. *His* Francianus.

435. EGREGII FORMA. *Formae* eleganter in Gudiano. ſic *egregius animi* lib. XI. *egregius linguae* Silius lib. V. apud noſtrum tamen lib. XII. habemus, *Egregium forma juvenem.* HEINS.

438. ILLOS. *Illi* Hugenianus. *majora* Leidenſis.

439. SUCCURRERE. *Succedere* noſtri, praeter Mediceum, duos Menagianos, cum Rottendorphiis & aliis nonnullis minoris rei, quomodo & Pieriani plerique: & placet. alterum ex interpretatione eſt natum. pari modo & infra ℣. 512. in nonnullis codicibus, *verſis tempus ſuccedere Teucris.* movet *ſuccedere* in Voſſiano priore. HEINS. *Succedere* recepit Catroeus. eadem diſcrepantia apud Ciceron. de Lege Manil. cap. II. *Lucullum a tanto bello diſcedere, huic qui ſucceſſerit non ſatis eſſe paratum ad tantum bellum adminiſtrandum.* ubi alii *ſuccurrerit*, quod Heumannus praetulit, & cupide ſuccedere, ſine ullo exemplo exponit. ſed ibi *ſucceſſerit* retinendum; diſceſſerat enim ab eo bello Lucullus, ſucceſſit ergo Glabrio, non ſuccurrit adhuc bellanti, & hic Turnus Lauſo deſiſtenti pugnae ſuccedit. firmatur etiam ex ℣. 690. 847. IX. 667.

441. SOCIOS. *Sociis*, vel *ſocii* Waddel. Animad. Critic. p. 36.

Ibid.

25 deſunt Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 444. 26 Eadem quae hic Muſonius, Nanſius notaverat. ſed non potui hanc notam *Alontum* reperire in Iſidoro. ſed Nanſium in codicem inemendatum incidiſſe credibile eſt, quum *Alogum* legendum ſit, quae nota ad mendas adhibetur, teſte Iſidoro lib. I. cap. 20. & quum paſſim in MſS. *a* vel negligatur, vel virgula ſuperpoſite notetur. vid. ad Val. Flac. I. 767. hinc ea neglecta fecerunt *a longum* librarii. habeo editionem antiquiſſimam Iſidori ſine loci aut temporis nota, in qua legitur, *Alontus, nota, quae ad mendas adhibetur.* tali uſus videtur Nanſius. legendum vero puto, *Probus huic loco corrupto Alogum appoſuerit.* vel, *hoc loco corrupto Alogum poſuerit.*

Miratus, ſtupet in Turno, corpuſque per ingens
Lumina volvit, obitque truci procul omnia viſu.
Talibus & dictis it contra dicta tyranni:
Aut ſpoliis ego jam raptis laudabor opimis,
Aut leto inſigni. Sorti pater aequus utrique eſt:
Tolle minas. Fatus medium procedit in aequor,
Frigidus Arcadibus coit in praecordia ſanguis.
Deſiluit Turnus bijugis: pedes adparat ire

Com-

SERVII.

446. STUPET IN TURNO. [26] * [Id eſt, in Turnum intuens.

447. OMNIA. Quae omnia; an circa Turni arma & corpus?] v. inf. 516.

448. TYRANNI. Regis ſuperbi.

449. AUT SPOLIIS EGO JAM RAPTIS LAUDABOR OPIMIS, AUT LETHO. [27] Dilemma argumentum, quod eſt ab utraque parte firmiſſimum, & concludit adverſarium. SPOLIIS OPIMIS. Quae dux duci detrahit, ut diximus ſupra VI. 856. *ſpolia opima* ſunt.

450. [28] [SORTI PATER AEQUUS UTRIQUE EST. *Sorti*, pro, caſui, & fortunae. AEQUUS. Hoc eſt, aequo animo feret, ſi occidero: quia dixerat Turnus: *Cuperem ipſe parens ſpectator adeſſet.*]

452. FRIGIDUS ARCADIBUS COIT IN PRAECORDIA SANGUIS. Praeſagio mortis [29] futurae.

453. [30] [PEDES APPARAT IRE. Ne videatur pugnae iniquitate viciſſe.]

VARIORUM.

Ibid. PUGNAE. Perperam nonnulli codices *pugna*. nam *deſiſtere pugnae* ſecundo caſu, ut *deſinere irarum*. de quo ad Silium lib. XI. 350. egi. HEINS. Et x. 84. & XV. 190.

442. FEROR. *Ferar* Bigotianus.

443. PARENS. *Pater* Parrhaſianus.

444. AEQUORE. Servius Honoratus hunc locum perpendens, ait, Probum hic *a longum* poſuiſſe. Quod quid ſibi velit in hac parte pauci admodum ſciunt. variata eſt lectio multis modis, dum alius aliud cogitat. Ego crediderim pro *a longum*, *Alontum* reponendum. Alontus eſt nota, quae ad mendas adhibetur. Probus igitur volens oſtendere locum corruptum, hanc notam appoſuit. Hujus vero notae meminit Iſidorus, auctor parum illuſtris. ſed nullus eſt, ut dicitur, tam malus liber, qui aliqua in parte prodeſſe non poſſit. MUSON.

Ibid. JUSSO. Modum loquendi paullo inſolentiorem obſervat Macrobius lib. VI. Saturn. cap. 6. pro *ceſſerunt juſſi*. nihil igitur mutandum. HEINS. *Juſſi* Ed. Venet. Ald. Dorvill. Sil. x. 447.

445. AT. *Et* Dorvil. pro *tum*, *tunc* aut *cum* varie legitur in Servio ad XI. 15.

Ibid. TUM JUSSA SUPERBA. *Dicta ſuperba* fortaſſe rectius in priore Hamburgico, quia *juſſo aequore* proxime praeceſſerat. in quarto Moretano *tam juſſa ſuperba*, non *tum*. HEINS. *Ea juſſa* Parrhaſ. *Dum* Excerpta noſtra. *tamen ipſa* alter Menagii.

446. MIRATUS. *Miratur* Regius, Dorvill. & Ed. pr.

Ibid. STUPET IN TURNO. Imitatus Val. Flac. I. 262. *ſtupet in ducibus.*

449. LAUDABOR. *Laetabor* Bigotianus.

450. UTRIQUE EST. *Eſt* non habent uterque Hamburgicus, ſecundus Moreti, & Bigotianus.

451. PROCEDIT. *Proceſſit* Menagii & Hamburgicus priores.

453. DESILUIT. *Diſſiluit* Menagius uterque, Hamburgicus prior Dorvill. Sprotianus & quinque alii. & Ed. pr. *ſubſiluit* Excerpta noſtra. male. Stat. I. Theb. 309. *deſiluit*. ubi Scholiaſtes vulga-

tam

26 * deſunt R. Voſ. Steph. al. 27 dilemma, & eſt cornutus ſyllogiſmus, quod eſt &c. Steph. al. Argumentum dilemmatum, quod adverſarium ab utraque parte concludit Dan. Argumentum dilemmaticum, quod utrinque firmiſſimum, & adv. ab. u. p. concludit Fabr. 28 deſunt R. Voſ. Steph. al. 29 futurae eorum Dan. Fabr. 30 deſunt R. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

Comminus. Utque leo, ſpecula cum vidit ab alta
Stare procul campis meditantem in proelia taurum,
Advolat; haud alia eſt Turni venientis imago.
Hunc ubi contiguum miſſae fore credidit haſtae,
Ire prior Pallas, ſi qua fors adjuvet auſum
Viribus inparibus; magnumque ita ad aethera fatur:
Per patris hoſpitium, & menſas, quas advena adiſti,

Te

SERVII.

454. SPECULA CUM VIDIT AB ALTA. Hoc ad currus altitudinem ſpectat: *leo*, ad Turni violentiam atque feritatem: & eſt ordo: *Utque leo advolat, talis eſt imago Turni venientis.* [31] [Homerus Iliad. Γ. 23. Ὥς τε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας.]

457. CONTIGUUM. Poſtquam vidit eum veniſſe intra jactum teli, ſcilicet ut poſſit feriri.

458. IRE PRIOR PALLAS. Subaudis *voluit* [32] [*ire*: Alii *Ire*, pro *it* legunt, ut ſit infinitivus pro indicativo. SI QUA. Si quando.] FORS. Fortuna: [33] [& dictum eſt] propter illud ſup. 284. *Audentes fortuna juvat.* [34] [AUSUM. Num, pro, audentem?

460. PER PATRIS HOSPITIUM. Deeſt, mei.]

VARIORUM.

tam agnoſcit. vid. & Barth. ad III. Theb. 293. & ad Lucan.

455. MEDITANTEM PROELIA. *Meditantem in praelia* Mediceus, quomodo & duo vetuſtiores apud Pierium. quae ſcriptura utique elegans eſt, & prorſus Maroniana, quamvis vulgatam lectionem ſit invenire in Nonii Marcelli codicibus, qui nunc circumferuntur, voce *ſpecula*. ſed pluris apud me longe eſt Silii Italici auctoritas, de quo mox videbitur. *iraſci in cornua diſcit* de tauro infra habebimus, ut & in III. Georg. *geminique minantur in coelum ſcopuli* alibi. ſed ne poſſis dubitare, audi perpetuum Maronis imitatorem Silium libro XVII. 439.

Haec dicens Silarum meditantem in praelia telo
Praevenit. haſta volans imo ſub gutture ſedit.

unde fit, ut apud eumdem Silium lib. V. 314. pariter ſcribi oportere cenſeam, de tauro ubi agit,

—— *Ac jam ſigna moventem*
Ac ſarſa in pugnas meditantem exſpectat arena.

in pugnam proludere in Georgicis de tauro dixit, quod *pugnam proludere* Rutilius in Itinerario: *Ut ſolet excuſſis pugnam proludere glebis.* caeterum ut Maro τὸ *in* τῷ *meditari*, ita Tullius τὸ *ad* conjunxit lib. II. Epiſt. Fam. 2. *Aut me ad id meditere, imparatum te offendam.* ſic *audere in praelia* lib. II. Aen. 347. *Quos ubi confertos audere in praelia vidi.* *audere in hoſtem* lib. XI. *Aude aliquid atque adverſum fer pectus in hoſtem.* & apud Tacitum Ann. XII. *Atque inde decurſu in litora aut urbes, vim cultoribus ac oppidanis ac plerumque in mercatores & navicularios audebant.* quomodo & Appulejum memini locutum nec aliter Solinus cap. V. de Sicilia, & in illa de Hennenſi campo: *Quem propter eſt demerſum foramen, qua Ditem patrem ad raptus Liberae exeuntem fama eſt in lucem auſum.* quo loco Delrius confidenter refinxit *fama eſt luce hac uſum.* Salmaſius, ut merito Delrii audaciam exagitavit, ita ipſe nihilo melius edidit *lucem hauſum*, pro *lucem hauſiſſe.* Solinum eſſe perpetuum Maronis imitatorem Salmaſius ipſe non uno loco agnoſcit. in priore nimirum Solini editione legebatur *lucem auſum*, quomodo *audere aciem*, *hoſtilia*, *oppugnationem*, *poenam*, *pericula audere* Tacito. ſed alterum praeſtat. ſaltem Tertulliani ſui meminiſſet Salmaſius, qui cap. I. libelli de Pallio, *cum aries Romanus in muros quondam ſuos auderet.* *minari in aliquem* Statius Theb. XI.

In te ardens frater ferrum mortemque minatur.

etiam alibi. idem Theb. I. *paulum alternis in verba minaſque cunctantur.* *repetunt in proelia victi* Auctori Aetnae p. 48. Ed. Pith. ſi locus eſt ſanus. *hortari in praelia* Lucan. VII. 370. *in muros Libyci fremunt leones* Martial. XII. 62. ex Mſſ. vulgo *ruunt*. HEINS. *In praelia* Mediol. Ed.

456. HAUD

[31] deſunt iisdem. [32] deſunt iisdem, voluit. Alii Fabr. [33] deſunt iisdem. [34] deſunt iisdem.

Te precor, Alcide, coeptis ingentibus adſis:
Cernat ſemineci ſibi me rapere arma cruenta,
Victoremque ferant morientia lumina Turni.
Audiit Alcides juvenem, magnumque ſub imo
Corde premit gemitum, lacrimaſque effudit inanes.
Tum Genitor natum dictis adfatur amicis:
Stat ſua cuique dies: breve & inreparabile tempus

Omni-

SERVII.

461. Te precor, Alcide. Supra, contra inferiorem hoſtem, fluminis imploravit auxilium: nunc, contra hoſtem majorem viribus, deum invocat virtute praeſtantem.

462. Cernat semineci. Ad illud quod ait Turnus: *Cuperem ipſe parens ſpectator adeſſet*: hic dicit: *Ipſe ſuum cernat interitum.*

463. Victoremque ferant morientia lumina Turni. Donatus dicit *meminerint*; ſed melius eſt, *ſuſtineant*, quaſi pondus & poenam: nec enim meminiſſe oculi poſſunt.

465. Lachrymasque effundit inanes. [35] Hic oſtendit eventum futurum.

467. Stat sua cuique dies. Sectis philoſophorum poëtae pro qualitate negotiorum ſemper utuntur: nec ſe unquam ad unam alligant, niſi quorum hoc propoſitum eſt: ut fecit Lucretius, qui Epicureos tantum ſecutus eſt. [36] Scimus autem inter ſe ſectas eſſe contrarias: unde fit, ut in uno poëta aliqua contraria inveniamus, non ex ipſius vitio; ſed ex varietate ſectarum. Illud namque, quod ait in quarto 697. *Sed miſera ante diem*, Epicureorum eſt, qui caſibus cuncta concedunt. Nunc quod dicit: *Stat ſua cuique dies*, Stoicorum eſt, qui dicunt fatorum ſtatuta ſervari. Sane prudenter fecit, ut fluxam & vagam opinionem Epicureorum daret homini, [37] [id eſt, ſibi] (nam illud ex perſona poëtae dictum) hanc autem validam daret Jovi: nam Stoici & nimiae virtutis ſunt, & cultores deorum. Stat autem, fixa eſt. Dies vero, tempus vitae: nam foeminino uſus eſt genere: [38] cum enim maſculino utimur, re vera diem ſignificamus. [39] [Sane prudenter negaturus a cauſa coepit: quia qui rogat, dum ſuſpenſus expectatione eſt, poteſt audire cauſam, cur ſibi poſtea negatum ſit. Caeterum ſi ſtatim neges, nec admittit excuſationem: ideo negaturus Juppiter ſic coepit. Breve tempus vitae.] Quia quandoque [40] finitur: ipſe paulo poſt 861. *Rhoebe diu, res ſi qua diu mortalibus ulla eſt, Viximus.* Item Cicero pro Marcel. IX. *Quid eſt enim hoc ipſum diu, in quo eſt aliquid extremum?*

VARIORUM.

456. Haud alia est. Omittunt verbum ſubſtantivum duo Rottendorphii. at Gudianus a manu prima *haud alia & Turni*, quod amplector. HEINS. *Evolat* etiam Zulichemius. *venientis* fuiſſe qui cupiant prodit Cerda. vide ad Phaedr. I. fab. 21. infr. lib. XII. 510. & 595. & Ecl. IX. 13.

458. Si qua fors. *Sors* prior Hamburgicus & Venetus, & Zulichemius, & Francianus. *ſi quae* Bentlejus ad Horat. II. Sat. VI. 10. *adjuvat* Mediceus, Menagii alter, & Hamburgicus alter, & Leidenſis. *Auſum* vero poteſt eſſe nomen, pro audaci, temerario facto. ut VI. Aen 624. & alibi. mox *coepta ingentia* vocat. ſic Ovid. VII. Met. 178. *Adjuvet & praeſens ingentibus adnuat auſis.*

462. Cernat. *Cernant* in tertio Moretano. *lumina* videlicet. HEINS. *Cernant* etiam Zulichemius & Francianus. vid. ad VIII. Aen. 223.

465. Effudit. Sic Mediceus, prior Menagius cum Gudiano. in caeteris *effundit*. minus bene. HEINS.

466. Tum Genitor. *Cum Genitor* Montalbanius. egregie hic Jupiter inducitur, quaſi deprecaturus

35 deeſt iisdem. 36 ſcimus tamen R. inter ſe eſſe varias Fabr. inter ſe ſectas eſſe varias Dan. inter ſcitas eſſe contrarias opiniones Steph. 37 deſunt R. Voſſ. Steph. al. 38 cum enim maſculino utimur iidem. 39 deſunt iisdem. 40 finitum Dan. Fabr.

Omnibus eſt vitae: ſed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus. Trojae ſub moenibus altis
Tot gnati cecidere Deûm: quin occidit una
Sarpedon, mea progenies. Et jam ſua Turnum
Fata vocant, metaſque dati pervenit ad aevi.
Sic ait, atque oculos Rutulorum rejicit arvis.
At Pallas magnis emittit viribus haſtam,

Va-

SERVII.

468. OMNIBUS EST. Magna conſolatio; quae oſtendit non eſſe dolenda communia. [41] [Quis enim indignetur, contingere ſibi, quod omnium eſt?] SED FAMAM EXTENDERE FACTIS. Contra illud, quod occurrebat, vitanda eſſe ardua, ſi [42] [communis omnibus mors eſſet,] brevis vita: dicit ideo amandas eſſe virtutes, ut vitae brevitas fama & gloriae meritis poſſit augeri. OPUS. Officium.

470. GNATI DEUM. Ut Achilles Thetidis, Memnon Aurorae, Aſcalaphus Martis.

471. SARPEDON. Secundum Virgilii declinationem, ut IX. 697. *Nothum Sarpedonis alti*, ultima habebit accentum in nominativo; ſecundum Homerum, qui & *Sarpedonos*, & *Sarpedontos* facit, & ultima & [43] penultima [44] [ſyllaba habet accentum.] ET JAM SUA TURNUM. Multi ETIAM legunt, ut ſit ECCE: ſed pertinet ad conſolationem: [45] *cito periturus eſt ille, qui vincit.*

472. METAS. Fines; ut I. 278. *His ego nec metas rerum, nec tempora pono.* PERVENIT. Bene ad exprimendum celerem mortis adventum, praeterito uſus eſt tempore.

473. RUTULORUM REJICIT ARVIS. Reſpiciendo fecit partem feliciorem: [46] unde in ſecundo ait 690. *Aſpice nos, hoc tantum:* [47] quidquid enim Juppiter videt, admodum juvat. REICIT. *Re* naturaliter brevis eſt, & eam pro longa poſuit. Sic alibi III. Georg. 389. *Reice, ne maculis infuſcet vellera pullis*: quod licet poſſit excuſari: quia cum facit *rejeci*, inter duas vocales *i* poſita, producit ſuperiorem, ut dicamus longam eam eſſe; [48] quia per declinationem longa futura eſt; tamen, quia [49] in hac re argumentum magis eſt; quam ratio, dicamus ectaſim factam, quae poetis plerumque conceditur.

VARIORUM.

caturus invidiam, quae ipſi fiebat ab aliis Diis, quaſi ſuae proli parceret. vide egregie Valer. Flac. IV. 114. & ſeq. ubi ſimiles Neptuni querelae de Amyco filio ſuo. plura vide apud Cerdam ad ỳ. 470.

Ibid. ADFATUR. *Ita fatur* Ed. pr.

467. IRREPARABILE. *Irremeabile* Oudartii. v. III. Georg. 284.

468. FAMAM. Barth. ad Stat. IV. Theb. 33. citat *vitam*, *extendere* memoria nimis confidens. vid. ad lib. VI. 807. quae diximus. quibus adde Plin. V. Ep. 8. *quibus aeternitas debeatur, aliorumque famam cum ſua extendere.* Claudianus I. in Stilic. 36. *producere famam* dixit: ubi alii *protendere*. vid. Heinſii notas.

470. CECIDERE. *Periere* Oudartii pro varia lectione. *qui occidit* Francianus.

471. ET JAM. Sic Mentelianus ac caeteri meliores. HEINS. *Manent* quod in Pierianis eſt, poſſet ex imitatione Val. Flac. IV. 120. defendi,

Uſque adeone meam, quacumque ab origine, prolem
Fata manent.

ſed & noſter lib. XI. 96.

Nos alias hinc ad lacrimas eadem horrida belli
Fata vocant.

vid. ad Lucan. VII. 185. *etiam* Ed. Mediol.

473. REJICIT ARVIS. *Torſit in arvis* Ed. Venet.

41 deſunt R. Steph. al. 42 deſunt iiſdem. &, brevis eſt vita iiſdem. 43 pene ultima Voſ. 44 deſunt Voſ. R. Steph. al. 45 ſic, ait, *periturus* Steph. al. Dan. ſi cito periturus Voſ. ſcito R. 46 ut Aſpice. 47 quippe quid enim Jupiter R. quippe quod enim Jup. Steph. quippe rejecit, quod enim Jup. Baſil. 48 ſpe, qua per Voſ. Steph. al. 49 in hoc Voſ in hac argumentum R. majus eſt Baſil.

Digitized by Google

Vaginaque cava fulgentem deripit enſem.
Illa volans, humeri ſurgunt qua tegmina ſumma,
Incidit, atque viam clipei molita per oras,
Tandem etiam magno ſtrinxit de corpore Turni.
Hîc Turnus ferro praefixum robur acuto
In Pallanta diu librans jacit, atque ita fatur:
Adſpice, num mage ſit noſtrum penetrabile telum.
Dixerat; at clipeum, tot ferri terga, tot aeris,

Cum

SERVII.

475. FULGENTEM DERIPIT ENSEM. Ne jacto telo inermis eſſet.

477. VIAM MOLITA. Hoc eſt, cum difficultate quaeſivit: per quod & ſoliditas clypei, & minus firmus haſtae jactus oſtenditur.

478. [50] [STRINXIT. Tactu modico praeteriit: ita enim ab antiquis dicebatur: & eſt ſignificatio levis vulneris.

479. FERRO PRAEFIXUM ROBUR. Periphraſis haſtae.]

481. NUM MAGE SIT. Legitur & [51] NUNC MAGIS EST. Unus tamen eſt ſenſus Sed ſi MAGE legamus, propter metrum dictum eſt, pro, *magis:* ſicut etiam *pote*, pro, *potis.* Perſius: *Qui pote vis dicam nugaris cum tibi Calve?* Quod adeo in uſum venit, ut etiam in proſa inveniatur. Cicero [52] in Frumentaria: *Mage condemnatum hominem in judicium adducere non poſſe.* PENETRABILE. Pro, *penetrale* dicitur: nam quod *penetrat*, *penetrale* dicitur; quod autem *penetratur*, *penetrabile.*

482. [53] [TOT FERRI TERGA. Non dicit, quot terga, ſed multa.

VARIORUM.

net. v. 11. Aen. 690. ubi quidam apud Servium *rejecit.* ſed tunc legendum eſſet, *Rutulûm rejecit in arvis.*

474. EMITTIT. *Immittit* Oudartii.

475. DIRIPIT. *Deripit* probe in Gudiano, altero Mentelio, priore Menagiano, ſecundo Rottendorphio & quarto Moreti, cum Vaticano Pierii veterrimo. quod verbum plurimis veterum Poëtarum locis revocavimus ad Naſonem III. Metam. ſupra ✝. 414. ex praeſtantioribus membranis:

Strymonio dextram fulgenti deripit aere.

deripere ſpolia hoſti lib. XI. 193. & *deripere hoſtem ab equo* ibidem ✝. 743. lib. I 209. *Tergora deripiunt coſtis.* lib. II. Georg. 8. *derepti cothurni.* lib. III. Aen 267. *litore funem deripere.* lib. IV. 593. *deripere rates navalibus.* ita illis locis caſtigatiores libri. HEINS.

476. HUMERI. In quibusdam calamo notatis libris reperi ſcriptum *humeris.* URSIN. *Humeris* quatuor ſcripti. mox videtur ſcribendum *ſtrinxit ſe corpore Turni.* ſed obſtant veteres membranae, & *ſtringit* pro ſe ſtringit, vel ſtringitur, poni potuit. *magni Turni* in Sprotiano. HEINS. *Deſtrinxit* Bigotianus, ſecundus Moreti. *de pectore* Venetus. *ſtringit* prior Hamburgicus.

477. VIAM. *Viam eſt* Mediceus.

481. NUM MAGE SIT. *Si mage ſit* Mediceus a manu prima, nec aliter in Moretano tertio. ut apud Claudianum Conſulatu Olybrii & Probini:

Aſpice, ſi tales jactas aluiſſe fluentis,
Eurota Spartane, tuis.

HEINS. *Nunc mage* tertius Rottendorphius pro varia lectione & Bigotianus cum Excerptis noſtris. & ita videtur fuiſſe in Zulichemio, ubi eraſa ultima litera reſtat *nun. non mage* Regius. *penetrabile ferrum* ſecundus Moreti & Francianus.

482. AT CLYPEUM. Sic Pieriani & noſtri praeſtantiores. bene. HEINS.

483. CUM

50 deſunt R. Voſ. Steph. al. 51 deeſt iisdem. 52 in Verrinis Dan. Fabr. 53 deſunt R. Voſ. Steph. al.

Cum pellis totiens obeat circumdata tauri,
Vibranti medium cuſpis tranſverberat ictu,
Loricaeque moras, & pectus perforat ingens.
Ille rapit calidum fruſtra de volnere telum:
Una eademque via ſanguis animuſque ſequuntur.
Corruit in vulnus: ſonitum ſuper arma dedere:
Et terram hoſtilem moriens petit ore cruento.
Quem Turnus ſuper adſiſtens:
Arcades, haec, inquit, memores mea dicta referte
Euan-

SERVII.

483. CUM PELLIS. Quidam *pellis* humiliter dictum accipiunt.]

484. CUSPIS INGENS. Ita accipiendum, ne [54] incongruum ſit, ſi dixerit de pueio *ingens pectus*. Sane *cuſpidem* abuſive [55] pro haſtae mucrone poſuit.

485. ET PECTUS PERFORAT. Hic [56] ſubdiſtinguendum eſt; ut *ingens*, [57] ſicut diximus, ad ſuperiora poſſit referri.

487. ANIMUSQUE SEQUUNTUR. [58] *Animus* pro anima: nam *animus*, conſilii eſt: *anima*, vitae: [59] [Quidam ſecundum Epicureos *animam* per totum corpus diviſam eſſe volunt: & exinde poſſe fieri, ut quis amputata parte corporis vivat: *animum* vero eſſe τὸ ἡγεμονικὸν *animae*, ſine quo vivere non poſſumus: ergo ſecundum ſectam ſibi notam Poëta locutus.

488. SONITUM SUPER ARMA DEDERE. Homeri eſt Iliad. Δ. 504. Ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.]

491. REFERTE EUANDRO. Poteſt & hic diſtingui: poteſt & ſupra referri: ut ſit: *Euandro remitto qualem meruit filium.*

VARIORUM.

483. CUM PELLIS. *Quem pellis* Mediceus & Montalbanius cum Gudiano ac Veneto. HEINS. Et ita Marklandus ad Stat. I. Silv. I. 40. qui vitium ex ſcribendi modo *Quom* irrepſiſſe putat. qui & ℣. 485. *pectus ingens* jungit.

Ibid. TOTIENS OBEAT. *Oberat totiens* Parrhaſ.

484. MEDIUM CUSPIS. Ita Gudianus & Voſſianus prior. HEINS. Et Parrhaſianus. *Cuſpis medium* Dorvill.

486. DE VULNERE TELUM. *De corpore* Gudianus & Sprotianus. non male, cum mox ſequatur, *corruit in vulnus.* infr. 744. *eduxit corpore telum.* HEINS. *Corpore* Parrhaſ. vid. ad Ovid. v. Metam. 95. *ferrum* Bigotianus.

487. SANGUIS. Ultimam olim longam ſine dubio habuit, & imitatione vetuſtatis ſic Virgilium ſcripſiſſe auguror. FABRIC. *Sanguis* etiam noſtri. niſi quod Sprotianus a manu prima *ſanguiſque*, quod duriuſculum. *ſanguis* etiam ex ſuis Giphanius Indice Lucretiano & Fabricius. *ſanguis* poſteriorem producit apud veteres. HEINS. *Sanguiſque* probat H. Steph. in Schediaſm. p. 61. & ita Dorvil.

488. SUPER. *Inſuper* Dorvil.

489. TERRAM PETIT ORE. Poſſet hic locus patrocinari lectioni, a quibuſdam receptae apud Senec. Herc. Fur. 895.

Ultrice dextra fuſus adverſo Lycus
Terram petivit.

ubi Gruterus *cecidit* tuetur. idem Oedipo 340. *Unone terram vulnere adflicti petunt?* & 480. *ore dejecto petiere terram.*

490. QUEM TURNUS SUPER ADSISTENS. Quod additur in quibuſdam, *ſic ore profatur*, inducendum eſt. non enim additum a Poëta, libri antiquiſſimi ſunt teſtimonio. FABRIC. *Cum voce ſuperba* Leidenſis unus.

491. IN-

54 ut incongruum de puero *ingens* Dan. Fabr. 55 pro acri mucrone R. 56 diſtinguendum ut ingens Baſil. 57 ut ſupra diximus Steph. 58 deeſt R. Voſ. Steph. al. 59 deſunt iisdem ad ℣. 491.

Digitized by Google

Euandro. Qualem meruit, Pallanta remitto.
Quiſquis honos tumuli, quidquid ſolamen humandi eſt,
Largior. Haud illi ſtabunt Aeneïa parvo
Hoſpitia. Et laevo preſſit pede, talia fatus,
Exanimem, rapiens inmania pondera baltei,
Inpreſſumque nefas: una ſub nocte jugali
Caeſa manus juvenum foede, thalamique cruenti:
Quae Clonus Eurytides multo caelaverat auro:
Quo nunc Turnus ovat ſpolio gaudetque potitus.

Ne-

SERVII.

493. [60] [QUIDQUID. Pro, quodcumque. Plautus in Bacchidibus: *Quidquid eſt nomen ſibi.*] SOLAMEN HUMANDI EST. [61] [Solatium, dolentis ſcilicet patris:] [62] quia hoc ſolatium viventium eſt, humare defunctos.

494. STABUNT. Conſtabunt. [63] [Hoc ergo dicit: *non illi*] *parvo:* non parvo periculo [conſtabunt Aeneae hoſpitia: & eſt proverbialis ſenſus.] BALTEI. Poteſt & Synaereſis eſſe, *baltei:* poteſt & hypermetrus verſus eſſe: nam [64] [ſequens a vocali inchoat. *Balteus* autem, in numero ſingulari] maſculini eſt tantum generis. Juvenalis VI. 256. *Balteus*, [65] *& tunicae, & criſtae;* [66] in numero vero plurali, [67] & neutri, ut idem Juvenalis IX. III. *Quotiens rumoribus ulciſcuntur baltea.*

497. [68] IMPRESSUMQUE NEFAS. Inſculptum nefas Danaidum. Donatus tamen *impreſſum* dicit, coactum: quod a patre [69] compulſae ſunt facere. [70] [Sane fabula talis eſt: Aegyptus & Danaus, fratres fuere, [71] [Beli filii. Ex his Danaus quinquaginta filias habuit, & Aegyptus totidem filios.] [72] Sed cum inter eos contentio de Memphidis [73] imperio fuiſſet, multis ſaepe adductus contumeliis Danaus [74] fratri Aegypto ceſſit imperio; & Minervae conſilio ad Peloponneſum perrexit: cujus cives, ibi rex factus, a ſuo nomine Danaos appellavit: quod cum Aegyptum momordiſſet, veritus, ne Danaus de filiabus per generos & nepotes auxilia conquireret, fraude concepta, filiis ſuis quinquaginta fratris filias in matrimonium poſtulavit, quas Danaus, dolorem exilii retinens, mox promiſit; ſed cum factae eſſent nuptiae, ſponſae omnes ſponſos ſuos, monente patre Danao, nuptiali nocte necaverunt: ſola Hypermneſtra ſervato Lynceo fugam dedit, qui poſt adeptus patruum Danaum interemit. Hae Danaides apud Inferos hanc poenam habuiſſe dicuntur, ut in dolium pertuſum aquam mittant. NEFAS. Declinatione caret. SUB NOCTE. Pro, in nocte.]

499. BONUS EURYTIDES. Laus ab artifice, ut IX. 304. *Mira quem fecerat arte Lycaon.* Item: III. Ecl. 37. *Divini opus Alcimedontis.* [75] [CAELAVERAT AURO. Non, auro caeleverat; ſed in auro.

500. OVAT. Jactat, gloriatur: & eſt ordo, quo ſpolio potitus, ovat, gaudetque.

VARIORUM.

491. INQUIT MEMORES. *Memores, inquit* prior Hamburgicus.

493. QUIS-

60 deſunt iiidem. 61 deſunt iiadem. 62 quia ſolatium iidem. vivorum Dan. 63 deſunt R. Voſ. ad Baltei Steph. & alii ad *parvo*, & deinde a *conſtabunt*. 64 deſunt R. Voſ. 65 *& manicae* hodie legitur in Juvenali. ſed Scholiaſtes habet *tunicae. tunicae criſtae* Baſil. 66 in numero plurali eſt neutri Baſil. 67 & neutri idem R. Voſ. item Steph. & neutrius eſt, ut idem Fabr. 68 compulſi R. 69 deſunt R. Voſ. ad ℣. 499. Quarum talis eſt fabula Steph. al. 70 Egiſtus Steph. 71 deſunt Dan. 72 Danaus coactus a fratre, ut filias ejus juvenibus ejus traderet in matrimonium (traderet matrimonio Baſil.) in ipſos nuptiarum dies (ipſo n. die Baſ.) gladios virginibus dedit, quibus illae ex praecepto patris ſponſos ſuos interfecerunt, excepta Hypermneſtra, quae Lyceum (Lincum Baſ.) ſervavit Steph. Baſil. & nihil praeterea. 73 imperio. . . . * ad Pelop. Dan. imperio. ipſe vero ad Fabr. 74 ſuis ult * fratris Dan. ſuis fratris &c. Fabr. forte, filiis ſuis ultra fratris &c. 75 deſunt R. Voſ. Steph. al. ad *quia* ℣. 501. ſed Voſ. a Hoc ad T. pertinet, habet.

Digitized by Google

Neſcia mens hominum fati ſortiſque futurae,
Nec ſervare modum rebus ſublata ſecundis.
Turno tempus erit, magno cum optaverit emtum
Intactum Pallanta, & cum ſpolia iſta, diemque
Oderit. At ſocii multo gemitu lacrimiſque
Impoſitum ſcuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor, atque decus magnum, rediture parenti;
Haec te prima dies bello dedit, haec eadem aufert:
Cum tamen ingentis Rutulorum linquis acervos!
Nec jam fama mali tanti, ſed certior auctor,

Ad-

SERVII.

501. NESCIA MENS HOMINUM. Hoc ad Turnum pertinet:] quia propter hunc periturus eſt balteum, quem nunc ſe ſuſtuliſſe laetatur.

502. [76] [SERVARE MODUM. Nunquam neſcia, ideo *Nec* [77] *ſervare modum.*] SUBLATA. Elata.

503. MAGNO CUM OPTAVERIT EMPTUM. [78] [*Magno emptum*,] ſcilicet pretio. Sic & alibi. II. 104. *Et magno mercentur Atridae:* ſenſus autem talis eſt: Erit tempus, quo Turnus optabit quovis pretio redimere ne ipſe Pallantem occidiſſe videatur.

505. MULTO GEMITU. [79] [Cum multo gemitu,] [80] [lacrymis: minus eſt hic, *cum.*]

507. O DOLOR, ATQUE DECUS. Hos duos verſus plerique a Poëta dictos volunt: alii a ſociis, qui [81] reportant cadaver. *Dolor* autem, propter [82] illud: *Haec te prima dies bello dedit, haec eadem aufert.* *Decus* propter [83] [illud: *Cum tamen ingentes Rutulorum linquis acervos.*]

510. CERTIOR AUCTOR. Id eſt, nuntius verus.

VARIORUM.

493. QUISQUIS. *Si quis* in Gudiano a manu prima. HEINS. *Honor* prior Hamburgicus & Bigotianus. *humandi* omiſſo τῷ *eſt* alter Hamburgicus & Leidenſis. *ſi quid* Gudian. a m. pr. ſed quiſquis pro quicumque non aevo poſteriori tantum uſitatum eſſe docui ad Sueton. Tib. LXV. BURM.

494. STABUNT. *Conſtant* Sprotianus.

496. EXANIMEM. Ita Noſtri, & Pieriani omnes: in uno tamen Gudiano, *Exanimom*, forte *Exanimo rapiens*. HEINS.

497. IMPRESSUMQUE NEFAS. Vid. ad VIII. 731.

498. FOEDE. *Phoebe* Mediceus. v. Guell.

499. CLONUS EURYTION. *Eurytides* ex ſcriptis paene omnibus reponendum. in nonnullis editionibus *bonus Eurytion*, etiam non male. ſed codices vetuſtos ſequor. in primo Hamburgico pro diverſa lectione legebatur *Chromis Eurytides.* in tertio Moretano, *Quem Clonus Eurytides.* HEINS. *Lonus*, *Dorus*, *Conus*, *Cromis*, *Euritides*, *Euricides*, *Erytides* varie in ſcriptis. *bonus Eurytides* Ed. pr. *bonus Eurycion* Mediol. *bonus Eurytion* Ald. *quem* Dorvil. *quam Clonus* Oudartii. *Clonus Euritides* Francianus. forte *Eurytion* more Graeco pro *Eurytides.* vid. ad Gratii Cyneg. 103. & in Catal. Argon. in Eurytion.

502. SUBLATA. Ita citat Lutatius ad Stat. II. Theb. 188. ſed ad ℣. 689. *laſſata* legit. ſed Terent. Phorm.

Quia paullulum acceſſit pecuniae ſublati animi ſunt.

& ſervare Regius & Dorvill. BURM.

504. ISTA. *Ipſa* Leidenſis. & a manu prima Mediceus.

505. AT SOCII. *Ac* Dorvill.

506. FRE-

76 deſunt iiſdem 77 ſervare. . . * Dan. 78 deſunt R. Voſ. Steph. al. ſic alibi Et m. m. A. & eſt ſenſus talis iidem. 79 deſunt Dan. Fabr. 80 deſunt iiſdem. 81 portant Baſil. 82 deeſt Voſ. R. Steph. al. 83 deſunt R.

Advolat Aeneae, tenui diſcrimine leti
Eſſe ſuos: tempus verſis ſuccurrere Teucris.
Proxima quaeque metit gladio, latumque per agmen
Ardens limitem agit ferro; te, Turne, ſuperbum
Caede nova quaerens. Pallas, Euander, in ipſis
Omnia ſunt oculis: menſae, quas advena primas
Tunc adiit, dextraeque datae. Sulmone creatos
Quatuor hic juvenes; totidem, quos educat Uſens,
Viventis rapit, inferias quos inmolet umbris,

Ca-

SERVII.

511. [84] [ADVOLAT AENEAE. De morte Pallantis ſcilicet, ut poſtea inferantur, quae praeterea addit.] TENUI DISCRIMINE LETHI. Modico mortis interſtitio: per quod magna Pallantis virtus oſtenditur: quo interempto omnis eſt in fugam converſus exercitus.

512. VERSIS. Fugatis.

513. LATUMQUE PER AGMEN ARDENS LIMITEM AGIT. Ordo eſt: *Latum limitem ardens agit*, id eſt, facit: ſic melius, quam ſi dicas: *latum per agmen.* [85] [Ergo ſic intelligamus, aut per ordinem, aut per Hypallagen:] nam & ſupra ſic ait IX. 323. *Haec ego vaſta dabo, & lato te limite ducam.*

515. PALLAS, EUANDER IN IPSIS OMNIA SUNT OCULIS. Erat rectum: *Pallas, Euander, menſae, quas advena primus Tunc adiit, dextraeque datae, In ipſis omnia ſunt oculis.* Sed perite ſciſſa eſt narratio, per quam animus Aeneae perturbatus [86] exprimitur.

517. [87] [TUNC ADIIT. Quidam *tunc*, pro quondam accipiunt.

518. QUATTUOR HIC JUVENES. Emphaſis virtutis: quod multos, quod juvenes, quod armatos, quod rapit: minus enim fuerat, ſi dixiſſet, *capit*: unde in XI. 81. *Vinxerat & poſt terga manus, quos mitteret umbris Inferias.*]

519. INFERIAS QUOS IMMOLET UMBRIS. *Inferiae*, ſunt ſacra mortuorum, [88] quae Inferis ſolvuntur. Sane mos erat, in ſepulchris virorum fortium captivos necari: quod poſtquam crudele viſum eſt, placuit gladiatores ante ſepulchra dimicare, qui a [89] *buſtis*, *buſtuarii* appellati ſunt. [90] [Homer. Iliad. Φ. 26.

—῞Ο δ' ἐπεὶ κάμε χεῖρας ἐναίρων,
Ζωὺς ἐκ ποταμοῖο δυώδεκα λέξατο κούρους
Ποινὴν Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο θανόντος.]

VARIORUM.

506. FREQUENTES. *Sequentes* Zulichemius. *impoſitum Clypeo* MSſ. & Ed. apud Serv. inf. ℣. 841.

507. PARENTI. Ita omnes: & ſi cum *reditur e* jungas, rectius. ſi cum *dolor* & *decus*, uterque caſus poſſet admitti, ut ex imitatione Auſonii, qui in Parent. IX. dixit:

Et dolor atque decus conjugis Auſonii.

At in Profeſſoribus XXV.

Tam decus omne tuis, quam mox dolor.

ſimul ibi exprimens illa ex Ecl. V. 34. *Tu decus omne tuis.*

508. HAEC EADEM. *Atque eadem* prior Hamburgicus.

509. CUM TAMEN. *Cui* Leidenſis. *linquit* Leidenſis alius.

510. AUCTOR. *Alter* alter Hamburgicus. mox *diſcrimine vitae* Bigotianus.

512. TEMPUS VERSIS. *Verſis tempus* in Gudia-

84 deſunt R. Voſ. Steph. al. 85 deſunt R. Voſ. & ſic Dan. Fabr. 86 oſtenditur Dan. 87 deſunt R. Voſ. Steph. al. ad ℣. 519. 88 ab inferis dictae Dan. quod inferis R. Voſ. 89 a buſtis cineribus Steph. an a buſti cineribus? dicti ſunt n. Fabr. al. 90 deſunt R. Voſ. Fabr. al.

Digitized by Google

Captivoque rogi perfundat ſanguine flammas.
Inde Mago procul infenſam contenderat haſtam;
Ille aſtu ſubit: at tremebunda ſupervolat haſta.
Et genua amplectens effatur talia ſupplex:
Per patrios manis, per ſpes ſurgentis Iuli,
Te precor, hanc animam ſerves natoque patrique.
Eſt domus alta: jacent penitus defoſſa talenta

Cae-

SERVII.

520. CAPTIVO SANGUINE. Pro, captivorum, ut VII. 184. *Captivi pendent currus.* Item II. 765. *Captivaque veſtis Congeritur:* & eſt, ut diximus, ſpecioſus ornatus. MAGO. Dativus eſt, ut ſupra 401. *Ilo namque procul.*

521. [91] [CONTENDERAT. Adverſum jecerat.

522. ILLE ASTU. *Aſtu*, pro ſcientia bellica.] SUBIT. [92] Subſedit.

524. PER PATRIOS MANES, ET SPES SURGENTIS IULI. Per eas perſonas rogat, propter [93] quas petatur. [94] [Et bene, ut in belli calore, breviter omnes locos ad impetrandam veniam complectitur.]

526. PENITUS DEFOSSA TALENTA. Multi enim divitias ſuas obruebant: unde Horatius I. Sat. I. 41. *Quid juvat, immenſum te argenti pondus & auri Furtim defoſſa timidum deponere terra?* Sane melius *infoſſa* diceret, quam *defoſſa*: ad quod eſt metri neceſſitate compulſus: nam fugit dubiam ſyllabam. [95] [Et quidam volunt, tria genera argenti vel auri Poëtam complexum, ſignatum, factum, infectum; ſignatum eſt, [96] [quod in nummis; factum,] quod in vaſis & ſignis, ut: *Caelati argenti:* infectum, quod in maſſis, ut: *Infectique mihi.* Atqui *talentum*, non ad numerum ſolet, ſed ad pondus referri; niſi forte uſum temporis ſui heroicis temporibus Poëta voluerit applicare. Hic eſt locus Homeri: Iliad. Z. 46.

Ζώγρει, Ἀτρέος υἱὲ, σὺ δ᾽ ἄξια δέξαι ἄποινα.
Πολλὰ δ᾽ ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται,
Χαλκός τε, χρυσός τε, πολύκμητός τε σίδηρος.
Τῶν κέν τοι χαρίσαιτο πατὴρ ἀπερείσι᾽ ἄποινα,
Αἴκεν ἐμὲ ζωὸν πεπύθοιτ᾽ ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.]

VARIORUM.

Gudiano. deinde *ſuccedere Teucris* non *ſuccurrere* in altero Hamburgico, quomodo & Vaticanus Pierii veterrimus. ut ſupra ℣. 439. HEINS.

514. LIMITEM. *Limen* Vratiſlavienſis.

Ibid. TE, TURNE. *Te caede ſuperbum Turne* Bigotianus.

516. OMNIA. *Omina* Excerpta noſtra. male. vide ad Phaedr. IV. Fab. XXIII. 5. & ſup. ad VI. Ecl. 34.

Ibid. PRIMAS. Mediceus, quod & in Pierianis nonnullis legebatur, & in Gudiano, altero Mentelio, & tribus Moretanis. HEINS. *Primas* Dorvil. a m. ſec.

519. QUOS. *Quas* ſecundus Rottendorphius. *hinc juvenes* Venetus.

520 PERFUNDAT. *Perfundant* Mediceus. HEINS.

521. MAGO PROCUL. *Procul Mago* Parrhaſ.

Ibid. CONTENDERAT. *Contenderet* Mediceus. niſi quod emendatum a manu ſecunda *contenderat*. quomodo caeteri noſtri, Mentelianus tamen a manu prima *cum tenderat*. Macrobius lib. V. Sat. 2. *infeſtam contenderat*. ita enim ſcripti illic conſtanter, neque aliter hoc loco Gudianus & Moretanus ſecundus. adeantur annotata noſtra de *contendendi* verbo lib. V. Aen. 520. pro *Mago* diverſa ſcriptura codicis Schefferiani *Lago*. HEINS. *Immenſam* prior Hamburgicus pro varia lectione. *infenſam contenderet* Francianus. *infeſtam* Parrhaſ.

522. ASTU. *Ictu* Zulichemius. *aſtu evadit* ſecundus Rottendorphius. *haſtam ſubit* alter Hamburgicus. *En tremebunda* & correctum *at* in Mediceo. & ita mox *en genua*.

Ibid. AC TREMEBUNDA. *At* Mentelius uterque

91 deſunt R. Voſ. Steph. al. 92 ſubdidit Voſ. Dan. ſubſidit R. ſubdidit, ſubſedit Fabr. 93 quod Dan. 94 deſunt R. Voſ. Steph. al. 95 deſunt iisdem ad ℣. 528. 96 deſunt Dan.

Digitized by Google

Caelati argenti: ſunt auri pondera facti,
Infectique mihi. Non hîc victoria Teucrûm
Vertitur; aut anima una dabit diſcrimina tanta.
Dixerat. Aeneas contra cui talia reddit:
Argenti atque auri memoras quae multa talenta,
Gnatis parce tuis. Belli commercia Turnus

Su-

SERVII.

528. NON HIC VICTORIA TEUCRUM VERTITUR. [97] [In meo ſcilicet interitu.] Lucanus III. 337. *Non pondera rerum, Nec momenta ſumus.*

529. [98] DABIT DISCRIMINA. *Dabit*, aut compenſabit; aut faciet, ut Terent. Eun. IV. III. II. *Quas turbas dedit.* DISCRIMINA autem, differentiam circa eventum & victoriam.

532. GNATIS PARCE TUIS. *Talenta parce* per accuſativum, [99] Plautine dictum, qui ait in Milite IV. VI. 5. *Parce vocem.*] Qui in Virgilium declamationes ſcripſit, de hoc loco [1] ſic ait, ex perſona Aeneae: *Improbus es, qui aut regi dones, aut filios exhaeredes.* PARCE autem, eſt ſecundum antiquos *ſerva*, ut apud Lucilium & Ennium invenitur. [2] [Quod autem dicit] *gnatis parce tuis*, cum ſupra dixerit, *gnatoque patrique?* non eſt contrarium: nam *liberos*, etiam unum dicimus filium, adeo ut Terentius etiam *filiam*, *liberos* dixerit, in Hecyra II. I. 15. *Qui illum dignum decreverint, ſuos cui committerent liberos:* ubi pater de filia ad uxorem loquitur. Ergo uſurpavit, reſpiciens ad liberos, ut gnatos de uno diceret. COMMERCIA. Viciſſitudines, & ignoſcendi facultatem, [3] [vel captivorum redemptionem.]

VARIORUM.

que cum Gudiano, aliisque compluribus, & Mediceo a manu ſecunda, a manu prima tamen *en* tam hic, quam paullo poſt, *En genua amplectens.* HEINS. *Affatur* etiam alter Hamburgicus & Zulichemius. *tremebundam abietem* pro haſta dixit Statius IX. Theb. 552.

524. ET SPES SURGENTIS. Efficacius omnino eſt, quod legitur in Leidenſi & ſecundo Moretano, etiam apud Donatum in Adelphos Terentii Act. II. Sc. 2.

Per patrios manes, per ſpes ſurgentis Iuli.

neque aliter apud Macrobium lib. V. cap. 10. poſtrema editio & membranae Thuaneae. *& ſpes haeredis Iuli* in Gudiano. quod ex illo libri IV. petitum,

Aſcanium ſurgentem, & ſpes haeredis Iuli
Reſpice.

nec propterea damnandum tamen. nam & libro VI. 364. occurrit,

Per genitorem oro, per ſpes ſurgentis Iuli.

diximus jam de hoc loco ſuperiori libro V. 814. HEINS. Vid. ad III. Aen. 600.

525. PATRIQUE. *Paterque* Francianus. *gnatoque* omnes fere.

528. MIHI. *Mali* Francianus.

Ibid. TEUCRUM. *Grajum* prior Hamburgicus pro varia lectione.

529. VERTITUR HAUD ANIMA. *Aut anima* probe Mediceus. ſollemnis hic in Maronis codicibus error. confirmant & Gudianus, Venetus & ex Moretanis unus. neque aliter legitur apud Macrobium lib. V. cap. 10. HEINS. *Tantum* ſecundus Rottendorphus.

530. CONTRA CUI. *Cui contra* Dorvill.

531. MULTA TALENTA. *Magna* in membranis Thuaneis apud Macrobium lib. V. Saturn. cap. 10. HEINS. *Magna* Leidenſis.

532. GNATIS. *Gratis* alter Menagii.

533. ISTA.

97 deſunt R. Voſ. Steph. al. 98 deſunt iisdem. 99 in Plauto hodie legitur voci, ut & in Perſ. IV. V. 10. Ita explicabat illa Propertii IV. VI. 81. *Sive aliquid pharetris Auguſtus parcet Eois*, Paſſeratius, & exemplis illuſtrat. ſed ibi *aliquid* poteſt explicari aliquantum, & adverbialiter ſumi, ut *nihil pepercit* in Terentio. alia notabimus ad Claudian. I. Rapt. 67. BURM. 1 hoc ait: *Improbus* R. Voſ. Steph. hoc ait *improbus* Baſil. 2 deſunt & in R. Voſ. Steph. & Baſil. nova nota inchoatur poſt *Invenitur*. GNATIS P. D. atqui ſupra dixit. (atque R.) gnatoque patrique quomodo ait gnatis? non eſt &c 3 deſunt iisdem ad ℣. 537.

Suſtulit iſta prior, jam tum Pallante peremto.
Hoc patris Anchiſae manes, hoc ſentit Iulus.
Sic fatus galeam laeva tenet, atque reflexa
Cervice orantis capulo tenus adplicat enſem.
Nec procul Haemonides, Phoebi Triviaeque ſacerdos,
Infula cui ſacra redimibat tempora vitta,
Totus conlucens veſte, atque inſignibus armis.
Quem congreſſus agit campo, labſumque ſuperſtans
In-

SERVII.

533. JAM TUM PALLANTE PEREMPTO. Pro, jam tum, cum Pallantem peremit.

534. HOC PATRIS ANCHISAE MANES. Idem ſentire & patrem & filium dicit; quaſi hoc commodum ad illos pertineat.

537. NEC PROCUL AEMONIDES. Hoc nomen licet poſſit eſſe patronymicum, quia in *des* exit, ut dicamus, Aemonis filius; tamen melius eſt, ut id proprium [4] eſſe dicamus: quia [5] nuſquam aliud nomen ejus aut praemiſſum eſt, aut ſecutum: ergo ſimile eſt patronymico, ut ſit *Aemonides*, ſicut [6] *Tydides*.

538. INFULA. Faſcia, in modum diadematis, a qua vittae [7] ab utraque parte dependent: quae plerumque lata eſt, plerumque tortilis, de albo & cocco.

539. INSIGNIBUS ARMIS. Aſper ſic legit, & utitur Salluſtii exemplo, qui ait in fragm. inc. *Equo atque armis inſignibus.* Probus vero, INSIGNIBUS ALBIS, dicit legendum; ut albas veſtes accipiamus, quae ſacerdotibus congruae ſunt: ſicut Statius IV. Theb. 217. dicit de Amphiarao: [8] [*Albaque purpureas interplicat infula criſtas.*].

540. AGIT CAMPO. [9] Inſequitur per campum.

VARIORUM.

533. ISTA. *Illa* Mediceus. HEINS.

536. ABDIDIT ENSEM. *Applicat* vetuſtiores noſtri cum Pierianis. ſed aliter Macrobius, cui tamen non ſubſcribo. adeantur annotata noſtra libro IX. 814. libro II. 553. alterum jam habuimus:

Dextraque coruſcum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit enſem.

applicare ora ſolo apud Prudentium Pſychomachia. HEINS.

537. HAEMONIDES. Cum aſpiratione ex ſcriptis. HEINS. *Emenides* Menagii prior. v. ad Grat. 133. *Emonides* Dorvil.

538. REDIMIBAT. *Redimibant* Venetus. *redundabat* Menagii prior. *redimebat* alter Hamburgenſis.

539. TOTUS COLLUCENS. Longam veſtem indicat, quae totum corpus tegebat. & hinc forte apud Propert. II. I. 5. locus vexatiſſimus ita legi poſſet,

Sive illam Cois fulgentem incedere totam,
Hoc totum ex Coa veſte volumen erit.

ſic & lib. III. Eleg. XI. 35.

Hinnulei pellis totos operibat amantes.

Ibid. INSIGNIBUS ARMIS. Ita & ſcripti noſtri. At Florentina Juntarum editio ex veterrimo codice expreſſa, *inſignibus albis*, quam ſcripturam Probo etiam fuiſſe probatam Servius teſtatur, utpote ſacerdoti convenientiorem, & *vittae* reſpondentem optime. Aſprum contra maluiſſe *inſignibus armis* Salluſtii exemplo fretum. HEINS. *Albis* prior Hamburgicus pro varia lectione. & ita edidit Aldus & Junt.

540. CONGRESSUS AGIT. *Ait* Ed pr. uti Maittaire mendoſe. melius forſan, *congreſſu agit*, ut in Mediol.

Ibid. LAPSUM. *Laſſum* prior Hamburgicus. *campum* etiam Excerpta noſtra. *lapſuque* Lutatius ad

4 maris dici R. quod non intelligo. forte maluimus dici. 5 nunquam Dan. 6 Thucydides R. Voſ. Steph. al. quod rectius puto. nam Tydides eſt Diomedes Tydei filius. 7 ex utraque Steph. al. 8 deſunt R. Voſ. Dan. quod culpat Barthius ad Stat. I. I. & ad I. Achil. II. ubi de infulis albis agit. ad lib. VI. Theb. 330. Servium hunc locum innuere notat. 9 deeſt R. Voſ. Steph. al.

Inmolat, ingentique umbra tegit. Arma Sereſtus
Lecta refert humeris, tibi, rex Gradive, tropaeum.
Inſtaurant acies, Volcani ſtirpe creatus
Caeculus, & veniens Marſorum montibus Umbro,
Dardanides contra furit: Anxuris enſe ſiniſtram,
Et totum clipei ferro dejecerat orbem.
Dixerat ille aliquid magnum, vimque adfore verbo

Cre-

SERVII.

541. IMMOLAT. Quaſi victimam, ut ille conſueverat: nam hoc verbo ad ſacerdotis nomen adluſit. [10] [Sane *immolari*, proprie dicuntur hoſtiae; non cum caeduntur; ſed cum accipiunt molam ſalſam. Cato in Originibus ita ait: [11] *Boves immolatos, prius quam caederentur, profugiſſe in Siciliam.*] INGENTIQUE UMBRA TEGIT. Aut magnitudine corporis ſui, [aut clypei,] obumbrat ejus cadaver: aut *ingenti* [12] *umbra*, id eſt, morte, ut inf. 746. *In aeternam clauduntur lumina noctem:* aut *ingenti umbra tegit*, ſecundum uſum accipiendum, id eſt, [13] Inſultatione eum opprimit, [14] [& adumbrat:] [15] [ut *ſuperatos* dicimus *adumbratos:* aut *ingenti umbra* [16] *tegit*, ut inferiorem tegit adverſum hoſtes fortior, quod inſtitutum [17] minuit cauſa ſpoliorum detrahendorum: ſequitur enim: *Arma Sereſtus Lecta refert humeris.*] SERESTUS. Sereſtos duos intelligamus, unum in caſtris, & unum cum Aenea: nam Trojani nondum erupere de caſtris, ut intelligamus eum, quem ſupra IX. 171. dixit: ergo duo ſunt; nec mirum, cum ipſe dixerit quod exemplo eſſe poſſit ſup. 124. *Aſſaracique duo.*

542. LECTA REFERT. Proprie dixit: nam ſpolia, quae aptantur tropaeis, *legi* dicuntur, id eſt, eligi. [18] [TIBI, REX GRADIVE. Ut VI. 18. *Tibi, Phoebe, ſacravit.* TROPAEUM. Declinatio Latina eſt: [19] unde penultima habebit accentum, in numero vero plurali, quia *tropaea* dicimus ſicut Graeci, nec aliquid inde mutilamus, erit [20] in antepenultima accentus, ſicut apud Graecos, [21] [ſcilicet tertia ſyllaba a fine.]

543. INSTAURANT ACIES VULCANI STIRPE CREATUS CAECULUS. Κατὰ τὸ σιωπώμενον, nam ante fuſas accipimus, [22] ex eo, quod dixit, *inſtaurant*. VULCANI STIRPE CREATUS. Notandum *ſtirpem*, de patre dictum, cum ſemper de longa generis ſignificatione dicatur.

544. [23] [VENIENS. Pro, qui venerat.]

545. DARDANIDES. Patronymicum a majoribus. [24] [ANXURIS ENSE SINISTRAM. Quidam ex hoc volunt intelligi etiam Umbronem occiſum: conſtat enim vere ab Aenea occiſum, ſicut ipſe hoc libro in Catalogo ait (VII. 756) *Sed non Dardaniae medicari cuſpidis ictum Evaluit.*

546. DEJECERAT. Plus quam perfecto uſus eſt, ad exprimendam celeritatem, uti XII. 430. *Suras incluſerat auro.*]

547. DIXERAT ILLE ALIQUID MAGNUM. Proverbialiter dictum eſt, ac ſi diceret: non mirum ſit occiſum eſſe eum, qui ſibi plurimum adrogabat. [25] [Μὴ μέγ' εἴπῃς. Corinthus ut ſordidum improbat.]

VARIORUM.

ad Statii VII. Theb. 710.

541. SERESTUS *Segeſtus* Mentelii prior. *Sereſtus* alii & Editio Juntina & aliae. & hoc agnoſcit Donatus ad Terent. Phorm. I. II. 3. vid Segraeum p. 53. qui *Cloantum* hic ſubſtituit. *Cereſtus* petiit

Malvi-

10 deſunt iisdem. 11 Laevius * boves Dan. 12 *umbra tegit*, id eſt morte tegit. Baſil. umbra, id eſt morte tegit R. Voſ. Steph. 13 exſultatione Dan. 14 deeſt Baſil. 15 deſunt R. Voſ. Steph. al. 16 tegit * ut inferior tegat Dan. Fabr. 17 forte, innuit legi poſſet. 18 deſunt R. Voſ. Steph. al. 19 unde in penultima erit accentus ſicut apud Graecos R. Voſ. *in* deeſt R. reliqua omittunt. 20 Graecus accentus Dan. Fabr. 21 deſunt Voſ. R. Steph. al. 22 ergo inſtaurant adverſus Aeneam Dan. 23 deſunt Voſ. R. Steph. al. 24 deſunt iisdem ad ỳ. 547. 25 deſunt R. Voſ. Steph. al. Dan. deerant Graeca Fabr. Corinthus &c.

Crediderat, coeloque animum fortaſſe ferebat;
Canitiemque ſibi & longos promiſerat annos.
Tarquitus exſultans contra fulgentibus armis,
Silvicolae Fauno Dryope quem nympha crearat,
Obvius ardenti ſeſe obtulit. Ille reducta
Loricam clipeique ingens onus inpedit haſta.
Tum caput orantis nequidquam, & multa parantis
Dicere deturbat terrae; truncumque tepentem

Pro-

SERVII.

548. COELOQUE ANIMUM FORTASSE FEREBAT. Forte [26] ſe exaequaverat coelo, ut de Aenea Drances XI. 125. *Quibus coelo te laudibus aequem:* [27] [aut *ferebat*, elevabat, quod ſolus eſſet majore ſenectute victurus, debellatis omnibus, id eſt, Aenea, cum ſuis.

549. LONGOS. Pro, multos.]

551. SYLVICOLAE FAUNO DRYOPE QUEM NYMPHA CREARAT. *Faunus*, hoc [28] loco quidam ruſticus intelligendus eſt, non deus, ſicut ſupra [29] *Anxyrus*, quem legimus Jovem. [30] [Alii Fauni filium, ſed antequam Faunus in deorum numero reciperetur.] Nonnulli [31] nympham, non deam volunt, ſed Graece ſponſam dictam, [32] [vel quae recens nupta ſit:] [33] ne incredibile ſit, ex duobus numinibus procreatum eſſe mortalem: quanquam haec numina, ſecundum Ariſtotelem, aliquando [33] * moriantur: [34] [nam & Eryx, Veneris & Neptuni filius, ab Hercule occiſus eſt.]

552. ILLE REDUCTA. Id eſt, longa, ut VI. 703. *Interea videt Aeneas in valle reducta.* Et intelligimus, protenta haſta [35] Tarquito arma eſſe impedita. Alii *reducta*, retroacta dicunt, quod non procedit.

553. [36] [IMPEDIT. Non permiſit uſui eſſe ad protegendum Tarquitum.

555. DETURBAT TERRAE. Hoc eſt, in terram.

VARIORUM.

Maſvicius ex Indice credo Erythraei, & vitioſa forſan aliqua editione, ne duo Sereſti fuiſſe videantur.

542. LECTA. *Laeta* quartus Moretanus. *refert lateri* prior Hamburgicus a manu prima.

544. MONTIBUS. *E montibus* in Sprotiano & Montalbanio. HEINS. *A montibus* Zulichem. *Juvenis Marſorum* Bigotii.

Ibid. TROPAEUM. *Triumphum* Bigotianus.

545. FURIT. *Ruit* Hamburgenſis alter.

Ibid. ANXURUS. *Anxuris* ex ſcriptis melioribus. recentiores *Anxiris*. Mentelianus prior & tertius Rottendorphius *Anxyris*. ab *Anxure* oppido. inde JUPPITER ANXURUS in nummis & inſcriptionibus antiquis, cujus & noſter meminit lib. VII. 799. ita & apud Martialem. vide Juretum ad Symmach. pag. 53. & Scalig. in Feſtum pag. 21. HEINS. *Siniſtrum* Venetus. *Anſiris* Zulichemius & Parrhaſ. & Sprotianus. *Anxiris* Regius.

547. ALIQUID MAGNUM. Heinſius conjecerat, *aliquod magnum. vim affore* Francianus. *aliquid magicum* Guell. & Catroeus. *ille* ſc. Umbro. v. Cerd. *dixerat* ea fere forma qua apud Caeſar. de Bell. Civ. I. 2. *dixerat aliquis leniorem ſententiam.* Waddel. Anim. Critic. p. 36. *dictum erat illi aliquid.* de magnis dictis vide quae notavimus ad Valer. Flac. I. 262.

548. ANIMUM. *Animam* Leidenſis, Montalbanius & prior Hamburgicus. *coelumque animo* Venetus a manu prima. mox *permiſerat* Venetus.

550. TARQUITUS. *Traquitus* Venetus. *Tarquinus* ſecundus Rottendorphius.

551. FAUNO. *Faulo* in Gudiano a manu prima. HEINS.

26 deeſt R. Voſ. Steph. al. 27 deſunt iisdem. 28 loco ruſticus intelligendum. 29 Anxur R. Voſ. Anſur Dan. Anxurus Baſil. 30 deſunt R. Voſ. Steph. al. 31 etiam Nympham iidem. & Fabr. 32 deſunt R. Voſ. Steph. al. 33 nec Baſil. 33 * perire credantur Dan. Fabr. 34 deſunt R. Voſ. Steph. al. 35 Tarquiti Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 36 deſunt R. Voſ. Steph. al. ad ℣. 557.

Provolvens, ſuper haec inimico pectore fatur:
Iſtic nunc, metuende, jace. Non te optima mater
Condet humi, patriove onerabit membra ſepulcro:
Alitibus linquere feris: aut gurgite merſum
Unda feret, piſceſque inpaſti volnera lambent.
Protenus Antaeum & Lucam, prima agmina Turni,
Perſequitur, fortemque Numam, fulvumque Camertem,
Magnanimo Volſcente ſatum: ditiſſimus agri

Qui

SERVII.

556. SUPER HAEC INIMICO PECTORE FATUR. Quaeritur, quid tantum iſte commiſerat, ut ſic ſaeviret Aeneas? Sed ubique de morte Pallantis objicitur dolor.]

557. ISTIC, NUNC. [37] Sarcaſmos eſt, id eſt, hoſtilis inriſio. [*Iſtic* autem, pro, hic.] Eſt autem Homeri verſus Iliad. Τ. 122.

> Ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν, οἵ σ' ὠτειλῆς
> Αἷμ' ἀπολιχμήσονται ἀκηδέες.

NON TE OPTIMA MATER. Utrum, vere mater, an terra patria?

558. PATRIO SEPULCHRO. [38] Aut etiam hinc apparet, Faunum hominem fuiſſe; [39] [aut, ut quidam volunt, poteſt hoc ad matrem referri, ut dicat Aeneas quod mater eum ſepelire non poſſit in ſui patris monumentis, id eſt, in avi ejus materni.

559. ALITIBUS FERIS. Σαρκοφάγοις ὀρνέοις. Plautus Capt. I. II. 14. [40] *Avi me ferae ſimilem faciam, ut praedicas.*]

560. IMPASTI. Ita avidi, ut ſemper credantur impaſti, ſicut de Harpyiis dixit III. 217. *Et pallida ſemper Ora fame:* [41] quaſi famelicae.

561. [PRIMA AGMINA. Qui agminis erant primi.

562. FORTEMQUE NUMAM FULVUMQUE CAMERTEM. Fulvum, Ξανθόν: horum in Catalogo meminit.]

VARIORUM.

HEINS. Et ita Venetus.

552. SESE OBTULIT. Heinſ. in ora codicis *ſeſe tulit.* de *reducta* vid. ad IX. 423.

553. IMPEDIT. An *impetit? Lorica* Venetus.

554. TUM. Hic verſus deerat Dorvilliano.

Ibid. MULTA. *Plura* Parrhaſ.

555. DETURBAT. *Deturpat* Mediceus a manu ſecunda. *plura parantis hiſcere* Parrhaſ. non male. vid. ad Phaedr. Prolog. III. 35.

Ibid. TRUNCUMQUE REPENTE. Manuſcriptum *tepentem.* id eſt palpitantem adhuc a caede recenti. FABRIC. *Tepentem* codices noſtri, alii ex ſuis expreſſere *repente.* in tertio Moretano *jacentem.* forte *truncumque repentem.* HEINS. *Pervolvens* etiam Sprotianus & Venetus & duo Moretani. *tepentem* Francianus.

556. HAEC. Deeſt Dorvilliano.

557. ISTIC NUNC. *Non* prior Hamburgicus pro varia lectione. *nam te* Sprotianus. *patrioque* nonnulli, inter quos Menteliii prior & Parrhaſianus & alii. *onerabat* Menagii alter & Montalbanius. *oneravit* Gudianus. *ornabit* Hugenianus a manu ſecunda. *Honorabit* Dorvill. *Humo* etiam Mediceus & Dorvill. uterque a m. ſec.

558. PATRIOVE ONERABIT MEMBRA SEPULCHRO. Sic *donis onerare* pro cumulare, de quo ad Vale. Flac. lib. III. ỳ. 9. egimus. Faceſſat igitur Valens Acidalius, qui ad Velleji Paterculi libr. II. cap. 124. emendari velit *honerabit* pro *honorabit*, quomodo veteres locutos contendit. HEINS.

559. LIN-

37 Arcaiſmos, id eſt Dan. Sarcaſmos eſt, hoſtilis ir. Baſil. Sarcaiſmos eſt hoſt. Steph. 38 deſunt R. Voſ. Baſil. ad ỳ. 558. reliqua deſunt Fabr. nec Daniel habet illa, eſt a. H. verſus, nec Steph. *Nec te opt.* &c. 39 deeſt, & deinde aut ut &c. R. Voſ. Steph. al. ad ỳ. 560. 40 Avis me ferae conſimilem, in Plauto hodie legitur. 41 quaſi fame Voſ. Steph. quaſi prae fame R. quaſi de fame Dan.

Qui fuit Auſonidûm, & tacitis regnavit Amyclis.
Aegaeon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenaſque manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribuſque arſiſſe, Jovis cum fulmina contra
Tot paribus ſtreperet clipeis, tot ſtringeret enſis.
Sic toto Aeneas deſaevit in aequore victor,

Ut

SERVII.

564. AUSONIDUM. Pro, Auſonidarum: ſicut *deum*, pro, *deorum:* [42] nam *Auſonidum*, a genere foeminino venit, [43] *haec Auſonis*, & *hae Auſonides*. *Auſonidarum* vero venit ab eo, quod eſt [44] *hic Auſonida*, & *hi Auſonidae*. TACITIS REGNAVIT AMYCLIS. Inter Cajetam & Terracinam oppidum, conſtitutum eſt a Laconibus, qui comites Caſtoris & Pollucis fuerunt: & [45] [cum Glauco, filio Minois, in Italiam venerunt: & miſti cum Auſonis] ab Amyclis, provinciae [46] ſuae Laconicae civitate, ei inditum nomen eſt. Lacones itaque iſti, cum ſecundum Pythagoream ſectam a caede omnium animalium abſtinerent, [47] [(unde Juvenalis xv. 173. *a cunctis animalibus abſtinuit*) [48] quia tamquam homines,] & a vicinis paludibus natas ſerpentes, occidere nefas putarent, ab iiſdem interempti ſunt: unde *Amyclas tacitas* dicit, id eſt, Pythagoreas: nam Pythagorica virtus eſt quinquennale ſilentium. [Cicero propter nimiam modeſtiam periſſe illos ait, dum a finitimis accipiunt injurias, & tacent eas.] Eſt & alia expoſitio: Cum frequenter falſo nuntiarentur hoſtes, & inani terrore civitas [49] quaſſaretur, lata lege cautum eſt: ne quis unquam hoſtis nuntiaret adventum. [50] Poſtea, cum vere hoſtis veniret, nullo nunciante, ex improviſo [51] civitas capta eſt: unde *tacitae Amyclae* dictae ſunt, quod periere ſilentio. Hinc eſt, quod ait Lucilius: *Mihi neceſſe eſt loqui: nam ſcio Amyclas tacendo periſſe.* [52] [Vel *tacitis*, de quibus taceatur, id eſt, ignobiles, & non dignae aliqua opinione: vel Hypallage, eſt pro, ipſe tacitus]

565. AEGAEON QUALIS. [53] Ipſe eſt, qui & Briareus dicitur, [Coeli & Terrae filius. Homerus Iliad. A. 403. Ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίωνα. In VI. 287. *Et centumgeminus Briareus*. Alii hunc ex Terra & Ponto natum dicunt, qui habuit Coeum & Gygen fratres. Hic contra Titanas Jovi adfuiſſe dicitur, vel, ut quidam volunt, Saturno.] IGNEM PECTORIBUS ARSISSE. Aſper dicit, *ignem* hunc, [54] nativum intelligendum calorem, venientem [55] ex ferocia, ut ſit: Cum vim ſuae crudelitatis efflaret: alii *ignem* hunc fulminis volunt, ut ſit dictum quemadmodum in primo 44. *Illam exſpirantem transfixo pectore flammas*. Sane notandum, ignem arſiſſe, cum igni alia res ardeat.

567. [56] [JOVIS CUM FULMINA CONTRA. Quia dicitur flammam emiſiſſe oribus ſuis contra [57] Jovis fulmen. Homerus nihil dicit aliud, quam centum manus eum habuiſſe, & auxilio eum Jovi adverſus Neptunum, Junonem, & Minervam fuiſſe: & forte aut ſuum ignem, aut Jovis acceptum ſpiraſſe pro eo; ut ſit *contra*, non adverſus Jovem; ſed ſimiliter, a pari, ut Terentius in Adelphis in capite Comoediae I. I. 25. *Ille ut item contra me habeat, facio ſedulo*.

568. PARIBUS. Id eſt, inter ſe paribus.]

569. SIC. Ut non unam manum putares: namque ad hoc pertinet comparatio, ut intelligamus, eum multitudinis vice dimicaſſe. [58] [*Deſaevit* autem, hic valde ſaevit; alias ſaevire deſinit.]

570. IN-

42 deſunt R. Voſ. Steph. al. ad ℣. 564. 43 ut haec Auſonis, hae Auſ. Steph. al. ut haec Auſonis, haec Auſonides R. ut haec Auſonis, hujus Auſonidis Voſ. 44 hic Auſonida, hujus Auſonidae Voſ. R. Steph. (ſed vitioſe haec Auſonida) Baſil. 45 deſunt R. Voſ. Steph. al. 46 deeſt iiſdem. *ſe abſtinuit* Steph. 47 deſunt Dan. qui tanquam hom. & ex Steph. al. quia tanquam ex vic. R. quique tanquam homines & a vic. Fabr. qui tanq. homines deſunt Voſ. Dan. 48 deſunt R. Voſ. Steph. al. 49 concureretur Dan. Fab. caſſaretur Voſ. 50 poſtquam cum Dan. 51 deeſt Baſil. 52 deſunt R. Voſ. Steph. al. 53 ipſe eſt & Briareus iidem, ſed reliqua non habent. 54 animae intelligendum R. Voſ. Steph. Fabr. al. na * nimium Dan. forte, animae nimium. 55 ex ferocitate Steph. Baſil. 56 deſunt R. Voſ. Steph. al. ad ℣. 569. 57 Jovem * fulmen Dan. 58 deſunt R. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

Ut ſemel intepuit mucro. Quin ecce Niphaei
Quadrijuges in equos adverſaque pectora tendit:
Atque illi longe gradientem, & dira frementem
Ut videre, metu verſi retroque ruentes
Effunduntque ducem, rapiuntque ad litora currus.
Interea bijugis infert ſe Lucagus albis
In medios, fraterque Liger: ſed frater habenis
Flectit equos: ſtrictum rotat acer Lucagus enſem.
Haud tulit Aeneas tanto fervore furentes:

In-

SERVII.

570. INTEPUIT MUCRO. Nimia ſcilicet caede.

571. QUADRIJUGES. Propter Homoeoteleuton noluit *quadrijugos* dicere, & contulit [59] [ſe ad aliam declinationem: nam & [60] *quadrijugus*, & *quadrijugis*, dicimus;] ſicut *inermus*, & *inermis*; *exanimus*, & *exanimis*.

572. ATQUE ILLI. Equi ſcilicet: nam ad ſuperiora retulit: quod ſciendum eſt eſſe vitioſum: interpoſuit enim: *Adverſaque pectora* [61] [*tendit*. Alibi VIII. 208. *Praeſtanti corpore tauros Avertit, totidem forma ſuperante juvencas: Atque hos, &c.*] LONGE GRADIENTEM. Longis gradibus incedentem: & eſt militaris inceſſus: [62] [aut longinquo.

574. EFFUNDUNTQUE DUCEM. Et hoc loco omiſit occiſum, ut ſupra 545. *Dardanides contra furit*.]

575. BIJUGIS. Erit nominativus *hic bijugus*: nam alias *bijugibus* faceret, ſi eſſet [63] tertiae formae, ab eo, quod eſt *hic bijugis*, *hujus bijugis*.

VARIORUM.

559. LINQUERE. *Liquere* Dorvil. a m. ſec.

561. LYCAM. *Lucam* bene apud Nonium Marcellum, quomodo & prior Mentelius cum Mediceo aliisque nonnullis. ſed rectius in Gudiano *Lucam*. in ſecundo Mentelio *Lycam*. praeterea in Mediceo *Antheum*. & mox *Numam*. HEINS. *Liucam*, *Lican*, *Licam* ſcripti.

562. FULVUMQUE. *Flavumque* uterque Hamburgenſis. *Camentem*, *Careſtem*, *Caemetem* codices. *proſequitor* Vratiſlavienſis, prior Hamburgicus, Venetus cum Excerptis noſtris.

563. VOLSCENTE. *Vulcente*, *Vulſcente* alii. *ditiſſimus agris* Bigotianus. vid. ſupr. h. l. ỳ. 201.

564. REGNAVIT. *Regnabat* Dorvillian.

566. ORIBUS. *Auribus* alter Hamburgicus pro varia lectione. *orbibus* Francianus.

567. JOVIS CUM FULMINA. Vitioſe citat Lutatius ad Stat. II. Theb. 595. *Jovis cum fulmina contra me habeat*. vid. Barthium. *cum* deeſt Dorvill.

568. TOT STRINGERET. *Et ſtringeret* Sprotianus.

569. AEQUORE. *Agmine* Leidenſis.

570. QUIN ECCE NIPHAEI. In nonnullis exemplaribus *Nyphaei*. HEINS. *Nipei*, *Riphei*, in aliis. *quin & Uſei* Ed. pr.

571. QUADRIJUGES IN EQUOS. *Quadrijugis in equis* Mediceus a manu prima & Mentelii prior. & Menagii prior a manu prima. *quadrijugos* Ed. pr.

572. ILLI. *Illum* Menagii prior. *dura* Dorvill. mox *retroque fluentes* alter Hamburgicus.

574. EFFUNDUNTQUE. *Effunditque* Serv. ad III. Aen. 470.

Ibid. AD LITORA. *In litore* Bigotianus, Gudianus, & prior Hamburgicus. *currum* optimi quique. mox *bigis* Gudianus & Venetus. *Lugagus* Excerpta noſtra. mox Venetus *Leucagus*.

578. FURENTIS. *Fruentes* alter Hamburgicus.

ruen-

59 deſunt R. 60 quadrijuges & quadrijugos d. ſ. inermes & inermos, exanimes & exanimos Steph. al. 61 deſunt R. Voſ. Steph. Dan. al. 62 deeſt R. Voſ. Steph. al. 63 formae tertiae declinationis, ut hic *bijugis*, hujus *bijugis* faceret Dan. Fabr.

Digitized by Google

Inruit, adverſaque ingens adparuit haſta.
Cui Liger:
Non Diomedis equos, nec currus cernis Achilli,
Aut Phrygiae campos: nunc belli finis & aevi
His dabitur terris. Veſano talia late
Dicta volant Ligeri: ſed non & Troïus heros
Dicta parat contra: jaculum nam torquet in hoſtem.
Lucagus, ut pronus pendens in verbera telo
Admonuit bijugos: projecto dum pede laevo

Aptat

SERVII.

579. [64] [ADVERSAQUE INGENS. Hoc eſt, adverſus ipſe cum haſta apparuit. Et bene *ingens* viſus, cum adverſa haſta minaretur.]

581. NON DIOMEDIS EQUOS, NEC CURRUM CERNIS ACHILLIS. Duos [65] objecit, a quibus eſt victus Aeneas: nec tamen uſquequaque: nam eorum impetus evitavit.

583. [66] [VESANO. Hic poëta adfectationem ſuam accommodavit, dicendo *veſano*.]

585. [67] DICTA PARAT. Poteſt legi: *Edicta parat contra*.]

586. PRONUS. [68] [Pendens in verbera.] *Pronus*, nomen eſt: nam & comparatur, ut *pronior*. Si autem participium eſſet, fieret vitioſa locutio ſine interpoſitione conjunctionis.

587. [69] [ADMONUIT. Praeteritum, pro praeſenti.] PROJECTO. Extento, [70] [id eſt, antejacto,] ut III. 699. *Projectaque ſaxa Pachyni.*

VARIORUM.

ruentes Parrhaſianus.

579. INRUIT. *Diruit* Ed. pr.

580. CUI LIGER. *Cui tum Liger ait* Ed. Venet. *cui Liger ait* Mentelii prior & Menagii alter.

581. NEC CURRUS CERNIS ACHILLIS. *Achilli* Menagianus prior, & primus Moretanus, ut paſſim alibi. *non currus cernis Achillis* apud Donatum legitur ad Terent. Andr. Act. IV. Sc. 4. deinde codices noſtri omnes cum Mediceo *nec currum*, vel *nec currus*. HEINS. *Achilli* Leidenſis. vid. lib. IX. 12.

583. TERRIS. *Telis* Dorvill.

585. PARAT. *Parit* Leidenſis pro varia lectione.

Ibid. NAM TORQUET. *Jam torquet* alter Hamburgicus & Dorvil. a m. ſec. *contorquet* Oudartii. mox, *in verbere ſolo* Montalbanius.

Ibid. IN HOSTEM. *In hoſtes* membranae potiores, ut uterque fratrum deſignetur. HEINS.

586. PENDENS IN VERBERA. Vid. Cl. Drakenb. ad Sil. VIII. 285. & Markl. ad Stat. V. Silv. II 115.

587. TELO ADMONUIT BIJUGOS: PROJECTO. *Ammonuit bijugis* Aruſianus Meſſius. mendoſe. pro *projecto* Mediceus *trajecto*. apud Silium lib. IV. 455. in optimis membranis Colonienſibus legitur,

Et librat ſaeva trajectum cuſpide ferrum.

non *conjectum*. apud Propertium,

Si pudor eſt, alio trajice tela, puer.

ſed *projecto* interpretatur *extento* gloſſa codicis Mentelii & Montalbanii. & *projecto* conſtruunt vetuſti codices non cum *telo*, ſed cum *pede*. quo facit, quod Aruſianus Meſſius agnoſcit, & mihi valde

64 deſunt R. Voſ. Steph. al. 65 objicit iidem. 66 deſunt iisdem. 67 deſunt Fabr. p. legi, *& dicta parat contra* R. Voſ. Baſil. *& dicta paret contra* Dan. non video ita legi poſſe ſalvo metro. forte *contra & dicta paret*. *Edicta* vero, ut edidit Steph. & Maſvic. nihili eſt. nam *dicta* ſunt illi ſarcaſmi, ut ſupr. 557. & paſſim in pugnis Heroum. 68 deſunt Baſil. adſunt aliis, ſed capi debent ut verba Virgilii, ad quae commentatur Servius. *in verbera* deeſt R. Voſ. Steph. & mox ỳ. 600. *dicta dabat*. 69 deſunt R. Voſ. Steph. al. 70 deſunt iisdem.

Digitized by Google

Aptat ſe pugnae, ſubit oras haſta per imas
Fulgentis clipei: tum laevum perforat inguen,
Excuſſus curru moribundus volvitur arvis.
Quem pius Aeneas dictis adfatur amaris:
Lucage, nulla tuos currus fuga ſegnis equorum
Prodidit, aut vanae vertere ex hoſtibus umbrae.
Ipſe rotis ſaliens juga deſeris. Haec ita fatus
Adripuit bijugos. Frater tendebat inermes
Infelix palmas, curru delabſus eodem.

Per

SERVII.

592. Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum Prodidit, &c. Haec adlocutio contraria eſt ſuperiori: hoc enim continet: Objeciſti mihi, quod ſim & a Diomede & ab Achille converſus in fugam. [71] Te vero, o Lucage, nec equorum tarditas prodidit: quod mihi contigit, cum a Diomede occiſus eſt Pandarus, qui in eodem curru dimicabat: nec aliqua umbra equi tui ſunt territi, quod factum ſaepius in Homero legitur: ſicut & paulo poſt, Turnum cogit imago bella deſerere. Poteſt tamen & ad illud referri, quo tempore cum ab Achille nube cava Neptunus eripuit, ut in quinto ỷ. 810. [72] commemoratur. [73] [Poteſt & ad aliud referri, quod Niſaeus paulo ante ab equis ſuis proditus eſt.]

594. Ipse rotis saliens. Sarcaſmos eſt: nam per irriſionem dictum eſt: [74] [qui non morte dejectus es:] ille enim vulneratus ceciderat. *Rotis* autem, curru, a parte totum. Sine. Permitte, relinque, patere, [75] [id eſt,] συγχώρησιν.

VARIORUM.

valde approbatur, *prono pendens in verbera telo*, non *pronus*. Nonius quoque *projecto pede* conſtruit, in *aptus*; idem in *admonere* poſt τὸ *bijugos*, diſtinctionem ponit. ut & Priſcianus lib. xviii. ſed uterque *pronus* agnoſcit cum vulgatis exemplaribus. *projecto pede*, ut infra ỷ. 894. *ejectoque incumbit cernuus armo.* quod pari modo *extenſo* interpretatur idem Nonius. *projectam linguam* ſimiliter omnino Lucanus dixit lib. iv. de equo:

—— *fumant ſudoribus artus*
Oraque projecta ſqualent arentia lingua.

qui locus non eſt ſollicitandus, cum receptam lectionem vetuſtae membranae tueantur conſtanter. Pacuvius Anchiſe apud A. Gellium lib. iv. cap. 17. *id promontorium, cujus linguam in altum projicit.* ubi ſcribendum *Ida promontorium, cujus* &c. ſic *projicere ramos, pedem, linguam* & ſimil. Solinus, putidiſſimus antiqui ſermonis oſtentator, cap. ii. de Italia, *linguis projectis ſaepius & procurrentibus diſtinctum pelagus accipit.* vid. Schoppium lib. iii. Suſp. Lect. Ep. 20. Frontinus lib. i. Strateg. i. Ventidius de Parthorum exercitu: *omnia autem ſe vereri, ſi in patentes campos ſe projeciſſent.* *regna projecta ſub auſtro*, id eſt porrecta, extenta, apud eumdem Lucanum libr. viii. & lib. ix. 431.

At quaecumque vagam Syrtim complectitur ora
Sub nimio projecta die.

ita enim codices ſcripti conſtanter, non *porrecta*. apud Valer. Flac. lib. viii. *ſeptem projectus in amnes Nilus.* Silius libr. vi. 645.

Atque ubi latis
Projecta in campis, nebulas exhalat inertes,
Et ſedet ingentem paſcens Mevania taurum.

cave illic *porrecta* corrigas cum nonnullis. apud noſtrum lib. iii. Aeneid. *projectaque ſaxa Pachyni.* quod exemplum Diomedes etiam Grammaticus huic loco illuſtrando profert, & Macrobius lib. vi. Saturn. cap. 4. ut de ſcriptura elegantiſſima minime ſit dubitandum. plura Nonius Marcellus in *projectum*. Rufus Feſtus Avienus deſcriptione orbis.

Qua

71 Tu vero Steph. 72 commemorat Dan. Baſil. 73 deſunt R. Voſ. Steph. al. 74 deſunt iiſdem. 75 deſunt R. Voſ. & συγ. Steph. al.

Per te, per qui te talem genuere parentes,
Vir Trojane, ſine hanc animam, & miſerere precantis.
Pluribus oranti Aeneas: Haud talia dudum
Dicta dabas. Morere, & fratrem ne deſere frater.
Tum latebras animae, pectus, mucrone recludit.
Talia per campos edebat funera ductor

Dar-

SERVII.

601. LATEBRAS ANIMAE PECTUS. Definitio eſt pectoris, [76] [id eſt, in quo anima latet & continetur.]

602. EDEBAT. Quaſi ad ſpectaculum: unde & *munerum editores* vocantur. [77] [FUNERA. Caedes, ut II. 361. *Quis funera fando Explicet?*

VARIORUM.

Qua projecta jacet ſpatio piſcoſa Propontis,
Et qua praecipiti fluctu furit Helleſpontus.

ita legendum ex veteri codice Ambroſianae Bibliothecae. vulgo & illic *porrecta* circumfertur. opinor & alibi id verbi corruptum eſſe in eodem Avieno. idem,

Hic jacet in patulos projecta Calabria campos.

Lucretius lib. III.

Quamlibet immani projectu corporis exſtet.

de Tityo, *cui tota novem per jugera corpus Porrigitur.* Siſenna, *Ilex quae circumprojectis ramis majorem partem loci ſummi tegebat.* Virgilius in Culice,

Pendula projectis carpuntur & arbuta ramis.

apud eumdem Siſennam *ſcuta projecta* pro protentis ponuntur, quae exempla nec Macrobium praeterierunt, & fuit cum pari modo capiendum illud lib. IX. 577. opinarer,

— ille manum projecto tegmine demens
Ad vulnus tulit.

homines in verba projecti pro loquacibus apud A. Gellium I. 15. *projectis labris* aliquid *pronuntiare* P. Nigidius apud eumdem lib. X. cap. 4. Idem lib. XIII. 26. *Nam ſicuti athletae, qui pancratiae vocantur, ad certandum vocati projectis alte brachiis conſiſtunt*: id eſt erectis. ſic *projecta colla* apud noſtrum lib. II. Aen. III. in quibusdam codicibus vetuſtis. apud Columellam lib. VII. 2. *Capros & arietes optaverimus vel ampliſſimis cornibus, quod ea projecta* (V. C. *quae tum profecto*, vulgo *porrecta*) *altaque* (leg. *lataque*) *maximam partem capitis a tempeſtate defendant.* ita ſcribendum puto. nam Varro de Arietibus lib. II. cap. 2. *Arietes ſunt fronte lata, tortis cornibus pronis ad roſtrum*: & Ovidius, *flexo circum cava tempora cornu.* Apulejus de Mundo: *animalia in alvum prona atque projecta.* hoc eſt alvo incumbentia, non ſtantia. & ita apud Plin. XI. 37. *aliis robuſta cornua, aliis ad ictum, aliis adunca, aliis reduncá, aliis projecta*, &c. ita in Mſſ. ubi pro *redunca* malim *reducta.* & mox, *in mucronem emicantia*, pro vulgato *migrantia.* idem *projectum frondis* in arbore pro expanſione dixit lib. XVII. cap. 12. & *ramorum projectus* eidem lib. XVII. 23. Aſconius in Divinationem Ciceronis de Columna Maenia pag. 19. *Exceperat ſibi jus unius columnae, ſuper quam tectum projiceret ex provolantibus tabulatis.* Lucretius lib. II. 281.

Cujus ad arbitrium quoque copia materiai
Cogitur interdum flecti per membra, per artus
Et projecta refrenatur retroque reſidit.

lib. IV. 280. *Sic ubi ſe primum ſpeculi projecit imago, Dum venit ad noſtras acies, protrudit agitque.* ſic lego ex ſcripto, non *procudit.* Solinus cap. XI. *Cyclades ſpatiis longioribus a Delo projectae.* Valer. Flac. IV. 269.

Semper & in digitis & ſummi pulvere campi
Projectuſque redit.

in Catalectis Pithoei lib. IV. carmine de ſignis coeleſtibus:

Exin projectae claro cum lumine chelae.

ſic *ejicere* Prudentius lib. II. adverſus Symmachum de herba:

Mox ejecta ſolo glacie fidente ſuperbit.

Paſſione B. Perpetuae, memorabili antiquitatis monumento,

76 deſunt R. Voſ. Steph. al. 77 deſunt iidem ad ỽ. 608.

Dardanius, torrentis aquae vel turbinis atri
More furens. Tandem erumpunt, &. caſtra relinquunt
Aſcanius puer, & nequidquam obſeſſa juventus.
Junonem interea conpellat Juppiter ultro:
O germana mihi atque eadem gratiſſima conjunx,
Ut rebare, Venus (nec te ſententia fallit)
Tro-

SERVII.

603. Torrentis aquae. Notandum, quod *aquae* addiderit, cum abſolute *torrens* dicatur.

604. More furens. Expoſuit ſuperiora epitheta. Tandem erumpunt. Solutam obſidionem oſtendit.

605. Ascanius puer. Syllepſis: ordo eſt: Aſcanius & juventus; nam *obſeſſa* & ad Aſcanium pertinet.]

608. Ut rebare. Ut arbitrabaris, verum eſt, quod Trojani Veneris [78] nituntur auxilio: & dictum eſt per Ironiam: nam ſuperflue quidam hanc orationem [79] ſimpliciter dictam volunt, ut re vera dicat Juppiter, per ſe nihil poſſe Trojanos: [80] quod falſum eſt: adeo ut Junonis oratio ad Ironiam, non ad ſimplicia verba reſpondeat. Nec te sententia fallit. Hoc per Parentheſim dictum eſt.

VARIORUM.

numento, de ſerpente, *Et ſub ipſa ſcala, quaſi timens me, lente ejecit caput.* Statius Theb. II. de Leone,

Vacuis ferit aëra malis,
Molliaque ejecta delambit vellera lingua.

HEINS.

588. Aptat. *Aptet* in Gudiano, & tertio Rottendorphio a manu prima. HEINS. *Sub imas* ſecundus Moreti.

590. Arvis. *Agmen* Ed. Mediol.

591. Adfatur. *Affatus* Dorvill.

592. Lucage. *Huc age* legitur apud Rufinian. de Schemat. Dian. p. 37.

593. Vertere. *Advertere* Leidenſis. *perdidit* etiam Venetus.

595. Inermes. *Inertis* vel *inertes palmas* codices noſtri omnes, ſi excipias Schefferium & diverſam Gudiani ſcripturam. quomodo & in ſuis legi monuit Pierius. ſimilis diverſitas libro XI. 414. ut iſtic loci dicetur. hic tamen *inermes palmae* magis arrident. libro etiam XI. ℣. 672. *inermes* praeſtare cenſeo cum veterrimis membranis,

Dum ſubit & dextram labenti tendit inermem.

& lib. XII.

At pius Aeneas dextram tendebat inermem.

Silius lib. IX.

Dextra remeabat inermi.

vide ad Silium lib. XIII. 76. HEINS. *Abripuit* Leidenſis & Menagii prior & Excerpta noſtra. *inertes* Francian. Dorvil. & Ed. Venet.

596. Delabsus. *Delatus* Sprotianus pro varia lectione. poſt hunc verſum inſerebatur infelicis ovi malus faetus *Tendebatque tales illi de pectore voces.*

597. Per te, per qui te talem genuere parentes. Ita hic verſus agnoſcitur a Priſcianobis, a Scholiaſte Statii & ab Alcuino. Donatus tamen in Andriam Terentii citat, *per qui te tanti talem genuere parentes.* Scholiaſtes Horatii Cruc-quianus lib. I. Od. I. *qui tanti talem genuere.* & lib. I. Od. 10. *Aeneam tanti talem genuere parentes.* ut omnino exiſtimem jam antiquitus in nonnullis exemplaribus ſic fuiſſe lectum, ut a Donato profertur. vel etiam, *per te, qui tanti talem.* ſed alterum omnino praeſtat. Macrobius tamen vulgatam quoque lectionem expreſſit lib. IV. Saturn. cap. 2. HEINS. Credo Scholiaſten Horatii locum hunc & alium ex lib. I. Aen. 606. inter ſe confudiſſe.

600. Ne desere. *Non* Bigotianus & Oudarti. *morere, fratrem* Ed. Mediol.

601. Recludit. Vel *reſolvit* in priore Hamburgico. HEINS.

602. Ductor. *Victor* codices nonnulli. *ductor* tamen

[78] utuntur Dan. Fabr. virtute nituntur R. Voſ. Steph. al. [79] ſimplicem Dan. [80] quia Dan. Fabr.

Digitized by Google

Trojanas ſuſtentat opes: non vivida bello
Dextra viris, animuſque ferox, patienſque pericli.
Cui Juno ſummiſſa: Quid, o pulcherrime conjunx,
Sollicitas aegram, & tua triſtia dicta timentem?
Si mihi, quae quondam fuerat, quamque eſſe decebat,
Vis in amore foret; non hoc mihi namque negares,
Omnipotens; quin & pugnae ſubducere Turnum,
Et Dauno poſſem incolumem ſervare parenti.
Nunc pereat, Teucriſque pio det ſanguine poenas.
Ille tamen noſtra deducit origine nomen,

Pi-

SERVII.

609. VIVIDA. Id eſt, fortis, ut v. Aeneidos 754. *Sed bello vivida virtus.*

611. CUI JUNO SUMMISSA. Humilis: & quia [81] intellexit obliqua Trojanorum accuſatione impugnari ſuum pudorem, etiam ipſa reſpondet oblique.

612. TRISTIA. [82] [Vel quae triſtem faciant: vel] ſevera. Terentius And. v. II. 16. *Triſtis ſeveritas ineſt* [83] *in vultu, atque in verbis fides.* Item contra Virgilius III. Georg. 37. *Furias amnemque ſeverum,* [84] [id eſt, triſtem.]

615. QUIN. Ut non: [85] nam affirmativa particula eſt. Quidam hunc ordinem eſſe volunt: Namque ſi mihi, quae quondam fuerat vis, in amore foret, non hoc mihi negares, quin poſſem pugnae ſubducere Turnum. Alii hoc genus elocutionis accipiunt, ut per ea, quae [86] in parentheſi poſita ſunt, reliquo ſenſui occurratur, non his, quae primo poſita ſunt: hic enim ad illud, quod inſertum eſt: *Non hoc mihi namque negares Omnipotens, quin & pugnae ſubducere Turnum, & Dauno poſſem incolumem ſervare parenti:* alioquin, dempta hac parentheſi, non congruit primum cum poſtremo, ſi ita dicas: *Si mihi quae quondam fuerat,* [87] *quamque eſſe decebat, vis; quin & pugnae abducere Turnum, Et Dauno incolumem poſſem ſervare parenti.* Plautus in Ciſtellaria: [Caſin. prol. 40.] *Is ſervus (ſed abhinc annos factum eſt* XIII.) *cum conſpicatus eſt primo crepuſculo puellam exponi.*

617. NUNC PEREAT, TEUCRISQUE PIO DET SANGUINE POENAS. [88] Δειλικὸς eſt: non enim agit, ut pereat; ſed magis favet ejus ſaluti: [89] [nam ſtatim ſubjicitur, cur indigne fiat: *Ille tamen noſtra deducit origine nomen*, ut in ſecundo 103. *Jam dudum ſumite poenas, Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridae.*] Quod autem dicit, *pio ſanguine*, Aeneae latenter eum exaequat, qui ubique inducitur cultor deorum.

618. ILLE TAMEN. Quamquam moriturus eſt, tamen [90] a nobis originem ducit. NOSTRA. Divina, [91] [id eſt, aut Jovis, aut Junonis, aut omnium deorum.]

VARIORUM.

tamen vetuſtiores amplectuntur. HEINS. *Victor* etiam Francianus, Regius & Ed. Mediol. & *doctor* Gudianus a manu prima.

604. FURENS. *Forens* Mentelii prior. *fremens* alius.

Ibid. CASTRA. *Clauſtra* in priore Hamburgico. HEINS. *Erumpit* primus Moreti. *clauſtra* Parrhaſianus.

605. ASCANIUS. *Aſcaniuſque puer* Dorvil.

609. TRO-

81 intellegit Dan. 82 deſunt R. Steph. al. 83 *ineſt vultu* Dan. reliquis omiſſis. 84 deſunt R. Voſ. Steph. 85 deeſt nam R. Voſ. confirmativa Dan. Fabr. confirmativa particula non eſt Baſil. & Ed. priſcae. 86 deeſt praepoſitio Dan. & occurritur idem. 87 quanquam Dan. 88 ſermo obliquus, non apertus dicitur: non enim Fabr. al. 89 deſunt R. Voſ. Steph. al. 90 a diis Baſil. a dis Voſ. ab his R. Fab. ad his Dan. vitioſe. ab diis ant. Ed. 91 deſunt R. Voſ. Steph. al.

Pilumnuſque illi quartus pater: & tua larga
Saepe manu, multiſque oneravit limina donis.
Cui rex aetherii breviter ſic fatur Olympi:
Si mora praeſentis leti tempuſque caduco
Oratur juveni, meque hoc ita ponere ſentis;
Tolle fuga Turnum, atque inſtantibus eripe fatis.
Hactenus indulſiſſe vacat. Sin altior iſtis
Sub precibus venia ulla latet, totumque moveri
Mutarive putas bellum; ſpes paſcis inanis.

Et

SERVII.

619. QUARTUS PATER. Abavus: nec eſt [92] contrarium, quod ait ſupra 76. *Cui Pilumnus avus.* Potuit enim fieri, ut & avus ejus & abavus a *Pilumno Pilumni* nominarentur: [93] [ergo per *patris* appellationem oſtendit cognationem.

621. REX AETHEREI BREVITER SIC FATUR. Ubique Reges breviter loquentes oſtendit. ſup. 16. *Juppiter haec paucis:* & I. 561. *Tum breviter Dido vultum demiſſa profatur.*]

622. SI MORA PRAESENTIS LETHI. Ex Jovis conceſſione, quali [94] aſtu egerit Juno, cognoſcitur; ſcilicet ut Turnus poſſit evadere. CADUCO. Morituro.

623. PONERE. Facere: [94 *] [vel, ut quidam volunt, conſtituere & decernere: alii *ponere:* pro, dare, ut XII. Aen. 878. *Haec pro virginitate reponit?* Sane *ponere*, facere,] ſicut Lucilius Homerum ſecutus, [95] qui ait Iliad. A. 2. ἄλγε' ἔθηκεν, id eſt, fecit: [96] [alii *ponere*, putare, ut ſolet dici: *Pone, me hoc feciſſe*]

625. HACTENUS INDULSISSE VACAT. [97] [Id eſt, ſufficit:] [98] hoc ingenti arte locutus eſt: nam dicendo *vacat*, oſtendit, ſupra hoc breve ſpatium [99] ulterius bonarum ſtellarum [1] inradiationem Turni fata differre non poſſe: unde non ait, indulſiſſe [2] *licet*, ſed, *vacat:* ac ſi diceret: jam undique in mortem [3] truditur Turnus, hoc tantum vacat ſpatium, [4] [id eſt, intervallum temporis: quaſi *hoc ſpatium*, hic locus eſt, ut parumper differatur.] Hinc eſt, quod & ſupra ait 472. *Metaſque dati pervenit ad aevi.*

626. VENIA ULLA. Beneficium, quod te ſperat mereri. [5] [Et duas habet ſignificationes; quod petitur, ut hic; & quod conceditur, ut inf. 903. *Si qua eſt victis venia hoſtibus, oro.*

627. MUTARIVE. Deeſt, poſſe: an mutatum iri?]

VARIORUM.

609. TROJANAS. *Trojanis* Sprotianus. *ſubſtentat* Venetus. *nam vivida* idem & Dorvill. qui & *dextra viri. nec* vel *nunc* prior Hamburgicus & alius. *nam* Francianus. *non invida* Parrhaſ. *animoſque* Gudianus a manu prima.

611. CUI JUNO. *Cum* prior Hamburgicus.

612. AEGRAM. *Me aegram* Excerpta noſtra.

Ibid. DICTA. *Juſſa* Mediceus.

613. QUAMQUE. *Quumque* Montalbanius. mox *non haec* Juntina editio & duo Moretani. *mihi nempe* Zulichemius & Bigotianus.

616. POSSEM. *Poſſim* in utroque Rottendorphio. HEINS. Et in Leidenſi. *vel Dauno* Oudartii.

617. PIO. *Suo* Dorvill.

618. DEDUCIT. *Deducet* Gudianus, duo Rottendorphii.

620. MULTISQUE. *Multis oneravit* quartus Moreti & Parrhaſianus.

621. FA-

92 contrarium illud: *cui* iidem. 93 deſunt iisdem ad ✝. 622. 94 arte Voſ. Steph. Dan Fabr. al. 94 * deſunt iisdem. 95 ſecutus ait Dan. 96 deſunt R. Voſ. Steph. al. 97 deſunt iisdem. 98 Hic. Steph. deeſt R. Voſ. Dan. Baſil. 99 nullam ulterius Dan. 1 irradiatione Baſil. irradiationem futuram, ex quo Turni Dan. 2 *libet* R. Voſ. Steph. al. 3 traditur Dan. 4 deſunt R. Voſ. Steph. al. 5 deſunt iisdem ad ✝. 628.

Digitized by Google

Et Juno adlacrumans: Quid ſi, quod voce gravaris,
Mente dares; atque haec Turno rata vita maneret?
Nunc manet inſontem gravis exitus: aut ego veri
Vana feror. Quod ut o potius formidine falſa
Ludar, & in melius tua, qui potes, orſa reflectas!
Haec ubi dicta dedit, coelo ſe protenus alto
Miſit, agens hiemem nimbo ſuccincta per auras:
Iliacamque aciem, & Laurentia caſtra petivit.
Tum Dea nube cava tenuem ſine viribus umbram

In

SERVII.

628. QUOD VOCE GRAVARIS. Quae negas fato: *Vox* enim Jovis, fatum eſt. Statius I. Theb. 213. *Et vocem fata ſequuntur.* hoc autem dicit: utinam quae negas voce, id eſt, fato, mente praeſtares. Nam ſi *Jovis vox*, fatum eſt, poteſt [6] aliquid fando fati ordinem commutare. GRAVARIS autem, negas, graviter fers: & hac elocutione non niſi per accuſativum utimur: ut ſi dicas, [7] *gravor adventum tuum*, id eſt, graviter fero; *gravor praeſentiam tuam*: nam & ipſe [8] dixit: *Quae gravaris*: aliter non dicimus in hac ſignificatione. Similiter etiam accuſativo utimur caſu, cum volumus abſolutam facere elocutionem, & per [9] gerundi modum aliquid dicere, ut: *Petendum mihi eſt equum, codicem, byrrum.* Hinc Virgilius XI. 230. *Pacem Trojano ab rege petendum.* [10] [Sic Salluſtius: *Caſtra ſine vulnere introitum.*] Nam ſi dixeris, *petendus eſt codex*: non jam per gerundi modum [11] agis, ſed participialiter loqueris.

629. RATA. Firma, perpetua.

631. VERI VANA FEROR. Id eſt, ſum veritatis ignara.

632. [12] [ORSA. Pro dictis & fatis.]

634. NIMBO SUCCINCTA. Id eſt, nubibus: quia praemiſit: *Agens hyemem*: quod niſi eſſet, ſplendorem acciperemus, qui eſt circa corpus deorum.

636. [13] [TUM DEA. Poteſt ſenſu integro, *dea*, detrahi.] NUBE CAVA. [14] Erit nominativus *haec nubes*: nam *nubs* non dicimus, quod ait Livius Andronicus, qui primus edidit fabulam [15] Latinam apud nos.

VARIORUM.

621. FATUR. *Fatus* in Mediceo & Gudiano a manu ſecunda. *fatus* etiam in primo ac quarto Moretanis, utroque Mentelio, utroque Hamburgico, & aliis nonnullis HEINS.

623. HOC. *Haec* Leidenſis, quartus Moreti & Ed. Venet. deerat priori Hamburgico. *ponere ſi vis* Dorvil. a m. ſec.

627. PUTAS. *Putes* Oudartii. *poſcis* idem. *multarive* Mediceus.

628. CUI JUNO ILLACRUMANS. In Mediceo, Menteliano, Menagiano utroque, Montalbanio & caeteris praeſtantioribus noſtris, *Et Juno adlacrimans.* in primo tertioque Moretanis, & priore Hamburgico, *Cui Juno adlacrimans. adlacrimandi* verbum in Appulejo etiam me recordor legiſſe, ſed locus nunc non eſt in promptu. *adlacrimari*, quomodo *adflere*, *adgemere*, & ſimilia, de quibus dictum ad Naſonem libro V. Faſt. 400. *adſuſpirare*, *adblaterare* apud eumdem Appulejum. *ſuperlacrimare* apud Columellam habes libr. IV. 24. *delacrimandi* verbo uſus eſt Plinius lib. XX. 5. *Caepae delacrimatione caligini medentur. ſuperlacrimari* apud Columellam habes lib. IV. cap. 24. mox *quae voce gravaris*, non *quod* Mediceus. uti & ſecundus Rottendorphius cum Veneto. HEINS. *Et Juno allacrimans* Francianus. Ed. Mediol.

Quot

6 allud R. Voſ. Fabr. al. aliud fando commutare Dan. 7 *adgravor* R. Voſ. Steph. al. 8 ſic dixit Steph. Dan. 9 gerundivum Fabr. al. & mox iterum. Gerundii Ant. Edd. vid. & ad XI. 230. 10 deſunt R. Voſ. Steph. al. 11 deeſt iisdem. 12 deſunt iisdem. 13 deſunt iisdem. 14 eſt Dan. 15 deeſt Dan.

In faciem Aeneae (viſu mirabile monſtrum)
Dardanijs ornat telis; clipeumque jubaſque
Divini adſimulat capitis: dat inania verba;
Dat ſine mente ſonum, greſſuſque effingit euntis.
Morte obita quales fama eſt volitare figuras,
Aut quae ſopitos deludunt ſomnia ſenſus.
At primas laeta ante acies exſultat imago,
Irritatque virum telis, & voce laceſſit.
Inſtat cui Turnus, ſtridentemque eminus haſtam

Con-

SERVII.

638. JUBASQUE. Propter equinam caudam, quae eſſe ſolebat in galeis: unde eſt inf. 869. *Criſtaque hirſutus equina.*

639. DIVINI CAPITIS. Hoc ex perſona Poëtae dictum eſt [16] [de Aenea,] innuentis futura: nam poſt mortem in numerum [17] referetur deorum. INANIA. Nec a membris, nec a mente venientia.

641. OBITA. [18] [Morte ſumta,] ſuſcepta, & completa.

642. [19] [AUT QUAE SOPITOS. Quae ſomnia, pro, qualia inſomnia, quae per ſomnum videmus.]

643. EXULTAT. *Exultare*, eſt gaudere: & per ſe plenum eſt: nam *inſultare*, eſt irridere inimicos: & dicimus, *inſulto tibi*; licet Salluſtius fragm. incert. dixerit v. IX. 834. *Multos ab adoleſcentia bonos inſultaverat:* hoc eſt, in ipſos impetum fecerat: [20] [quamvis poſſit illic alia eſſe ſignificatio, *multos inſultaverat*.]

644. IRRITATQUE VIRUM TELIS. Ideo [21] hac arte egit Juno, & imagine decepit Turnum: quia, ſi ei ex aperto fugam ſuaderet, more viri fortis ille [22] fugae praeponeret mortem; cum praeſertim ipſe in ſequentibus dicat XII. 646. *Uſque adeone mori miſerum eſt?*

VARIORUM.

Quoi Juno allacrimans. & Ed. Ald. *quae voce* Parhaſ. Edd. pr. & Mediol.

Ibid. QUID SI. *Quod ſi* Gudianus & Sprotianus. *ſi quae* Venetus & ſecundus Rottendorph.

629. RATA VITA. Ita & ſcripti. Apage Servium, qui *data vita* agnoſcit, cum hoc ipſo verſu *dares* praeceſſerit. HEINS. Vid. ſup. 472. & alibi.

630. AUT EGO. *Haud* Oudartii & Excerpta noſtra.

631. FEROR. *Ferar* Dorvil. *veri* hic eſt Vaticinationis, & Servium refutat Barth. ad Stat. III. Theb. 488.

Ibid. QUOD UT O POTIUS. *Quod uti potius* Gudianus a manu prima. *quod ut o p. f. f. laudar* Francianus: *quid ut o* Ed. pr.

634. AURAS. Poſt hunc verſum ſequebatur in ſecundo Moretano alter,

Ordine flammarum & late diſcriminat agros,

qui legitur lib. XI. 144.

637. MIRABILE. *Miſerabile* Venetus.

638. DARDANIIS. *Dardanis* Dorvil. qui & *armat* pro diverſa lectione. & *jubamque*.

639. VERBA. Vel *membra* Gudianus. HEINS.

640. GRESSUSQUE. *Greſſumque* Mediceus. mox *qualis figuras* pro *quales* duobus locis Priſcianus. HEINS. *Greſſuſque affigit* Venetus.

642. DELUDUNT SOMNIA. *Ludunt inſomnia* in Menagiano priore & priore Hamburgico, ut lib. IV.

Quae me ſuſpenſam inſomnia terrent.

& libro VI.

Hinc falſa ad coelum mittunt inſomnia manes.

nec aliter in ſecundo & quarto Moretanis. in ter-

tio

16 deſunt R. Voſ. Steph. al. 17 fertur Dan. refertur Comm. Emmen. 18 deſunt Dan. morte deeſt R. Voſ. Steph. al. ſumta deeſt Fabr. 19 deſunt R. Voſ. Steph. al. 20 deſunt Dan. ponunt haec verba Salluſtii R. Voſ. Steph. al. 21 hoc arte agit Dan. agit Voſ. Fabr. Baſil. ait Steph. decipit Voſ. Steph. Fabr. al. 22 deeſt R. Voſ. Steph.

Conjicit: illa dato vertit veſtigia tergo.
Tum vero Aenean averſum ut cedere Turnus
Credidit, atque animo ſpem turbidus hauſit inanem:
Quo fugis, Aenea? thalamos ne deſere pactos:
Hac dabitur dextra tellus quaeſita per undas.
Talia vociferans ſequitur, ſtrictumque coruſcat
Mucronem: nec ferre videt ſua gaudia ventos.
Forte ratis celſi conjuncta crepidine ſaxi
Expoſitis ſtabat ſcalis, & ponte parato;
Qua rex Cluſinis advectus Oſinius oris.

Huc

SERVII.

648. TURBIDUS. Tumens, elatus arrogantia.

649. [23] [PACTOS. Nunc paſſivum, ut: *Pacta puella.*]

650. TELLUS QUAESITA PER UNDAS. Sic alibi XII. 359. *En agros, & quam bello, Trojane, petiſti Heſperiam metire jacens.*

651. VOCIFERANS SEQUITUR. Sequens clamabat: [24] non ante dixit, & ſic eſt ſecutus.

652. NEC FERRE VIDET SUA GAUDIA VENTOS. Proverbium eſt: *Venti ferunt gaudia*, id eſt, laetantur incaſſum. Sic ſupra IX. 312. *Sed aurae Omnia diſcerpunt.* Item XI. 795. *Partem Mente dedit, partem volucres diſperſit in auras.*

653. FORTE RATIS. Deſcriptio per [25] παρέκβασιν facta: non enim a ſuperioribus pendet; ſed antedictis adjungitur, ut VIII. 416. *Inſula Sicanium juxta latus.* Has autem deſcriptiones eſſe [26] aptas ſed raras convenit: ſicut etiam Horatius docet in Arte poëtica ỳ. 15. dicens: *Purpureus late qui ſplendeat unus & alter* [27] *Adſuitur pannus.* Sunt enim ornatui. CREPIDINE SAXI. *Crepido*, eſt abrupti ſaxi altitudo: [28] [*crepidines* etiam templorum dici ipſos ſuggeſtus, in quibus aedes ſunt conlocatae: & *crepidines* viarum, id eſt, ipſae eminentiae dextrae ſiniſtraeque.] [29] Sane hoc loco Antiptoſis facta eſt propter metrum. *Conjuncta* ergo *crepidine*, pro, *crepidini*, ſicut ſup. 361. *Haeret pede pes*, pro, *pedi.* [30] [Eſt autem ablativus pro dativo.]

655. OSINIUS. Ipſe eſt, quem ſupra 166. *Maſſicum* dixit. Ergo, ut diximus ſupra, [31] ſi *Oſinius*, proprium eſt; *Maſſicus* appellativum: licet poſſit fieri, ut duo nomina unius ſint, ut, *Numa Pompilius*, [32] *Alexander Paris*, [33] [*Numanus Remulus.* Alii volunt non eundem eſſe *Maſſicum*, quem *Oſinium:* nam duas civitates ſupra commemorat, Cluſium & Coſam: & tradunt potuiſſe fieri, ut hic *Oſinius*, rex quidem unius de memoratis fuerit civitatibus; ſed ſub imperio *Maſſici* egerit: nam & *Ramnetem*, & *Remulum*, quos in ducum ordinem non numeravit, reges fuiſſe dixit. Alii hunc poſtea κατὰ τὸ σιωπώμενον volunt veniſſe: quia in catalogo ejus non meminit.] CLUSINIS ORIS. Tuſciae [34] civitate.

VARIORUM.

tio *alludunt ſomnia.* HEINS. *Ludunt inſomnia* Bigotianus, Dorvill. & Zulichemius. *deducunt ſomnia* Hugenianus. mox *laeti* Dorvill. *aut primas* Zulichemius & Editio Juntae. & *aut voce* Bigotianus, uterque Hamburgicus & Venetus. *ac voce* Menagii prior.

644. IRRITATQUE. Vide ad lib. IV. 178.

647. AENEAM. *Verſum Aenean* Sprotianus & Mon-

23 deſunt R. Voſ. Steph. al. 24 non autem Fabr. al. nam ante Voſ. Steph. Dan. 25 παρέκβασιν legit Ach. Stat. ad Horat. Art. Poët. 15. quo alludunt Voſ. qui per barecbaſin, & R. qui per parebaſin habent. alii omnes, per exbaſin. 26 raras & aptas Steph. apertas & raras Fabr. & Baſil. ſolemni confuſione vocum, ut ſaepe ad Quinctilianum notavimus, vid. praefat. & 1. 2. & alibi. BURM. 27 *adſumitur* Steph. ex antiq. Edd. vitioſe. 28 deſunt R. Voſ. Steph. al. 29 hic Dan. Fabr. 30 deſunt R. Voſ. Steph. al. 31 deeſt Dan. 32 Alexander magnus R. Steph. Fabr. al. inepte, non enim magnus eſt nomen, ut ſuit Pompeji. 33 deſunt R. Voſ. Steph. al. 34 civitatis Dan.

Digitized by Google

Huc ſeſe trepida Aeneae fugientis imago
Conjicit in latebras: nec Turnus ſegnior inſtat:
Exſuperatque moras, & pontis tranſilit altos.
Vix proram adtigerat; rumpit Saturnia funem,
Avolſamque rapit revoluta per aequora navem.
Illum autem Aeneas abſentem in proelia poſcit:
Obvia multa virûm demittit corpora morti.
Tum levis haud ultra latebras jam quaerit imago,
Sed ſublime volans nubi ſe inmiſcuit atrae:
Cum Turnum medio interea fert aequore turbo.

Re-

SERVII.

658. TRANSILIT ALTOS. Hoc ſermone feſtinantis celeritas indicatur.

659. [35] [VIX PRORAM. Ἀντίδιον. Sic enim melius.] RUMPIT SATURNIA FUNEM. [36] [Debuit dici, cum rumpit Saturnia funem, ut I. 34. *Vix e conſpectu Siculae telluris*, *Cum Juno aeternum ſervans*: Ideo autem *rumpit*,] ne deprehenſo dolo [37] Turnus in bellum rediret.

660. [38] [REVOLUTA PER AEQUORA NAVEM. Ὑπαλλαγὴ eſt, pro, revolutam navem.]

661. ILLUM AUTEM AENEAS ABSENTEM IN PRAELIA POSCIT. Sic melius, quam ſicut nonnulli volunt: [39] [*Ille autem Aenean abſentem in praelia poſcit*: quaſi ad Turnum poſſit referri: *Obvia multa virum demittit corpora morti*: quod] Urbanus dici arbitratur de nautis in navi inventis; quod non procedit: nam *abſens* dicitur, qui recedit; quod nunc Turno congruit, non Aeneae, qui intereſt praeliis. [40] [Illi autem *Aeneas* legunt, quod ita eſt: quia Aeneas *Multa virum demittit corpora morti*.]

665. MEDIO. Ad medium. TURBO. Vis venti.

VARIORUM.

Montalbanius. *Aenean verſum incedere* alter Menagianus. *Aeneam adverſum* Zulichemius & Editio P. Danielis & Juntina. *ubi cedere* Parrhaſianus.

648. HAUSIT. *Auxit* Leidenſis.

652. NEC. *Ut* Francianus.

654. EXPOSITIS. *Impoſitis* Hugenianus.

655. CLUSINIS. *Clauſtrinis* Ed. pr. *adventus* Venetus. *Oniſius* Bigotianus pro varia lectione. *Oſimius* Oudartii. *Oſinus* Francianus, & Ald. *Cluſiniis* etiam Mediceus a ſecunda manu.

656. HUC. *Huic* Mediceus. deinde *trepidam Aeneae* alter Hamburgicus. HEINS. *Trepide* notaverat Pierius in ora codicis. *Aeneae trepida* Ald. mox *ſegnius* alter Hamburgicus. *in tenebras* Hugenianus. *in latebris* prior Menagii.

659. RUMPIT. *Rupit* prior Menagianus, cum priore Hamburgico & ſecundo Moretano. HEINS.

660. NAVEM. Ita ſcripti, non *navim*. niſi quod in uno Veneto *claſſem*. vide lib. I Aen. 120, HEINS. *Evulſamque* Leidenſis.

661. ILLUM AUTEM. *Ille autem* Gudianus, quod non capio. deinde *abſentem Aeneas* in altero Rottendorphio. HEINS. Et in Excerptis noſtris.

662. DEMITTIT. *Dimittit* multi. *viro* etiam Parrhaſ.

664. ATRAE. *Arte* Francianus.

665. MEDIO INTEREA. *In medio* Montalbanius.

35 deſunt R. Voſ. Steph. al. 36 deſunt iisdem. 37 deeſt iisdem. 38 deſunt iisdem. 39 turbant hic codices deſunt priora poſt *volunt*, Voſ. Steph al. & continuant, Urbanus namque ſic legit, ille autem &c. morti. De nautis in navi &c. R. omnia omittit uſque ad, *de nautis* &c. in Dan. eſt, volunt: ut ſicut Urbanus *obvia* &c. *morti*. de navibus inventis &c. quem ſecuti Comm. & Emm. ſed Fabr. volunt. Urbanus namque ſic legit, *ille* &c. *morti*. Quod Urbanus dici arbitratur de nautis Baſil. *morti*. Quod Urbanus dicit, arbitratur de nautis &c. Fabricius in notis addidit, contra Urbanum probat & tuetur hanc lectionem Servius. 40 deſunt R. Voſ. Steph. al.

Reſpicit ignarus rerum, ingratuſque ſalutis,
Et duplices cum voce manus ad ſidera tendit:
Omnipotens genitor, tanton'me crimine dignum
Duxiſti, & talis voluiſti expendere poenas?
Quo feror? unde abii? quae me fuga, quemve reducet?
Laurentiſne iterum muros aut caſtra videbo?
Quid manus illa virûm, qui me meaque arma ſecuti:
Quoſne (nefas) omnis infanda in morte reliqui?
Et nunc palantis video, gemitumque cadentum

Ad-

SERVII.

666. IGNARUS RERUM. Id eſt, artis, per quam evaſerat: [41] [hoc eſt, neſciens hoc pro ſalute ſua factum, ideoque & ingratus: nam & queritur.]

668. OMNIPOTENS GENITOR. Duo [42] Antonomaſiva pro uno proprio, ut II. 615. *Tritonia Pallas*. TANTON'. Pro, *tantone:* & conſtat mutilatas partes orationis accentum in eodem loco habere, in quo etiam integrae habuerunt: nam μόρια, id eſt, *minores particulae*, ut QUE, VE, NE, CE, quotiens junguntur aliis partibus, ante ſe accentum faciunt, qualiſlibet ſit ſyllaba, quae praecedit, [43] [ſive brevis,] ſive longa, ut, *muſaque*, *hujuſce*, *illucce*, *tantone*, [44] *adduce*, *deduce:* & haec mutilata ſimiliter proferuntur, ſcilicet ſub eodem accentu.

670. [45] [QUO FEROR? UNDE ABII? Bene variavit adverbia & pronomina.] QUEMQUE REDUCET? *Quem*, qualem, ut IX. 481. *Hunc ego te Euryale aſpicio?* & quaſi neſcius ſui eſt in tanta rerum permutatione.

671. LAURENTISNE. Quaſi deliberatio eſt.

672. QUID MANUS ILLA VIRUM? Sylleplis per genus: nam a *manu*, id eſt, multitudine, ad *viros*, [46] [a foeminino ad maſculinum] tranſitum fecit. [Ergo figuratum, & per genus & per numerum. Eſt autem mira defectio, id eſt, quid dicent?

673. QUOSVE NEFAS. Aſper *quoſne* legit, & adnotavit *ne* pro *ve*, quaſi expletiva particula.]

674. PALANTES VIDEO. [47] Intelligimus eum non longe a terra fuiſſe: nam quod ait ſupra: *Medio fert aequore:* ut diximus, *ad medium*, accipiendum eſt: aut quia *medium* [48] dicitur omne, quod eſt inter finem & initium, ut V. I. *Interea medium Aeneas jam claſſe tenebat.* GEMITUMQUE CADENTUM ACCIPIO. [49] Hinc apparet, de Aenea dictum: *Obvia multa virum demittit corpora morti.*

VARIORUM

nius. *interea magnus fert* Venetus. *tum Turnum* etiam ſecundus Moreti, & Venetus.

666. SALUTIS. *Saluti* prior Hamburgenſis pro varia lectione.

667. CUM VOCE. Id eſt, ſimul clamans. vid. ad Sil. Ital. X. 432.

Ibid. TENDIT. *Tollit* in altero Mentellio, primo Moretano & in octo vel novem aliis. HEINS. Et Franciano & Dorvil. Reg. & Ed. Venet.

668. TANTON'ME. *Tantum me* Zulichemius & Sprotianus. Ed. pr. *tanto me* Francianus.

669. EXPENDERE. *Impendere* Venetus. *expendere* primus Moretanus.

670. QUEMVE REDUCET. *Quove reducit?* Mediceus. *quemve reducit* Gudianus, prior Mentelius, primus & ſecundus Moretani, prior Voſſianus, tres alii cum Leidenſi. deinde *Laurentiſne* ſcripti, non *Laurentiſque*. HEINS. *Reducit* Gudianus, Menag. prior & tres alii. ita Edd. pr. & Mediol. *quem me fuga, quaeve reducit* Zulichemius. mox *Laurentesque*

41 deſunt iisdem. 42 Antonomaſia iidem. 43 deſunt Voſ. 44 adhucce. & haec Fabr. al. addoce, & haec Dan. 45 deſunt R. Voſ. Steph. al. 46 deſunt iisdem. 47 deſunt iisdem ad ℣. 674. 48 dicitur Romane R. 49 hic Voſ. Steph. al.

Adcipio. Quid ago? aut quae jam ſatis ima dehiſcat
Terra mihi? vos o potius miſereſcite, venti.
In rupes, in ſaxa (volens vos Turnus adoro)
Ferte ratem, ſaeviſque vadis immittite Syrtes:
Quo neque me Rutuli, nec conſcia fama ſequatur.
Haec memorans, animo nunc huc, nunc fluctuat illuc;
An ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per coſtas exigat enſem:

Flu-

SERVII.

675. IMA DEHISCAT TERRA. [50] Dolet ſibi etiam infoelicium vota ſublata: ſiquidem in mari conſtitutus optare [51] ſibi hiatum non poteſt terrae. *Imam* autem *terram*, prudenter dixit, quae [52] [ſuſtinet &] continet maria.

676. MISERESCITE VENTI. Pro [53] petentis qualitate nonnunquam etiam mors videtur eſſe miſeratio, ut hoc loco. Item ſupra IX. 493. *Figite me, ſi qua eſt pietas.* [54] [*Miſereſcite* autem, quis ante hunc? ab eo, quod eſt *miſereſco*, & *miſereſcimus.*

677. TURNUS ADORO. Id eſt, alloquor, juxta veteres, qui *adorare*, *adloqui* dicebant: nam ideo & *adoria laus* bellica, quod omnes cum congratulatione adloquebantur eum, qui in bello fortiter fecit. Alii *adoro*, pro, oro, ut] *ad* [55] vacet, & ſit metri cauſſa additum.

678. SYRTES. Ubi arenoſa ſunt [56] loca, *ſyrtes* vocantur. [57] [Ergo immittite me ad ſaeva vada ſyrtium: aut ad arenoſa loca:] [58] [aut re vera *ad Syrtes*, id eſt, ad mundi extrema, quo me nec fama comitetur, id eſt, ubi me nemo ſciat [59] deſertorem eſſe.]

681. MUCRONE INDUAT. Aut *καταχρηστικῶς* dixit *induat*, pro, feriat: aut Hypallage eſt, pro, mucronem ſuo induat corpore. Si enim *induere*, eſt veſtire; non mucrone corpus induitur, [60] ſed induitur mucro corpore, id eſt, tegitur & veſtitur.

682. CRUDUM. Crudelem, cruentum. [61] [EXIGAT. Aviditas mori cupientis oſtenditur.]

VARIORUM.

teſque Edit. Dan. Heinſii. *quo me fuga, quove reducet. Reducit* Edit. Venet. *quaeve reducat* Dorvil.

673. QUOSQUE. *Quoſve* Mediceus a manu ſecunda & caeteri noſtri omnes. forte *Quoſne*. quod & Servio placuiſſe mox cognovi, & in Leidenſi exſtabat. HEINS.

Ibid. INFANDA IN MORTE. *Infanda morte* Menagianus, Moretani omnes, duo Voſſiani, totidem Menagiani & Hamburgici, cum duobus aut tribus aliis. & ſic vetuſtiores Pieriani. HEINS. *Infanda morte* etiam Parrhaſ. & Dorvill. *Relinquo* Francianus.

674. PALANTES. *Pallentes* Bigotianus & Mediceus a manu prima. *gemituſque* Vratiſlavienſis & Ed. pr.

675. QUID AGAM. *Quid ago* Mediceus & Mentelianus cum caeteris omnibus. bene. quod Pierium fugiſſe miror. lib. IV.

En quid ago? rurſuſque procos irriſa priores
Experiar?

lib. XII. 637.

Nam quid ago? quae jam ſpondet fortuna ſalutem?

Statius Theb. XII.

Age moenibus indue,
Et patrios oſtende lares, & mutua redde
Hoſpitia. Heu quid ago?

Prudentius Apotheoſi:

Tum ſubito exclamat media inter ſacra ſacerdos
Pallidus, En quid ago?

Per-

50 dolet ſibi infelicium v. ſ. nam imm. Dan. ablata Baſil. ſubtrā e R. forte pro, ſubtracta eſſe. reliqua, ſiquidem. . . . terrae deſunt R. 51 deeſt Voſ. R. Steph. al. 52 deſunt iidem. 53 potentis R. 54 deſunt iidem. 55 vacat & eſt iidem. 56 litora Dan. 57 deſunt Baſil. 58 deſunt R. ſed Voſ. Steph. al. deſunt, id eſt... eſſe. 59 deſertorum Fabr. 60 ſi induitur Baſil. 61 deſunt R. Voſ. Steph. al.

Fluctibus an jaciat mediis, & litora nando
Curva petat, Teucrumque iterum ſe reddat in arma.
Ter conatus utramque viam: ter maxima Juno
Continuit; juvenemque animi miſerata repreſſit.
Labitur alta ſecans fluctuque aeſtuque ſecundo:
Et patris antiquam Dauni defertur ad urbem.
At Jovis interea monitis Mezentius ardens

Suc-

SERVII.

686. ANIMI MISERATA. Pro, animo miſerata: nam figurate locutus eſt, ſicut XII. 19. *O praeſtans animi juvenis*, pro, animo: [62] [& *praeſtans illius rei*,] id eſt, illa re.

688. AD URBEM. Ardeam: & ideo ſic longe, ne ex propinquo ſtatim rediret: & ut eum affectus retineret parentis.

689. AT JOVIS INTEREA MONITIS. Novimus ſacrilegum eſſe Mezentium: [63] [novimus quoque] Jovem etiam [64] adhortatum eſſe alios deos, ut a bello deſiſterent, & dixiſſe ſup. 112. *Rex Juppiter omnibus idem.* quomodo ergo procedit: *At Jovis interea monitis?* Dicimus primo, Jovem juſtitiae favere, non partibus: quod ſi eſt, jure Mezentium in locum Turni facit venire, ut juſtum praelium inveniatur, ne una pars ſit penitus a ducibus deſtituta. Quod autem [65] dicitur, ſacrilegum Juppiter admonere non debuit; non admonet, ut vincat; ſed ut poſſit perire. Illud etiam fruſtra quaeritur, quemadmodum numini ſacrilegus [66] obtemperare potuerit? cum Mezentium non aperte Juppiter moneat; ſed [67] ei injiciat tale deſiderium: unde eſt IX. 184. *Diine hunc ardorem mentibus addunt, Euryale? an ſua cuique deus ſit dira cupido?* MONITIS. Ab eo, quod eſt *haec monita*, hic dativus venit, nam & *hos monitus* dicimus: unde Perſius I. Sat. 93. *Hos pueris monitus patres infundere lippos.* ſed a quarta declinatione, nec ſingulari dativo utimur, nec plurali: nam unum nomen eſt [68] de his, quae licet duplicem habeant declinationem, tamen aliquibus eorum caſibus propter [69] aſperitatem non utimur, ut, [70] *laurui*, *lauribus*, cum & *hujus laurus*, & *ab hac lauro* dicamus.

VARIORUM.

Perſius Satyra III.

En quid agis? ſiccas veſana canicula meſſes
Jamdudum coquit.

idem Satyra V.

En quid agis? duplici in diverſum ſcinderis hamo.

apud Naſonem quoque Ep. XV. 207. ex veſtigiis ſcriptorum exemplarium videtur caſtigandum,

En quid ago? precibus pectuſne agreſte movetur.

etſi alio modo eum tentabam olim. Plautus Moſtellaria Act. II. Sc. I. cum Tranio ſervus Philolachae filio herili nunciaſſet adventum patris, reſpondet Philolaches: *vae mihi. Quid ego ago?* ad quae Tranio, *nam quid tu me (malum) rogitas quid agas? accubas.* HEINS. *Ago* Parrhaſ. *Aſpicio, quid agam a. q. j. ſ. i. dehiſcet* Dorvil.

Ibid. ET QUAE JAM SATIS IMA DEHISCAT. Ita Mediceus a manu prima, non *aut*. opinor pro *ecquae*. vide annotata lib. IV. ỳ. 534. quem locum perperam ſollicitabant. *dehiſcet* in ſecundo Moretano, & quinque aliis. *dehiſcit* prior Voſſianus. HEINS. *Satis una* Bigotianus. *dehiſcit* Zulichemius a manu prima. *dehiſcet* Francianus.

677. IN RUPES, IN SAXA. Priſcianus libro VII. ubi docet *Syrtis* & *Sardis* in plurali dici, profert, *in Syrtis, in ſaxa, volens vos Turnus adoro, Ferte ratem.* neque aliter Menigianus quoque alter. ſed *Syrtes* proximo verſu ſequuntur. nam *Syrtes* illic non *Syrtis*, in primo Moretano, Gudiano & utroque Rottendorphio. HEINS. *Volans* alter Hamburgicus. *ferre* prior.

678. SYRTES. *Syrtis* Ruaeus.

679. NEQUE CONSCIA FAMA SEQUATUR. *Nec*

62 deſunt Dan. & illius rei, pro illa re R. Voſ. Steph. Fabr. al. 63 deſunt R. Voſ. Steph. al. 64 exhortatum Dan. Fabr. hortatum Baſil. & hortatum R. Voſ. ut vero tyrones videant fontes mendarum, notent in Antiq. Ed. Venet. 1484. exſtare Jovem ex Horatium eſſe. 65 dicit R. Steph. 66 obedire Dan. 67 deeſt Dan. 68 ſingulari dativo de his R. 69 auctoritatem Dan. 70 ſed *laurus* Dan. deinde cum & hujus Dan. Fabr. Baſil. & ab hac *lauro* Voſ. Fabr.

Succedit pugnae, Teucroſque invadit ovantis.
Concurrunt Tyrrhenae acies, atque omnibus uni,
Uni odiiſque viro, teliſque frequentibus inſtant.
Ille (velut rupes, vaſtum quae prodit in aequor,
Obvia ventorum furiis, expoſtaque ponto,
Vim cunctam, atque minas perfert coelique mariſque:
Ipſa inmota manens) prolem Dolicaonis Hebrum

Ster-

SERVII.

691. CONCURRUNT TYRRHENAE ACIES. Quae ſpecialiter odio Mezentii in bellum ruebant.

692. [71] [UNI ODIISQUE. Bene repetitur *uni*; ut oſtendat conſpirationem Etruſcorum olim Mezentio incumbere.]

693. PRODIT IN AEQUOR. Extenditur. Hinc Juvenalis [72] XII. Sat. 77. *Quae pelago occurrunt medio, longeque relinquunt Italiam.*

694. PONTO. Contra pelagus: nam dativus eſt.

695. [73] [VIM CUNCTAM. Id eſt, violentiam, impetum.] COELIQUE MARISQUE. Sicut Mezentius odiorum & telorum totius exercitus.

VARIORUM.

Nec conſcia Mediceus, cum reliquis praeſtantioribus. etiam *ſequantur* in priore Hamburgico. HEINS. Et in Leidenſi & Excerptis noſtris. ubi & *fata* a manu prima. *Rutulus* Edd. pr. & Mediol. *conſciam* famam, loquacem, omnia indagantem & ſcientem explicat Barth. ad Statii IX. Theb. 733. ſed ita loqui alios neſcit.

680. ANIMO. *Animum fluctuat* in ſecundo Rottendorphio, altero Menagiano, Moretano quarto, tum & in priore Hamburgico pro diverſa lectione. ut ſit Graeciſmus. ſic *nutare comam & cacumina.* de quo ad Eclog. VI. 28. HEINS. Ita & Bigotianus, Hugenianus, Leidenſis, & tertius Mentelii & Parihenſis.

681. MUCRONE. Bis citatur hic verſus a Priſciano, in cujus exemplaribus nonnullis *mucronem.* in Vaticano Pierii veterrimo *mucroni.* nil muto. apud Naſonem lib. II. Amor. El. X.

Induat adverſis contraria pectora telis
Miles.

induere ſe acutiſſimis vallis apud Caeſarem lib. VII. Bell. Gallici. HEINS. *Mucronem* Zulichemius. *mocrone* Leidenſis. *an ſeſe ob tantum mucrone dedecus* Parrhaſ. *imbuat* Ed. pr.

683. JACIAT. *Jaceat* primus Moreti, & Editio Juntina. mox *Teucrum iterum* Zulichemius.

684. CURVA. *Cornua* Mediceus a manu prima.

686. ANIMI. *Animo* uterque Voſſianus, & alii quatuor aut quinque. HEINS. Et Parrhaſ. vid. H. Steph. Diſſert. de Critic. p. 209. ſup. VI. 332. Stat. III. Theb. 679.

Sociumque animo miſerata dolorem.

ubi vide Barth.

687. FLUCTUQUE AESTUQUE. Ita omnes ſcripti. *aeſtuque fluctuque* Editio P. Danielis vitioſiſſime. ita & Ed. Med.

688. ANTIQUAM. *Antiqui* Menagii & Hamburgenſis ſecundi. *ad undam* prior Hamburgicus.

689. MONITUS. *Monitu* Parrhaſ.

690. INVADIT. *Invaſit* Menagii & Hamburgicus priores.

691. UNI. *Unus* Parrhaſ. & a m. ſec. Dorvill.

694. EXPOSTAQUE. *Expaſtaque* Ald.

695. PERFERT. *Praefert* Leidenſis.

696. MANENS. *Manet* Mediceus a manu ſecunda, a prima *manent.* HEINS. *Manes* Francianus.

Ibid. PROLEM. *Proles* alter Hamburgicus. *Prolemque Licaonis* Montalbanius. *Dolychaonis*, *Dolicoonis*,

71 deſunt R. Voſ. Steph. al. 72 *quod* Dan. in Juvenali legitur *quae pelago currunt.* ſed in tribus codicibus reperi ibi quoque *occurrunt.* quod ſine dubio praeferendum: in mare enim quae protenduntur, occurrere, obvia eſſe mari & fluctibus dicuntur. vide quae notavimus ad illa Val. Flac. I. 89. *& fluctibus obvius Aulon.* & ad Calpurn. Ecl. I. 10. ubi ex Statii lib. I. Theb. 114. produximus ſimilem uſum verbi *occurrit.* Pomp. Mela I. 2. *deinde fit venienti obvium.* 73 delent R. Voſ. Steph. al.

Sternit humi, cum quo Latagum, Palmumque fugacem:
Sed Latagum ſaxo, atque ingenti fragmine montis
Occupat os faciemque adverſam: poplite Palmum
Succiſo volvi ſegnem ſinit; armaque Lauſo
Donat habere humeris, & vertice figere criſtas.
Nec non Euanthen Phrygium, Paridiſque Mimanta
Aequalem comitemque: una quem nocte Theano
In lucem genitori Amyco dedit, & face praegnans
Ciſſeis regina Parin creat: urbe paterna

Occu-

SERVII.

697. FUGACEM. Modo velocem, [74] [vel fugientem.] LATAGUM OCCUPAT OS. Pro, Latagi os occupat: & eſt Graeca figura, in Homero frequens; ut ſi dicas Ἔκρυσε Ἀχιλλέα τ̃ πόδα, id eſt, *Achillem percuſſit pedem*, pro, *percuſſit Achillis pedem*.

699. POPLITE PALMUM. Ea parte, qua plurimum poterat.

700. [75] [SEGNEM SINIT. Qui vulneratus nihil jam efficere poſſit.]

701. DONAT HABERE. Graeca figura, ut v. 248. *Argenti magnum dat ferre talentum*.

703. [76] [THEANO. Mater Mimantis.]

705. CISSEIS. Hecuba, filia Ciſſei, ſecundum Euripidem in Hecuba ÿ. 3. Πολύδωρος Ἑκάβης παῖς γεγὼς τ̃ Κισσέως: [77] nam ſecundum alios Dymantis eſt. Quod autem ait: FACE PRAEGNANS, haec ratio eſt: quia antequam pareret, [78] facem ſe peperiſſe vidit [79] in ſomnis. [PARIN CREAT. Plus eſt, quam ſi diceret: face praegnans genuit Parin.] URBE PATERNA OCCUBAT. Subaudis, *Paris*: quod ut non diceret, metri eſt neceſſitate compulſus: [80] [nam deeſt, *qui*, ut ſit, *qui urbe paterna*.]

VARIORUM.

coonis, *Dolichaonis*, *Delicaonis*, *Donichaonis* alii. *prolemque Lycaonis* Ed. Venet.

697. PALMUMQUE. *Pelmumque* Gudianus a manu prima. HEINS. *Lotagum* prior Hamburgenſis. *Lathagum* ſecundus Moreti. *Litagum* quartus. *ingentis montis* Zulichemius, Menagii prior, & Oudartii. ſed *Latago* malebat Heinſ.

699. ADVERSAM. *Adverſum* Gudianus a manu prima. *averſam* Francianus. *adverſo* Parrhaſ.

700. LAUSO. *Lapſo* Zulichemius. *involvi* Francianus.

702. EVANTEM. *Evanthen* Mediceus. *Evanthen* prior Mentelianus cum Menagiano utroque, Gudiano, & ſecundo Rottendorphio. ſed apud Nonium in *aequalis* legere eſt, ut in vulgatis, *Evantem*. HEINS. *Euvanthen* tertius Mentelii & duo alii. *Euantem Frigium Paridiſque Minanta* Vratiſlavienſis. *Paridis Mimanta* Excerpta noſtra. *nunc non* etiam Francianus. & *Paridique Numata* idem. *Ovantem Phrygium*, *Paridiſque Minantem* Parrhaſ.

Ibid. MIMANTA. *Minantas* plurimi & Editio Juntina. *Minantha* Menagii prior. *Minanti* Hugenianus. *Theana* Zulichemius, uterque Hamburgicus & Gudianus a manu ſecunda. & Parrhaſ. & Dorvill. *Theama* Venetus & tertius Rottendorphius. *Teana* Montalbanius. vid. Ruaeum. *Paridique Myantha* Ed. pr. *Paridiſque Minata* Mediol. *Minanta* Ald.

703. UNA. *Unam* Mediceus.

704. IN LUCEM. *In lucem*, *genitore Amyco*, *dedit*, *& face praegnans Ciſſeis regina Parin*. *Paris urbe* &c. Bentlejus ad Horat. Epod. v. 28. vid. Johnſon. Ariſtarch. p. ſt. p. 50. Markl. ad Stat. I. Silv. III. pag. 43.

Ibid.

74 deſunt R. Steph. al. 75 deſunt R. Voſ. Steph. al. 76 deſunt iisdem. 77 ſecundum alios Drymantis. Quod. iidem. 78 faculam Dan. Fabr. Baſil. informus Steph. 79 deſunt R. Voſ. Steph. al. praegnas * incendit Dan. 80 deſunt R. Voſ. Steph. al.

Occubat: ignarum Laurens habet ora Mimanta.
Ac velut ille canum morſu de montibus altis
Actus aper, multos Veſulus quem pinifer annos
Defendit, multoſque palus Laurentia, ſilva
Paſtus arundinea, poſtquam inter retia ventum eſt,
Subſtitit, infremuitque ferox, & inhorruit armos.
Nec cuiquam iraſci propiuſve accedere virtus:
Sed jaculis tutiſque procul clamoribus inſtant.

Haud

SERVII.

706. Ignarum Laurens habet ora Mimanta. Scilicet caſus ſui; vera tamen lectio eſt, ignarum, id eſt, ignoratum, qui neſciretur: & eſt ſupina ſignificatio, ſicut in quarto 71. *Liquitque volatile ferrum Neſcius*, pro, qui neſciebatur. [81] [Alii Hypallagen volunt eſſe, ut, Mimas in Laurenti ora ignota jacet.

707. Ac velut ille. Antiqui *ille*, vel magnitudini, vel nobilitati adſignabant, ut I. 3. *Multum ille & terris:* & XII. 4. *Poenorum qualis in arvis Saucius ille gravi.*]

708. Actus. Coactus in retia.

709. Defendit. Texit, ut VII. Ecl. 6. *Hic mihi dum teneras defendo a frigore myrtos.* Vesulus. Mons Liguriae eſt, juxta Alpes. Liguria autem cohaeret Tuſciae, de qua fuerat Mezentius: unde eſt ſatis congrua comparatio. [82] [Sane de hoc Veſulo quidam duo flumina, Rodanum, & Padum, naſci dicunt, quorum unus, id eſt, Rodanus, in Tyrrhenum mare; alter, id eſt, Padus, in Adriaticum fluit.] Multosque, Pro, *multoſve:* non enim vicina eſt palus Laurentia [83] monti Veſulo, ut poſſit unus [84] idemque aper intelligi. [85] [Sane Laurentia, pro, *Laurens:* nam haec eſt vera & recta derivatio.

710. Pastus. Pro, paſtum: nam ſupra ait, quem. Ergo Antiptoſis eſt.

711. Inhorruit armos. Id eſt, [86] *armis inhorruit:* aut certe *in armos horruit*, [87] id eſt, erexit ſetas.

712. Irasci. Deeſt, *eſt*. Tutis clamoribus. Praeter periculum: [88] [id eſt, ipſi tuti.]

VARIORUM.

Ibid. Et face. Forte *ut face.* ſed vulgata ſcriptura agnoſcitur ab Aruſiano Meſſio. & Maro etiam alibi *&* pro *ut* videtur poſuiſſe. HEINS. *Praegnas* Editio Juntina. mox *Parin crepat* Mediceus.

705. Parin. *Parim* legendum ex Cariſio libr. I. *Virgilius Irim dicit & Parim & Tigrim. Parim* etiam uterque Hamburgicus, ac Rottendorphius, duo Moretani, cum Montalbanio & Veneto. HEINS.

706. Occubat. *Occupat* Sprotianus, Montalbanius, Menagii alter & ſecundus Rottendorphius, cum Excerptis noſtris. *Minanta* Francianus & Parrhaſ.

707. Morsu. *Morſus* Servius ad XII. 4.

708. Vesulus. *Venulus* Zulichemius. in Veneto erat hic ordo. *altis, Defendit multos Veſulus q. p. annos, Actus aper.*

709. Multosque. *Multoque* Mediceus.

710. Pastus. Bentlejus d. l. *paſcit*, vel *pavit*. *eſt* deeſt Sprotiano. *paſtus* ad ſubſtitit referendum.

711. Armos. *Armis* Hugenianus & Oudartii a manu ſecunda. *feros* etiam prior Hamburgicus a manu ſecunda. mox *propiuſque* Gudianus & Leidenſis. *propius accedere* Excerpta noſtra. imitatur haec Silius IX. 611.

713. Tutisque procul clamoribus instant. Magnus Scaliger Prolegomenis in Manilium contendit poſt hunc verſum debere poni duos illos mox ſecuturos, quorum initium, *Ille au-*

81 deſunt iiſdem ad ℣. 708. 82 deſunt iiſdem. 83 a monte Veſulo Dan. 84 atque idem aperte int. Voſ. Steph. al. 85 nam recta derivatio haec eſt R. Voſ. Steph. al. 86 pro armis Steph. al. 87 per quod erectas ſetas accipimus Dan. Fabr. 88 deſunt R. Voſ. Steph. al.

Haud aliter, juſtae quibus eſt Mezentius irae,
Non ulli eſt animus ſtricto concurrere ferro:
Miſſilibus longe, & vaſto clamore laceſſunt.
Ille autem inpavidus partes cunctatur in omnis,
Dentibus infrendens, & tergo decutit haſtas.
Venerat antiquis Corythi de finibus Acron,
Grajus homo; infectos linquens profugus hymenaeos:
Hunc ubi miſcentem longe media agmina vidit,
Purpureum pennis & pactae conjugis oſtro:
Inpaſtus ſtabula alta leo ceu ſaepe peragrans,
Suadet enim veſana fames; ſi forte fugacem
Conſpexit capream, aut ſurgentem in cornua cervum;

Gau-

SERVII.

714. JUSTAE IRAE. [89] [Quaſi quibus odium eſt] propter illud VIII. 485. *Mortua quinetiam jungebat corpora vivis, Componens manibuſque manus.*

717. CUNCTATUR. Se per omnes partes diſponit. TERGO. *Scuto*, ut IX. 412. *Et venit adverſi in tergum Sulmonis.*

719. CORYTHI DE FINIBUS. *Corythus*, eſt & civitas Tuſciae, & mons, & rex, pater Dardani: unde nunc ad quoſvis poteſt referri, [90] [*de finibus Corythi.*]

720. GRAJUS HOMO. Oriundo quidem Graecus; ſed qui nunc de Tuſcia veniſſet ad bellum.

721. MISCENTEM. Perturbantem.

722. PURPUREUM PENNIS. [91] [Galeam ſignificat purpureas criſtas habentem: aut certe *purpureum pennis*, pulchrum,] bene galeatum, ut IX. 163. *Purpurei criſtis juvenes*, id eſt, pulchri. [92] [PACTAE CONJUGIS. Hic ordo eſt: conciliata primo, dein conventa, dein pacta, dein ſponſa.]

724. VESANA FAMES. Alibi VI. 276. *Et maleſuada fames.* FUGACEM. Velocem. [93] [Homerus Iliad. Γ. 24. Εὑρὼν ἔλαφον κεραὸν, ἢ ἄγριον αἶγα.]

725. SURGENTEM IN CORNUA. Id eſt, creſcentem, cornibus eminentem.

VARIORUM.

autem impavidus. HEINS. Et ita Henr. Stephanus diſſert. de Criticis p. 79. & in Diatribe III. Horatian. pag. 70. & in Schediaſmate in Virg. pag. 77. vid. Guell. *totiſque* duo Moretani, prior Hamburgicus & tertius Rottendorphius & Gudianus a manu prima.

716. VASTO. *Magno* Leidenſis.

717. CUNCTATUR. *Cunctatus* in Gudiano. HEINS.

718. DECUTIT. *Diſcutit* Bigotianus & prior Hamburgicus a m. ſec. & Ed. pr.

719. ANTIQUIS. *Antiqui* Menagii prior. *Arcon* Bigotianus & Parrhaſ. a m. pr.

720. LINQUENS PROFUGUS. *Profugus linquens* duo Moretani. HEINS. Et ita Montalbanius & Menagii prior. *infeſtos* Zulichemius.

722. PENNIS. *Pinnis* Gudianus, Mediceus & Editio Juntina. *pannis* Bigotianus, & pro varia lectione Zulichemius & prior Hamburgicus. male. vid. Del Roa IV. Sing. 8.

723. IMPASTUS. *Inpactus* Zulichemius. *ſpecula alta* Hugenianus & Leidenſis & Pariſienſis. *pererrans* prior Hamburgenſis pro varia lectione. *cui ſaepe* Bigotianus.

725. CER-

89 deſunt iisdem. Quaſi q. o. eſt, propter *mortua corpora* ut, mortua Dan. Fabr. 90 deſunt R. Voſ. Steph. al. 91 deſunt iisdem. 92 deſunt iisdem. 93 deſunt iisdem & Dan.

Gaudet hians inmane, comaſque adrexit, & haeret
Viſceribus ſuper incumbens: lavit inproba teter
Ora cruor:
Sic ruit in denſos alacer Mezentius hoſtes.
Sternitur infelix Acron, & calcibus atram
Tundit humum exſpirans, infractaque tela cruentat.
Atque idem fugientem haud eſt dignatus Oroden
Sternere, nec jacta caecum dare cuſpide volnus:
Obvius adverſoque occurrit, ſeque viro vir
Contulit, haud furto melior, ſed fortibus armis
Tum ſuper abjectum poſito pede nixus & haſta:

Pars

SERVII.

726. Comasque arrexit. Naturale enim eſt, ut irati leones arrigant jubas.

727. Lavit. Ab eo, quod eſt, *lavo lavis*: nam hoc verbum & primae eſt conjugationis, & tertiae: [94] a qua nunc ait *lavit*. Item Horatius IV. Od. 6. *Lavit amne crines*. Item alibi III. Od. 12. *Neque dulci mala vino lavere*. [95] [Ergo *lavitum*, & *lavit*, ſicut Plautus in Pſeudolo I. I. 8. *Eaſque lachrymis lavis*, id eſt, humectas.]

731. Infracta. Aut [96] valde fracta: aut re vera infracta.

732. Oroden. Iſtum *Oroden*, virum fortem, intelligimus in fugam neceſſitate eſſe converſum: nam [97] ipſe paulo poſt dicturus [98] eſt ad hortandos ſocios: *Pars belli haud temnenda, viri, jacet altus Orodes*.

733. [99] [Nec jacta coecum. Unum ſenſum, & duos, extulit. *Coecum vulnus* autem, quod averſo infigitur.]

735. Furto. Inſidiis.

736. [1] [Pede nixus et hasta. Deeſt, *ait*.]

VARIORUM.

725. Cervum. *Surgentem in cornua taurum* Mentelianus alter. HEINS. *Et ſurgentem* ſecundus Moreti. pro *capream* Francianus *capram*. *taurum* Pariſienſ.

726. Hians inmane. *Hians inhianſque comas arrexit* Ed. pr.

Ibid. Arrexit. *Comaſque arrectus* in nonnullis exemplaribus Macrobii ſcriptis lib. v. Saturn. cap. 10. non inconcinno Graeciſmo. HEINS. Sed pro vulgata ſtat Lutatius ad Statii Theb. II. 129. *erexit* Ed. Med.

727. Super accumbens. *Super incumbens* Mediceus & Sprotianus. quod & ipſum Priſcianus agnoſcit libro VIII. & Scholiaſtes Statii Theb. II. & Macrobius lib. v. Saturn. cap. 10. *incumbens* quoque Mediceus, prior Voſſianus, tres Moretani, uterque Rottendorphius, tres alii, tum & Gudianus pro diverſa lectione. HEINS. Et duo Leidenſes. *improbus ater* Mediceus.

731. Infractaque. Explicant valde fracta, ut XII. 387. an idem quod *inpacta & illiſa*? conjeci olim *infecta*, ut in codice meo a m. pr. cum gloſſa *madida*. Ovid. XV. Met. 135. *cultros ſanguine inficere* dixit, & paſſim. ita vero luxuriare ſolent Poëtae. Ovid. III. Met. 76. *vitiatas inficit auras*. Virg. I. Aen. 69. *ſubmerſaſque obrue puppes*. DORVILLIUS. Poſſet *infracta*, ab *infringere*. ut *infringere* colaphum Terent. Adel. II. I. vide de hoc verbo Heinſ. ad Petron. cap. XXII. ſic Ovid. v. Met. 83. *cratera infregit viro*. ubi idem videndus Heinſius. & ad III. Met. 84. ubi ex Valer.

94 qua ſine praepoſitione Voſ. R. 95 deſunt R. Voſ. Steph. al. 96 nimium Dan. Fabr. 97 ipſe Mezentius Fabr. 98 eſt certari * ſocios Dan. 99 deſunt Voſ. R. Steph. al. 1 deſunt iisdem.

Pars belli haud temnenda, viri, jacet altus Orodes.
Conclamant ſocii laetum Paeana ſecuti:
Ille autem exſpirans: Non me, quicumque es, inulto,
Victor, nec longum laetabere: te quoque fata
Proſpectant paria, atque eadem mox arva tenebis.
Ad quem ſubridens mixta Mezentius ira;
Nunc morere. Aſt de me Divûm pater atque hominum rex
Vi-

SERVII.

737. HAUD TEMNENDA VIRI. Aſper, *viris*, legit; [2] [ut ſit, aliis haud temnenda: alioqui ipſe ait: [3] *Fugientem haud eſt dignatus Oroden Sternere.*] ALTUS. Magnus, ut inf. 875. *Sic pater ille deum faciat, ſic altus Apollo.*

738. PAEANA SECUTI. *Paean*, proprie Apollinis laus [4] eſt; ſed abuſive etiam aliorum dicitur: unde Pindarus opus ſuum, quod & hominum & deorum continet laudes, *Paeanas* vocavit. [5] [Quamvis quidem alium *Paeana* eſſe, alii Apollinem velint, ſed vere, *Paean*, Apollo: tamen *Paeana*, carmen eſſe victoriae Aeſchylus docet, quod ideo Apollini dicatum eſt, quia malorum avertendorum potens eſt: unde & ab Homero ultricem immittens peſtilentiam inducitur.]

740. NEC LONGUM LAETABERE. [6] Duo dicit: Nec diu laetaberis; nec diu me indefenſo: Homeri autem more morienti dedit ſcientiam futurorum: [7] [veluti Patroclum morientem Hectori mortem praedicere: Iliad. Π. 851. Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν, Οὔθην οὐδ' αὐτὸς δηρὸν βέῃ, ἀλλά τοι ἤδη Ἄγχι παρέστηκεν θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιὴ Χερσὶ δαμέντ' Ἀχιλῆος Αἰακίδαο.] *Longum* autem, pro, longe: [8] nomen pro adverbio poſuit.

742. SUBRIDENS. Per iracundiam ridens loquitur: unde [9] [& illud] per irriſionem dictum accipitur: AST DE ME DIVUM PATER, ATQUE HOMINUM REX VIDERIT. Id eſt, viderit utrum Mezentio poſſit nocere ille, quem vos deorum & hominum creditis eſſe rectorem.

VARIORUM.

Valer. Flac. III. 287. *infracta pectore tela.* ubi vide notata. BURM.

Ibid. CRUENTAT. *Cruentaat* alter Menagii.

732. ORODEN. *Orodem* Mentelii prior, duo Leidenſes, Zulichemius, tres Moretani, & quatuor alii.

734. ADVERSOQUE. *Obverſoque* Sprotianus. HEINS. Ita & Vratiſlavienſis. *averſoque* Oudartii.

735. FORTIBUS. *Fortior* duo Rottendorphii, Zulichemius & Oudartii pro varia lectione, & Ed. pr. ſed vulgata eſt apud Interpretem Horatii lib. IV. 6.

736. ABJECTUM. *Adjectum* Parrhaſ. & prior Menagii. *arrectum* Ed. pr.

737. VIRIS. Caſum muto & diſtinctionem. *Pars belli haud temnenda, viri, jacet altus Orodes.* FABRIC. *Viris* uterque Menagii, tres Moretani, Francianus, Parrhaſianus, Venetus, Leidenſis, Bigotianus, Zulichemius, & pro varia lectione prior Hamburgenſis, & Ed. Mediol. *haud metuenda* uterque Menagius. *temptanda* Sprotianus. *Herodes* alter Menagii. *Orontes* prior Hamburgicus pro diverſa lectione. & ita apud Serv. ad VI. 9.

Ibid. JACET ALTUS. *Actus Orodes* in Mediceo, ut plena ſit oratio, *ad terram actus*, & *ad terram* ſubaudiatur. *altus* in altero Hamburgico a manu ſecunda. de quo loquendi modo nos ad Naſonem initio lib. VII. Metam. HEINS. *Altus Orontes.* Serv. ad VI. Aen. 9. *Odores* ibi Mſſ. *viris* etiam Dorvill.

738. LAETUM PAEANA. Ita & ſcripti conſtanter. Opinor nihilominus a Maronis manu eſſe *laetum Paeane ſecuti. laetum ſecuti*, ut *lene ſpirans auſter*, *blandum rubere.* & ſimilia, quorum pleni

2 deſunt iisdem. 3 ut ait all * aud temnenda Dan. 4 eſt abuſive & aliorum Dan. 5 deſunt Voſſ. R. Steph. al. Barth. ad Stat. VIII. Theb. 224. legit, alium Paeana eſſe, alium Apollinem. & recte credo. 6 deeſt iisdem. 7 deſunt iisdem & Dan. & Fabr. 8 nam nomen eſt pro adverbio Dan. 9 deſunt Dan. Fab.

Digitized by Google

Viderit. Hoc dicens eduxit corpore telum.
Olli dura quies oculos & ferreus urguet
Somnus; in aeternam clauduntur lumina noctem.
Caedicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaſpen:
Partheniumque Rapo, & praedurum viribus Orſen:
Meſſapus Cloniumque Lycaoniumque Erichaten;
Illum infrenis equi labſu tellure jacentem,

Hunc

SERVII.

744. EDUXIT CORPORE TELUM. Quo facilius poſſet perire. Lucanus VI. 232. *Non eget ingeſtis,* [10] *ſed vulſis pectore telis.*

745. DURA QUIES. [11] Blandae contraria: ſic dictum eſt, ut *ſomnus ferreus*. Eſt autem Homeri comparatio Iliad. Δ. 241.

Ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον.

747. CAEDICUS ALCATHOUM. [12] Hoc loco eſt confuſio in aliquibus nominibus: nam quis ſit Trojanus, quis ſit Rutulus, ignoratur.

748. RAPO. *Rapon* dicitur, ſicut *Tarchon*; ſed metri cauſſa detraxit *n*, [13] ut poſſit Synaloepha fieri, ſicut ſupra VIII. 603. *Haud procul hinc Tarcho & Tyrrheni tuta tenebant.*

750. INFRENIS EQUI. Caſu equi aſperrimi, qui frenorum ſperneret regimen. *Infrenos* autem etiam homines dicimus, ut IV. 41. *Hinc Numidae infreni cingunt.* Dicimus autem & *infrenus*, & *infrenis*, ſicut *inermus*, & *inermis*.

VARIORUM.

pleni Poëtae. *lautum* igitur non eſt adjectivum, ſed adverbium. HEINS.

739. INULTO. *Inulte* Parrhaſ.

740. LONGUM. *Longe* primus Moreti. male. Stat. X. Theb. 463.

Nec longum caede recenti
Laetatus.

Ibid. FATA. *Facta* Lutatius ad Statii VII. Theb. 701. *exſpectant* Parrhaſ.

741. MOX ARVA. *Mors arma* Dorvill. a manu prima.

742. AD QUEM. *Atque* Mediceus a manu prima. *atque &* Voſſianus prior. *Ad quae* legendum; quomodo ex noſtris Gudianus, & Menagianus prior, cum primo Moretano. aliter tamen Macrobius lib. V. Saturn. cap. 12. HEINS. *Ad quae* Leidenſis, Hugenianus, & Bigotianus a manu ſecunda. in Franciano hic medius omiſſis erat, *proſpectant paria, Aſt de me divum* &c. in Parrhaſiano *exſpectant*.

743. DE ME DIVUM PATER VIDERIT. Haec non congruere illis Mezentii infra ꝟ. 773. credit Barthius XVII. Adv. 4. ſed ironia eſt. v. Ruaeum.

744. HOC. *Haec* primus & ſecundus Moretani. HEINS. Sic Parrhaſ.

745. DURA. *Dira* & *oculis* prior Hamburgicus pro varia lectione. mox, *& aeternam* ſecundus Moreti. *in aeternum* Oudartii. *mortem* Bigotianus & pro varia lectione Zulichemius & Ed. pr. Cur autem *dura quies* & *ferreus ſomnus* dicatur perpetuus & ſempiternus, vid. apud Martin. de Roa II. Singul. 4. & ita laudat Serv. ad I. Aen. 254. *Dura quies oculos Horodi &* Ed. pr.

747. ALCATHOUM. *Alcathonum* Zulichemius & Mentelii prior, duo Moretani & plures. *Alchatoum* Excerpta noſtra. *Alchatonum* Regius.

Ibid. HYDASPEM. *Hydaſpen* Gudianus cum primo & ſecundo Moretanis. HEINS. Mox *Orſam*, *Orſem*, *Orſon*, *Orſen* ſcripti. *Capo & praed.* Dorvill.

748. PARTHENIUMQUE. *Parthenumque* Francianus.

749. CLONUMQUE. *Chroniumque* Menagii prior. *Croniumque* Bigotianus. *Doniumque* Ed. pr. *Drionumque* Vratiſlavienſis.

Ibid. ERICHATEN. *Ericeten* Mediceus. Gudianus *Erycheten*. *Erychatenque* in altero Voſſiano. HEINS.

10 *avulſis* Steph. contra metrum. 11 blanda & contraria, ſic dictum, ut Dan. ſicut dictum. 12 in hoc R. Voſ. Steph. al. 13 propter Synaloepham, ſicut Dan.

Digitized by Google

Hunc peditem pedes. Et Lycius proceſſerat Agis:
Quem tamen haud expers Valerus virtutis avitae
Dejicit: Authronium Salius, Saliumque Nealces,
Inſignis jaculo & longe fallente ſagitta.
Jam gravis aequabat luctus & mutua Mavors
Funera: caedebant pariter pariterque ruebant
Victores victique: neque his fuga nota, neque illis.
DI Jovis in tectis iram miſerantur inanem

Am-

SERVII.

751. PROCESSERAT AGIS. Contra Meſſapum dimicaturus, [14] quod nequivit efficere: nam a Valero, antequam ad Meſſapum perveniret, occiſus eſt.

752. HAUD EXPERS. Non ignarus virtutis parentum.

754. JACULO, ET LONGE FALLENTE SAGITTA. [15] Pro jactu longe fallentis ſagittae: nam [16] ἓν διὰ δυοῖν dixit, ut III. 467. *Hamis auroque trilicem.* Item I. 61. *Molemque & montes* [17] [*inſuper altos.* An *longe*, valde?

755. MAVORS. Fortuna bellica.

756. FUNERA. Mortes.] CAEDEBANT. Legitur & CEDEBANT, id eſt, terga vertebant: ſecundum quod RUEBANT, inſequebantur ſignificat. Si autem CAEDEBANT, [18] id eſt, occidebant: RUEBANT, id eſt, cadebant.

758. IRAM MISERANTUR INANEM. Generaliter dicit omnem iram bellicam: ubi enim tam inanis iracundia eſt, quam in bello, ubi, ut pereamus, iraſcimur? [19] [Aut quia nulla cauſa tam juſta eſt, ut propterea bellum geri debeat: nam ideo ait: *Et tantos mortalibus eſſe labores.* An *inanem*, non juſte conceptam? ſic IV. Georg. 375. *inanes fletus* Ariſtei, ut qui ſcilicet tanti non fuerint, propter quos ille ſic lamentaretur.

VARIORUM.

HEINS *Erichaeten, Erychaeten, Hericaten, Erechaten, Herichbeten, Ericautem, Erichaten* libri.

751. PROCESSERAT. *Praeceſſerat* Venetus.

Ibid. AGIS. *Argis* Mediceus, in aliis nonnullis *Hagis.* HEINS. *Argis* Dorvil. & Regius in Servio. *Ages, Argus, Argis* Ald. *Agys.* mox *Valarus* primus Moreti. *virtutis iniquae* Zulichem.

753. ATRONIUM. *Authronium* Gudianus. *at Throuium* in utroque Menteliano, Menagio priore, primo Moretano. *At Cronium* in Leidenſi. *Atthronium* in Mediceo. *Autronium* in tertio Moretano: quod nomen familiae apud Romanos non ignotae. *Aucronium* in priore Voſſiano. HEINS. *At Thronium* Leidenſ. *Achonium* Leidenſis alius. *Ac Tronium* Dorvill.

754. INSIGNIS JACULO. In Gudiano *Inſidiit jaculo.* ſed emendatum *inſidiis*, quomodo & veterrimus Pierii Vaticanus. HEINS. Et Mediceus a manu prima. *inſidiis* habet & Servius ad IV. Aen. 68. vid. infr. libr. XI. 783. Stat. II. Theb. 487. & VII. 642.

Ibid. LONGE FALLENTE. Id eſt, quae etſi longe veniebat, tamen praeter opinionem adverſariorum, qui ſe tutos ſpatio credebant, eos vulnerabat. vid. IX. 572. ita Silius IV. 34. *Alpes & pervia ſaxa Decepere.* idem IV. 401. *Jaculo tacitas fallente per auras.* ideſt occulte veniente, ſine ſtrepitu. ut ibid. ℣. 446. *tacitam pennam* dicit. lib. XI. 390. & 398. 422. 425. ita cape illa Martialis Spectac. XV. *Et volucrem longo porrexit vulnere pardum.*

755. AEQUABAT LUCTUS ET MUTUA MAVORS FUNERA. Hunc locum ſibi imitandum propoſuiſſe Statium lib. IX. Theb. 566. ubi male *vulnera* pro *funera* legitur, recte notavit Markland. ad lib. V. Silv. I. 18.

Ibid. MAVORS. *Martis* alter Hamburgicus.

756. CE-

14 quem nequivit: nam. Dan. quod nequivit Fab. nequit Voſ. Baſil. 15 jaculo pro longe Dan. pro deeſt R. Voſ. Steph. Baſil. qui iſtu, Fabr. ut & Fabr. 16 per ἓν Fabr. 17 deſunt R. Voſ. Steph. al. 18 eſt in alium occidebant, & cadebant Voſ. cadebant ſignificat Baſil. 19 deſunt Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 761.

Amborum, & tantos mortalibus eſſe labores.
Hinc Venus, hinc contra ſpectat Saturnia Juno:
Pallida Tiſiphone media inter millia ſaevit.
At vero ingentem quatiens Mezentius haſtam
Turbidus ingreditur campo: quam magnus Orion,
Cum pedes incedit medii per maxima Nerei
Stagna viam ſcindens, humero ſupereminet undas;
Aut ſummis referens annoſam montibus ornum,

In-

SERVII.

759. AMBORUM. Pro, utrorumque.]

761. PALLIDA TISIPHONE. Non ipſa dea; ſed effectus Furiae, [20] [id eſt, furialis ardor,] hoc eſt, inſania.

763. ORION, CUM PEDES INCEDIT MEDII PER MAXIMA NEREI STAGNA. *Orion*, ut etiam in primo ŷ. 539. diximus, Oenopionis regis filius fuit, [21] ei conceſſus ab Jove, Mercurio, Neptunoque, ſuſceptis hoſpitio. Hic venator immenſi corporis fuit, qui, quodam tempore ſuſceptus a rege [22] [Oenopione,] cum vellet ejus filiam vitiare, ille iratus [23] [opem Liberi patris, cujus erat filius, imploravit: is Satyros miſit, qui ſoporem infunderent Orioni, & ſic velut vinctum Oenopioni traderent arbitrio ejus puniendum. Tum ille Oenopion ſopito] [24] ei oculos ſuſtulit. Caecus itaque Orion, cum conſuleret quemadmodum oculos poſſet recipere, reſponſum eſt ei, poſſe [25] lumina reſtitui, ſi per pelagus ita contra Orientem pergeret, ut loca [26] luminum radiis Solis ſemper offerret. Quod ille efficere ita potuit: nam cum audiſſet ſtrepitum Cyclopum, Jovi fulmina fabricantium, ſono ad eos ductus, unum de his ſuis humeris [27] ſuperpoſuit, & eo duce oraculi praecepta complevit. Non autem incongrue fingitur, ire potuiſſe per medium pelagus, quaſi filius [28] pro parte Neptuni. Haec autem comparatio pertinet ad ſolam corporis proceritatem. [29] [Alii hunc Orionem tantae magnitudinis dicunt fuiſſe, ut nulla eum altitudo maris ingredientem potuerit morari: unde inter ſydera receptus. Sane *pedes incedit*, pro, inceſſit, praeſens pro praeterito. PER MAXIMA autem] NEREI STAGNA. [30] Epitheto elevavit Tapinoſim more ſuo.

766. [31] [REFERENS. Pro, ferens, more antiquo: nam RE abundat.]

VARIORUM.

756. CEDEBANT. Servius praeter hanc lectionem, etiam *caedebant* agnoſcit. & ſic Mentelianus uterque & Editio Florentina Juntarum. HEINS. Haec eſt equeſtris praelii facies. Sall. frag. incert. p. 517.

757. NEC ILLIS. *Neque illis* ſcripti. ita Lactant. de mort. Perſec. XLIV.

758. IRAM. *Caſum* Macrobius lib. V. Saturn. cap. 16. HEINS.

Ibid. MISERANTUR. *Miſerentur* Ed. P. Daniel.

760. SPECTAT. *Spectant* Mediceus. bene. vide annotata ad Eclog. VI. 30. *hinc contra aſpectat* in primo Moretano HEINS.

761. MILLIA. *Limina* Montalbanius.

763. CAMPO. *Campum* Mediceus. ſic *ingredi colles* apud Naſonem. *ingredi vias* apud Statium. HEINS. Vid. IV. 177. *ceu magnus* Leidenſis & prior Hamburgicus pro varia lectione. *quem* Parrhaſ.

764. INCEDIT. *Incendit* Gudianus. *dum pedes* Leidenſis.

765. HUMERO. *Numero* Gudianus, quod adverbium Nonius pro *multum* apud ſcriptores antiquos;

20 deſunt iisdem. 21 & c. a. jove iidem. 22 deeſt iisdem. 23 deſunt iisdem. 24 ejus oculos tulit Dan. N. Heinſius malebat: Tunc illi Oenopion ſopito oculos ſuſtulit. 25 hoc fieri Dan. 26 luminis v. ſ. ſ. referret Dan. & Baſil. ſed luminum habet. 27 ſuper impoſuit Baſil. 28 pro patre Baſil. 29 deſunt R. Voſ. Steph. al. 30 epitheton R. per epitheton Baſil. 31 deſunt R. Voſ. Steph. al.

Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit:
Talis ſe vaſtis infert Mezentius armis.
Huic contra Aeneas, ſpeculatus in agmine longo,
Obvius ire parat. Manet inperterritus ille,
Hoſtem magnanimum opperiens, & mole ſua ſtat:
Atque oculis ſpatium emenſus, quantum ſatis haſtae:
Dextra mihi deus, & telum, quod miſſile libro,
Nunc adſint: voveo praedonis corpore raptis
Indutum ſpoliis ipſum te, Lauſe, tropaeum
Aeneae. Dixit. Stridentemque eminus haſtam
Injicit: illa volans clipeo eſt excuſſa, proculque

Egre-

SERVII.

767. [32] [INGREDITUR SOLO &c. Homeri verſiculus Iliad. Δ. 443. Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.]

770. IMPERTERRITUS. Prima eſt compoſitio, non ſecunda: nam hoc eſt [33] *territus*, quod & *perterritus*: & tunc eſt vera compoſitio, cum ſermonis natura [34] convertitur. [35] [Sane *imperterritus*, quis ante hunc?

771. MOLE SUA STAT. Hoc eſt, in ſua mole, ut dicatur, *in veſtigio*.]

772 SPATIUM EMENSUS, QUANTUM SATIS HASTAE. [36] Specioſa elocutio.

773. [37] [DEXTRA MIHI DEUS. Sic dictum eſt, ut ſup. 280. *In manibus Mars ipſe viri*: ut non alium ſibi putet deum eſſe ſacrilegus, quam dextram, & fortitudinem.]

774. VOVEO. Conſecro, & dico. PRAEDONIS CORPORE RAPTIS. *Praedones* ſunt, qui populandam alienam invadunt provinciam, ut alibi VII. 362. *Perfidus alta petens* [38] *abducta virgine praedo*.

775 TROPAEUM. *Tropaeum*, dictum eſt ἀπὸ τοῦ τρέπεσθαι, id eſt, ab hoſtium converſione: [40] unde qui hoſtem fugaſſet, merebatur tropaeum: qui autem occidiſſet, triumphum, ἀπὸ τοῦ θριαμβεύειν, id eſt, ab exultatione. Sciendum ſane, Lauſo propriam ideo nihil profuiſſe pietatem: quod in eum pater mente ſacrilega munera transferebat deorum, & ei occiſorum ſpolia devovebat.

VARIORUM.

quos poni contendit. Feſtus pro facile & celeriter. ſed *humero* hic loci non videtur mutandum. HEINS.

766. ANNOSAM. *Annoſum* Montalbanius. *At ſimul infrendens annoſum* Ed. pr.

767. SOLO. *Solum* pro varia lectione prior Hamburgicus. vid. ỳ. 763. *intra nubila* alter. vid. lib. IV. 177. ubi etiam *ſolum* Macrobius legit. Catroeus de arbore capit.

769. HUIC CONTRA. *Hunc contra* Mediceus & Leidenſis. *Hinc* Venetus. *Tunc* in Sprotiano. HEINS. *Agmine magno* prior Hamburgicus. *hunc* Dorvil. a m. ſec.

773. ET TELUM. *In telum* Venetus. *miſibile* Dorvil.

Ibid. LIBRO. Scholiaſtes Statii agnoſcit *libro*, ad III. Theb. 615. & IX. 548. & X. 480. nondum vibrabat. ſed mox ỳ. 776. vid. Oud. ad Lucan. IV. 40.

774. NUNC. *Huc* Hugenianus. ut Ecl. II. 45. *Huc ades, o formoſe puer*, & alibi ſaepe. ſic & Ovidius & alii.

775. INDUTUM. *Inductum* Leidenſis. *triumphum* Bigotianus & pro varia lectione prior Hamburgicus.

777. Je-

32 deſunt iisdem & Dan. 33 *perterritus*, quod & *territus* Voſ. Steph. al. territus quod perterritus R. 34 corrumpitur R. Steph, al. 35 deſunt Voſ. R. Steph. al. 36 ſpecioſiſſima Dan. Fabr. 37 deſunt Voſ. R. Steph. al. 38 abrepta Voſ. R. Steph. 40 quod qui Dan.

Digitized by Google

Egregium Antorem latus inter & ilia figit:
Herculis Antorem comitem, qui miſſus ab Argis
Haeſerat Euandro, atque Itala conſederat urbe.
Sternitur infelix alieno volnere, coelumque
Adſpicit, & dulcis moriens reminiſcitur Argos.
Tum pius Aeneas haſtam jacit: illa per orbem
Aere cavum triplici, per linea terga, tribuſque
Tranſiit intextum tauris opus, imaque ſedit
Inguine, ſed vires haud pertulit. Ocius enſem
Aeneas, viſo Tyrrheni ſanguine laetus,

Eri-

SERVII.

778. ANTHOREM. Erit nominativus *hic Anthores*, quomodo *Diores*: nam ſi *Anthor* fuerit nominativus [41] [ſingularis numeri,] metri ratio non procedit: omnia enim Graeca nomina in OR terminata, in obliquis caſibus [42] corripiuntur, ut *Hector Hectoris*, *Neſtor Neſtoris*, *Caſtor Caſtoris*.

779. [41] [MISSUS AB ARGIS. Profectus, ut VI. 812. *Miſſus in imperium magnum.*]

781. ALIENO VULNERE. Telo, quod in Aeneam fuerat deſtinatum. COELUMQUE ASPICIT. Ut IV. 691. *Alto quaeſivit coelo lucem.* Item X. 899. *Hauſit coelum, mentemque recepit*: naturaliter enim morientes cupiunt ſatiari [44] extremo lucis aſpectu.

782. DULCES MORIENS REMINISCITUR ARGOS. Inter Phyſica ſigna moriturorum etiam hoc legitur, patriae aſpectum deſiderare perituros, [45] [ut IV. 468. *Et Tyrios deſerta quaerere terra.* An ex facti poenitentia, quia ad patriam redire contempſerat?]

784. LINEA TERGA. Lino enim tegebantur ſcuta, ut [46] poſſet inhaerere pictura.

785. [47] [INTEXTUM TAURIS OPUS. Pro tergis. Plautus Aſin. I. I. 22. *Ubi vivos homines mortui incurſant boves.*] IMAQUE SEDIT INGUINE. Hypallage [48] [eſt, *ima haſta*,] pro, in imo inguine.

VARIORUM.

777. JECIT: AT ILLA VOLANS. *Jacit* in Voſſiano priore. *Conjicit* in Montalbanio. *Ejecit* in Mentelio priore. *Injecit* in priore Hamburgico: at Gudianus *Injicit: illa volans.* optime. ſic *injicere miſſilia* habes apud Livium lib. VI. apud Curtium quoque ſimilis loquendi modus a me eſt obſervatus, ſed locus non eſt in promptu ſic *intendere* & *contendere telum* promiſcue apud noſtrum occurrit. τὸ *injicit* ad τὸ *clipeo* referendum. *Haſtam jecit* quo minus hic ferri poſſit ſatis commode, facit, quod *haſtam jacit* proxime ſubſequatur. lib. IX.

Ergo nec clipeo juvenis ſubſiſtere tantum,
Nec dextra valet; injectis ſic undique telis
Obruitur.

lib. II. 726.

Et me, quem dudum non illa injecta movebant
Tela.

HEINS. *Jecit illa* Excerpta noſtra. *jecit at illa* Reg. Dorv. & Akl. *conjicit illa* Parrhaſ.

Ibid. CLIPEO EST. *Clypeoque* Leidenſis, Montalbanius, prior Hamburgicus & Moreti primus. *expulſa* Zulichemius & alter Menagii.

778. ANTOREM. Bene Valerius Probus in Catholico monet nominativum eſſe *Antores*, non *Antor*. apud Agroecium de Orthographia *Anthorem* legitur per adſpirationem. qui & *fixit*, non *figit*. male igitur in editionibus nonnullis *Anthorem*. HEINS. *Anteorem* Regius & tertius Mentelii.

41 deſunt Voſ. R. V. Steph. al. hic incipiebat V. 42 corripiunt Steph. al. corripiunt Voſ. R. 43 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 44 ultimo Steph. 45 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 46 poſſint inhaerere picturae Dan. 47 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 48 deſunt iiſdem

Digitized by Google

Eripit a femine, & trepidanti fervidus inſtat.
Ingemuit cari graviter genitoris amore,
Ut vidit, Lauſus; lacrimaeque per ora volutae.
Hîc mortis durae caſum, tuaque optima facta,
(Si qua fidem tanto eſt operi latura vetuſtas)
Non equidem nec te, juvenis memorande, ſilebo.

Ille

SERVII.

788. A FEMINE. Ut etiam ſupra ℣. 344. diximus, ſecundum Caprum erit nominativus *hoc femen:* licet nuſquam lectum ſit, ut etiam ipſe commemorat.

790. LACHRYMAEQUE PER ORA VOLUTAE. Non viri fortis; ſed filii eſt [49] conſiderata perſona.

791. OPTIMA FACTA. Alii *optime* legunt, [50] [eſt autem proſphoneſis.] HIC. [51] [In hoc loco, vel] in bello: nam adverbium eſt.

792. SI QUA FIDEM TANTO EST OPERI. [52] [*Si qua*, pro ſi, ut, I. Aeneid. 181. *Anthea ſi qua:* aut pro, ſi quam fidem: & quaeritur, *Si qua fides*, an de praeterito, an de futuro dicat.] TANTO autem OPERI, non de ſuis carminibus dicit (nec enim ſibi arrogaret) ſed *tanto operi*, id eſt, pietati & virtuti tuae: nam hic eſt ſenſus: Ego quidem facta tua, o Lauſe, & mortem ex pietate venientem non ſilebo: ſi tamen [53] crederet vetuſtas ex ſcelerato homine pium filium fuiſſe procreatum.

VARIORUM.

telii. *Antoren* duo Rottendorphii. *Anthenorem* ſecundus Moreti. *Actorem* Parrhaſ. *Antonem*, unde *Antonii*, Alciatus apud Cerdam. *Anthores* Ald.

779. MISSUS. *Juſſus* Francianus.

780. CONSEDERAT. *Conſiderat* Gudianus a manu prima. & ita tertius Mentelius. *Italia* Regius.

782. DULCIS MORIENS. *Moriens dulces* in priore Menteliano, altero Menagiano & Veneto. HEINS. Et Zulichemio. *agros* Dorvil. a manu prima.

783. TUM. *At* prior Hamburgicus a manu ſecunda. & ita Bigotianus.

Ibid. ILLA PER. *Et per* Leidenſis. *lignea* Sprotianus & priores Moreti & Hamburgicus, & pro varia lectione Zulichemius. Ed. pr. *lignea* recepit Catroeus.

785. IMAQUE SEDIT. *Imoque* legitur in veteri libro Colotiano. URSIN. Erythraeum *ſedet* in textu, in margine *ſedit* dediſſe teſtatur H. Steph. Schediaſm. p. 57. ſed in edit. Sylburgii *ſedit* in textu, *ſidit* in marg.

788. FEMINE. *Femine* in membranis, non *femore*, excepto primo Moretano, Voſſiano altero & Veneto. Cariſius lib. I. Inſtitut. Grammat. *Hoc femur hujus femoris, ſed frequenter hujus feminis huic femini dictum eſt. & pluraliter femina, quam femora. ideoque & Tibullus hoc ipſum erudite cuſtodit, cum dicit Implicuitque femur femini. & Virgil. Eripit a femine.* Priſcianus tamen libro ſexto, *Femur femoris, ut Virg x. Eripit a femore. dicitur tamen & hoc femen feminis. femore* etiam Auſonius in Centone. apud Silium lib. I. 530. in optimo codice Colonienſi:

Ultrix injuſti vibravit lancea belli,
Ac femine adverſo librata cuſpide ſedit.

Auſonius Epiſtola ad Theonem:

—— plana ſic junceus alvo
Per teretes feminum gyros, ſuraſque nitentes
Deſcendit, talos a vertice pucher ad imos.

ſic Voſſianus veterrimus. nec dubito quin ſi vetuſti codices Centonis nuptialis ſeſe offerrent, nam id Poëmatium in veterrimis Voſſii membranis a me inſpectis deſideratur, *Eripit a femine* ſimus inventuri, contra quam vulgati. *Femine* ſaepe in Mſſ. Curtii. vid. Voſſium de Analogia lib. I. c. 47. Idem Auſonius in Epigrammatis: *De valle femorum altrinſecus pares rugae.* idem alibi: *Pectus, crura, latus, ventrem, femora, inguina, ſuras.* ſic *femine transfixo.* vide Gronov. ad Livium xxx. 18. *femine* etiam Giphanius Indice Lucretiano in *vividus*, p. 481. HEINS. *Femine* etiam Hugenianus, Zulichemius, &

49 conſideranda Voſ. Dan. Fabr. 50 deſunt Voſ. R. V. Steph. al. 51 deſunt iisdem. in hoc bello iidem. 52 deſunt iisdem. 53 deeſt Voſ. credat Dan. Fabr. al. procreatum deeſt V.

Ille pedem referens, & inutilis, inque ligatus
Cedebat, clipeoque inimicum haſtile trahebat.
Prorumpit juvenis, ſeſeque inmiſcuit armis:
Jamque adſurgentis dextra plagamque ferentis
Aeneae ſubiit mucronem, ipſumque morando
Suſtinuit. Socii magno clamore ſequuntur;
Dum genitor nati parma protectus abiret:
Telaque conjiciunt, proturbantque eminus hoſtem

Miſſi-

SERVII.

794. [54] [Inutilis. Pro, vulnere debilitatus.] Inque ligatus. Pro, [55] *illigatuſque*: & eſt Tmeſis cum Hyſterologia.

795. Inimicum hastile. Cujuſdam quaſi picturae pompa [56] deſcribitur.

797. Jamque assurgentis dextrae. [57] [Ordo eſt:] Jamque ſubiit mucronem Aeneae dextrae adſurgentis, [58] & plagam ferentis. [59] [*Subiit* autem *mucronem*, juxta uſum praeſentem accuſativo junxit; cum alibi antique dativo junxerit, ut vii. 161. *Muroque ſubibant*: quod ſuis locis plenius dictum eſt.]

798. Morando Sustinuit. Moram injiciendo ejus impetum luſit.

800. Dum genitor nati parma. De hiſtoria eſt: nam Scipio Africanus, cum eſſet vix annorum decem & ſeptem, patrem ſuum defendit in bello; [60] nec ceſſit viginti & ſeptem confoſſus vulneribus.

VARIORUM.

& tertius Mentelii & Ald. vid. Brouck. ad Tibul. i. ix. 26. Pierius hic laudat C. Julium Romanum, cum verba ſint ex Chariſio. Julium illum neſcio.

789. Cari graviter. *Graviter cari* Dorvill.

790. Volutae. *Volutant* tres codices. HEINS. *Solutae* Bigotianus. *volutans* Excerpta noſtra, & Dorvil. a m. pr.

791. Optima. Rectius, *tuaque*, *optime*, *facta*. FABRIC. *Optima facta* ſcripti, niſi quod in priore Voſſino *fata*. HEINS.

792. Tanto est operi. *Eſt* deeſt Hamb. pr. defendit Maronem ab arrogantia, qua opus hoc ſuum nimis extuliſſet, Barth. ad Stat. ix. Theb. 555.

794. Inque. *Atque* Venetus, Bigotianus & Dorvill.

796. Proripuit. *Prorumpit* in Vaticano Pierii veterrimo. concinne. ſic *rumpere ſe* & *erumpere ſe*, de quibus actum lib. i. Georg. 446. & multa verba, quibus *ſe* ſubintelligitur, vide apud Voſſium de Conſtruct. c. 23. infra de Mezentio 890. *jam tandem erumpit* ſimili locutione. *proripere ſe*, proprie eſt fugientis, ut in iſto Ecl. iii. *quo nunc ſe proripit ille*. HEINS. *Proripuit* Regius, Dorvill. & Parrhaſ. & Edd. pr. & Mediol. & Ald. vid. ad Liv. ii. 23. & viii. 6.

797. Dextrae. *Dextra* Mediceus & Gudianus, & prior Hamburgicus pro diverſa lectione. probe. *aſſurgere dextra*, ſublevare dextram. in Vaticano Pierii veterrimo *dextram*, ut ad ſubſequens *ſubiit* referatur. minus bene. mox idem Mediceus *ſubigit mucronem* pro *ſubiit*, ſed perperam; & *perturbantque*, non *proturbantque*. HEINS. *Dextrae* Regius, Dorvill. Parrhaſ. & Excerpta noſtra & editiones plures.

798. Morando. *Morantem* Serv. ad vii. 161.

801. Proturbantque. *Perturbantque* Mediceus & Parrhaſianus, Ed. Mediol. *perturbant* Ed. pr.

802. Te-

54 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 55 *illigatus* Voſ. Steph. al. 56 & imago deſcribitur Fabr. Baſil. 57 deſunt V. R. Steph. al. 58 ad plagam R. Voſ. Steph. id eſt plagam. 59 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 60 cum eſſet, nec ceſſit Voſ. cum eſſet viginti R.

Digitized by Google

Miſſilibus. Furit Aeneas, tectuſque tenet ſe.
Ac velut, effuſa ſi quando grandine nimbi
Praecipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & tuta latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice ſaxi,
Dum pluit; in terris ut poſſint, ſole reducto,
Exercere diem: ſic obrutus undique telis
Aeneas nubem belli, dum detonet, omnem
Suſtinet, & Lauſum increpitat, Lauſoque minatur:

Quo

SERVII.

802. [61] [FURIT AENEAS. Dolore ſcilicet, quod ſibi Mezentius eſſet ereptus: & eſt integrum: quanquam furit, tenet ſe tamen.

803. EFFUSA SI QUANDO GRANDINE. Praeteritum pro inſtanti poſuit.]

804. PRAECIPITANT. Praecipitantur.

805. [62] [TUTA LATET ARCE. Quod ſcilicet ſe perite a tempeſtate defendunt. [63] *Tuta* autem *arce*, quae tuetur.

806. ALTI FORNICE SAXI. Concavi, arcuationis curvae.]

807. DUM PLUIT. Hic diſtinguendum: nam ſi junxeris, DUM PLUIT IN TERRIS, erit Archaiſmos: debuit enim dicere, *in terras*; tamen ſciendum eſt, hemiſtichium hoc Lucretii VI. 630. eſſe, quod ira, ut invenit, [64] Virgilius ad ſuum tranſtulit carmen. [65] [IN TERRIS UT POSSINT. Et viator, & ruſticus, quibus opera ſunt in terris.]

808. EXERCERE DIEM. Hypallage eſt, [66] pro, ut ipſi per diem exerceri poſſint. NUBEM BELLI. [67] Bellantium impetum ſuſtinet, donec deferveat. Et bene tranſlationem fecit a vicina comparatione.

VARIORUM.

802. TECTUSQUE. *Clypeoque* alter Hamburgicus.

803. EFFUSA. *Effuſi* Zulichemius. *effuſo* Oudartii. *effuſam* Francianus.

804. DIFFUGIT. *Dfugit* Dorvill.

805. OMNIS ET AGRICOLA TUTA. Ita Donatus, & libri vetuſti. nam *a* in caeſura communis eſt vocalis. Tibullus:

Te canit, agricola, magna cum venerit urbe.

Ovidius:

Nomen amicitia, nomen inane fides.

FABRIC. Vid. ad Caton. I. Diſt. 26.

Ibid. TUTA LATET ARCE. *Tuta arte* in ſcriptis, ſi primum Moretanum excipias, & alios nonnullos minoris rei. recte *tutam artem* appellat, qua ſe viator in praecipiis aut cavernis occultat. HEINS. Hic verſus deerat Mentelio ſecundo, a manu prima. *arte* Parrhaſ. *Agricola, tuta* Ed. Venet. *Agricola tute* Dorvil. v. H. Steph. Schediaſm. p. 54.

807. UT POSSINT. *Ut poſſit* Mediceus a manu prima. *poſſit* etiam primus Moretanus, & Voſſianus alter. ſed *poſſint* praeſtat, ut non ad viatorem, ſed ad agricolam quoque referatur. HEINS. *Poſſit* Francianus, Ald. *in terras* Ed. pr.

809. DUM DETINET. *Detonet* pro *detinet* ſcripſi ex Interprete, & libris vetuſtis. prudenter enim & meditate de proxima ſimilitudine tranſlationem ſumſit. FABRIC. *Detinet* inſulſa ſcriptura, quam tamen omnes codices ſcripti oſtentant, praeter unicum Vaticanum Pierii, optimum illum & vetertimum. Ex illo refinge *nubem belli, dum detonet, omnem Suſtinet*. nec abludit Voſſianus prior, in quo, *dum detonat omnis*. Valer. Flac. lib. IV.

Illum inſperata turbatum fraude furentemque
Oebalides prima refugit, dum detonet ira.

Flo-

61 deſunt Voſ. V. Steph. al. ad ℣. 804. ſed R. ad 807. *erit Archaiſmus*. 62 deſunt iisdem ad ℣. 807. 63 ut aut ante quae tuetur * Dau. 64 Virgilium tranſtulit V. R. Voſ. Steph. al. ſed in Lucretio eſt, *Rerum pluit*. 65 deſunt iisdem. 66 pro ipſi p. d. exerceri. *Nubem*. iidem. ſed *per* deeſt Voſ. 67 bellantum iidem.

Quo moriture ruis, majoraque viribus audes?
Fallit te incautum pietas tua. Nec minus ille
Exſultat demens. Saevae jamque altius irae
Dardanio ſurgunt ductori, extremaque Lauſo
Parcae fila legunt: validum namque exigit enſem
Per medium Aeneas juvenem, totumque recondit.
Tranſiit & parmam mucro, levia arma, minacis,
Et tunicam, molli mater quam neverat auro:
Inplevitque ſinum ſanguis: tum vita per auras
Conceſſit maeſta ad manis, corpuſque reliquit.

At

SERVII.

812. FALLIT TE INCAUTUM PIETAS TUA. Quod credis, idcirco me pium tibi veniam poſſe concedere, quia & ipſe pietatis intuitu dimicas pro patris ſalute. *Tua* autem *pietas*, prudenter eſt additum: quaſi non a parente [68] deſcendens; [69] [cum in Deos pater ſit impius, & pietas in filio ſit, nulla patris imitatione.]

815. FILA LEGUNT. Proprium fuerat, *rumpunt*: tamen [70] *legunt*, aut colligunt, aut rumpunt; aut etiam tranſeunt, ut III. 292. *Littoraque Epiri legimus.* EXIGIT ENSEM PER MEDIUM. Poëtica eſt deſcriptio: nam re vera fieri non potuit, [71] ut & gladius tranſiret per medium corpus juvenis, & in corpore juvenis abſconderetur: nam *exigit*, [72] eſt agit trans corpus.

817. PARMAM. Id eſt, levia arma, non clypeum. MINACIS autem, non Lauſi: non enim ipſe minatus fuerat. Ergo ordo eſt: Mucro minacis, Aeneae ſcilicet: [73] [aut, ſi ad Lauſum referas *minacis*, num audacis & fortis?

819. IMPLEVITQUE SINUM SANGUIS. Mire expreſſus eſt ſinus tunicae ſanguinem excipiens, nec tramittens.] VITA PER AURAS CONCESSIT MOESTA AD MANES. *Vita*, id eſt, anima. Et abuſive dictum eſt: nam ad Inferos ſimulachrum pergit, non anima.

820. [71] [CORPUSQUE RELIQUIT. Potuit ſine hoc ſenſus eſſe.]

VARIORUM.

Florus I. cap. 17. *ſubito inconditos atque palantes aggreſſus eſt, captiſque ſuperioribus jugis in ſubjectos ſine more detonuit.* ſic lege, nunc *ſuo more* circumfertur. cap. proximo, *ſine diſcrimine inſultant.* iterum lib. II. 6. *primi impetus turbo inter Padum & Ticinum valido fragore detonuit.* III. 21. *Tertius ille turbo Civilis inſaniae toto furore detonuit.* lib. IV. 3. *Syllana tempeſtas latius, intra Italiam tamen, detonuerat.* HEINS. *Dum detinet atque ſuſtinet* Zulichemius pro varia lectione. *dum retinet omnis* Excerpta noſtra. *dum detinet omnes* Dorvill. Schottus jam lib. II. Obſ. 2. veram lectionem protulit & explicuit.

812. FALLIT. *Fallet* Gudianus a manu prima. *Fallit & in tantum pietas tua nec unius illa exaltat d. ſ. jam altius* Francianus.

813. EXSULTAT. *Exſultans* a manu ſecunda Mediceus.

817. TRANSIIT. *Tranſilit* in Menteliano utroque & Montalbanio, tribus Moretanis, & ſex aliis, rectiùs omnino: nam praeceſſerat ℣. 785. de haſta *tranſiit intextum tauris opus.* HEINS. *Tranſiliit* Francianus. *tranſilit* Regius & Ed. pr. & Ald.

v. Sil.

68 diſcedens Dan. 69 deſunt R. Voſ. Steph. Dan. 70 legunt eſt aut colligunt, aut tranſeunt, ut R. V. Voſ. Baſil. & Steph. ſed alio ordine. tranſiret per corpus juvenis abſconderetur Voſ. ut gladius & tranſiret per corpus, R. reliquis omiſſis medium deeſt Steph. al. 71 eſt agens Voſ. eſt ex eo agit V. Steph. al. 72 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. ad *Vita* ℣. 819. 73 deſunt iisdem.

At vero ut voltum vidit morientis & ora,
Ora modis Anchiſiades pallentia miris,
Ingemuit miſerans graviter, dextramque tetendit:
Et mentem patriae ſtrinxit pietatis imago.
Quid tibi nunc, miſerande puer, pro laudibus iſtis,
Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?
Arma, quibus laetatus, habe tua: teque parentum
Manibus & cineri, ſi qua eſt ea cura, remitto.
Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem;
Aeneae magni dextra cadis. Increpat ultro
Cunctantis ſocios, & terra ſublevat ipſum,
Sanguine turpantem comtos de more capillos.

In-

SERVII.

825. PRO LAUDIBUS ISTIS. Quia & contra fortiorem, & pro patris ſalute dimicare conatus eſt: ideo enim pluraliter *laudibus* dixit. [74] [Alii *laudibus*, pro virtutibus, ut ſolet a Poëta, dictum tradunt.]

826. PIUS AENEAS TANTA DABIT INDOLE DIGNUM. Propter vitandam adrogantiam tertia perſona uſus eſt, [ut I. 48. *Et quiſquam numen Junonis adoret?*] *Indoles* autem, eſt proprie imago quaedam virtutis futurae.

827. QUIBUS LAETATUS, HABE TUA. Moris enim fuerat, ut cum his rebus homines ſepelirentur, quas dilexerant vivi.

828. SI QUA EST EA CURA, REMITTO. Aut more illo dixit, [75] quo ſolet ſepultura ad ipſa cadavera non pertinere: licet umbris, ſicut in ſeptimo 4. legimus, prodit, ut *Si qua eſt ea gloria ſignat.* Item de Pallante XI. 52. *Vano moeſti comitamur honore.* Aut certe, ſiqua eſt ea cura Mezentio, hoc eſt, patri ſacrilego, qui Superos Inferoſque contemnit. [76] [An de tota hac re dubitat?]

830. AENEAE MAGNI DEXTRA CADIS. Sic alibi: XI. 688. *Nomen tamen haud leve patrum Manibus hoc referes, telo cecidiſſe Camillae.*

832. [77] [SANGUINE TURPANTEM. Non ipſum turpantem; ſed, ut accidit, ita dixit.] COMPTOS DE MORE CAPILLOS, Antiquo ſcilicet [78] more, quo viri ſicut mulieres componebant capillos: quod verum eſſe & ſtatuae nonnullae antiquorum docent; & perſonae, quas in Tragoediis videmus ſimiles in utroque ſexu, quantum ad ornatum pertinet capitis.

VARIORUM.

v. Sil. XII. 165. *minantis* Venetus.

819. SINUM. *Sinus* in Mediceo a manu prima, & ſic Macrobius quoque exhibet Saturn. IV. cap. 6. in ſcriptis exemplaribus & poſtrema editione, ut & Scholiaſtes Juvenalis ad Satyr. IV. v. 41. & ſic in primo Moretano & utroque Hamburgico. nec aliter Gudianus a manu prima. deinde, *cum vita* in priore Mentelio. HEINS. *Sinus* etiam Bigotianus, Leidenſis, Pariſienſis.

820. CONCESSIT. *Cum ceſſit* & *relinquit* Francianus & Dorvill.

823. MISERANS GRAVITER. *Graviter miſerans* Mediceus, alter Mentelianus, & Venetus. HEINS. Vid. ſupr. ꝟ. 789. unde patet *graviter* ad *ingemuit* referendum.

824. SUBIIT. *Strinxit* habet liber A. Colotii. URSIN. *Striuxit* Mediceus, uterque Rottendorphius. in tertio Moretano *ſtringit*, ſed illud jam

74 deſunt iisdem 75 quod ſolet ſepulturam Dan. 76 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 77 deſunt iisdem. 78 deeſt R. Voſ. Steph.

Digitized by Google

Interea genitor Tiberini ad fluminis undam
Volnera ſiccabat lymphis, corpuſque levabat
Arboris adclinis trunco. Procul aerea ramis
Dependet galea, & prato gravia arma quieſcunt.
Stant lecti circum juvenes: ipſe aeger, anhelans
Colla fovet, fuſus propexam in pectore barbam:
Multa ſuper Lauſo rogitat, multoſque remittit,
Qui revocent, maeſtique ferant mandata parentis.
At Lauſum ſocii exanimem ſuper arma ferebant
Flentes, ingentem, atque ingenti volnere victum.
Adgnovit longe gemitum praeſaga mali mens.

Ca-

SERVII.

833. INTEREA. Dum haec geruntur. Et omnino ſic eſt apud Poëtas *interea*, ſicut apud Salluſtium, *eodem tempore*.

834. VULNERA SICCABAT LYMPHIS. [79] [Siccabat aqua; ſed] & nove & Phyſice locutus eſt: nam cum aqua omnia infundantur, hic ait *ſiccari vulnus* [80] [*aqua*: & ratio vera eſt,] fluxus enim ſanguinis aquarum frigore continetur. LEVABAT. Inclinatione recreabat.

835. [81] [ACCLINIS. Quis ante hunc?] PROCUL. Modo [82] juxta, ut VI. Ecl. 16. *Serta procul tantum capiti delapſa jacebant*.

836. GRAVIA ARMA QUIESCUNT. [83] [Cur illa pendeant, haec in terra ſint, docuit, dicendo *gravia*: unde & *quieſcunt* dixit.] Bene ergo *gravia*; ut & galeam, arma, [84] ſed levia intelligamus. Et talis eſt figura, ſicut illa Salluſtii: *Leonem atque alias feras*. Ergo & leo fera eſt. *Quieſcunt* autem, quaſi in terra poſita: quoniam galea, quae pendebat, poterat & moveri.

838. COLLA FOVET. Suſtinens ſe arboris trunco. FUSUS PROPEXAM IN PECTORE BARBAM. Barbam in pectus [85] infuſam habens. Archaiſmos autem eſt, quod ait *in pectore*, pro, in pectus; ſicut alibi VI. 339. *Mediis effuſus in undis*: pro, *in medias undas*. [85] * [*Propexam* autem, quis ante hunc?]

839. MULTA. Pro, multum, ſicut III. Georg. 399. *Et pede terram Crebra ferit*, pro crebro. [86] [MULTUMQUE REMITTIT. Hoc pro ſaepe.]

841. SUPER ARMA FEREBANT. Supra ſcutum, ſicut ſupra 506. *Impoſitum* [87] *ſcuto referunt Pallanta frequentes*.

842. [88] [INGENTEM, ATQUE INGENTI VULNERE. Homeri dictum Odyſ. Ω. 40. Κεῖτο μέγας μεγαλωστὶ λελασμένος ἱπποσυνάων]

VARIORUM.

jam habuimus lib. IX. v. 294. ut diximus ſub finem libri ejuſdem ℣. 814. HEINS.

827. PARENTUM. *Peremtum* Venetus. *parentum* manes & cineres de patrio ſepulchro interpretor.

831. CUNCTANTIS. *Cunctatos* alter Hamburgicus.

832. TURPANTEM. *Turbantem* Zulichemius. Commentator Crucquianus ad Horat. IV. Od. 13. producit *turpantem pulvere crines*. memoriae, credo, vitio confundens locum ex lib. XII. 99. *foedare in pulvere crines*. vid. & mox ℣. 844.

833. UNDAM. *Undas* Bigotianus & ſecundus Rottendorphus.

835. ADCLINIS. *Adclinis* vel *acclinis*, non *acclivis*, in

79 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 80 deſunt iiſdem. 81 multi ita *acclinis* poſuerunt. vid. ad Valer. Flac. II. 92. ſed puto hoc ad τὸ *levabat* pertinere. deeſt vero haec nota V. Voſ. R. Steph. al. 82 juxta ſignificat Voſ. R. V. Steph. al. 83 deſunt iiſdem, ut & τὸ ergo. 84 & levia Dan. 85 fuſam V. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 85 * deſunt iiſdem. 86 deſunt iiſdem. 87 clypeo iidem. 88 deſunt iiſdem.

Canitiem multo deformat pulvere, & ambas
Ad coelum tendit palmas, & corpore inhaeret.
Tantane me tenuit vivendi, nate, voluptas,
Ut pro me hoſtili paterer ſuccedere dextrae,
Quem genui? Tuane haec genitor per volnera ſervor,
Morte tua vivens? Heu, nunc miſero mihi demum
Exſilium infelix! nunc alte volnus adactum!

Idem

SERVII.

845. AD COELUM TENDIT PALMAS. Increpans Deos, quaſi ſacrilegus. Et ſciendum, uno eodemque tempore, non eum potuiſſe & corpori inhaerere, & manus ad coelum levare: licet Poëta iſta conjunxerit. CORPORE INHAERET. Aut inhaeret Lauſo ſuo corpore: aut certe Hyſterologia eſt: ut ſit: *haeret in corpore*; melius [89] tamen eſt, ut ſit Antiptoſis, pro, *corpori*, ut ſup. 361. *Haeret pede pes*, pro, pedi.

848. PER VULNERA SERVOR. Aut re vera *per vulnera*, quia per totum [90] ejus corpus mucro tranſierat: aut invidioſe *vulnera* ait, pro, vulnus; ſicut Terentius Eun. 1. 1. 3. *Non perpeti meretricum contumelias:* [91] cum de una Thaide loqueretur.

850. NUNC DEMUM EXSILIUM INFELIX, NUNC ALTE VULNUS ADACTUM. Solatia enim viventis filii utrumque fuerat ante tolerabile.

VARIORUM.

in ſcriptis, niſi quod *adnixus* in Veneto. in altero Menteliano ac Schefferio *adclinus.* quomodo *adclivis*, & *adclivus* dicitur. & ſane *adclinus* melius ſonat. paullo ante *corpuſque levabat* vera eſt ſcriptura, etſi in priore Voſſiano aliiſque nonnullis, tam editis, quam ſcriptis, *lavabat* legitur. ſic apud Naſonem in Amoribus 1 El. 5.

Appoſui medio membra levanda toro.

HEINS. *Levabat* Francianus a manu prima. *adclinus* Regius. *obnixus* Dorvill. *adclivus* Bigotianus. *aclinis* Francianus. *acclivis* & *levabat* placet Valeſio in Valeſianis pag. 84. in Pariſ. erat *vulnera ſiccabat? lymphis corpuſque levabat* (correctum *lavabat*) *Arboris adclinus trunco.* *adnixus* in Parrhaſiano. vide Claudian. Conſul. Olyb. 115. *lavabat* & *adclivis* Ed. pr. & Ald. ſed *vulnera ſiccabat lymphis*, non divellendum docet imitatio Statii 1. Theb. 527. *ſiccati vulnera lymphis.*

835. AEREA. *Aenea* Hugenianus. mox *galea*, *prato* Zulichemius.

Ibid. RAMIS. *Ramo* Serv. ad VI. Ecl. 16. *dum pendet* Dorvil.

837. ANHELANS. *Anhelus* Zulichemius. mox *in corpore* Gudianus. *ſtaut leti* Dorvil. a m. pr. qui &, *atque ipſe aeger.*

838. PROPEXAM. *Perpexam* Francianus Ed. Mediol. *perpeſſam* Ed. pr.

839. MULTOSQUE. *Multumque* Vaticanus Pierii, & ex noſtris Mediceus optimus, cum Gudiano, priore Mentelio & caeteris praeſtantioribus. quod magis arridet. quamvis vulgatam ſcripturam praefert Pierius. ſic libr. XI. *multaque ſe incuſat.* pro *rogitat*, in Gudiano *rogitans.* etiam in Leidenſi. HEINS.

840. MANDATA. *Reſponſa* Leidenſis. *ferent* etiam Excerpta noſtra & Francianus.

841. EXANIMUM. *Exanimem* cum ſcriptis. recte. dictum lib. IV. Aeneid. 8. HEINS. *Exanimum ſocii* Parrhaſ. & Dorvill.

843. AGNOVIT. *Agnoſcit* alter Hamburgicus. Stat. VI. Theb. 178. *Hypſipylen agnovit longe.* & lib. IX. 546. *Agnovit longe, preſſitque dolorem Magnanimus Capaneus.* Ovid. X. Metam. 718. *Agnovit longe gemitum morientis.*

844. IMMUNDO DEFORMAT PULVERE. Macrobius lib. IV. Saturn. cap. 3. *multo deformat pulvere.* & ſic vetuſtiores Pierii, quomodo & ex noſtris Menteliani & reliqui omnes, ſi excipis Montalbanium, etiam Mediceus a manu prima. recte, ut jam monuimus lib. IX. 814. variavit. in Montalbanio *multo deturpat pulvere.* ut lib. XII. de Latino,

Canitiem immundo perfuſam pulvere turpans.

quem

89 tamen eſt Antiptoſis. R. 90 deeſt Steph. 91 cum una eſſe Thais, de qua loquebatur Dan.

Digitized by Google

Idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen,
Pulſus ob invidiam ſolio ſceptriſque paternis.
Debueram patriae poenas, odiiſque meorum:
Omnis per mortes animam ſontem ipſe dediſſem.
Nunc vivo: neque adhuc homines lucemque relinquo:
Sed linquam. Simul hoc dicens adtollit in aegrum
Se femur; &, quamquam vis alto volnere tardat,

Haud

SERVII.

851. IDEM EGO. Qui nunc cauſſa tuae mortis fui: qui feci ut exulis & ſacrilegi filius eſſe diceveris.

852. PULSUS OB INVIDIAM. Excuſat, ne merito expulſus eſſe videatur.

854. OMNES PER MORTES. Per omnia mortis genera: [92] [nam una mors eſt: aut *per mortes omnes*,] id eſt, per diverſa ſupplicia, [93] [per quae venitur in mortem: aut quaſi non una tantum morte dignus.]

857. VIS ALTO VULNERE [94] TARDAT. Alti vulneris violentia.

VARIORUM.

quem locum B. Hieronymus reſpexit epiſtola ad Innocentium: *Canitiem immundam perfuſo pulvere deturpans.* in Ciri:

Intonſos multo deturpat pulvere crines.

Catullus Nuptiis Pelei:

Canitiem terra atque infuſo pulvere foedans.

Naſo Metam. VIII.

Pulvere canitiem genitor vultuſque ſeniles
Foedat humi fuſus.

praeterea & *corpori inhaeret* in altero Menagiano, & Moretano ſecundo. HEINS. *Deformavit* Zulichemius. vid. ad Claudian. III. Rapt 177.

845. CORPORE. *Corpori* in ſecundo Moretano. HEINS. Et ſic alter Menagius, & Zulichemius a manu prima.

846. VOLUPTAS. *Voluntas* Venetus, Bigotii, Oudartii, & a manu ſecunda prior Hamburgicus.

847. SUCCEDERE DEXTRAE. *Succumbere* eſt legere in Priſciano libro XVI. HEINS.

849. VIVENS. *Juvenis* Zulichemius, & pro varia lectione prior Hamburgicus.

850. EXSILIUM. *Exitium* Mediceus & caeteri fere omnes. perperam. in Gudiano tamen a manu prima *Exſilium*, & in tertio Rottendorphio pro diverſa lectione. *Exſilium* etiam Leidenſis & alter Menagianus. HEINS. *Exicium* Francianus. *exitium* Regius & Parrhaſ. a m. pr. & Ald. *nunc autem vulnus* Dorvil.

Ibid. ALTE VULNUS ADACTUM. Ex hoc loco nuperus editor Lucretii tuetur jugulatum a Lambino & aliis verſum lib. III. 172. ubi *vis teli intus adacta* dicitur. & certe ſi nihil aliud obſtet, injuria ejicitur verſus: nam intus eſt in ipſa viſcera, quod plus notare quam *intro* conſtat. ſic idem Poëta lib. IV. *humor membris adſumitur intus.* & VI. 18. & 23. & alibi. ita utitur noſter lib. IX. 579. de ſagitta, — *abditaque intus*

Spiramenta animae letali vulnere rupit.

Ovid. IX. Met. 539.

Quamvis animo grave vulnus habebam,
Quamvis intus erat furor igneus.

de verbo *adigere* vid ad Valer. Flac. VI. 183. BURM.

851. MACULAVI. *Violavi* legit Lutatius ad Stat. III. Theb. 697. qui huic verſui ſubjicit alterum ex lib. XI. 539. *pulſus ob invidiam regno.* niſi hic pro *ſolio* legerit *regno.*

853. MEORUM. *Malorum* Montalbanius.

854. DEDISSEM. *Dediſſet* Dorvil. a m. pr.

855. LUCEMQUE. *Vitamque* Sprotianus.

856. HAEC. *Hoc* ſcripti omnes. HEINS. *His dictis* Parrhaſ.

857. TARDAT. Pro *tardatur*, de quo Aeneidos II. 207. non igitur audiendi codices, qui *quanquam ſeſe alto volnere tardet*, vel *alto ſeſe*, vel *quamvis alto ſe.* deinde *tardet* non *tardat* codices

92 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 93 deſunt iidem. ſed Baſil. habet per quae v. i. mortem, quae deſunt Dan. 94 TARDET Voſ. R. V. Baſil

Digitized by Google

Haud dejectus, equum duci jubet. Hoc decus illi,
Hoc ſolamen erat: bellis hoc victor ăbibat
Omnibus. Adloquitur maerentem, & talibus infit:
Rhoebe, diu (res ſi qua diu mortalibus ulla eſt)
Viximus. Aut hodie victor ſpolia illa cruenta,
Et caput Aeneae referes, Lauſique dolorum
Ultor eris mecum: aut, aperit ſi nulla viam vis,
Occumbes pariter. Neque enim, fortiſſime, credo
Juſſa aliena pati, & dominos dignabere Teucros.

Dixit,

SERVII.

858. [95] [HAUD DEJECTUS. Non dejectus animo.]

860. ADLOQUITUR MOERENTEM. Triſtem. Haec enim animalia, ſecundum Homerum, [96] cum ſunt triſtia, indicant dominorum mortem futuram. [97] [Et proprie *adloquitur* dixit: eſt enim *adloqui* conſolari. Eſt autem Homeri comparatio: Iliad. T. 405.

Τὸν δ' ἄρ' ὑπὸ ζυγόφιν προσέφη πόδας αἰόλος ἵππος
Ξάνθος· ἄφαρ δ' ἤμυσε καρήατι, πᾶσα δὲ χαίτη
Ζεύγλης ἐξεριποῦσα παρὰ ζυγὸν οὖδας ἵκανεν.]

861. RHOEBE, DIU (RES SI QUA DIU MORTALIBUS ULLA EST.) Hoc loco notant Virgilium Critici, quod homini ſacrilego dedit prudentem ſententiam: quam rem ratio naturalis excuſat: ea enim, quae per naturam movent animos, in quamvis perſonam cadunt. [98] Illa vero ſunt tantum prudentum, quae non niſi conſilio & ratione deprehenduntur: unde & Terentius ſervis dat plerumque ſententias prudentiſſimas quidem; ſed quae ſe per naturam offerunt cunctis, ut Andr. I. I. 34. NE QUID NIMIS.

862. SPOLIA ILLA CRUENTA. Arma Aeneae, Lauſi cruore perfuſa: unde intulit: *Et caput Aeneae:* per quod etiam ſpolia Aeneae intelligimus: nam Lauſo nihil detraxerat. Dicit enim ſup. 827. *Arma, quibus laetatus, habe tua.* [99] [Si autem *cruenti*, intellexeris, ſcilicet crudelis: ſic enim convenit perſonae loquentis.

863. LAUSIQUE DOLORUM. Num Lauſi dolorum, ut II. 784. *Lachrymas dilectae pelle Creuſae.*]

864. AUT APERIT SI NULLA VIAM VIS. Aut ſi [1] nullam oſtenderit fortitudo rationem. [2] [*Aperit* autem, praeſens pro futuro.]

865. NEQUE ENIM FORTISSIME CREDO. Quod dignaberis habere dominos Teucros, ſcilicet ignavos: nam hoc intelligimus ex eo, quod [3] dixit equo, *fortiſſime*. Plerumque enim ex alterius perſonae vituperatione vel laude, quid de alia dicatur, agnoſcimus: ut hoc loco Trojanos vituperatos ex equi laude cognoſcimus. Item alibi contra IV. 215. *Et nunc ille Paris*, ſcilicet adulter: nam illo loco ex perſona Paridis vituperatur Aeneas.

VARIORUM.

dices plerique. etiam Mediceus a manu ſecunda, & a prima Gudianus. HEINS. *Tardet* Francianus, & Regius, Dorvil. & Edd. pr. & Mediol.

859. ERAT. *Erit* in Gudiano. ut ſuſpicari poſſis a Marone ſcriptum fuiſſe, *hoc ſolamen beri.* deinde *victor obibat* a manu prima idem Gudianus. HEINS. *Habebat* Montalbanius. vid. ad XII. 17.

861. PHOEBE, DIU. *Rhoebe* ex ſcriptis. apud Macrobium lib. IV. Saturn. cap. 6. *Rhebe.* deinde pro *mortalibus ulla eſt*, primus Moretanus, qui codex inter optimos habendus, ut ſaepe alias dixi, *res ſi qua diu mortalibus aegris.* quae lectio vulgata nihilo deterior. *aegri mortales* apud Maronem fre-

95 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 96 tunc ſunt triſtia, quando ind. V. ſicut tr. quando Dan. cum ſint R. Steph. al. 97 deſunt V. R. Voſ. ſed Steph deſunt. ad *eſt autem.* Baſil. ad Graeca uſque. 98 deſunt R. prudentium V. Voſ. 99 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 1 nulla V. oſtendit. 2 deſunt Voſ. V. R. Steph. al. 3 dixit, credo fortiſſime Fabr. al.

Dixit, & exceptus tergo conſueta locavit
Membra, manuſque ambas jaculis oneravit acutis;
Aere caput fulgens, criſtaque hirſutus equina.
Sic curſum in medios rapidus dedit. Aeſtuat ingens
Uno in corde pudor, mixtoque inſania luctu,
[Et Furiis agitatus amor, & conſcia virtus:]
Atque hic Aenean magna ter voce vocavit.
Aeneas adgnovit enim, laetuſque precatur:
Sic pater ille Deum faciat, ſic altus Apollo,

Inci-

SERVII.

867. EXCEPTUS TERGO. Equo ſe praebente [4] ſuſceptus: quod fieri plerumque conſpicimus [5] [in manſuefactis equis.]

868. JACULIS ONERAVIT. Aviditas ſaevientis exprimitur, ut ſaepius.

869. [6] [AERE CAPUT FULGENS. Quia ſupra 836. *Procul aerea ramis Dependet galea.*

871. UNO IN CORDE PUDOR. *Uno* autem, pro eodem: tribus vero adfectibus conturbatum ſignificat, pudore, ira, dolore; quae potentia ſunt ſingula.

873. TER. Id eſt, ſaepius.

875. SIC PATER ILLE DEUM FACIAT. Bene in perniciem contemptoris deorum, deos invocat. SIC ALTUS APOLLO. Aut venerabilis; aut quia in excelſo loco conſecratus eſt.

VARIORUM.

frequenter occurrunt. ſed pro vulgata ſtat Macrobii auctoritas. HEINS.

862. AUT HODIE. *Haut hodie* Lutatius ad Stat. I. Theb. 461.

863. DOLORUM. *Laborum* tertius Moretanus. vide lib. VII. Aen. 481. in Gudiano praeterea, *ut caput Aeneae*. HEINS. *Illa cruenti* Hugenian. *dolorem. Ultor* Regius.

865. OCCUMBES. *Occumbens* Venetus, ſecundus Rottendorphius & Gudianus a manu prima.

867. EXCEPTUS. *Acceptus* Excerpta noſtra.

871. IMO IN CORDE PUDOR. *Uno in corde dolor* ſcripti vetuſtiores. & recte. etiam libro XII. 667. ubi iſta denuo occurrunt. niſi quod in Moretano ſecundo *una in corde*. lib. XI.

Unoque omnes eadem ore fremebant.

Claudianus Gigantomachia,

—— corpuſque per unum,
Pars moritur ferro, partes periere videndo.

& carmine in Chriſtum,

Latuitque ſub uno
Pectore, qui totum late complectitur orbem.

apud Silium lib. VII.

Murique urbis ſtant pectore in uno.

Alcimus Avitus libr. II.

Nullus egens, nullus cupiens: ſed pace ſub una
Sufficiet cunctis ſanctorum gloria Chriſtus.

HEINS. *Puer* vel *pavor* Sprotianus. vid. ſupr. ℣. 398. *una* etiam Gudianus & ſecundus Moreti. *Imo* Edit. pr. Ald. Cornel. & aliae.

872 ET FURIIS. Abeſt hic verſus a Mediceo, etiam a manu prima codicis Gudiani. & cenſeo tollendum eſſe, cum libro XII. 668. iterum occurrat. HEINS. In Menagiano legebatur poſt verſum 875.

873. MAGNA TER. *Magna ſic* Ed. Venet. *ter magna* Dorvill.

874. AENEAS AGNOVIT EUM. *Agnovit enim* ex iiſdem ſcriptis. eleganter. libro VI. *Aeneas miratur enim, motuſque tumultu.* & in Georgicis, ut optimi codices agnoſcunt,

Hunc plauſus hiantem
Per cuneos, geminatur enim, plebiſque patrumque
Excitat.

lib. IX.

Impaſtus ceu plena leo per ovilia turbans,
Suadet enim veſana fames.

HEINS.

4 exceptus Dan. Fabr. 5 deſunt V. R. Voſ. Steph. Dan. fil. habet notam ad ℣. 873. quae deeſt Dan. 6 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. ad *infeſta* ℣. 876. ſed Da-

Digitized by Google

Incipias conferre manum.
Tantum effatus, & infeſta ſubit obvius haſta.
Ille autem: Quid me erepto, ſaeviſſime, nato
Terres? haec via ſola fuit, qua perdere poſſes.
Nec mortem horremus, nec Divûm parcimus ulli.
Deſine. Jam venio moriturus, & haec tibi porto
Dona prius. Dixit, telumque intorſit in hoſtem:
Inde aliud ſuper atque aliud figitque volutatque
Ingenti gyro: ſed ſuſtinet aureus umbo.
Ter circum adſtantem laevos equitavit in orbis,
Tela manu jaciens: ter ſecum Troïus heros

In-

SERVII.

876. INCIPIAS. Deeſt, *ut*.] INFESTA HASTA. In vulnus parata, id eſt, protenta.

879. QUA PERDERE POSSES. Deeſt *me*: nam hoc dicit, niſi extincto filio nulla ſe ratione potuiſſe ſuperari.

880. NEC DIVUM PARCIMUS ULLI. [7] [Hoc ideo,] quia Aeneas invocaverat deos, ut: *Sic Pater ille deum faciat, ſic altus Apollo.*

883. [8] [INDE ALIUD. Id eſt, jacit telum.] DESINE. Scilicet mortem minari: quoniam libenter moriturus [9] adveni.

884. UMBO. Scutum: nam a parte totum intelligimus.

885. [10] [TER CIRCUM. Enarravit quid eſſet, *ingenti gyro*.] LAEVOS EQUITAVIT IN ORBES. Secundum artem militiae: nam eques ſtans facillime ſuperatur a pedite. In laevam autem partem ideo circabat ut Aeneae dextram [11] partem circumveniret, quae utique nuda erat.

VARIORUM.

HEINS. Ita & Ed. pr. vid. Heinſ. ad Ovid. III. Amor. II. 73.

875. ALTUS APOLLO. *Sanctus* apud Cariſium. HEINS. *Magnus* Oudartii. *laetus* ſecundus Moreti. vulgata eſt apud Serv. ad VI. 9.

876. INCIPIAS. *Incipies* Hugenianus. *manus* ſecundus Rottendorphius. vid. X. 283. in Excerptis noſtris plenus erat *Incipias conferre manum & mihi jungere pugnam*. & ita in Franciano. *manum mecum* Dorvil.

877. SUBIT OBVIUS. *Subiit cominus* Francianus.

878. SAEVISSIME. *O ſaeviſſime* Zulichemius.

881. JAM VENIO. *Nam venio* libri antiquiores, quomodo & Scholiaſtes Statii Theb. III. 71. ſed concinnius omnino *jam venio*, quod in priore Hamburgenſi, Moretano quarto ac Veneto extabat. deinde ſcribi oportere opinor, *At haec tibi porto Dona prius*. HEINS. *Nam* Ed. Mediol.

Ibid. ET HAEC. *At haec* Waddel. Anim. Crit. p. 37.

883. FIGITQUE VOLATQUE. Eleganter mehercules in Gudiano a manu prima, *figitque volutatque Ingenti gyro*. *volutare* pro jactare, & eſt minus quam figere. ſic lib. I. Aen.

—— vocemque per ampla volutant
Atria.

quid ſit *volutare* ſubindicabit aperte noſter lib. XII.

Tum lapis ipſe viri vacuum per inane volutus
Nec ſpatium evaſit totum, nec pertulit ictum.

in altero Voſſiano *fugitque volatque*. pro vulgata ſcriptura *volatque* vide Giphanium Indice Lucretiano

7 deſunt V. R. Voſ Steph. al. 8 deſunt iisdem. 9 advenio V. Voſ. R. Dan. Fabr. 10 deſunt iisdem. 11 deeſt Dan. nec citat Broukhuſius ad Propert. IV. IX. 35. qui & ex Mſſ. *dextram circumveniret*.

Inmanem aerato circumfert tegmine ſilvam.
Inde ubi tot traxiſſe moras, tot ſpicula taedet
Vellere, & urguetur pugna congreſſus iniqua;
Multa movens animo, jam tandem erumpit, & inter
Bellatoris equi cava tempora conjicit haſtam.
Tollit ſe adrectum quadrupes, & calcibus auras
Verberat, effuſumque equitem ſuper ipſe ſecutus
Implicat, ejectoque incumbit cernuus armo.
Clamore incendunt coelum Troëſque, Latinique.
Advolat Aeneas, vaginaque eripit enſem,
Et ſuper haec: Ubi nunc Mezentius acer, & illa

Effe-

SERVII.

888. [12] [TOT SPICULA TAEDET. Hic oſtendit quid ſit, *figitque volutatque*.]

889. PUGNA INIQUA. Pedes contra equitem.

890 MULTA MOVENS. Utrum in ipſum, an in equum tela torqueret: quo vulnerato Mezentius carebat effugio. INTER TEMPORA. Id eſt, in frontem.

891. BELLATORIS EQUI. Per quem bellum geritur, [13] *πολεμιστής*. aliter hominem dicimus bellatorem, qui bellum gerit.

894. IMPLICAT. Impedit. CERNUUS. *Cernuus* dicitur equus, qui cadit in faciem; quaſi in eam partem [14] cadens, qua cernimus: unde & [15] pueri, quos [16] in ludis videmus ea parte, qua cernunt, [17] *κυβιστῆρες*, [18] *cernui* vocantur: ut etiam Varro in [19] Ludis theatralibus docet.

895. CLAMORE INCENDUNT COELUM. Implent, abuſive dixit. TROESQUE. [20] [Hoc eſt, Trojani;] gaudio. LATINIQUE. Scilicet dolore.

896. [21] [ADVOLAT AENEAS. Multi haec nolunt diſtingui, quaſi ſimul fiant.]

VARIORUM.

tiano in *volant tela*. HEINS. *Fixitque* Leidenſis. ſed *volatque* tuetur non male Cerda. & ita Ald. *aliudque fugitque* Venetus.

884. AUREUS UMBO. *Aereus umbo* Mediceus. dictum ſupra ṽ. 271. nec aliter Gudianus a manu prima. ſic paullo poſt,

Immanem aerato circumfert tegmine ſilvam.

ubi in Gudiano pro diverſa lectione *aerato circumfert agmine*. HEINS.

885. TER. *Tum* Francianus. *Laevos orbes* dixit ob naturalem flexum equi in laevum. vid. ad Valer. Flac. II. 386. ſic ad Stat. II. Theb. 604. notat Barthius. vid. & ad Sil. Ital. VII. 654.

887. TEGMINE. *Agmine* Gudianus a manu ſecunda. de qua variatione vid. ad Valer. Flac. III. 670.

888. TRAXISSE. *Riſiſſe* Bigotianus. *tranſiſſe* Francianus.

890. ERUMPIT. *Erupit* tertius Rottendorphius, & Hugenianus, & Parrhaſ. *intra* Venetus.

892. ARRECTUM. *Arrectus* alter Hamburgicus & Montalbanius. imitari Silium lib. IX. 595. notavit Heinſius.

894 EJECTOQUE. *Ejectumque* Zulichemius. *dejectoque* ſecundus Mentelius & Gudianus a manu ſecunda. Cerda conſtruit, equus ejecto Mezentio incumbit cernuus armo ſuo.

897. SUPER HAEC *Hoc* Ed. pr.

898. UT

12 deſunt V. Voſ. R. Steph. Dan. 13 deeſt omnibus praeter Fabr. & Baſil. 14 deeſt R. Voſ. Steph. al. quae cernimus R. V. qua Voſ. 15 pueros Dan. quae V. R. qua Voſ. 16 illudentes R. 17 ſtantes, omnes, ſed Maſvic. ſecutus Commel. & Em. qui debent hanc vocem Salmaſio ad Solin. p. 149. quem & vide p. 628. 18 Cernuli Voſ. V. 19 libris Steph. & ita videtur fuiſſe in R. ſed correctum. 20 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 21 deſunt iisdem.

Effera vis animi? Contra Tyrrhenus, ut auras
Suſpiciens hauſit coelum, mentemque recepit:
Hoſtis amare, quid increpitas, mortemque minaris?
Nullum in caede nefas. Nec ſic ad proelia veni,
Nec tecum meus haec pepigit mihi foedera Lauſus.
Unum hoc, per, ſi qua eſt victis venia hoſtibus, oro;
Corpus humo patiare tegi. Scio acerba meorum
Circumſtare odia: hunc (oro) defende furorem:
Et me conſortem nati concede ſepulcro.

Haec

SERVII.

899. HAUSIT COELUM. Hoc eſt, aërem. Lucretius: *In hoc coelo, qui dicitur aër.* Et hoc dicit: poſtquam reſpiravit, & mentem recepit, poſt [22] turbationem ex equi venientem ruina.

900. HOSTIS AMARE. Aſper. Et hoc Homeri eſt, de telo dictum, quod hic ad hominem tranſtulit: ille enim ait Iliad. Δ. 118. Πικρὸς ὀϊστός.

901. NULLUM IN CAEDE NEFAS. Mori viro forti nefas non eſt: [23] [unde in primo 94. Aeneas & fortis, & pius, inducitur. Sic loquens: O *terque quaterque beati.*] Ergo aut nihil acerbi in morte ſe paſſurum ait; aut nihil nefandum Aeneam commiſſurum, ſi ſe volentem interfecerit: quia mori decreverit, ſi mortem filii non valuiſſet ulciſci. NEC SIC AD PRAELIA VENI. Hoc eſt, ut vincerem, aut victus mortem deprecarer: ergo libenter occumbo.] Nec ego ſic ut vincerem veni: hoc eſt, cum voluntate [24] procumbo.

902. NEC TECUM MEUS HAEC PEPIGIT MIHI FOEDERA LAUSUS. Hoc eſt, non cum hoc pacto a te Lauſus receſſit, ut [25] ego vitam requiram. FOEDERA autem PEPIGIT, per tranſlationem [26] dixit, id eſt, non ſic pugnavit Lauſus, ut ullum mihi vitae relinqueret deſiderium.

903. VENIA. Beneficium, ut: *Orantes veniam.*

904. [27] [ACERBA MEORUM. Quaſi hoc de Aenea non ſenſerit.

905. HUNC, ORO, DEFENDE FUROREM. Inimicorum iram & poſt fata ſaevire cupientem. DEFENDE autem, eſt prohibe, ut VII. Ecl. 6. *Dum teneras defendo a frigore myrtos.* Et bene petit ab Aenea [28] ſepulturam, quod ſcit eum ultro concedere, ut probavit in filio: petit autem non de ejus pietate dubitans, ſed timens iram ſuorum.

VARIORUM.

898. UT AURAS. *Et auras* Mediceus a manu ſecunda. ſic *&* pro *ut* ſupra hoc libro ℣. 704. habuimus. *&* etiam Gudianus, Mentelius alter, & Venetus hoc loco. HEINS. *Et illi* Hugenianus. *& auras* Leidenſis & Francianus & Pariſ. *ſuſcipiens* ſecundus Rottendorphius.

901. NULLUM. Hos duos verſus explicat Rob. Titius lib. III. Controv. Lect. cap. 10. Barthius haec comparat illis Statii I. Theb. 645.

—— *Ego ſum qui caede ſubegi,*
Phoebe, tuum mortale nefas.

Ibid. AD PROELIA VENI. *Venit* Mediceus a manu prima, ut de Lauſo agat. HEINS. *In proelia veni* Zulichemius & Dorvill.

902. FOEDERA. *Foedere* Francianus. *Nec meus tecum haec* Parrhaſ.

903. VENIA. *Veniam* in priore Menteliano, utroque Hamburgico, Montalbanio, & ſecundo Rottendorphio. HEINS. Et Bigotiano & Parrhaſiano.

904. CORPUS HUMO. Quomodo hae preces conveniant contemtori Deum, vid. Segraeum.

905. CIRCUMSTARE. *Circum adſtare* Excerpta noſtra.

906. NATI

22 perturbationem V. R. Voſ. 23 deſunt V. R. Voſ. Steph. ad *nec ego* Dan. ad Ergo. Baſil. ad ergo habet, hinc deſinit. 24 recumbo Dan. 25 deeſt V. R. Voſ. Steph. al. 26 deeſt V. 27 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 28 deeſt V. Voſ. R. Steph. al.

Haec loquitur, juguloque haud inſcius adcipit enſem,
Undantique animam diffundit in arma cruore.

SERVII.

907. HAUD INSCIUS. Liptotes figura eſt: non enim dixit, non ignarus; ſed [29] expectans omnibus votis, ut VII. 261. *Munera nec ſperno:* id eſt, libenter accipio. In hac autem figura plus cogitatur, quam dicitur.

908. UNDANTIQUE ANIMAM DIFFUNDIT IN ARMA CRUORE. Ordo eſt: In arma undanti cruore animam diffundit: cujus ſedem plerique ſanguinem volunt eſſe. Et ſic eſt dictum, [30] ut ſup. 487. *Una eademque via ſanguis animuſque ſequuntu.* [31] [Item I. 98. *Tuaque animam hanc effundere dextra:* quaſi quae in cruore fovetur]

VARIORUM.

906. NATI CONCEDE SEPULCHRO. Macrobius lib. VI. Saturn. cap. 6. monet dictum, pro *conſortem nato concede ſepulchri.* nihil igitur immutandum hoc loco. HEINS.

907. HAEC. *Hoc* Francianus.

908. DIFFUNDIT. *Defundit* Gudianus a manu prima. *in arva* Menagii prior. & Ed. pr.

29 ſpectans V. 30 hoc quomodo illud, *Una* Dan. 31 deſunt V. Voſ. R. Steph. Dan.

Digitized by Google

Digitized by Google



L. F. D. B. in. P. Tanjé sculp.

P. VIRGILII MARONIS *Aeneidos*.

LIBER UNDECIMUS.

OCEANUM interea ſurgens Aurora reliquit.

Ae-

SERVII.

1. OCEANUM INTEREA SURGENS AURORA RELIQUIT. More ſuo praetermiſit noctis deſcriptionem, quam tranſiſſe indicat praeſens ortus diei: & hoc eſt, [1] unde ait Horatius Art. Poët. 133. *Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres*. Quae enim naturalia ſunt, omnibus patent. [2] [*Surgens* autem, quae ſurrexit, [illegible] & [illegible].]

2. Ae-

1 Quod ait Dan. Fabr. culpat hic Virgilium Donatus ad Terent. Eun. III. v. 46. quod nullam mentionem noctis praemiſerit. 2 deſunt V. Voſſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Aeneas, quamquam & ſociis dare tempus humandis
Praecipitant curae, turbataque funere mens eſt,
Vota Deûm primo victor ſolvebat Eoo.
Ingentem quercum deciſis undique ramis
Conſtituit tumulo, fulgentiaque induit arma,

Me-

SERVII.

2. AENEAS, QUAMQUAM ET SOCIIS DARE TEMPUS HUMANDIS. Conſuetudo Romana fuit, ut polluti funere minime ſacrificarent. Si tamen contingeret, ut uno eodemque tempore & funeſtaretur quis, & cogeretur operam dare ſacrificiis, [3] elaborabat, ut ante ſacra compleret, quam funus agnoſceret: unde etiam Horatius [3] * Pulvillus in Capitolii dedicatione, cum ab inimicis ei filius nuntiaretur extinctus, [4] [ut quidam putant falſo; ut alii pro vero.] ait: *Cadaver ſit:* nec] [5] voluit funus agnoſcere, donec templa dedicaret. Secundum quem ritum etiam Aeneas inducitur ante operam dare ſacrificiis: & ſic ad ſociorum & Pallantis ſepulturam reverti.

3. PRAECIPITANT CURAE. Urgent. Longam enim [6] dilationem ſepultura non patitur. [7] [Sane cum *quamquam* praemiſiſſet, non intulit *tamen*, ut alibi, I. Ecl. 28. *Libertas quae ſera tamen reſpexit inertem*, cum *tamen* dixerit, non praemiſit *quamquam*. DARE vero TEMPUS, relinquere, id eſt, ut breve: & habet emphaſim propter multitudinem [8] negotiorum.] TURBATAQUE FUNERE MENS EST. Funere Pallantis, [9] καθ' ἐξοχήν: nam eſt haec conſuetudo apud poëtas, ut a plebe ſegregent duces. Sic paulo poſt ait 22. *Interea ſocios inhumataque corpora terrae Mandemus.* Et intulit [10] ſegregans 26. *Moeſtamque Euandri primus ad urbem Mittatur Pallas.* Sic dictum eſt I. 30. *Relliquias Danaum, atque immitis Achilli.* Item II. 506. *Forſitan & Priami fuerint quae fata, requiras.*

4. PRIMO VICTOR SOLVEBAT EOO. Antequam luctum ſubiret & funeraretur. PRIMO autem EOO, ſubaudimus tempore: nam Graece ἠώς dicitur, quam nos *auroram* vocamus. Homerus ait Iliad. A. 477. ῥοδοδάκτυλος ἠώς: quod nomen Latini traxerunt per derivationem, ut dicerent II. 417. *Et laetus Eois Eurus equis.* Item I. 489. *Eoaſque acies.* Sane ut etiam ſupra 417. diximus, in hoc ſermone prima ſyllaba naturaliter [11] longa eſt; ſed cum opus fuerit, corripitur [11] * *Eos:* aut licentia nominis proprii, aut quia eam vocalis ſequitur.

6. CONSTITUIT TUMULO. [12] In colle: [13] quia tropaea non figebantur niſi in eminentioribus locis. Salluſtius de Pompejo fragm. incert. [14] *Devictis Hiſpanis, tropaea in Pyrenceis jugis conſtituit.* Ex quo more [15] in urbibus tropaea figebantur arcubus exaedificatis. Ideo autem nunc tropaeum ponit Aeneas, quia nondum plenam eſt victoriam conſecutus; ſed occiſo Mezentio fugavit exercitum: [16] plenae enim victoriae, ut ſupra diximus x. 775. triumphus debetur. Et perſolvit vota, vel propter tanti ducis interitum: vel quia fas erat, [17] etiam de primitiis belli ſacrificare. [18] [*Tumulo* autem, deeſt, *in*, id eſt, in tumulo.] INDUIT ARMA. Ut inf. 83. *Indutoſque jubet truncos hoſtilibus armis:* ſine nomine.

VARIORUM.

2. ET SOCIIS. Ita potiores ſcripti, non *quamquam ſociis*. HEINS. *Et* deeſt Parrhaſ. & Ed. pr. & Ald. *humandi* Zulichemius. mox *Funera* Excerpta noſtra & Mediceus.

5. INGENTEM QUERCUM. Hoc tropaeum conferendum cum Epigrammate primo libri I. cap. 3. Anthologiae, & ibi videndus Obſopaeus. *conſtituit* Catroeus non aliunde tranſplantatum hoc in loco ſtatuiſſe, ſed lectam inter multas arbores,

3 laborabat Steph. Baſil. laborabat ut ante compleret R. 3 * Pulvilius Voſ. R. vid. ad lib. VI. 8. ubi idem narratur. 4 deſunt V. Voſ. 5 deeſt V. 6 dilatationem V. ſepulturam reverti R. ex praecedenti verſu a librario repetitum. 7 deſunt V. R Voſ. Steph. al. 8 negotiorum * Dan. 9 ſcilicet κατ' V. 10 deeſt V. R. Voſ. Steph. al. 11 producitur Steph. 11 * *Eous* V. deeſt R. Voſ. Steph. al. 12 in tumulo, in cole V. 13 quia tropaea in Pyrenei conſtituit, Ex. R. & V. 14 *de victis Hiſpanis* legebat Douza. Pyreneae Dan. 15 in urbibus tropaea non figebantur V. reliquis omiſſis. figuntur Dan. 16 plena victoria Dan. planae R. 17 ut de primitiis ſacrificaretur V. belli deeſt R. Steph. al. 18 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. ad *Hoc* ℣. 7.

Digitized by Google

Mezenti ducis exuvias; tibi, magne, tropaeum,
Bellipotens: aptat rorantis ſanguine criſtas,
Telaque trunca viri, & bis ſex thoraca petitum
Perfoſſumque locis: clipeumque ex aere ſiniſtrae
Subligat, atque enſem collo ſuſpendit eburnum.

Tum

SERVII.

7. [Tibi magne tropaeum Bellipotens. Videtur interrupta deſcriptio.] Hoc per [19] Parentheſin dictum eſt [20] [& Proſphoneſin, & poſt reddita. *Magna* autem *bellipotens*, Antonomaſia, per duo epitheta ſine nomine.]

8. Aptat. [21] Apte locat: & congrue [22] [ponit vel figit, ut viii. 721. *Aptatque ſuperbis Poſtibus.*]

9. Telaque trunca viri. Id eſt, praefracta: ita enim in tropaeis poni conſuerunt. Juvenalis x. Sat. 134. *Et fracta de caſſide buccula pendet, Et curtum temone jugum, victaeque triremis Aplustre.* [23] [Vel *trunca tela*, quae de ſuo clypeo legeret: ideo enim *trunca*, quod in evellendo praefracta.] Et bis sex thoraca petitum Perfossumque locis. Duodecim vulneribus appetitum: quia, ut ſupra diximus, lib. ii. 278. totius Tuſciae populus in duodecim partes fuit [24] diviſus, ut x. 202. *Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni:* qui ſingulis Lucumonibus parebant. Moris autem fuit, ut interemptos duces omnis [25] vulneraret exercitus. Sicut etiam de Hectore Homerus commemorat. Iliad. x. 370.

[26] [Οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν
Ἕκτορος, οὐδ' ἄρα οἵ τις ἀνουτητί γε παρέστη.]

Unde eſt: *Quae circum plurima muros Accepit patrios.* [27] [Non ergo ab Aenea, ſed ab his, qui x. 642. *Uni odiiſque viro teliſque frequentibus inſtant:* quod oſtendit Mezentius, cum ſub Aeneae telis jaceret. x. 904. *Scio acerba meorum Circumſtare odia:* neque enim hoc in illo momento periculi meminiſſet, niſi eos cerneret imminere.]

10. Clypeum ex aere. Figuratius, quam ſi *aereum* diceret, [28] [ut alibi iv. 138. *Cui pharetra ex auro.*]

11. Ensem collo suspendit eburnum. Vaginam eburneam. Sane *ebur*, *eboris* facit, non *eburis*, ſicut *murmur*, *murmuris:* unde, quia in principalitatis declinatione varietas invenitur, etiam [29] derivatio varia eſt: nam [30] *eburneus* facit ab eo, quod eſt *ebur: eboreus*, ab eo, quod eſt *ebor eboris.* [31] [*Collo* autem, id eſt, de collo. Paulatim de trunco arboris humanam figuram fecit, ut & ſiniſtram illi det, & collum: quod valde quaeritur, an bene.]

VARIORUM.

bores, praetuliſſe aliis. ſed repugnat vox *tumulo*, qui ante paratus fuit aggeſta terra, & ei ſuperpoſita quercus. & *conſtituit* notat in loco, ubi antea non fuit, poſuiſſe. ut inf. 185, *conſtituere pyras.*

7. Exuvias. *Eximias* Francianus.

Ibid. Tropaeum. *Triumphum* prior Hamburgenſis pro varia lectione.

9. Viri. *Virum* Lutatius ad Stat. ii. Theb. 710.

10. Sinistrae. *Siniſtra* a manu prima Venetus, & duo Moretani. a ſecunda prior Hamburgicus. ſed Gudianus *ſiniſtris* vel *ſiniſtra.* utrumque dici poſſe credo. *effoſſumque* Dorvill.

11. Eburnum. *Eburneum* Gudianus a manu ſecunda. venuſte & Maroniano more. ſic apud Naſonem lib. x. Met. ex optimis membranis,

Non auſus eburnea virgo
Dicere Pygmalion, ſimilis mea, dixit, eburneae.

HEINS. Capulum explicat Barth. ad Stat. iii. Theb. 88.

12. Tum

19 Parantifraſin V. 20 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 21 Apta Dan. 22 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 23 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 24 deerat haec vox Dan. qua ſola uſus videtur Dempſterus, qui in Etruria Regali lib iv. 8. per conjecturam hac voce ſuppiendum eſſe ſenſum putat. qua conjectura ſuperſedere potuiſſet, ſi alias editiones, quae exhibent hoc verbum, conſuluiſſet. 25 vulnerabant R. vulnerabat V. 26 deſunt V. Voſ. R. 27 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 28 deſunt iisdem. 29 derivatio ejus V. 30 *Eburnus* f. a. e. q. e. *Ebur. Eburneus* &c. V. R. Voſ. Steph. Baſil. qui *Eburneus*, & Voſ. deinde, ab eo quod eſt *Eboris* V. R. Voſ. Baſil. 31 deſunt V. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Tum ſocios, namque omnis eum ſtipata tegebat
Turba ducum, ſic incipiens hortatur ovantis:
Maxima res effecta, viri. Timor omnis abeſto.
Quod ſupereſt: haec ſunt ſpolia, & de rege ſuperbo
Primitiae: manibuſque meis Mezentius hic eſt.
Nunc iter ad regem nobis muroſque Latinos.
Arma parate, animis & ſpe praeſumite bellum:
Ne qua mora ignaros, ubi primum vellere ſigna

Ad-

SERVII.

14. MAXIMA RES EFFECTA, VIRI. Occiſo tanto duce: ſimul etiam tropaei oſtenditur cauſſa. [32] [Et verecunde cum ipſius opus ſit, imperſonaliter ait:] ABESTO. [33] Abſit: nam tertia perſona eſt.

15. QUOD SUPEREST. De reliquo: & eſt abſoluta elocutio [34] [ut IX. 157. *Quod ſupereſt, laeti bene geſtis corpora rebus.*] ET DE REGE SUPERBO PRIMITIAE. Aut hoc dicit: primitiae iſtae, quas fecimus, non de plebe ſunt: ſed de rege ſuperbiſſimo: aut certe *regem ſuperbum*, Turnum accipiamus: nam de ipſo legimus X. 445. *At Rutulum abſceſſu juvenis* [35] *cum juſſa ſuperba Miratur*: ut ſit ſenſus: Haec ſpolia & hanc primam [36] belli partem ſuperbo Turno ſuſtulimus: nam hoc epitheton proprium Turni eſt, quod ei Virgilius pro ingenti ſcelere dat: apud majores enim ſuperbia ingens facinus fuit, adeo ut Tarquinius pro multis ſceleribus *Superbi* nomen acceperit.

16. MEZENTIUS HIC EST. Pro, talis eſt, ut IX. 481. *Hunc ego te, Euryale, aſpicio?* [37] [id eſt, talem: & utrum per contemptum, an per commendationem hoc pronuntiandum?] MUROSQUE LATINOS. [38] [Bene quaſi hoc ſolum reſtet: & hoc dicit:] Jam campeſtri ſuperavimus praelio: reſtat, ut etiam obſidione vincamus. Credit enim quod ſibi jam aperte nullus occurrat: nec inaniter: nam & paulo poſt dicturus eſt Turnus: *Furta paro belli.* Et in duodecimo 34. Latinus: *Vix urbe tuemur Spes Italas.*

18. ARMA PARATE ANIMIS. Aut Hypallage eſt, pro, *armis parate animos*: aut certe eſt mutanda diſtinctio, ut ſit, *animis & ſpe praeſumite bellum.* PRAESUMITE BELLUM. Mente praeoccupate. Ut ſupra Turnus IX. 158. *Et pugnam ſperare* [39] *parati.* Bene autem ait *praeſumite*, quaſi rem jam ſui juris, ut ei [40] deberi videatur certa victoria.

19. [41] [NE QUA MORA. Ordo: ne qua mora impediat.] VELLERE SIGNA ANNUERINT SUPERI. Ne in mora ſitis, cum captis auguriis ad bellum exire coeperimus. VELLERE autem proprie [42] dixit: quia Romana ſigna figebantur in caſtris: &, cum ad bellum eundum fuiſſet, captatis auguriis, avellebantur e terra: nam alibi ea figi non licebat. Sed inter auguria etiam hoc habebatur, ſi avellentem facile ſequerentur; adeo ut cum filio [43] Orodis bello ſit Craſſus occiſus, qui iturus ad praelium, avellere ſigna vix potuit. [43] * [Quod etiam Flaminio contigit, qui cum imperaſſet ſigna tolli, eaque non poſſent moveri, effoſſo ſolo, in quo erant fixa, vi magna, extrahi praecepit, & infeliciter apud Thraſymenum pugnavit. Alii *vellere*, movere accipiunt. Ennius: *Rex deinde citatus Convellit ſeſe*: & in ſacris, *convelli menſa* dicitur, cum tollitur.

VARIORUM.

12. TUM SOCIOS. *Cum* eſt apud Cariſium lib. IV. HEINS.

15. ET DE REGE SUPERBO PRIMITIAE: MANI-

32 deſunt iiſdem. 33 vide Schol. Horat. III. Od. IX. 15. 34 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 35 *tunc* V. R. Voſ. edit. Baſil. 36 belligeri V. 37 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 38 deſunt iiſdem. ſed Voſ. habet, hoc dicit, campeſtri. 39 *parari* V. Voſ. Steph. Dan. *pari* R. 40 deeſt V. *certa* deeſt R. 41 deſunt R. V. Voſ. Steph. al. 42 dictum V. 43 Morodis Dan. cum filio in Arabis Parthico bello Steph. Fabr. al. cum filio in Orodis bello V. Voſ. & ita G. Voſſius corrigebat ad Vellej. Paterc. II. 46. ex codice. cum filio Modoris bello ſit auſus occiſus R. ad Parthiam Dan. evellere Voſſius d. l. 43 * deſunt V. R. Voſ. Steph. al. ad ✝. 20.

Adnuerint Superi, pubemque educere caſtris,
Inpediat; ſegniſque metu ſententia tardet.
Interea ſocios inhumataque corpora terrae
Mandemus: qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt.
Ite, ait; egregias animas, quae ſanguine nobis
Hanc patriam peperere ſuo, decorate ſupremis
Muneribus: maeſtamque Euandri primus ad urbem
Mittatur Pallas, quem non virtutis egentem

Ab-

SERVII.

20. ADNUERINT SUPERI. Bene in adhortatione nihil ſe inauſpicato, vel ſine deorum voluntate facturum promittit: ideo non dixit, cum ego juſſero, ſed, cum divi juſſerint.]

22. INTEREA SOCIOS. Donec tempus obſidionis adveniat. [44] [Et *Interea ſocios*, *inhumataque corpora terrae*, ἓν διὰ δυοῖν, pro, corpora ſociorum.]

23. QUI SOLUS HONOS ACHERONTE SUB IMO EST. [45] Hoc ideo intulit: quia in ſexto de inſepultis dixit VI. 329. *Centum errant annos, volitantque haec littora circum.* [46] [Palinurus Aeneae VI. 366. *Portuſque require Velinos Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam.*] Et bene, [47] *Acheronte ſub imo:* quia haec res ad umbras tantum pertinet: nam apud prudentes homines nullius momenti ſunt iſta.

24. [48] [ITE, AIT. Vitioſe in media oratione, *ait*, poſitum Critici notant.] EGREGIAS ANIMAS. Ingenti arte laudat potius, quam miſeratur [49] extinctos; ut praeſentium animos in bella [50] ſuccendat. [51] [Homerus Iliad. A. 3. ἰφθίμους ψυχάς. QUAE SANGUINE NOBIS HANC PATRIAM. Eleganter & hoc oratorie ad exhortationem audientium ſumptum eſt: nam laus defunctorum viventium exhortatio eſt: & bene *patriam* ait, tanquam fiduciam gerit, quaſi vicerit. Sane cum hortatur ſocios, ut ſepeliantur occiſi, ipſe defunctis velut Epitaphion dixit.]

27. QUEM NON VIRTUTIS EGENTEM. Ennii verſus eſt. [52] [*Egentem* ſane nos ablativo jungimus.]

VARIORUM.

MANIBUSQUE MEIS MEZENTIUS HIC EST. Alii codices diſtinguunt,

—— *Et de rege ſuperbo*
Primitiae manibuſque meis: Mezentius hic eſt.

in manibuſque meis prior Voſſianus. *hicc' eſt* pro *hicce* Marius Victorinus monet eſſe legendum in Grammatica. vide annotationes noſtras lib. II. Aen. 654. HEINS. *Et* deeſt Veneto & ſecundo Rottendorphio. *hic* eſt talis, occiſus. Ruaeus adverbium eſſe credit.

17. NUNC. *Tunc* Leidenſis, Francianus.

18. PARATE ANIMIS. Mihi diſtinctio Servii magis placet,

Arma parate, animis & ſpe praeſumite bellum.

arma parate, ut *paratus miles* ſupra. ſed *animis parare arma* non ſatis eleganter dici credo. inf. 491. *Exſultatque animis & ſpe jam praecipit hoſtem.*

19. AVELLERE. *Vellere* codices noſtri. HEINS. *Evellere* Dorvill.

20. ADNUERINT. *Adnuerunt* Leidenſis. HEINS. *Annuerant* Ed. pr. *pubeſque* Venetus.

21. SEGNESQUE. *Segniſve* Mediceus. in caeteris paene omnibus *ſegniſque*. HEINS. *Segni* al. unde *ſegnique* Maittaire. *ſegniſque* Dorvil.

23. SUB IMO EST. Omiſit verbum ſubſtantivum alter Hamburgicus. HEINS. Et Ed. pr.

24. AIT. Vitioſum eſſe Servius notat. ſed prior pars orationis ad Duces fuit habita, qui eum ſtipabant ꝟ. 13. nunc ad alios, qui funera curarent, ſe convertit. ut ꝟ. 34. *famulum manus Trojanaque turba.* & hoc τὸ *ite*, quo militibus aut famulis imperat, ut IV. Aen. 593.

Ibid.

44 deſunt iiſdem. 45 prop ter *centum* &c. Voſ. R. Steph. al. reliquis omiſſis & in R. ubi turbata erat ſcriptura & eadem bis poſita. 46 deſunt iiſdem. 47 *Acherontis* V. Acherotis ubi &c. R. 48 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 49 exſtinctas Voſ. 50 ſuccedat V. 51 deſunt V. Voſ. R. Steph. Baſ. etiam Dan. ignorat iſta Homeri. 52 deſunt V. Voſ. R. Steph. al.

Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.
Sic ait inlacrimans, recipitque ad limina greſſum:
Corpus ubi exanimi poſitum Pallantis Acoetes
Servabat ſenior: qui Parrhaſio Euandro
Armiger ante fuit; ſed non felicibus aeque
Tum comes auſpiciis caro datus ibat alumno.
Circum omnis famulûmque manus, Trojanaque turba,
Et maeſtum Iliades crinem de more ſolutae.
Ut vero Aeneas foribus ſeſe intulit altis,

In-

SERVII.

28. FUNERE MERSIT ACERBO. *Acerbo*, immaturo: tranſlatio a pomis.

31. QUI PARRHASIO EUANDRO. [53] Arcadio, a civitate Arcadiae, quam Donatus vult a *Parrha* avi dictam: quod procedit, ſi *Parrha* nomen eſt Graecum: ſi autem Latinum eſt, ſtulte ſenſit: nam Graecum nomen etymologiam Latinam non recipit. [54] [Alii Jovis filium *Parrhaſium* dicunt, qui habuit Arcadem filium, ex quo primo *Parrhaſii*, poſt Arcades, dicti ſunt. Sanè Arcadum genera fuerunt quatuor, Parrhaſiorum, Maenaliorum, Azenorum, Cynaethorum. Alii non [55] Azanos & Cynaethos, ſed Axanes & Cyneros dicunt.

32. FELICIBUS AEQUE. Hic non felicitas comparatur; ſed ut eſt illud III. Georg. 513. *Dii meliora piis:* non, quia haec bona ſunt, ſed bona optat.]

33. IBAT. Pro, ierat. ALUMNO. *Alumnus* eſt, qui Graece τρόφιμος dicitur: quod nomen quia [56] Latinum non eſt, ut ab eo, quod eſt *nutritor*, inveniamus eum, qui nutritus eſt, tranſiit ad nomen aliud, & *alumnum* dixit.

35. ILIADES CRINEM DE MORE SOLUTAE. Has Aeneae ancillulas [57] intelligimus: nam omnes [58] honeſtas matres, hoc eſt, mulieres nobiles, in Sicilia remanſiſſe dixit, excepta Euryali matre, de qua legimus IX. 417. *Quae te ſola puer* [59] *multis e matribus auſa Perſequitur?* [60] [Crinem autem ſolutae, ut VII. 503. *Palmis percuſſa lacertos.*]

36. UT VERO AENEAS FORIBUS SESE INTULIT ALTIS. Naturale enim eſt, ut intermiſſa lamenta repetantur, cum aliquis notus advenerit. Sic in Statio, ingreſſis ducibus denuo defletur Archemorus VI. Theb. 37. [61] [*Mox ut* [62] *morientia dignis Vultubus Inachii penetrarunt limina reges, Ceu nova tunc clades, & primo ſaucius infans Vulnera, lethaliſve irrumperet atria ſerpens, Sic alium ex alio, quamquam laſſata fragere Pectora congeminant, integratoque reſultant Accenſo clamore fores.*]

VARIORUM.

Ibid. QUAE. *Qui* Scholiaſtes Horatii lib. III. Od. 2. ut & Macrobius lib. IV. Saturn. cap. 4. ſed Donatus ad Terentium ſtat pro vulgata lectione. HEINS. *Pepigere ſuo* Bigotianus. *egregiaſque* etiam Venetus. *& decorate* Oudartii.

28. MERSIT. *Vertit* Vratiſlavienſis.

29. INLACRIMANS. *Et lacrimans* Ed. pr.

30 EXANIMI. *Exanime* Leidenſis. *poſtum* Bigotianus. Heinſius conjiciebat, *exanimum poſiti.* & ita Cerda quoſdam legere ait, at impròbat. *Acetes*, *Acetas*, *Aceſtes* codices.

34. OMNES FAMULUMQUE MANUS. *Omnis manus* potiores ſcripti, quod elegantius. deinde *Trojanaque pubes* in quarto Moretano. HEINS. *Circa* Leidenſis & ſecundus Moreti.

35. MAE-

53 Arcadico V. Steph. Fabr. al. deeſt Voſ. R. 54 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. ad ỷ. 33. 55 Exanas & Cythenos ſ. A. e. c. dicunt * Dan. Fabr. 56 in Latino V. in Latinitate Dan. Fabr. 57 intelligimus manſiſſe, excepta R. reliquis omiſſis. 58 deeſt V. Voſ. Biſil. 59 ſanctis V. Voſ. R. Steph. al. 60 deſunt iisdem. 61 deſunt iisdem. 62 morientia in Statio legitur & *frageren.*

Ingentem gemitum tunſis ad ſidera tollunt
Pectoribus, maeſtoque inmugit regia luctu.
Ipſe caput nivei fultum Pallantis & ora
Ut vidit, levique patens in pectore vulnus
Cuſpidis Auſoniae, lacrimis ita fatur obortis:
Tene, inquit, miſerande puer, cum laeta veniret,
Invidit Fortuna mihi, ne regna videres
Noſtra, neque ad ſedes victor veherere paternas?
Non haec Euandro de te promiſſa parenti
Diſcedens dederam: cum me complexus euntem

Mit-

SERVII.

39. NIVEI FULTUM PALLANTIS. Late patet hoc epitheton: referri enim poteſt & ad [63] candorem priſtinae pulchritudinis; & ad pallorem ex morte venientem; & ad frigus, quod [64] proprium mortuorum eſt, ut VI. 219. *Corpuſque lavant frigentis & unguunt.*

40. LEVI IN PECTORE. Pulchro, puerili: nondum ſetoſo.

42. TENE, INQUIT. Iteratio eſt: nam ſupra [65] dixit: *Lacbrymis ita fatur obortis.* Sicut in quinto poſuit v. 544. *Et fidam ſic fatur ad aurem.* [66] [Et paulo poſt intulit: [67] [*Et ſeſe oſtentes in armis*,] *Dic ait.* Sane ſciendum, hanc adlocutionem talem eſſe, qualis illa [68] eſt, ubi defletur Euryalus:] nam locis omnibus commovet miſerationem, ab aetate, a tempore, a vulnere, a ſpe parentis. CUM LAETA VENIRET INVIDIT FORTUNA. Ac ſi diceret: Quantum noceret adverſa, cum laeta talem intulit caſum? Videtur autem dolere, quod queri non poteſt de fortunae crudelitate, quae ei uno eodemque tempore & tanta contulit beneficia, & tale intulit damnum. TENE autem INVIDIT FORTUNA MIHI, ut VIII. Ecl. 58. *Liber pampineas invidit collibus umbras.*

45. DISCEDENS DEDERAM. Καλῶς τὸ σιωπώμενον hoc intelligimus: nam abſcedens nuſquam eſt Euandrum adlocutus Aeneas.

VARIORUM.

35. MAESTAE ILIADES CRINEM DE MORE SOLUTAE. *Maeſtum* codices vetuſti conſtanter. ut apud Claudianum Bell. Gild. 408.

Si maeſtae ſqualore comae, lacrimiſque ſenatum,
In Numidas pulſus ſolio commovit Adherbal.

Statius Thebaid. XII.

Maeſtarumque ſuper libamina ſecta comarum.

ita ſcribendum pluribus monui ad Epicedium Druſi ✝. 98. cum in optimis membranis legatur, *libamina ſerta.* HEINS. Sic Epicedio Druſi *indignas Livia ſolve comas.* inf. 189 & Ovid. IV. Faſt. 855. *Maeſtas Acca ſoluta comas. maeſtam barbam* dixit Lucan II. 376.

36. FORIBUS SESE INTULIT. *Tectis ſeſe extulit altis* Scholiaſtes Statii Theb. VI. 39. *foribus ſeſe impulit* prior Hamburgicus. HEINS.

37. TUNSIS. *Tonſis* Dorvill. Francianus, Parrhaſ. Venetus, Leidenſis & duo Moretani. *tuſis* primus Moreti. *tollit* alter Hamburgicus. mox *inmugiit* Mentelii prior & ſecundus cum Excerptis noſtris. *immugis* pro *immugiit.* ut ſaepe

39. FULTUM. *Fulvum* primus Moretanus & alter Hamburgenſis, *vultum* Leidenſis pro varia lectione.

40. LEVIQUE. *Lenique* Oudartii. *in corpore* primus Moreti. mox *ſis fatur* Hugenianus & prior Hamburgicus.

42. CUM LAETA. *Cui* Hugenianus. *fortuna tibi* Zulichemius a manu prima. *ne regna venires* alter Hamburgicus a ſecunda manu.

46. DEDERAM. *Dederim* a m. pr. Dorvill. *compreſſus* Vratiſlavienſis.

47. Mo-

[63] ſplendorem V. [64] proprie V. Voſ. Steph. al. [65] ait Voſ. R. Fabr. al. [66] deſunt R. ad nam. [67] deſunt Voſ. Steph. al. [68] non ubi Dan. illa ubi Voſ. Fabr. al.

Digitized by Google

Mitteret in magnum imperium, metuenſque moneret
Acris eſſe viros, cum dura proelia gente.
Et nunc ille quidem ſpe multum captus inani
Fors & vota facit, cumulatque altaria donis.
Nos juvenem exanimum, & nil jam coeleſtibus ullis
Debentem, vano maeſti comitamur honore,
Infelix, nati funus crudele videbis.
Hi noſtri reditus, exſpectatique triumphi?

Haec

SERVII.

48. CUM DURA PRAELIA GENTE. Subaudimus *fore*.

50. FORS ET VOTA FACIT. [69] Forte (utrumque enim dicimus) & jam vota ſuſcepit. Poteſt & unum [70] eſſe FORSET, id eſt, *forſitan*. CUMULATQUE ALTARIA DONIS. Id eſt, & ſacrificat, & ſuſcepit vota. [Naturaliter autem queritur [71] de errore mentis humanae.]

51. NIL JAM COELESTIBUS ULLIS DEBENTEM. Vivi enim, Superorum ſunt; mortui ad Inferos pertinent; unde in duodecimo 647. *Vos, o mihi manes Eſte boni, quoniam ſuperis averſa voluntas.* Superis autem debemus omnia donec vivimus, [72] ideo, quia, ut dicunt Phyſici, cum naſci coeperimus, ſortimur a Sole ſpiritum, a Luna corpus, a Marte ſanguinem, a Mercurio ingenium, a Jove [73] honorum deſiderium, a Venere cupiditates, a Saturno humorem: quae [74] omnia ſingulis reddere videntur extincti. [75] [Et hoc ſecundum Phyſicam diſciplinam: tradunt enim Phyſici, omnia nos mereri a Superis, quae rurſus extincti reddimus ipſis poteſtatibus ſupernis: quod & Plato videtur aſtruere, qui dicit: Quod cum de effluxione fontium, non aliarum quarumlibet rerum, ſed ipſarum ſtellarum, fuerint animae corporibus commodandae, quidquid de ipſis fontibus ſtellarum ebullit, hoc intelligi debere ſtellas. Ergo priuſquam in corpora ingrediantur animae, per haec ſigna erratica tranſeuntes, ſingula ſupradicta ſingulae accipiunt. Item exeuntes ſingula ſingulis redhibere dicit: quae in corpus venientes perceperunt.]

52. VANO MOESTI COMITAMUR HONORE. Inani, ut ſupra diximus, quantum ad [76] vivos pertinet: [77] [nam talia de mortuis fiunt ad ſolatium ſuperſtitum; ut eſt apud Ciceronem in Catone majore cap. xx. *Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum & lamentis vacare. Vult, credo, ſe eſſe charum ſociis.*]

53. [78] [INFELIX NATI FUNUS. Hoc quidam ἀνικόητον, & vulgare accipiunt; ſed decenter ad exprimendum patris adfectum nunc ad patrem redit.]

54. HI NOSTI REDITUS. Tales ſunt; ut ſup. 16. *Manibuſque meis Mezentius hic eſt.* [79] [EXPECTATIQUE TRIUMPHI. Modo de ſe loquitur.]

VARIORUM.

47. MONERET. *Moveret* Parrhaſ.

48. DURA PROELIA. *Dura in proelia* Mediceus, a manu ſecunda, quod non intelligo. HEINS. *Ad proelia* Leidenſis.

50. FORS ET. *Forſet* pro forte antiquum Horat. lib. I. Satyr. VI. mutata litera, *forſit honorem Jure mihi invideat quivis.* Hoc Priſcianus libro XV. illud Servius agnoſcit. utrumque antiqua exemplaria. eodem tamen libro Priſcianus legit bis *fors*, & diſtinctis dictionibus, ubi probat loco adverbiorum nomina poni per caſus diverſos. Nominativum *Fors & vota facit.* item *ſole recens orto*,

pro

69 & Forte etiam vota ſuſcepit. poteſt & unum eſſe forſet, id eſt forſitam Voſ. V. R. Steph. al. in Voſ. & Steph. al. deeſt & in initio. ſuſcipit Voſ. Baſil. 70 eſſe *fors*, id Steph. eſſe *fors*. & unum forſitan vota facit, & jam vota ſuſcipit Dan. unum eſſe forſet, id eſt forſitan, vota facit, & jam vota ſuſcipit Fabr. 71 de terrore Dan. de horrore R. 72 debemus omnia ideo V. 73 deeſt Steph. Dan. Fabr. al. honorum deſ. V. omnium deſ. Voſ. 74 omnibus Steph. 75 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 76 divos Commel. & Emmen. ſecuti vitioſam Genevenſium editionem. 77 deſunt V. R. Voſ. Steph. Dan. 78 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 79 deſunt iiſdem.

Digitized by Google

Haec mea magna fides? At non, Euandre, pudendis
Volneribus pulſum adſpicies: nec ſoſpite dirum
Optabis nato funus pater. Hei mihi, quantum
Praeſidium Auſonia, & quantum tu perdis, Iule!
Haec ubi deflevit, tolli miſerabile corpus
Imperat, & toto lectos ex agmine mittit
Mille viros, qui ſupremum comitentur honorem,
Interſintque patris lacrimis; ſolatia luctus
Exigua ingentis, miſero ſed debita patri.

Haud

SERVII.

55. HAEC MEA MAGNA FIDES. *Κατὰ τὸ σιωπώμενον*: quam de Pallantis reditu promiſerat patri. [80] [AT NON, EUANDRE. Aut mutavit declinationem: nam *Euander* facit, ut ipſe lib. x. 515. *Pallas Euander in ipſis*: aut Graecum vocativum fecit ὦ Εὔανδρε.] PUDENDIS VULNERIBUS. A tergo illatis: & eſt conſolatio. [81] [Quid autem *pudendis* ſit, ipſe expoſuit, dicendo, *pulſum aſpicies.*] NEC SOSPITE. Antiptoſis eſt, [pro, *ſoſpiti*:] & hoc dicit: Si [82] fuiſſet vulneratus a tergo, [83] ipſe ei optares interitum. [84] [Alii, non talem habes, inquit, filium, quo ſoſpite tibi dirum funus optares: quod parentes ſibi precari ſolent ob nequitiam liberorum. Alii, non optabis, inquit, ſoſpiti filio mortem: quod magis heroicae perſonae convenit: & quare *ſoſpite*, pro, *ſoſpiti*?]

59. HAEC UBI DEFLEVIT. Hoc eſt, poſtquam haec cum lachrymis [85] dixit: *flere* enim, eſt cum voce lachrymare: unde habemus in ſexto 426. *Continuo auditae voces, vagitus & ingens: Infantumque animae flentes in limine primo.*

60. TOTO LECTOS EX AGMINE. Trojanos, Thuſcos, Arcades.

63. EXIGUA. Quamvis enim magna ſint, orbitati patris prodeſſe non poſſunt; [86] [ſed tamen exhibenda ſunt patri, quia debentur: aut eſt ſenſus: non quidem reſponſura luctui, ſed tamen ſolennia: ergo juſtitiae potius cauſa quam ſolatii.]

VARIORUM.

pro *forte* & *recenter*. FABRIC. *Fors &* conſtanter ſcripti. ut fruſtra ſit Guilielmus Canterus, qui Nov. Lect. lib. IV. cap. 8. *fors ſit* hoc loco legendum contendit. quod videtur quoque velle Voſſius ex Servio Inſtit. Orat. lib. IV. p. 15. videantur annotata noſtra ad Valer. Flacc. I. 478. HEINS. *Fors &* firmat Rufinian. de Schem. Lex. p. 33. vid. Scal. & Brouckh. ad Propert. II. VII. 33. Lamb. ad Horat. I. Od. 28. Erythr. in *fas*, *forſit*, pro *forſitan* dictum credit.

51. EXANIMUM. *Exanimem* Edd. pr. & Mediol.

52. DEBENTEM. Nimis ſubtilia videntur, quae Servius habet. ſimpliciter de mortuo infeliciter, qui jam nullas poenas, incommoda &c. amplius debet Diis immitibus, quoniam morte ſua ſatisfecit iis.

Ibid. COMITAMUR. *Comitamus* ἀρχαϊκῶς in priore Moretano. quomodo & frequenter Naſo, de quo ad illum lib. I. Triſt. El. VIII. 31. & XIII. Met. 55. HEINS. *Amore* Oudartii. *ab ore* primus Moreti a manu prima. *comitantur* Francianus & Parrhaſianus, & ita Commentator Cruquianus Horatii lib. II. Od. 20. & Serv. ad X. 828.

53. FUNUS. *Vulnus* Parrhaſ. *funus nati* Rufinian. de Schemat. Lex. p. 33.

54. EXSPECTATIQUE. *Exoptatique* Menagii prior.

55. HAEC MEA. *Haec mora* primus Moreti. *pudendus V. paſſum* Francianus. male. recte citat Scholiaſt. Horat. II. Od. 4.

56. NEC SOSPITE. *Non ſoſpite* Venetus. *ne* Zulichemius & Leidenſis. *durum* Bigotianus, Menagii prior.

80 deſunt iisdem. 81 deſunt iisdem. 82 fugiſſet V. Voſ. Dan. Fab. 83 ipſi ei Steph. 84 deſunt V. R. Voſ. Steph al. 85 duxit Steph. 86 deſunt V. Voſ. R. Steph. al.

Haud ſegnes alii cratis, & molle feretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno,
Exſtructoſque toros obtentu frondis inumbrant.
Hîc juvenem agreſti ſublimem ſtramine ponunt:
Qualem virgineo demeſſum pollice florem,
Seu mollis violae, ſeu languentis hyacinthi:
Cui neque fulgor adhuc, nec dum ſua forma receſſit:
Non jam mater alit tellus, vireſque miniſtrat.
Tunc geminas veſtis, auroque oſtroque rigentis

Ex-

SERVII.

64. PHERETRUM. [87] [*Feretrum*, locus, ubi mortui feruntur, & eſt Graecum nomen: nam] Graece φυῤῥον dicitur: unde per diaereſin [88] *pheretrum* fecit, [89] [dictum a *ferendo*:] nam Latine *capulus* dicitur: unde & Plautus Milit. v. I. 34. ait: *Capularis ſenex*, id eſt, [90] vicinus capulo. [91] [Et dictus eſt *capulus*, eo quod corpus capiat.]

65. VIMINE QUERNO. Sunt aliquae durae derivationes; tamen eis ſic utimur cum adjunctione alterius nominis, ut *quernum vimen*; item *colurnum veru*, ut II. Georg. 390. *Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis*. *Ficulnum lignum*, ut Horatius I. Sat. VIII. I. *Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum*. Item *Aprugnum* [92] *callum*, [93] [pro, *apinum*, ut Plautus.] Perſ. II. v. 4.

66. OBTENTU FRONDIS INUMBRANT. Veluti cameram quandam capulo [94] ramorum extenſione fecerunt.

67. [95] [AGRESTI SUBLIMEM IN STRAMINE. Hoc eſt, [96] ſuper frondes ponunt: nam hic reddit, quod omiſerat ſupra, dicens: *Extructoſque thoros*: nec addens unde.]

68. DEMESSUM. Participium eſt, veniens ab eo, quod eſt *metor*. [97] [Sane ab eo, quod eſt *meto*,] praeteritum perfectum *meſſui* facit. [LANGUENTIS HIACYNTHI. *Languentis*, aut poſtquam decerptus ſit: aut quia non eſt acuti coloris: aut quando demittit caput. [98] Sane *Hiacynthus*, puer fuit Eurotae, vel, ut quidam volunt, [99] Oebali filius: cetera de hoc in Bucolicis dicta ſunt.

69. SEU MOLLIS VIOLAE. Subaudi, florem.]

70. SUA FORMA RECESSIT. Id eſt, propria pulchritudo.

72. OSTROQUE AUROQUE RIGENTES. Unum QUE vacat: & eſt additum hiatus cauſſa.

VARIORUM.

prior. *diro* Excerpta noſtra. *volneribus paſſum* prior Hamburgicus.

57. HEI MIHI. In multis codicum *heu mihi*. HEINS. *Ei* Leidenſis. ſed *hei* vindicat Donatus ad Terent. Phorm. I. III. 26.

58. ET QUANTUM. *Et* deeſt Ed. pr.

59. DEFLEVIT. Id eſt, flendo finem fecit. Canneg. ad Avian. Fab. I. *Heu ubi* alter Hamburgicus.

61. COMITENTUR. *Comitantur* ſecundi Rottendorphius, Hamburgicus, Oudartii & Leidenſis.

65. ARBUTEIS. *Arboreis* Venetus.

66. INUMBRANT. *Obumbrant* Leidenſis. eadem diverſitas IV. Georg. 20. & apud Claud. II. Rapt. 26.

67. SUBLIMEM IN STRAMINE. Τὸ *in* non agnoſcunt libri veteres. iidem *hic juvenem*, non *hinc*. HEINS. *Sublimem ſtramine* Zulichemius & Gudianus. *Hinc juvenem* Ald.

68. DE-

87 deſunt V. R. Steph. a'. 88 pherron pheretum facit Steph. feretrum. feretrum R. facit Dan. Fabr. al. 89 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 90 dignus V. 91 deſunt R. Voſ. qui dictus e. c. ab eo V. 92 Gallum V. 93 deſunt V. R. Voſ. Steph. 94 ramorum horum R. 95 deſunt R. 96 ſupra, & reddidit V. 97 deſunt R. Fabr. ſane meto praet. p. meſſui facit Voſ. quod eſt *metor* pr. Voſ. 98 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 70. notam ad ℣. 69. nuſquam vidi niſi in Maſv. Ed. 99 Hybabili Dan.

Digitized by Google

Extulit Aeneas: quas illi laeta laborum
Ipſa ſuis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreverat auro.
Harum unam juveni, ſupremum maeſtus honorem,
Induit, arſuraſque comas obnubit amictu:
Multaque praeterea Laurentis praemia pugnae
Aggerat, & longo praedam jubet ordine duci.
Addit equos, & tela, quibus ſpoliaverat hoſtem.

Vin-

SERVII.

73. LAETA LABORUM. Figura eſt, *laetus illius rei*: nam modo dicimus, *laetus* [1] *labore*.

74. [2] [SUIS MANIBUS SIDONIA DIDO. Ut IV. 263. *Dives quae munera Dido*. *Suis* autem *manibus*, ut heroïdes ſolebant.]

75. DISCREVERAT. Depinxerat: ſimul [3] & amantis affectus oſtenditur.

76. HARUM UNAM. [4] [*Unam*, pro alteram,] de duobus [5] ſcilicet: & *horum alterum*, & *horum unum* poſſumus dicere: nam Artigraphi hoc tantum vetant [6] dicere, ne de duobus *alium* dicamus: quod de multis proprie dicitur. Sanè figurate dixit: *Veſtem induit*, ut II. 275. [7] *Exuvias indutus Achillis*: cum in uſu ſit, [8] *indui illa re*, ut ỷ. 83. *Indutoſque jubet truncos hoſtilibus armis*. Id eſt, truncos indutos jubet offerri. [9] [Sane hoc videtur ſecundum caeremonias Flaminum ſubtiliter dixiſſe. Flamini enim niſi unum mortuum non licet tangere, ſed Aeneas plurimos poſtea occidit. Sed aliud eſt, in bello occidere; aliud, mortuum tangere. Sciendum eſt tamen, Aeneae omne genus ſacerdotii tribui.]

77. ARSURASQUE COMAS OBNUBIT AMICTU. Harum unam [10] [de duabus veſtibus] induit juveni; altera caput [11] ejus velavit: nam ſupra duas veſtes dixit eſſe prolatas. OBNUBIT autem, velavit: tranſlatio a *nubibus*, quibus tegitur coelum: unde & *nuptiae* dicuntur, quod nubentium capita [12] [obnubantur, id eſt,] velentur.

78. LAURENTIS PRAEMIA PUGNAE. Mittit praemia, quae de praeda Laurentis pugnae ſuſtulerat: nam *praeda* eſt, quae eripitur; *praemium*, quod offertur.

80. EQUOS ET TELA, QUIBUS SPOLIAVERAT HOSTEM. Vel Pallas, vel Aeneas: nam ambigue poſitum eſt. *Spolia* autem [13] cum proprie ea tantum ſint, quibus hoſtis ſpoliari poteſt, ut lorica, vel veſtis, abuſive jam *ſpolium* dicitur, quidquid hoſtibus tollitur: unde eſt VI. 168. *Poſtquam illum vita victor ſpoliavit Achilles*. [14] [Alii, *equos, & tela, quibus ſpoliaverat hoſtem*, ad Pallantem volunt tantum pertinere: quia in Antiquis diſciplinis relatum eſt: *Quae quiſque virtute ornamenta conſecutus eſſet, ut ea mortuum eum condecorarent.* Salluſtius: *Exuant armis equiſque*.]

VARIORUM.

68. DEMESSUM. *Demiſſum* Gudianus a manu prima. *poplite* Venetus. *meſſum de pollice* Serv. ad II. Georg. 274. *deciſſum* Dorvil. a m. ſec.

70. NEC DUM. *Non dum* Venetus. *nec non* prior Hamburgicus. *ſua fama* Hugenianus. mox, *jam non* Leidenſis. mox, *nec jam mater* Dorvill.

72. TUNC GEMINAS. *Tum* ſcripti, & *auroque oſtroque rigentes*, quod perperam improbat Pierius. nam & apud Claudianum habes *texta oſtro rigentia*. ſed tamen vulgata ſcriptura in ſecundo Moretano exſtabat. HEINS. Sed lib. I. 648. *pallam ſignis auroque rigentem*. in quibuſdam *auroque oſtroque*. de quo vid. ad IV. Aen. 134. Barth. ad Stat. II. Theb. 406. *nitentes* citat, memoriae vitio.

73. LA-

1 *labore, laetus ingenio* V. 2 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 3 & mentis affectus oſt. R. ſimul & mentis oſtenditur Voſ. ſimul amantis at. oſt. V. Baſil. 4 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 5 deeſt iiſdem. 6 deeſt iiſdem. 7 *exubias* R. unde colligi poteſt confuſio illa in MSſ. *excubiarum* & *exuviarum*. de qua vide ad Valer. Flac. V. 252. 8 *induit* iiſdem. 9 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 10 deſunt iiſdem. 11 ei V. 12 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. velantur V. R. Voſ. 13 cum ea tantum Baſil. cum proprie illa ſint Steph. 14 deſunt V. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

Vinxerat & poſt terga manus, quos mitteret umbris
Inferias, caeſo ſparſuros ſanguine flammam:
Indutoſque jubet truncos hoſtilibus armis
Ipſos ferre duces, inimicaque nomina figi.
Ducitur infelix aevo confectus Acoetes,
Pectora nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora:
Sternitur & toto projectus corpore terrae.

Du-

SERVII.

81. UMBRIS INFERIAS. [15] Proprie enim *inferiae* ſunt ſacra mortuorum.

82. CAESO SANGUINE. Pro, caeſorum, ut ſupra; *Captivoque rogi perfundat ſanguine flammas* [16].

84. IPSOS FERRE DUCES. Suos ſcilicet, qui illis mille praeerant. [17] Melius tamen eſt, jubet truncos ferre ipſos duces, [id eſt, ducum ſpolia:] ut tropaea, duces ipſos dixerit. Sicut ſupra 16. *Manibuſque meis Mezentius hic eſt*, [de tropaeo: duces autem, ut Haleſum, & ejuſmodi, quos occiderat Pallas, duces ipſi portarent: [18] nam ducum fuerat tropaea portare, ut habeat pater ſolatium de victoria filii, & honor funeri accedat.] INIMICAQUE NOMINA FIGI. Pro, inimicorum: dicit autem adfixos tropaeis titulos cum nominibus occiſorum.

85. DUCITUR INFELIX AEVO CONFECTUS [19] ACESTES. Quaſi qui conſternatus nimio dolore ire non poterat. Et bene ex rerum permutatione expreſſit doloris magnitudinem, dicens, ita [20] doluiſſe Aceſtem, ut pene carens humano ſenſu per ſe ire non poſſet; & equum ita ſenſiſſe interitum domini, ut in humanum migraret affectum: nam & lachrymabat, & ſponte ſequebatur cadaver. [21] [Et bene, cum hominis ſit *ire*, equi *ducere*, hominem autem *duci* ait; de equo, *It lacbrymans.*]

86. FOEDANS. Vel cruentans, vel lacerans.

87. TERRAE. Id eſt, in terra. [22] * [Et figurate, *ſternitur terrae*, ut XII. 382. *Truncumque reliquit arenae.*]

VARIORUM.

73. LABORUM. *Bonorum* citat Rufinian. de Schemat. Lex. pag. 33. vid. ad lib. I. 441.

74. QUONDAM MANIBUS. *Manibus quondam* in primo Moretano & ſecundo Rottendorphio. HEINS. Et Franciano & Parrhaſ.

75. FECERAT. *Texerat* Venetus.

76. SUPREMUM. *Supremo honore* Parrhaſian. *ſupremus* alter Menagii.

77. ARSURASQUE. *Hirſutaſque* Venetus.

80. SPOLIAVERAT. *Spoliaverit* Dorvil.

82. FLAMMAS. Malo *flammam* cum Menagiano priore & Gudiano, quia *inferias* habes eodem verſu, atque ita vetertimus Vaticanus Pierii. Montalbanius *ſparſuras*, nempe *inferias*. Pieriani quidam *ſparſurus*. nil muta. quamquam & ſic Mediceus & Gudianus aliique nonnulli noſtrorum. & vetuſtae Macrobii editiones lib. VI. Saturn. 6. nam Britannicus Pontani, & Thuaneus codices illic *ſparſerunt*. HEINS. *Sparſuras* Francianus. *flammas* Dorvil. Ed. Venet. & Mediol.

83. INDUTOSQUE. *Inductoſque* Gudianus a manu prima.

84. FIGI. *Fingi* prior Hamburgicus, Francianus. *numina* Gudianus a manu prima. *nomina figi* eſt in ferculo ſcripta circumferri.

85. ACOETES. *Aletes* perperam legitur apud Macrobium lib. IV. Saturn. cap. 3. perperam etiam vir ſummus Joſias Mercerus ad Nonium Marcellum *Aceſtes*. neuter hic locum habet. HEINS. *Aceſtes* alter Hamburgicus. & ita Edit. Steph. & quidam apud Servium.

87. PROJECTUS. *Proſtratus* in altero Voſſiano, &

15 Proprie. nam inferiae V. Voſ. R. Steph. al. 16 nec enim ſanguis caeditur V. 17 deſunt Voſ. R. pro ducum ſpoliis Dan. Fabr. hoc eſt ducum ſpolia V. Baſil. 18 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 19 ACOESTIS Steph. mox *Acoeten* V. Voſ. R. Acetem Baſil. 20 corruptus hic admodum R. qui habet doluiſſe Acoethae nuptae. nec carens h. ſ. p. ſ. i. n. p. & cum multa ſenſiſſe int. d. u in h. &c. 21 deſunt V. Voſ. Steph. al. ſed R. ignorat omnia uſque ad Aethon ℣. 90. 22 * deſunt iidem, ad *poſitis* ℣. 89.

Ducunt & Rutulo perfuſos ſanguine currus.
Poſt bellator equus, poſitis inſignibus, Aethon
It lacrimans, guttiſque humectat grandibus ora.
Haſtam alii galeamque ferunt: nam cetera Turnus
Victor habet. Tum maeſta phalanx, Teucrique ſequuntur,
Tyrrhenique duces, & verſis Arcades armis.

Poſt-

SERVII.

88. PERFUSOS SANGUINE CURRUS. Aut captivorum, aut ipſius Pallantis.

89. POST BELLATOR EQUUS. Militaris enim diſciplinae fuit, ut equus uſque ad ſepulchrum duceretur; armiger perverſa arma geſtaret: unde hanc conſuetudinem videtur Poëta ſervaſſe.] POSITIS INSIGNIBUS. Sine phaleris. [22]

90. IT LACHRYMANS. Non mirum eſt, quod equum dicit lachrymare, cum Homerus etiam divinantem induxerit [23] [Xanthum equum Achillis mortem Iliad. T. 408. Καὶ λίην σ' ἔτι νῦν γε σαώσομεν, ὄβριμ' Ἀχιλλεῦ. Ἀλλά τοι ἐγγύθεν ἦμαρ ὀλέθριον, οὐδέ τοι ἡμεῖς Αἴτιοι, ἀλλὰ Θεός τε μέγας, καὶ μοῖρα κραταιή. Et paullo poſt: Ἀλλά σοι αὐτῷ Μόρσιμόν ἐστι Θεῷ τε καὶ ἀνέρι ἶφι δαμῆναι. Equos autem Achillis inducit Patroclum lugentes Iliad. P. 426. Ἵπποι δ' Αἰακίδαο μάχης ἀπάνευθεν ἐόντες Κλαῖον, ἐπειδὴ πρῶτα πυθέσθην ἡνιόχοιο Ἐν κονίῃσι πεσόντος ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο. [24] [Plinius ſolum equum praeter hominem lachrymare, & doloris adfectum ſentire, dicit.] AETHON. Nomen equi, quo etiam Aurorae equus vocatur, [25] [vel a ſplendore: nam αἴθω, *ardeo* dicitur: vel a curſus celeritate, quaſi ἀεὶ θέων, id eſt, *perpetuo currens*, *indefeſſus*. Quod autem *equus bellator* dicitur, & phalanx comitatur, juxta morem Romanum ait, ut dignitas in regii adoleſcentis ſervetur exequiis: quia apud Romanos, quod erat vivo conceſſum, mortuo non adimebatur; militaris autem diſciplinae erat. GUTTIS GRANDIBUS. Bene *grandibus*, quia de equo.]

91. NAM CAETERA TURNUS VICTOR HABET. Καλῶς τὸ σιωπώμενον & alia eum ſuſtuliſſe intelligamus, non tantum balteum; ut legimus ſupra: [26] [nam ſola haſta & galea oſtenditur remanſiſſe.]

92. PHALANX. Lingua Macedonum, *legio*. Quod autem ait *moeſta*, Arcadas intelligimus: unde [27] infert: TEUCRIQUE SEQUUNTUR, TYRRHENIQUE DUCES. Et hoc eſt, quod ait ſupra 60. *Et toto lectos ex agmine mittit Mille viros.*

93. VERSIS ARCADES ARMIS. [28] Lugentium more mucronem haſtae, non cuſpidem contra terram tenentes: [29] [quoniam antiqui noſtri omnia contraria in funere faciebant:] Scuta etiam invertentes propter numina illic depicta, ne eorum ſimulachra cadaveris polluerentur aſpectu, [30] [ſicut habuiſſe Arcades Bachilides in Dithyrambis dicit: & hoc,] [31] ut nonnullis fruſtra placet: nam lugentium mos, eſt prioris habitus immutatio. [32] [Alii *verſis armis*, in obliquum verſis ſcutis; ne ſplenderent inſignia: *Arma* autem ſcuta dici ipſe declarat, ut x. 841. *Lauſum ſocii exanimem ſuper arma ferebant*; ſed poteſt hoc de armis verſis non ad Arcadas ſolum, ſed ad omnes pertinere: an *verſis armis*, quod interempto Pallante victos jam ſe Arcades arbitrabantur: alii dicunt hunc morem fuiſſe, ut de ſuo duce nunquam voce quereretur exercitus, ne ſeditio paulatim inſurgeret; verum armorum ordinem mutantes ſcuta ſupina portarent. Ergo vel Aeneas ab Arcadibus arguitur, quod Pallas non ſit vindicatus; vel Euander, quod novi hoſpitis gratia adoleſcentem temere in bella projecerat.

VARIORUM.

& priore Hamburgico. HEINS. *Dejectus* Oudartii.

88. PER-

22 ita continuant. *Quod autem equum dicit lacrimare, non mirum eſt* R. V. Voſ. Steph. al. 23 deſunt V. R. Voſ. Dan. ſed Steph. deſunt *Xanthum* E. A. *mortem*, Graeca vero habet. 24 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 25 deſunt iiſdem & Dan. ad *Quod autem*. 26 deſunt R. Voſ. V. Steph. al. 27 inferius V. inferi R. 28 lugentum V. R. Steph al. & mox iterum. 29 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 30 deſunt iiſdem. 31 deeſt R. Voſ. 32 deſunt R. Voſ. V. Steph. al. ad ỳ. 96.

Poſtquam omnis longe comitum proceſſerat ordo,
Subſtitit Aeneas, gemituque haec addidit alto:
Nos alias hinc ad lacrimas eadem horrida belli
Fata vocant. Salve aeternum mihi, maxume Palla,
Aeternumque vale. Nec plura effatus ad altos
Tendebat muros, greſſumque in caſtra ferebat.
Jamque oratores aderant ex urbe Latina,
Velati ramis oleae, veniamque rogantes:
Corpora, per campos ferro quae fuſa jacebant,

Red-

SERVII.

94. COMITUM. Poteſt pro comitantium accipi.

95. GEMITUQUE. Deeſt, *cum.*]

96. ALIAS HINC AD LACHRYMAS. Ad aliam ſepulturam, [33] [id eſt, ad ceteros ſepeliendos, qui eodem praelio ceciderunt.]

97. SALVE AETERNUM MIHI, MAXIME PALLA, AETERNUMQUE VALE. Varro in libris Logiſtoricis dicit: *Ideo mortuis* ſalve [34] [*&* vale] *dici; non quod aut* valere, *aut* ſalvi *eſſe* [35] *poſſint; ſed quod ab his recedimus, eos* [36] *nunquam viſuri.* Hinc ortum eſt, ut [37] etiam maledicti ſignificationem interdum [38] *valeat* obtineat, ut Terentius Andr. IV. II. 14. *Valeant, qui inter nos* [39] *diſcidium volunt:* hoc eſt, ita a nobis [40] recedant, ut [41] nunquam ad noſtrum revertantur aſpectum. Ergo cum mortuo dicitur VALE, non etymologia conſideranda eſt; ſed conſuetudo, quod nullis *vale* dicimus, niſi a quibus recedimus.

100. ORATORES. Legati, a perorando pro republica nominati; [42] [quod *orabant*; id eſt, *agebant*: unde & *actores cauſarum*, *oratores* appellantur.] URBE LATINA. Pro, Latini: id eſt, de Laurolavinio.

101. VELATI RAMIS OLEAE. Non coronati (nec enim lugentes decebat) [43] [ut qui pro mortuis precabantur;] ſed inſtructi, & ornati: id eſt, in manibus olivae ramos [44] ferentes, ſicut Homerus Iliad. Α. 14. Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος. [45] VELATI autem, ornati: & illo loco ſignificat v. 366. *Victori velatum auro vittiſque juvencum:* cum vittis non aut velentur aut coronentur victimae; ſed ornentur: [46] [aut certe *velati*, ab omni injuria tecti, Jure gentium] VENIAMQUE ROGANTES. Beneficium [47] [juxta antiquum modum dictum, hoc eſt, ſepulturam ſuis petentes.]

102. FERRO QUAE FUSA. *Fuſa* modo, interempta; alias fugata; ſed diſcernuntur epithetis, ut ſi dicas, *ferro fuſus*, vel *metu fuſus*.

VARIORUM.

88. PERFUSOS. *Perfuſus* ſecundus Rottendorphius. *perfoſſos* Bigotianus a manu ſecunda. *curſus* Hugenianus. *cultus* Zulichemius.

91. FERUNT. *Gerunt* Spronianus.

93. TYRRHENIQUE DUCES. Noſtri codices, exceptis Montalbanio, duobus Moretanis & Veneto, *Tyrrhenique omnes*. quod ex ſubſequenti verſu irrepſit perperam. HEINS. Et Francianus & Regius *omnes*.

94. PROCESSERAT. Non moverem hanc lectionem loco, niſi in vetuſtis codicibus *praeceſſerat* legeretur, idque conſtanter. idem & de ſuis Pierius teſtatur. poſtea tamen *proceſſerat* in Veneto offendi, & in Gudiano pro diverſa lectione. vide adnotata lib. VIII. 462. HEINS. *Omnis comitum longe* Parrhaſ. vid. VIII. 462. *praeceſſerat* Edd. pr. & Mediol.

95. AD-

33 deſunt iisdem. 34 deſunt Voſ. V. Steph. 35 poſſunt V. R. Voſ. 36 nuſquam V. Dan. 37 in maledicti ſignificatione V. 38 vale Voſ. Dan. Fabr. al. deeſt Steph. 39 *diſſidium.* ita V. R. Voſ. etiam in Mſſ. ad lib. v. 80. ubi eadem fere leguntur. male *diſſidium* Edd. 40 diſcedant V. Voſ. R. Steph. al. 41 in noſtrum r. aſp. Voſ. 42 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 43 deſunt V. R. Steph. al. 44 tenentes V. 45 velari autem ornari V. R. Voſ. & illico loco R. 46 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 47 deſunt iisdem. PRECANTES, beneficium V. reliqua ignorat.

Redderet, ac tumulo ſineret ſuccedere terrae:
Nullum cum victis certamen & aethere caſſis:
Parceret hoſpitibus quondam ſocerisque vocatis.
Quos bonus Aeneas, haud adſpernanda precantis,
Proſequitur venia, & verbis haec inſuper addit:
Quaenam vos tanto Fortuna indigna, Latini,
Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
Pacem me exanimis, & Martis ſorte peremtis

Ora-

SERVII.

103. REDDERET. Oſtendit jam campos in Trojanorum eſſe poteſtate.

104. [NULLUM CUM VICTIS CERTAMEN. Deeſt, *eſſe oportet*.] ET AETHERE CASSIS. [49] Id eſt, luce vacuis: unde & *retia*, *caſſes* dicimus: [50] hoc autem bene addidit, [51] quoniam victi poſſunt innovare certamen.

106. [52] [BONUS AENEAS. Ideo, quia ab eo facile impetratur.] HAUD [53] ASPERNANDA Juſta, non contemnenda. Sepulturae enim beneficium generaliter debetur univerſis.

107. [54] [VENIA. Quam petebant; aut *venia*, humanitate] INSUPER ADDIT. Accumulat verbis beneficium, dicens pacem ſe etiam vivis velle praeſtare. *Pacem* autem ideo defunctis, quia ait ſupra: *Nullum cum victis certamen*: & mortuorum *pax*, ſepultura eſt: unde [55] elegit [56] verbum quod tam vivis, quam mortuis aptum eſſet.

108. QUAENAM. Quanta & qualis: nam mirantis eſt: nec enim dubitat, cum ipſe dicat *indigna*. [57] [Ergo poteſt [illegible] eſſe: quaenam vos fortuna implicuit, quae eſt indigna bello: & mira eſt oratio conciliantis ſe hoſtibus ſuis.]

109. IMPLICUIT. Id eſt, involvit invitos. [58] [*Bello* autem, incertum dativus an ablativus.

110. MARTIS SORTE PEREMPTIS. Ad illud: *Nullum cum victis certamen*.]

VARIORUM.

95. ADDIDIT. *Edidit* Mediceus a manu ſecunda. ſed male. quod tamen & in priore Menagio, & in Menteliano altero itidem legitur. HEINS. *Gemitu haec edidit* Francianus. *edidit* Parrhaſianus.

96. NOS. Imitatus Statius IV. Theb. 601. vide Lutat.

Ibid. ALIAS. *Aliter* Venetus.

97. PALLA. *Pallas* Hugenianus. ſed *Palla* agnoſcit Donatus ad Terent. Andr. IV. II. 13. ita *Doryla* Calpurn. Ecl. II. 96.

99. FEREBAT. *Cedebat muros g. in tecta* Ed. pr. *ferebant* Gudianus. *greſſuſque* Oudartii & Dorvill.

100. EX URBE. *De gente* Bigotianus.

101. ROGANTES. *Precantes* Parrhaſ. & Venetus. & ita Serv. X. 31.

103. AC TUMULO. *Tumulos* Mentelianus alter. & ſane *ſuccedendi* verbum cum quarto caſu etiam alibi apud noſtrum jungitur. Vetus inſcriptio Romae in Baſilica D. Pauli ad viam Oſtienſem porta aenea ad laevam,

Tu quoque, qui ſacri ſuccedis limina templi,
Has, per quas intras, ſtudioſius inſpice portas.

vide plura apud Voſſium de conſtructione cap. XLIII. & nos ad Naſonis lib. XIII. Met. 613. & ſupra lib. III. 131. HEINS. *Succedere dextrae* Parrhaſ. a m. pr. deſumtum ex lib. X. 847. Tacit. II. Ann. 20. *ut ſi murum ſuccederent*. ubi nihil mutandum. ſic *ſubire muros* IX. 171.

104. VICTIS. *Vinctis* Bigotianus.

Ibid. AETHERE. *Aëre* Mentelii tres & ſeptem alii. *agere* Excerpta noſtra.

105. SOCERISQUE. *Sociiſque* Venetus pro diverſa lectione.

106. AD-

49 vacuis R. Voſ. Steph. al. privatis, vacuis V. 50 ſed & veſtimenta araneorum *caſſes* dicuntur. Hoc V. 51 quod Voſ. R. Steph. al. 52 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 53 ASPERNENDA V. 54 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 55 eligitur V. R. 56 verbum utriſque aptum V. Voſ R. Steph. al. & nihil amplius. 57 deſunt iisdem. 58 deſunt iisd. in ad ℣. 112. ſed V. ad ℣. 113.

Oratis? equidem & vivis concedere vellem.
Nec veni, niſi fata locum ſedemque dediſſent;
Nec bellum cum gente gero: rex noſtra reliquit
Hoſpitia, & Turni potius ſe credidit armis.
Aequius huic Turnum fuerat ſe opponere morti.
Si bellum finire manu, ſi pellere Teucros
Adparat; his mecum decuit concurrere telis:
Vixet; cui vitam Deus aut ſua dextra dediſſet.
Nunc ite, & miſeris ſubponite civibus ignem.
Dixerat Aeneas. Olli obſtupuere ſilentes;

Con-

SERVII.

112. NEC VENI. Pro, nec veniſſem: tempus eſt pro tempore: & vitavit ὁμοιοτέλευτον.]

113. NEC BELLUM CUM GENTE GERO. Subaudiendum, *ſed cum Turno*: per quod [59] populariter eorum captat favorem, [60] [aut ut ſeditionem eorum adverſum regem invocat.]

114. [61] [HOSPITIA. Hoc verbum duo [62] ſignificat: & quo ab alio recipimur; & quo aliquem recipimus.]

115. HUIC MORTI. Δεικτικῶς, quaſi jacentes oſtendit.

116. SI BELLUM FINIRE MANU. Hoc eſt, [63] internecione: poteſt enim & pace finiri.

117. [64] HIS MECUM DECUIT CONCURRERE TELIS. Aut qui ſe Teucros parat pellere, aut tela ſua oſtendit, ut armatus in concilio fuerit.]

118. VIXET. Pro, vixiſſet: & eſt Syncope. DEUS, AUT SUA DEXTRA DEDISSET. [65] Victoria enim, vel vita, duplici ratione conſiſtunt, aut virtute, aut voluntate Fortunae.

119. MISERIS CIVIBUS. Quaſi aliena culpa pereuntibus: [66] [& bene commendatur dicentis bonitas; quaſi & ipſe eorum miſereatur.]

120. OBSTUPUERE SILENTES. Id eſt, obſtupefacti ſunt, & ſilere coeperunt. [67]

VARIORUM.

106. ADSPERNANDA. *Aſpernenda* Oudartii.

107. PROSEQUITUR. *Perſequitur* Zulichemius. *praeſequitur* Hugenianus

109. QUI NOS. *Quid nos* prior Hamburgicus & Zulichemius.

110. PACEM NE EXANIMIS. *Me* noſtri & Pieriani praeſtantiores, ſublata interrogationis nota. quomodo & Mentelianus a manu prima. *pacem quam exanimis* prior Voſſianus. HEINS. *Pacem me e. e. M. ſ. parentis* Francianus.

111. VELLEM. Donatus, *mallem*. magis, (inquit) vellem & vivis praeſtare beneficium pacis. aliqui omittunt *&*. *Equidem vivis concedere mallem*. FABRIC. *Vivis equidem* Oudartii.

112. NISI FATA LOCUM *Ni fata* Probus lib. I. Grammatices aliter Cariſius & Diomedes. HEINS.

113. CUM GENTE. *De gente* alter Hamburgicus. *relinquit* Francianus.

114. CREDIDIT. *Contulit* unus codex. in Gudiano eraſa vetus lectio.

115. TURNUM. Ita omnes praeter Montalbanium. *Marti* Sprotianus. HEINS. *Morti* Bigotianus & a manu ſecunda alter Hamburgicus. *ſe ponere* Oudartii. *Turnum* & *Marti* Francianus. vid. ſupr. IX. 599. *hinc* Venetus. ſcriptum fuerat *Turnom*.

59 deeſt V. R. Steph. al. 60 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 61 deſunt iisdem. 62 ſignificat * & quo aliquem rec. Dan. 63 interjectione Dan. interemptione Steph. Fabr. hoc eſt enim interemptione Baſil. interuitione R. cum internetione Voſ. 64 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 65 victoriam vel vitam, quia duplici ratione conſiſtit victoria, aut &c. V. Fabr. & Baſil. niſi quod conſtat habeat, victoria vel vita, quia d. &c. Steph. victoria vel vita duplici r. conſiſtunt (conſiſtant R.) au &c. Voſ. R. 66 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 67 votum tantae benevolentiae & virtutis V.

Digitized by Google

Converſique oculos inter ſe atque ora tenebant.
Tum ſenior ſemperque odiis & crimine Drances
Infenſus juveni Turno ſic ore viciſſim
Orſa refert: O fama ingens, ingentior armis,
Vir Trojane, quibus coelo te laudibus aequem?
Juſtitiaene prius mirer, belline laborum?
Nos vero haec patriam grati referemus ad urbem:
Et te, ſi qua viam dederit Fortuna, Latino
Jungemus regi. Quaerat ſibi foedera Turnus.

Quin

SERVII.

122. TUM SENIOR. Cui ab aetate praeſtatur auctoritas. ODIIS, ET CRIMINE DRANCES INFENSUS JUVENI TURNO. [68] [Aut qui eum odio ſemper & criminationibus perſequebatur:] aut [69] propter ſuum crimen, id eſt, inertiam, quam ſemper virtuti conſtat eſſe contrariam: aut *Turni crimine*, qui tot viris cauſa mortis exſtiterat.

124. ORSA REFERT. Coepta verba. O FAMA INGENS, INGENTIOR ARMIS. Fruſtra ait Donatus, hoc nomen de his eſſe, quae non recipiunt comparationem: nam, quia augmentum recipit, & comparatur. Alia illa ſunt nomina, in quibus eſt dubitatio, [70] utrum comparentur, ut eſt [71] *perfectus*, quod ſi velis comparare, [72] [ut dicas, *perfectior*,] incipit *perfectus* non eſſe *perfectus*.

125. COELO TE LAUDIBUS AEQUEM? Pro his, qui in coelo ſunt, id eſt, diis, ut VIII. 64. *Caeruleus Tybris coelo gratiſſimus amnis:* [73] [& eſt oratorium, non invenire paria verba virtutibus. *Coelo* autem, dativus; *laudibus*, ablativus.]

126. JUSTITIAENE PRIUS MIRER, BELLINE LABORUM? Figura Graeca, *miror illius rei;* [74] [& *regno illius rei*, ut [θαυμάζω ἐκείνου· καὶ ἄρχω ἐκείνου] Homer. Il. A. 38. Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις. Inde Horatius ait III. Od. 30. *Et qua* [75] *pauper aquae Daunus agreſtium regnavit populorum*, pro agreſtibus populis: [76] [ita & hic *juſtitiae*, *laborum*, genitivum pro ablativo poſuit: ſi autem *juſtitiae* legeris, ſubaudiendum, juſtitiae laudibus; ſi *juſtitia*, ſubaudiendum, praeditum.]

128. SI QUA VIAM DEDERIT FORTUNA. [77] [*Viam*, id eſt, rationem. Et] bene cum exceptione pollicetur, dicens, ſi voluntatem noſtram fortuna comitetur.

129. FOEDERA TURNUS. Vel [78] conjugii, vel amicitiarum. [79] [& poteſt videri deeſſe, *alia*.]

VARIORUM.

nom. unde *Turno*. ut & Ed. Mediol.

117. DECUIT MECUM. *Mecum decuit* Gudianus, ſecundus tertiuſque Rottendorphii, cum Menteliano altero & Leidenſi. concinne. uti & Pierius jam monuit ex ſuis. HEINS.

118. AUT SUA. *Et ſua* Menagii prior.

120. OLLI. *Illi* Dorvill.

122. ET CRIMINE. *Sed crimine* Donatus ad Terentii Hecyr. V. II. 13. Ed. Lind. *infeſtus* alter Menagii & Gudianus. *infenſis* Mentelii prior. *infenſi* Hugenianus & a manu prima Mediceus.

126. JUSTITIAENE. Priſcianus lib. XVII. *Juſtitiane* agnoſcit. ſed ita, ut alteram lectionem *Juſtitiaene* aptiorem eſſe fateatur, quam ſcripturam & alibi eſt amplexus, ni fallor, libro XVI. ut & lib. XVIII. bis terve. agnoſcit quoque Servius eandem ſcripturae diſcrepantiam. Apud Alcuinum in Grammatica mendoſe, *Juſtitiaene labores. laborem* codices nonnulli ex noſtris: ſed illi interpolati.

68 deſunt R. V. Steph. al. aut quem o. f. e. c. inſequebantur Voſ. 69 per ſuum Steph. al. 70 deeſt Voſ. 71 perfectus, non eſſe, perfectus R. reliquis omiſſis. 72 deſunt V. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 73 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 74 deſunt R. deſunt θαυμάζω &c. Voſ. V. Dan. ſed Homeri loco caret Steph. al. 75 paupere Daunus Steph. al. 76 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 77 deſunt iiſdem. 78 conjugis Baſil. valet conjungi R. vitioſe. 79 deſunt R. V. Voſ. Steph. al.

Quin & fatalis murorum adtollere moles,
Saxaque ſubvectare humeris Trojana juvabit.
Dixerat haec, unoque omnes eadem ore fremebant.
Bis ſenos pepigere dies, & pace ſequeſtra
Per ſilvas Teucri, mixtique inpune Latini,
Erravere jugis. Ferro ſonat icta bipenni
Fraxinus: evertunt actas ad ſidera pinus:

Ro-

SERVII.

130. FATALES MOLES. Quia audierat: ſupr. 112. [80] [*Nec veni*,] *niſi fata locum ſedemque dediſſent.*

131. SAXA TROJANA. Ambitioſe ait, quaſi Trojanis fataliter debita; [81] [vel *Trojana*, in uſum Trojanorum.]

133. PEPIGERE DIES. Pacti ſunt: nam ab eo, quod eſt *paciſcor*, & *pepigi*, & *pactus ſum* facit: ſic ut ab eo, quod eſt *parco*, [82] & *parſi*, & *peperci* facit. PACE SEQUESTRA. [83] Media: namque *ſequeſter*, [84] eſt aut medius inter duos altercantes; aut ad quem aliquid ad tempus ſeponitur: [85] [dictum autem a *ſequendo*, quod ejus, qui electus ſit, utraque pars fidem ſequitur.] *Pacem* ergo *ſequeſtram*, inducias dicit, id eſt, pacem temporalem, & mediam inter bellum praeteritum & futurum.

134. MIXTIQUE IMPUNE LATINI. Apud majores magna erat cura fidei, adeo ut [86] [induciis factis conloqui ſoliti eſſent duces populi Romani cum hoſtium ducibus; ſummaque ſeveritate vindicatum, ſi injuriam ſe paſſos quererentur: denique obſeſſa Urbe a Tarquinio,] inter Porſennam & Romanos factis induciis, cum ludi Circenſes in Urbe celebrarentur, ingreſſi hoſtium duces curuli certamine contenderent, & victores coronarentur. [87] [*Impune* autem, hoc loco ſine periculo.]

135. FERRO BIPENNI. Ad epitheton tranſtulit nomen proprium: nam *bipennis*, per ſe plenum eſt, & ſecurim ſignificat, ut II. 627. *Crebriſque bipennibus inſtant.*

VARIORUM.

leti. *Juſtitiam primum* prior Voſſianus. HEINS. *Juſtitiane p. m. b. labore?* Regius. *bellive* Parrhaſ. ſed *Juſtitiae* fuiſſe videtur & eraſa ultima litera. Graecam conſtructionem ſubintellecto ἕνεκα, vel cauſſa, facit Chriſt. Rufus in Anteveg. Tom. II. Theſ. Crit. p. 596. & Linacer lib. VI. de Helleniſmo p. 324. Ed. Gryph.

127. GRATI. Superſcriptum *leti* in Zulichemio. *hoc* Bigotianus & Menagii prior.

129. FOEDERA. *Foedere* Mentelii prior.

131. TROJANA JUVABIT. *Trojane* Mediceus a manu ſecunda, & Montalbanius. ſed male. in ſecundo Moretano *ſubvectari*. in quarto *juvabat*. quomodo & Gudianus a manu prima. quod poſuiſſe videtur pro *juvares*, quomodo & alibi locutum eſſe noſtrum obſervavi. pari modo idem Gudianus infra ỳ. 168. *cecidiſſe juvabat*. HEINS. *Subvectari* & *Trojane* Regius & Dorvil. *juvabat* Francianus. vulgata eſt apud Lutatium ad Stat. I. Theb. 701.

134. SILVAS. *Silvam* Mediceus.

135. SONAT ALTA. *Sonat icta* veterrimus Pierii, ex noſtris Sprotianus & Montalbanius, cum primo Moretano & Leidenſi, etiam Gudiano pro diverſa lectione. ſic libr. VI. 180.

Procumbunt piceae, ſonat icta ſecuribus ilex.

mox *pinos*, pro *pinus* Mediceus, & prior Voſſianus. ut *lauros*, *myrtos*, *pyros*, *malos*. lib. II. Georg. 443. *dant utile lignum Navigiis pinos.* & lib. IV.

Ipſe thymum pinoſque ferens de montibus altis.

HEINS. *Alta* vel *acta* Zulichemius. mox *ictae pinus* primus Moreti. *alta* Bigotianus, Hugenianus, Venetus, & a ſecunda manu uterque Hamburgicus, & Zulichemius. *evertuntque* etiam prior Hamburgicus a manu ſecunda. *alta bipenni* Edd. pr.

80 deſunt R. Voſ. Steph. al. 81 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 82 & parſi, & perſi, & perperci R. V. facit deeſt iisdem & Voſ. Steph. al. 83 media ac temporali V. Baſil. 84 eſt medius i. d. a. apud quem &c. V. Voſ. R. Steph. al. 85 deſunt iisdem. 86 deſunt iisdem. 87 deſunt iisdem.

Robora nec cuneis, & olentem ſcindere cedrum,
Nec plauſtris ceſſant vectare gementibus ornos.
Et jam Fama volans, tanti praenuntia luctus,
Euandrum, Euandrique domos & moenia conplet,
Quae modo victorem Latio Pallanta ferebat.
Arcades ad portas ruere, & de more vetuſto
Funereas rapuere faces. Lucet via longo

Ordi-

SERVII.

137. ROBORA. Modo genus ligni eſt: nam eſt inter ſpecialia nominatum.

138. PLAUSTRIS GEMENTIBUS. Sub pondere ſonantibus.

141. QUAE MODO VICTOREM LATIO PALLANTA FEREBAT. [88] [*Latio*, pro in Latio.] Bene MODO: uno enim eodemque die & fortiter fecit & periit, ut X. 507. *Haec te prima dies bello dedit, haec eadem aufert.* [89] [Alii *modo*, paulo ante, accipiunt; ſed *modo*, haud cum adfectu, ut acerbior luctus de tanta mutatione naſceretur: alii *modo*, pene, accipiunt.]

142. ARCADES AD PORTAS RUERE. Eos [90] [nunc Arcadas] dicit, qui [91] intra civitatem ſunt. [92] [Multa tamen exemplaria, ARCADAS AT [93] PORTIS RUERE, habuerunt, ut conjunctio ſit, non praepoſitio, ut IV. 404. *It nigrum campis agmen*, pro, per campos: & IV. 130. *It portis jubare*, per portas. *Ruere* autem, id eſt, magna velocitate ferri, ut III. 676. *Excitum ruit, ad portas:* & III. Georg. 104. *Ruuntque effuſi carcere currus.* Et *ruere* pro ruebant, infinitum pro pronuntiativo.] DE MORE VETUSTO. Quia antea per noctem cadavera [94] funerabantur cum faculis.

143. RAPUERE FACES. *Rapuere*, raptim & feſtinanter tulerunt. [95] [Sed apud Romanos moris fuit, ut [96] noctu efferrentur ad funalia: unde etiam *funus* dictum eſt: quia in religioſa civitate cavebant, ne aut magiſtratibus occurrerent, aut ſacerdotibus, quorum oculos nolebant alieno funere violari. Inde etiam qui funeri praeerant a *veſpera* primum *veſperones*, deinde *veſpillones* dicti videntur: & magis moris Romani, ut impuberes noctu efferrentur ad faces, ne funere immaturae ſobolis domus funeſtaretur: quod praecipue accidebat in eorum, qui in magiſtratu erant, filiis. Ideo Virgilius Pallantis corpus facit excipi facibus, quia acerbum funus. *Funera* autem alii a *funalibus candelis*, ſebo vel cera circumdatis dicta, quod his praelucentibus noctu efferrentur mortui. Alii a *fungendo*, quod [97] eo ſupremo in eo, qui deceſſit, officio fungimur: vel quod hi, qui mortui ſunt, *vita functi* dicuntur. Alii tradunt, de filiis, qui in poteſtate patris ſint, non putari jus eſſe, funus vocari fierique: quia ſervi loco ſint parenti: &, ſi id fiat, familia funeſtata ſit. Ergo hic merito Pallantis funus facibus celebratur, ut filii. Alii, ſicut Varro, & Verrius Flaccus, dicunt: Si filius familias extra Urbem deceſſit, liberti amicique obviam procedunt, & ſub noctem in Urbem infertur [98] cum cereis facibus praelucentibus, ad cujus exſequias nemo [99] rogabatur. Sane haec corpora, ſive projici jubebantur, & a cadendo; ſive quod ſepultura carebant, cadavera dicta.]

VARIORUM.

pr. *icta* Francianus. vid. lib. II. 627. al. *pinos*. vid. X. 230. *actas* non mutandum. vid. ad Gratii Cyneg. 324. *altas* Dorvill.

137. CUNEIS ET. *Caedere* in Veneto. HEINS. *Et* deeſt Dorvill. *ſcindere quercum* primus Moreti. *findere* Gudianus a manu ſecunda.

Ibid. OLENTEM CEDRUM. Culpant Virgilium, quia cedrus in Italia non naſcitur, quod negat etiam Catroeus: ideoque Victorius XXXVIII. Var. cap.

I. *Juni-*

88 deſunt iisdem. 89 deſunt iisdem. 90 deſunt iisdem. 91 infra Voſ. R. 92 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 93 *portas* Fabr. 94 ferebantur Voſ. proferebantur Dan. praefunerabantur Fabr. al. funerabantur vel pro funera ferebantur V. cadavera vel pro funera ferebantur R. pro funere ferebantur Steph. 95 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 96 noctites Dan. Fabr. 97 eo praeſumo * in eo Dan. eo ſummo, in eo Fabr. 98 in cereis facibus, quoniam praelucentibus Dan. 99 rogatur Fabr.

Ordine flammarum, & late diſcriminat agros.
Contra turba Phrygum veniens plangentia jungunt
Agmina. Quae poſtquam matres ſuccedere tectis
Viderunt, maeſtam incendunt clamoribus urbem.
At non Euandrum potis eſt vis ulla tenere:
Sed venit in medios. Feretro Pallanta repoſto
Procumbit ſuper, atque haeret lacrimanſque, gemenſque,
Et via vix tandem voci laxata dolore eſt:

Non

SERVII.

144. DISCRIMINAT. Dividit: unde & *diſcrimen capitis* [1] *muliebris* dicitur, [2] [ex eo, quod caput auro diſcernat.]

146. [3] [SUCCEDERE. Ut ſup. 103. *Tumulo ſi neret ſuccedere terrae.*]

147. INCENDUNT. Implent, ut x. 895. *Clamore incendunt coelum Troëſque, Latinique.*

148. VIS ULLA. Nec aetatis [4] imbecillitas, nec ſeveritas regia.

149. PHERETRO PALLANTE REPOSTO. [5] Id eſt, poſito Pallantis pheretro: nam Antiptoſis eſt.

VARIORUM.

1. *Juniperum* aſſimilem cedro intelligi. ſed & Italicam cedrum eſſe, & ita dictam probat ex Hierocle Bodaeus ad Theophraſt. III. 12. p. 197. vid. Segraeum, & Cerdam. *oleutem* vero eſt odoratam. ut dicit III. Georg. 414. & VII. Aen. 13.

138. ORNOS. *Ornus* Sprotianus.

139 VOLANS. *Volat* Bigotianus.

140. DOMOS ET MOENIA CONPLET. *Domus* legitur apud Probum in Grammatica. & ſic alter Hamburgicus ex noſtris. *replet* plerique noſtri & Pieriani. etiam Mediceus a manu prima. quam lectionem adſerui pluribus ad Naſonem lib. VII. Met. 628. infra hoc ipſo libro 380.

—— *patribuſque vocatis*
Primus ades. ſed non replenda eſt curia verbis.

apud Silium lib. XI. 198. ex vetuſtis membranis,

Obſtructas replete cadavere portas.

ubi perperam *praebete* nunc circumfertur. HEINS. *Replet.* Dorvil. Parrhaſianus & Regius cum Excerptis noſtris. & Ed. Mediol:

141. QUAE MODO. *Quae non* Ed. pr.

142. AD PORTAS RUERE. Monet Servius in multis exemplaribus occurrere, *at portis ruere*, quod in noſtris nuſquam inveni. HEINS. *Arcadas* Bigotianus. *Arcades &* alter Menagii. vid. Quinctil. lib. VIII. de Inſt. Orat. cap. VI. pag. 736. ubi in notis vitio operarum *Arcades ut portis* pro *at*. *Ad portam*. Ed. pr.

144. DISCRIMINAT. *Diſterminat* quartus Moretanus.

145. JUNGIT. *Jungunt* Mediceus, eleganter & numeroſe. quomodo & e noſtris duo Rottendorphii, Sprotianus, Montalbanius, Moretanus quartus. HEINS.

146. SUCCEDERE. *Accedere* prior Hamburgicus pro varia lectione.

149. PALLANTA. Sic Mediceus a manu ſecunda. etiam Moretanus tertius ac quartus. caeteri noſtri *Pallante*. perperam. HEINS. *Pallante* Dorvill.

150. PROCUMBIT. *Procubuit* in priſcis apud me exemplaribus conſtanter. HEINS. *Procubuit* Francianus. etiam Mediceus & Regius. Dorvill. a m. pr.

Ibid. HAERET. *Haerens* Leidenſis, Menagii prior, Bigotianus & pro varia lectione prior Hamburgicus.

151. ET VIA. Putabam aliquando *Ut via*, quod confirmant ex Moretanis tertius & quartus. verum *&* pro *ut*, etiam alibi a Marone non infrequenter poni obſervabam. deinde cum *vocis* ſit

in

1 mulieribus R. mulierum Voſ. 2 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. ſed Fabr. addit ut cum poſitum diſcrimen erit, diſcrimina *lauda* ex Ovid. II. Art. 303. 3 deſunt V. Voſ. R. Steph. al. 4 nec imbecillitatis Com. & Em. quum Dan. vitioſe. nec imbecillitis. 5 Pallanti pheretro. nam V.

Non haec, o Palla, dederas promiſſa parenti,
Cautius ut ſaevo velles te credere Marti.
Haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis,
Et praedulce decus primo certamine poſſet.
Primitiae juvenis miſerae, bellique propinqui
Dura rudimenta, & nulli exaudita Deorum
Vota preceſque meae! tuque, o ſanctiſſima conjunx,
Felix

SERVII.

152. NON HAEC, O PALLA, DEDERAS PROMISSA PARENTI, CAUTIUS, &c. Duplex expoſitio eſt: aut enim hoc dicit: Non mihi talia promittebas, ut crederem cautius te dimicaturum; ut intelligamus proficiſcentem Pallantem promiſiſſe patri victoriam, caedem hoſtium, plurima ſpolia. Qui enim haec cogitat, [6] cautelae obliviſcitur, aviditate vincendi: aut certe NON, pro nonne, & nempe, accipiamus, ut in Terentio: *Non tu [7] eum rus hinc modo produxe ajebas?* id eſt, [8] nonne, *nempe*: ut nunc ſit ſenſus; Nempe haec mihi dederas promiſſa diſcedens, quia cautius [9] dimicaturus. [10] [Alii non PARENTI, ſed PETENTI legunt; ut non jure adfectionis, quam filius patri [11] debebat, ſed humanitatis, eum convenire videatur. Petenti mihi, o Palla, fidem dederas, te cautius quam fortius dimicaturum: & adfirmant, ſi *parenti* legendum eſſet, potuiſſe dici: *Non haec, o fili, dederas promiſſa parenti.* Alii haec κατὰ τὸ σιωπώμενον dicta accipi volunt.]

154. IN ARMIS. Apud armatum, cujus conſilium [12] cupido victoriae plerumque conturbat.

155. PRAEDULCE DECUS. Aut valde dulce, aut quaſi immaturum.

156. [13] [PRIMITIAE. Rudimenta, quaſi *Trojani*. BELLIQUE PROPINQUI. Vel quod ante maturam aetatem Pallantis venerit: aut *propinqui*, nimium vicini, quo Pallas mitti poſſet. Sane hoc bellum *Antarium* vocari ſolitum, quod fit ante urbem, quaſi ante Aras.

157. DURA. Miſera & infelicia.]

158. VOTA PRECESQUE MEAE. [14] Supra ℣. 50. *Fors & vota facit.* [15] [TUQUE, O SANCTISSIMA CONJUNX. *Sanctum*, non ſemper ſacrum, neque religioſum eſt, ut hic, ubi *ſanctiſſima*, incorruptae caſtitatis ſignificat: unde & *ſanctae leges* appellantur, quae neque corruptae ſunt, neque corrumpi poſſunt.]

VARIORUM.

in Mediceo & Vaticano vetuſtiſſimis, videtur a manu Maronis eſſe,

Et via vix tandem vocis laxata dolori eſt.

ſic apud Claudianum VI. Conſ. Honor.

Ergo ubi praecluſae voci laxata remiſit
Frena dolor.

HEINS. *Et via mox* Zulichemius a manu prima. *eſt* deeſt Veneto. *vocis* Gudianus.

Ibid. DOLORE. *Dolori* volebat Heinſ. ad Ovid. XV. Epiſt. 113. ſed quid tum fiet *voci?* quare nihil muto. ſimilia reperies apud Barth. ad Stat. II. Theb. 315. ubi Lutatius verſum Virgilii adducit, *incluſitque dolor lacrimas.* quem apud Virgilium non exitare recte notat Barthius. ſed, vide humanae memoriae imbecillitatem, quem in Virgilio fruſtra quaeſivit, in Statio ſuo potuiſſet reperire, qui lib. XII. 318. *& dolor incluſit lacrimas* habet. homines ſumus. *includere vocem* in ſubitis perturbationibus, & etiam aliis caſibus illuſtravit Cl. Drakenb. ad Liv. II. II. 8.

152. PARENTI. Ita codices noſtri. Monebat tamen Servius non deeſſe qui legant *petenti.* quod & mihi viſum concinnius. HEINS. *Dederam* quidam apud Serv. ad VIII. Aen. 537.

153. CAUTIUS. Vide Taubman. 969. errant omnes Interpretes, & ipſe Servius. legendum ſepa-

6 cautela R. 7 hunc rus hinc produxe ajebas V. Steph. & Voſ. qui prodiiſſe agebas: prodiſſe R. Baſil. *produxiſſe* te ajebas Dan. Fabr. 8 nonne, pro nempe Steph. Fabr. al. id eſt *nempe* Dan. 9 pugnaturus Dan. 10 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 11 ducebat Dan. 12 cupiditas V. Voſ. R. Steph. al. cupidos Dan Fabr. 13 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. ad ℣. 158. 14 parentum ſupr. V. 15 deſunt V. R. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

Felix morte tua, neque in hunc ſervata dolorem!
Contra ego vivendo vici mea fata, ſuperſtes
Reſtarem ut genitor. Troum ſocia arma ſecutum
Obruerent Rutuli telis: animam ipſe dediſſem,
Atque haec pompa domum me, non Pallanta, referret.
Nec vos arguerim, Teucri, nec foedera, nec, quas
Junximus hoſpitio, dextras: ſors iſta ſenectae
Debita erat noſtrae. Quod ſi inmatura manebat

Mors

SERVII.

159. FELIX MORTE TUA. Ea re felix, qua caeteri [16] dolent. [17] [Et bene *tua*, ne ut ipſe filii morte fieret infelix.]

160. VIVENDO VICI MEA FATA. [18] [Diu [19] vivendo, ut in Bucolicis IX. Ecl. 2. *O Lycida, vivi pervenimus. Vici* autem *mea fata*,] id eſt, naturalem ordinem vita longiore ſuperavi; [20] [an hoc tantum, ut ſuperſtes eſſem filio meo?] namque hic ordo naturalis eſt, ut ſint parentibus ſuperſtites [21] liberi. [22] *Fata* ergo generalia dixit, referens ſe ad naturalem ordinem; non ad fatum proprium: nam *fata ſuperare* nemo hominum poteſt: unde multi ſic diſtinguunt: Contra ego vivendo vici vitam, ſcilicet filii, [23] [id eſt, ſupervixi: veteres enim *vivendo vincere* dicebant *ſupervivere*, ut II. Georg. 295. *Multa virum volvens* [24] *vivendo ſecula vincit*: nam & in Togatis *victrices* appellantur, quae viros extulerunt. Plautus in Epidico II. 1. 8. *Quia tibi licuit eum vivendo vincere.*] Nam hoc eſt, SUPERSTES RESTAREM, UT GENITOR: ut, *mea fata*, per exclamationem dictum ſit. Sciendum tamen, etiam inrationabilia dolentibus dari.

161. RESTAREM. Eſſem.

162. [25] [OBRUERENT RUTULI TELIS. Id eſt, *me*: & bene etiam ſibi iraſcitur: ſic enim natura immoerentis exprimitur.] DEDISSEM. Reddidiſſem.

163. POMPA. Exſequialis [26] [ſcilicet. ME. Vehementius pronuntiandum: [27] [& bene *Pallanta*, [28] ipſum nomen poſuit.]

164. NEC VOS ARGUERIM. Exonerat eorum pudorem, ne videantur ei cauſa orbitatis fuiſſe, dicens ſibi hoc fataliter debitum. [29] [*Arguerim* autem, alias indicaverim, ut IV. 13. *Degeneres animos timor arguit*; alias accuſaverim, ut nunc Cicero: *Arguis fatentem.*]

165. SENECTAE. Deeſt aetati: nam *ſenecta aetas* dicitur. Salluſtius fragm. incert. *Senecta jam aetate.* Per ſe autem plenum eſt, ſi *ſenectus* dicamus: [30] [nam, ſi *ſenecta*, aut addendum aetas, aut intelligendum.]

166. [31] [QUOD SI IMMATURA MANEBAT. Magnifice ſervat decorum, quod ſe revocat ad heroicam conſolationem.]

VARIORUM.

ſeparatim a verſu ſuperiori, & explicandum, *utinam vero voluiſſes cautius te credere Marti!* in nota Servii quae ad illum verſum qui ab hoc tertius eſt, pro *Trojani*, legendum eſt *Tironis.* FABER.

154. NOVA GLORIA IN ARMIS. Sic & Macrobius lib. IV. Saturn. cap. 6. ſed codex ejus vetuſtus, qui eſt in Thuanea Bibliotheca, *nova gaudia.* deinde *haud ignarus enim*, non *eram*, in Hamburgico priore. HEINS. Mox *in certamine* Venetus. & quartus Moreti. & Edit pr. *poſſit* ſecundus, & Menagii prior, Bigotianus & Francianus.

156. PRO-

16 dolentur V. R. Dan. Fabr. 17 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 18 deſunt Voſ. R. 19 videndo V. 20 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 21 fili iidem. 22 Fata ejus ergo Voſ. R. 23 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 24 *durando* legitur ibi. 25 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 26 deſunt iisdem. 27 deſunt Fabr. 28 ipſum omen * Dan. ipſum nominat Heinſius. 29 deſunt V. R. Voſ. Steph. al. 30 deſunt iisdem. ſed V. pro iis habet, quod metri cauſſa minus dixit. 31 deſunt iisdem.

Digitized by Google

Mors natum, caeſis Volſcorum millibus ante,
Ducentem in Latium Teucros cecidiſſe juvabit.
Quin ego non alio digner te funere, Palla,
Quam pius Aeneas, & quam magni Phryges, & quam
Tyrrhenique duces, Tyrrhenûm exercitus omnis.
Magna tropaea ferunt, quos dat tua dextera leto.
Tu quoque nunc ſtares inmanis truncus in armis,

Eſſet

SERVII.

168. DUCENTEM IN LATIUM TEUCROS CECIDISSE JUVABIT. Lucrum quodammodo putat, impendiſſe pro amicorum felicitate filium, qui [32] morti fuerat acerbo funere fataliter debitus. [33]

169. NON ALIO DIGNER TE FUNERE, PALLA. Latenter hic Aeneae oſtenditur pietas, qui in amici funus tanta contulit, ut pater amplius praeſtare non poſſit. [34] [Alii DIGNEM legunt, juxta veteres, ab eo, quod eſt *digno*. Calvus: *Hunc tanto munere digna*. Pacuvius in Hermione: *Cum neque me inſpicere aequales dignarent*. Hinc ipſe Virgilius III. Aen. 475. *Conjugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.*

170. QUAM PIUS AENEAS. Deeſt: *quo*, ut ſit, *quam quo*.]

173. TU QUOQUE NUNC STARES IMMANIS TRUNCUS IN ARMIS. [35] [Id eſt, in trunco armatus.] Sicut iſti duces, de quibus haec ſunt tropaea: nam ſupra ait 83. *Indutoſque jubet truncos hoſtilibus armis Ipſos ferre duces.*

VARIORUM.

156. PROPINQUI. Id eſt finitimi, vicini. ut Juſt. 1. 1. *longinqua, non finitima bella gerebant.*

157. DEORUM. *Priorum* alter Hamburgicus. *clara rudimenta* etiam ſecundus Rottendorphius. Barth. ad Stat. 1. Achil. 478. *cruda* citat.

160. VICI. *Vinci* vel *vinco* Montalbanius. *mea facta* Zulichemius. *vixi m. fata* Menagii prior.

162. OBRUERENT RUTULI TELIS. Quidam codices diſtinguunt poſt τὸ *Rutuli*. ut ſit, *telis animam ipſe dediſſem*. HEINS. *Secutus* Menagianus prior. *obruerint* Excerpta noſtra. *obruerunt* Hugenianus. *telis Rutuli* Sprotianus, ſed Francianus *telis Rutuli &c*.

163. PALLANTA. *Pallante* Mentelii prior. *Pallanta dediſſet* Leidenſis, & Zulichemius a manu ſecunda.

Ibid. REFERRET. *Dediſſet* Regius.

164. ARGUERIM. *Arguerem* Gudianus a manu prima. *non vos* prior Hamburgenſis.

165. DEXTRAS. *Dextrae* Gudianus a manu prima. vid. ad lib. III. 83. *fors* Zulichemius.

166. INMATURA. *Matura* Francianus.

168. JUVABIT. *Juvaret* Mediceus noſter, & Vaticanus princeps Pierii, quomodo Venetus quoque & Gudianus ex noſtris a manu ſecunda. idem Gudianus a manu prima *juvabat*, de quo dicebamus modo ad ỳ. 131. HEINS. *In Latio* Oudartii & Parrhaſ.

169. DIGNER TE. *Dignem te* a nonnullis legi affirmat Servius. ut ſit archaiſmus, quomodo & Calvus dixerit, *Hunc tanto munere digna*. HEINS. *Dignor* Sprotianus.

170. ET QUAM. *Et quod* alter Menagii.

171. TYRRHENUMQUE EXERCITUS. Si admittitur *que*, eſt verſus praegnans: ſi rejicitur, tolerabitur ut illud tum in Georg. tum in Aeneide,

Non mihi ſi linguae centum ſint oraque centum,
Ferrea vox.

niſi malimus legere pro *Tyrrhenumque*, *Teucrumque*, ita comprehendentur etiam Arcades. MUSONIUS. Deeſt copula Franciano & omnibus fere Heinſio viſis. *Turnumque exercitus* Venetus.

172. FERUNT. Tertius Moretanus *ferant*, nec aliter Gudianus & Menagianus alter, etiam prior Hamburgicus pro diverſa lectione. quod minime damnandum, & confirmatur a Leidenſi. HEINS. Hunc verſum confodiebat Ortuinus. ſed eſt ellipſis

32 mortis Dan. 33 addunt Fabr. al. & eſt a qualitate beneficii ſolatium. 34 deſunt R. V. Voſ. Steph. al. ad ỳ. 173. 35 deſunt iidem.

Eſſet par aetas, & idem ſi robur ab annis,
Turne. Sed infelix Teucros quid demoror armis?
Vadite, & haec memores regi mandata referte:
Quod vitam moror inviſam, Pallante peremto,
Dextera cauſſa tua eſt; Turnum gnatoque patrique
Quam debere vides. Meritis vacat hic tibi ſolus
Fortunaeque locus. Non vitae gaudia quaero,
Nec fas: ſed nato manis perferre ſub imos.
Aurora interea miſeris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera atque labores.

Jam

SERVII.

174. ESSET PAR AETAS. Vel mea, vel filii: nam ad utrumque poteſt referri.

175. TEUCROS QUID DEMOROR ARMIS? *Ab armis*: & hoc videtur dicere: Dimittendi ſunt Trojani, ut morte Turni ſatisfiat doloribus meis; quod etiam poſteriora ſignificant.

179. MERITIS VACAT HIC TIBI SOLUS, FORTUNAEQUE LOCUS. Nihil eſt aliud, quod poſſit vel virtus tua, vel fortuna, praeſtare; (nam his rebus victoria contingit) niſi ut, occiſo Turno, & vindices filium, & patrem conſoleris orbatum.

181. SED GNATO MANES PERFERRE SUB IMOS. Ac ſi diceret hanc [36] ſolam eſſe cauſam, quae eum cogat ad vitae patientiam: ut filio Turni nuntietur interitus.

183. EXTULERAT LUCEM. Aſinius Pollio [37] dicit, ubique Virgilium in diei deſcriptione ſermonem aliquem ponere aptum praeſentibus rebus, ut hoc loco: quia funerum & ſepulturarum res agitur, [38] dixit, *extulerat*: [39] [nam & *efferre*, eſt ad ſepulturam ferre. Terentius Andr. I. I. *Effertur, imus*.] Item in quarto 585. quia eſt navigaturus Aeneas, & relicturus Didonem, dicit: *Tithoni croceum linquens aurora cubile*: quod licet ſuperfluum ſit, in multis tamen locis invenitur [40] neceſſarium. MISERIS MORTALIBUS. Qui ſunt ſubjecti tot caſibus. Homerus Iliad. X. 31. *δειλοῖσι βροτοῖσι*, id eſt, *miſeris mortalibus*, non, *timidis*: [41] [cum *δειλὸς*, & *miſerum*, & *timidum* ſignificet.]

VARIORUM.

pſis *tropaea eorum*, *quos dat* pro dedit. *ferant* Ed. pr.

173. TRUNCUS IN ARMIS. Pierius notat ex ſuis *arvis*. ſed *armis* Priſcianus agnoſcit lib. XVI. ſed quia paullo poſt *armis* ſubſequitur denuo, praetulerim hic loci *arvis*, quod Moretanus tertius exhibebat, & pro diſcrepante ſcriptura alter Hamburgicus. HEINS. Ubi vero Pierius? in ſequenti verſu *robur ab armis* Francianus & Zulichemius a manu prima. *robur in annis* Montalbanius, Dorvill. & Excerpta noſtra. *idem ſit* Editio Ald. & Juntina. *robor* Mentelii prior.

175. QUID DEMOROR. *Quod* Leidenſis. unde Heinſius legebat, *quo*. *qui* uterque Hamburgicus a manu prima. *cur* Ed. Mediol.

176. MEMORES REGI. *Regi memores* Leidenſis. HEINS.

177. INVISAM. *Invitam* Montalbanius a manu prima. *quod viſam moror* Parrhaſ.

178. TURNUM GNATOQUE PATRIQUE QUAM DEBERE VIDES. In primo, ſecundo ac quarto Moretanis, altero Mentelio, Rottendorphio tertio, ac Schefferiano, *Quam debere vides meritis*. quod praeſtat omnino. HEINS. *Vacat his* volebat Ortuinus. *ſolum* Sprotianus.

179. QUAM. *Quem* ſecundus Moreti. *quod* alter Menagii.

Ibid. MERITIS VACAT HIS TIBI. In Terentii Andria Act. III. Sc. 5. hanc lectionem, ut ſinceram laudavimus. Erudita hoc in loco Servii interpretatio. FABRIC.

182. AL-

36 deeſt V. 37 dicitur V. inducit Steph. 38 deeſt V. dixit Voſ. R. Dan. Fabr. al. 39 deſunt V. Voſ. R. Steph. Dan. mox *funus effertur* Baſil. 40 deeſt V. Voſ. R. Steph. al. 41 deſunt V. R. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

Jam pater Aeneas, jam curvo in litore Tarchon
Conſtituere pyras. Huc corpora quiſque ſuorum
More tulere patrum: ſubjectiſque ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine coelum.
Ter circum accenſos, cincti fulgentibus armis,
Decurrere rogos: ter maeſtum funeris ignem
Luſtravere in equis, ululatuſque ore dedere.
Spargitur & tellus lacrimis, ſparguntur & arma.
It coelo clamorque virum, clangorque tubarum.

Hinc

SERVII.

184. OPERA, ATQUE LABORES. Hoc *opus*, & *haec opera*, tunc dicimus, quando negotium ipſum, quod geritur, ſignificamus; ſi autem foeminino genere dixerimus *operas*, ipſas perſonas, quae aliquid faciunt, ſignificamus; ſicut *cuſtodia* dicitur, quae cuſtodit, ut VI. 575. *Cernis cuſtodia qualis* [42] *Veſtibulo ſedeat:* nam ut hi, qui cuſtodiuntur, *cuſtodiae* dicantur, uſurpatum eſt: unde male eſt in uſu: *Cuſtodiae audiuntur.*

185. CONSTITUERE PYRAS. *Pyra*, eſt lignorum congeries; *rogus*, cum jam ardere [43] coeperit, dicitur. *Buſtum* vero, jam [44] exuſtum vocatur. Quem ordinem ſervat Poëta, dicens: *Conſtituere pyras.* Item: *Subjectiſque ignibus atris Ter circum accenſos Decurrere rogos.* Item poſtea 200. *Semuſtaque ſervant Buſta.*

186. MORE TULERE PATRUM. Quia apud varias gentes diverſa fuerunt genera ſepulturae, inde eſt, quod alii obruuntur; alii exuruntur; alii proprias remittuntur ad patrias; alii per diem, ut nunc iſti; alii per noctem, ut ſupra Pallas. Et perite has varietates Virgilius poſuit: namque Heraclitus, qui omnia vult ex igne conſtare, dicit, debere corpora in ignem reſolvi. Thales vero, qui confirmat omnia ex humore [45] procreari, dicit, obruenda corpora, ut poſſint [46] in humorem reſolvi. IGNIBUS ATRIS. Atqui ignes atri non ſunt; ſed epitheton traxit de negotio, ut *atris* diceret, hoc eſt, funebribus, ut paulo poſt: *Ter moeſtum funeris ignem*, id eſt, funebrem. Nam moeſtus eſſe non poteſt ignis. [47] [ATRIS, cum concipiuntur.]

187. CONDITUR IN TENEBRAS ALTUM CALIGINE COELUM. Id eſt, aër fumi obſcuritate complctur.

188. CINCTI FULGENTIBUS ARMIS. [48] [Id eſt, incincti & inſtructi.] Fruſtra hoc epitheton notant Critici, quaſi circumeuntes rogos alia arma habere debuerint. [49] [CINCTI. Id eſt, inſtructi.]

189. DECURRERE ROGOS. Pro, circum rogos cucurrere. Bene autem ait *decurrere*, non *decucurrere:* nam verba, quae in praeterito perfecto primam ſyllabam geminant, ut *curro cucurri*, [50] *tondeo totondi*, cum compoſita fuerint, [51] geminari non poſſunt: nam *decurri*, & *detondi* dicimus; non *decucurri*, neque *detotondi*; exceptis tantum duobus, [52] [*do* & *ſto*]

191. [53] [SPARGITUR ET TELLUS LACHRYMIS. Ὑστερολογία eſt: namque prius eſt ut arma ſpargantur lachrymis, quae corpori adhaerent, quam terra.

192. IT COELO. Pro, in coelum.] CLANGORQUE TUBARUM. Ante enim mortui ad [54] tubam deducebantur: unde Perſius III. Sat. 103. *Hinc tuba, candelae, tandemque beatulus alto Compoſitus lecto.*

VARIORUM.

182. ALMAM. *Alma* Gudianus a manu prima & Oudartii. *interea Aurora* Parrhaſ.

184. IN

42 Velivolo Dan. Fabr. 43 coepere R. hinc iterum incipiebat L. 44 exſtinctum V. 45 creari V. Voſ. R. L. 46 humore reſolvi Steph. Dan. Fabr. al. 47 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. al. 48 deſunt iiſdem. 49 deſunt Dan. Fabr. 50 *tendo, tetendi.* & mox *detetendi* Steph. 51 geminare V. L. R. Steph. al. 52 deſunt V. R. Voſ. *ſto, ſteti, do, dedi:* faciunt enim *reſto, reſtiti, reddo reddidi* L. 53 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. 54 urbam V.

Digitized by Google

Hinc alii ſpolia occiſis derepta Latinis
Conjiciunt igni; galeas, enſiſque decoros,
Frenaque, ferventiſque rotas; pars munera nota,
Ipſorum clipeos, & non felicia tela.
Multa boum circa mactantur corpora Morti;
Saetigeroſque ſues, raptaſque ex omnibus agris
In flammam jugulant pecudes: tum litore toto
Ardentis ſpectant ſocios, ſemiuſtaque ſervant

Buſta

SERVII.

193. HINC ALII SPOLIA OCCISIS DIREPTA LATINIS. Secundum ſuae gentis ritum; alii hoſtilia arma, alii peremptorum, cremabant.

195. FERVENTESQUE ROTAS. Nimio ſcilicet curſu: alibi III. Georg. 107. *Volat vi fervidus axis.* Horatius I. Od. I. *Metaque fervidis evitata rotis.* [55] [Et *ferventes*, non modo; ſed quae ſoleant fervere, ut IV. 135. *ſpumantia frena.*]

196. ET NON FELICIA TELA. Quibus ſe defendere nequiverunt.

197. MACTANTUR CORPORA MORTI. [56] Aut in mortem: aut *Morti*, [57] ipſi deae. Statius IV. 528. *In* [58] *ſcopulis Mors ſaeva ſedet.* Lucanus VI. 600. *Ipſamque vocatam.* [59] *Quam petat a nobis tibi Mortem coge fateri.* CIRCA autem ideo, quia, ut Homerus dicit, in morte Patrocli circa corpus extincti, tam homines, quam pecora immolabantur, [60] [& uno igne cremabantur:] unde in ſexto 228. *Oſſaque lecta cado texit Corinaeus aheno.* [61] [Homerus ἐν τῷ ψ 170. ad Patrocli pyram:

Ἐν δὲ τίθει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας
Πρὸς λέχεα κλίνων, πίσυρας δ' ἐριαύχενας ἵππους
Ἐσσυμένως ἐνέβαλλε πυρῇ, μεγάλα στεναχίζων.
Ἐννέα τῷ γε ἄνακτι τραπεζῆες κύνες ἦσαν,
Καὶ μὲν τῶν ἐνέβαλλε πυρῇ δύο δειροτομήσας.]

198. [62] [RAPTAS. Raptim advectas: nam [63] poſt inducias rapere non poterant: aut certe [64] ante *raptas*, belli ſcilicet tempore.

199. IN FLAMMAM. Id eſt, in rogum.

VARIORUM.

184. IN LITORE. *In* deeſt alteri Hamburgico. *corvo* Mediceus.

186. MORE. Vid. III. Georg. 177. ita Sueton. Domit. XIV. apud Plin. Paneg. XIII. *patrio more* male de patria Trajani capiunt. & ita ſaepe *more parentum* ut VI. 223. Stat. II. Theb. 253.

Ibid. SUBJECTISQUE. *Subjectis ignibus* prior Hamburgicus a manu prima.

187. TENEBRAS. *Tenebris* Bigotianus, & a ſecunda manu Zulichemius. vid. ad Ovid. XIV. Met. 176. malim *atras conditur in tenebras.* ſic Lucan. I. 541. *condidit ardentes atra caligine currus.* ſed & *ignes atros* dici vidimus ad Lucan. II. 301. quare illa epitethorum permutatio arbitraria, ſaepe a nobis notata, non cogit lectorem, ut eam probet.

188. CINCTI. *Cuncti* Parrhaſ.

189. DECURRERE. *Diſcurrere* Excerpta noſtra. hic verſus abeſt a Franciano. de terna decurſione vide Comm. ad Valer. Flac. III. 347. ubi Maronem aemulatur.

190. ORE. *Ora* Voſſianus prior & Venetus. etiam prior Mentelianus a manu prima. HEINS.

Ulu-

55 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. 56 in mortem legit etiam Barth. ad Statii Theb. IV. 528. & Mſſ. noſtri omnes: ſed Edd. vitioſe *in morte* dederunt. 57 ipſi quae Dea eſt L. Voſ. ipſi, Dea eſt R. 58 *ſpeculis* V. & ita legendum cenſet Barth. ad d. l. & ſaepe has voces permutatas videbit lector in notis ad Ovid. IV. Met. 525. & Claudian. I. in Rufin. 340. & alibi. 59 *quos* V. *quem* L. Voſ. R. Baſil. Edit. quam ſi conſuluiſſet Oudendorpius, potuiſſet pro conjectura nobis veram lectionem dare. *a nobis* Dan. Fabr. *mortem tibi* L. V. R. *mortem ſibi* Voſ. *cogis* L. R. 60 deſunt L. R. Steph. Dan. *ut* uno igni cremarentur V. 61 deſunt L. V. R. Voſ. 62 deſunt Voſ. ad *Aptum* ℣. 202. 63 per inducias Dan. Fabr. 64 deeſt L. V. R. Steph.

Digitized by Google

Buſta; neque avelli poſſunt; nox humida donec
Invertit coelum ſtellis fulgentibus aptum.
Nec minus & miſeri diverſa in parte Latini
Innumeras ſtruxere pyras, & corpora partim
Multa virûm terrae infodiunt, avectaque partim
Finitimos tollunt in agros, urbique remittunt.
Cetera, confuſaeque ingentem caedis acervum,

Nec

SERVII.

201. [65] [BUSTA. *Buſtum* dicitur id, quo [66] mortuus combuſtus eſt, oſſaque ejus ibi juxta ſunt ſepulta. Alii dicunt, ubi homo combuſtus eſt, niſi ibidem humatus fuerit, non eſſe ibi *buſtum*; ſed *uſtrinum*.]

202. INVERTIT COELUM. Patet illud, quod in promptu eſt: *Invertit coelum*, ut ea pars, quae noctem haberet, ſub terra eſſet. STELLIS APTUM. Conjunctum, [67] [ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι.]

203. [68] [NEC MINUS. Etiam.]

204. INNUMERAS STRUXERE PYRAS. Hoc loco multis rebus oſtendit immenſam caedem factam eſſe Rutulorum.

206. FINITIMOS TOLLUNT IN AGROS. Qui enim e longinquo venerant, referri non poterant. URBIQUE REMITTUNT. Deeſt, *unicuique*: & meminit antiquae conſuetudinis: nam ante etiam homines in [69] civitate ſepeliebantur, quod poſtea [70] Duillio conſule Senatus prohibuit, & [71] lege cavit, ne quis in Urbe ſepeliretur: unde Imperatores, & Virgines Veſtae, [72] [quia legibus non tenentur,] in civitate habent ſepulchra. Denique etiam nocentes Virgines Veſtae, [73] [quia legibus non tenentur,] licet vivae, tamen intra Urbem in campo ſcelerato obruebantur.

VARIORUM.

Ululatus ora Mentelii prior & Menagius alter. *ora* etiam Hugenianus.

191. LACRIMIS. *Lacrumis* poſtrema editio Macrobii ex veterrimo codice Anglicano caſtigata. HEINS.

193. DIREPTA. *Derepta* Mediceus, nec aliter poſtremae Macrobii editiones lib VI. Saturn. cap. 6. & Moretanus ſecundus, Gudianus, & Mentelianus uterque cum altero Menagiano. & recte. de quo verbo paſſim corrupto ab imperitis librariis plura congeſſimus ad Ovidii III. Metam. 52. & ſupr. Aeneid. X. 475. *Hic alii* etiam Mediceus & Leidenſis. HEINS. *Hic* Zulichemius & tertius Mentelii & Francianus, Regius, Parrhaſ.

195. NOTA. *Vota* Francianus.

197. MORTI. *Marti* Venetus. HEINS. *Circum* prior Hamburgicus. *mactabant* Venetus.

199. FLAMMAM. *Flammas* Parrhaſ.

200. SPECTANT SOCIOS. *Socios ſpectant* prior Moretanus. HEINS.

201. NEC AVELLI. *Neque* ex ſcriptis. ut & infra 229. *nil dona neque aurum*. HEINS.

202. FULGENTIBUS. *Ardentibus* codices omnes, excepto Montalbanio. in tertio tamen Moretano pro diverſa lectione *fulgentibus*, quod damnare non auſim, nam & *ardentes ſocii* jam praeceſſere paullo ante, & libro IV. & VI. jam habuimus, *Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum* de Atlante. vide annotata ſub finem libri IX. HEINS. *Ardentibus* Dorvill. Edd. pr. & Mediol.

203. DIVERSA. *Diverſi* Hugenianus. *in* deeſt Franciano.

204. PARTIM. *Paſſim* ſecundus Moreti, & tertius

65 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. uſque ad Aptum ✽. 202. 66 mortuos combuſta e ✽ oſſa quae ejus ſibi juſta ſunt ſepulta Dan. mortui combuſta oſſa ſunt ſepulta Fabr. mortuus combuſtus ✽ oſſaque ejus, ibi uſta, ſunt ſepulta Commel. Emmen. Heinſius legebat, mortui combuſta erant oſſa, quod ejus ibi oſſa uſta ſint ſepulta. 67 deſunt R. Steph. al. 68 deſunt V. L. Voſ. R. 69 civitate L. Steph. al. civitates Voſ. R. 70 Duellio L. Voſ. R. Baſ. a Dbellio V. Duelio Steph. 71 legavit ne L. R. Steph. al. & V. a m. ſec. legavit ut ne Voſ. 72 deſunt L. uſque ad *licet vivae*. V. tantum ad *in civitate*. qui legibus Voſ. R. tenerentur Fabr. al. 73 deſunt V. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Nec numero nec honore cremant; tunc undique vaſti
Certatim crebris conlucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam coelo dimoverat umbram:
Maerentes altum cinerem & confuſa ruebant
Oſſa focis, tepidoque onerabant aggere terrae.
Jam vero in tectis praedivitis urbe Latini
Praecipuus fragor, & longi pars maxima luctus.
Hîc matres, miſeraeque nurus, hîc cara ſororum
Pectora maerentum, puerique parentibus orbi,

Di-

SERVII.

208. NEC HONORE. [74] [Ideo *nec honore*,] quia *nec numero:* [75] [quod in numero & ordine honos ſpectatur:] nam [76] aliud verbum pendet ex altero. [Alii *nec*, pro fine accipiunt.] TUNC. Pro, tum, [77] id eſt, poſtquam cremare coeperunt.

210. TERTIA LUX. Mos enim erat, tertia die oſſa crematorum legi.

211. [78] [MOERENTES. Hoc & ad Latinos & ad Trojanos poteſt referri. Sane *moerere*, eſt cum ſilentio dolere; *flere*, ubertim lachrymas demittere; *plorare*, cum voce flere; *plangere*, cum aliquibus dictis miſerabilibus pectus aut faciem [79] tundere; *lugere*, etiam cum habitus mutatione. ALTUM CINEREM. Quia dixerit: *innumeras ſtruxere pyras.*] CONFUSA RUEBANT OSSA FOCIS. Aut quia dixit [80] ſimul multos crematos: aut, ſi ad honoratorum cadavera referas, ut ſupra diximus, *confuſa*: propter ſimul animalia concremata. RUEBANT autem, de cineribus eruebant. [81] [Adnotandum ſane, quod *focos* dixerit *pyras*; cum *focus*, ara ſit deorum Penatium. An, quod *focum* dicat, ubicumque ignis eſt & fovetur: unde & Varro *focum* dici vult.]

212. TEPIDOQUE ONERABANT AGGERE TERRAE. Hypallage, hoc eſt, oſſa tepida.

213. PRAEDIVITIS. More Graeco epitheton [82] incongruum loco poſuit.

214. ET LONGE PARS MAXIMA LUCTUS. Valde: & hoc eſt melius, [83] quam quod legatur, ET LONGI.

215. HIC MATRES. Quia ſcit [84] ad aliquid haec nomina pertinere, non addidit, deflebant filios, aut maritos, aut fratres. [85] [CARA PECTORA. Id eſt, caros fratres deſiderarunt, ut I. 646. *Cari ſtat cura parentis:* & eſt periphraſis.

VARIORUM.

tius Rottendorphius pro varia lectione. *terrae fodiunt* Gudianus a manu prima. *infodiunt terrae* ſecundus Rottendorphius. *advectaque* Venetus. Menagii vero prior hunc verſum non habet. Leidenſis poſtponit ſequenti 206. ut & Zulichemius. *Advectaque* Parrhaſ.

207. INGENTEM. Vid. inf. 384. & VI. 504. ubi eadem varietas. & Lucan. X. 539. *nec magnae ſtragis acervo Vincendus tunc Caeſar erat.* qui tamen lib. VII. 722. *altum caedis cumulum* dixit.

208. TUNC. *Nunc* Venetus. *neque honore* Regius.

209. AGRI. *Atris* Parrhaſ.

210. DIMOVERAT. *Demoverat* Zulichemius a manu prima. aliter Scholiaſtes Horatii. *coelo gelidam* Dorvil.

211. ET CONFUSA. *Et* deeſt Parrhaſ.

212. TEPIDOQUE. *Trepidumque* Mentelii prior a manu prima.

213. IN TECTIS. *Et tectis* &c. *praecipimus* Francianus. Hunc locum gravi mendo laborare ait Marklandus ad Statii V. Silvar. praefat. ſed non

ſanat,

74 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. 75 deſunt iisdem. 76 aliud pendet ex alio V. 77 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. al. 78 deſunt iisdem. 79 tondere Dan. Fabr. 80 deeſt Dan. 81 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 82 incongruum huic loco V. incongruo loco L. Voſ. Dan. Fabr. 83 quamquam legatur V. quam legatur Dan. 84 ad aliqua ea pertinere Dan. 85 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al.

Dirum exſecrantur bellum, Turnique hymenaeos:
Ipſum armis, ipſumque jubent decernere ferro;
Qui regnum Italiae, & primos ſibi poſcat honores.
Ingravat haec ſaevus Drances, ſolumque vocari
Teſtatur, ſolum poſci in certamina Turnum.
Multa ſimul contra variis ſententia dictis
Pro Turno, & magnum reginae nomen obumbrat:
Multa virum meritis ſuſtentat fama tropaeis.
Hos inter motus, medio in flagrante tumultu,
Ecce, ſuper maeſti magna Diomedis ab urbe

Le-

SERVII.

218. IPSUM ARMIS. Bene repetitum, *ipſum.*] JUBENT. Volunt, expoſcunt.

220. INGRAVAT. Majorem invidiam [86] concitat, [87] [id eſt, graviora facit, & onerat. VOCARI. Provocari.]

221. TESTATUR. Teſtificatur etiam legatorum fidem, qui cum eo [88] fuerant. [89] [SOLUM. Et hic bene repetitum, *ſolum.*

222. SIMUL CONTRA VARIIS. Scilicet, ut illi paci faverent; alii Turno.]

223. OBUMBRAT. Subaudis, Turnum: tuetur, defendit: & tranſlatio ab arboribus [90] facta: quia nomen nobilium tanquam umbra eſt pro aliis.] Hoc autem [91] dicit: Amor reginae ad favorem popularem plurimum proderat Turno. MERITIS SUSTENTAT FAMA TROPAEIS. [92] [Vel] quia multos occiderat, ut etiam ipſe dicturus eſt, [93] [vel ſecundum illud: *Sunt oppida multa Capta manu.*]

226. ECCE SUPER. Inſuper, hoc eſt, ad cumulationem malorum. MOESTI. Hoc ſermone eos nihil egiſſe ſignificat. MAGNA DIOMEDIS AB URBE. Legitur & MAGNI. [94] [Et tanto aſperius videtur, quod, cum *magnus* ſit *Diomedes*, non audet adverſus Aeneam pugnare.

VARIORUM.

ſanat, nec in qua voce labes haereat monet. illuſtrat vero illam locutionem *pars maxima luctus.* an *in tectis* & *urbe* offenderit neſcio, & forte epitheton aliquod reponi vellet, ut exempli gratia *in triſti praedivitis urbe Latini*, vel *in tectis & divitis urbe.* ut VIII. 425. *manibus jam parte polita* Servius ſupplet per *in manibus. praedivitis* non eſt incongruum epitheton. major enim luctus apud divites quam apud pauperes (ut Evander erat) eſſe ſolet. Ruaeus explicat in urbe per domos.

214. LONGE PARS MAXIMA LUCTUS. *Longi luctus* Mediceus, recte. quomodo & princeps Vaticanus Pierii & ex noſtris Gudianus, ac duo treſve alii minoris rei cum Schefferiano. quamquam Servius eam ſcripturam incogitanter damnavit. HEINS. *Longi* recte, quia non cito exoleſcit & attenuatur, cum matres filios, uxores maritos, ſorores fratres deſiderent.

217. DIRUM. *Durum* Sprotianus, Menagii prior, Leidenſis & Oudartii.

220. INGRAVAT HAEC. *Ingravat &* in Gudiano. quomodo & vetuſtae editiones apud Pierium. HEINS. *Hic* Montalbanius. *ſaevis* Bigotianus. *an gravat* Francianus pro *aggravat.* ſed *ingravat* recte, quo verbo & activo ſignificatu utitur Ovid. III. Triſt. IV. 60. *haec ſolus Dr.* Ed. pr.

221. SOLUM. *Soli* Venetus. vid. inf. 434.

222. SENTENTIA. *Certamina* alter Hamburgenſis.

225. MEDIO IN FLAGRANTE. Ita codices ſcripti cum

86 conficit Dan. Fabr. 87 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. al. 88 fuerunt R. L. Voſ. Dan. Fabr. al. 89 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. al. 90 deſunt iiſdem. 91 deeſt R. 92 deeſt L. V. R. Voſ. Steph. al. 93 deſunt iiſdem. 94 deſunt iiſdem ad ÿ. 228.

Digitized by Google

Legati reſponſa ferunt: nihil omnibus actum
Tantorum inpenſis operum: nil dona, neque aurum,
Nec magnas valuiſſe preces: alia arma Latinis
Quaerenda, aut pacem Trojano ab rege petendam.
Deficit ingenti luctu rex ipſe Latinus.
Fatalem Aenean manifeſto numine ferri,
Admonet ira Deûm, tumulique ante ora recentes.
Ergo concilium magnum, primoſque ſuorum

Im-

SERVII.

227. NIHIL OMNIBUS ACTUM. Breviter & laborem & ſtudium comprehendit.]

228. NIL DONA NEC AURUM. Ordinem legationis exſequitur, dicens, inaniter perfecta eſſe omnia, quae poſſent efficaces legati perficere [95] [auro, [96] precibus, & promiſſione]

230. PACEM TROJANO AB REGE PETENDUM. Sicut & jam ſupra x. 628. diximus, cum per gerundi modum aliquid dicimus, per accuſativum elocutionem formemus neceſſe eſt, [97] [ut; *Petendum mihi eſt equum*] Lucretius I 112 *Aeternas quoniam poenas in morte timendum.* Item Salluſtius: *Caſtra ſine vulnere introitum:* nam *caſtra* accuſativus pluralis eſt, qui multis errorem facit, ut videatur eſſe nominativus: quia neutra triptota ſunt, & ſimilis eſt nominativus accuſativo.

231. REX IPSE LATINUS. Qui aut conſolari debuit, aut defendendae reipublicae aliud inire conſilium.

232 FATALEM AENEAM MANIFESTO NUMINE FERRI. Modo [98] [*fatalem*,] perniciosum omnibus Aeneam, [99] [vel exitio futurum omnibus.] MANIFESTO NUMINE autem, id eſt, manifeſto deorum judicio ad Italiam veniſſe, numinum ira teſtatur: quam cognoſcimus tantorum caede ſociorum. [1] [Et eſt ordo: fatalem Aeneam ferri manifeſto numine admonet ira deum.]

VARIORUM.

cum Pierianis uno conſenſu, niſi quod prior Hamburgicus ſtat pro vulgata ſcriptura. in nonnullis τὸ *in* eraſum. HEINS. In nonnullis, ut Regio & Ed. pr. una voce *inflagrante* legitur. *magno flagrante* Parrhaſ. *in* deeſt Ald.

226. MAGNA. Male *magni* in aliis. Diomedes Grammaticus ſtat pro recepta lectione, & Priſcianus libro XIV. mox *neque* aurum pro *nec*, quod in vulgatis eſt, ſcripti potiores. HEINS. *Magna urbe* praeſtat. vid. ad Ovid. XI. 137. & XIV. 457. & alibi. ſic contra *parva urbs* lib. VIII. 545. & ita *magnas Mycenas* dixit lib. II. 331. ſedem regiam Agamemnonis. ubi & vide ẏ. 295. ſed hic *maeſti* epitheton excludit *magni*. alia ratio ſupr. VIII. 9. BURM.

227. RESPONSA. *Mandata* Zulichemius a manu ſecunda.

228. NEQUE. *Nec* Dorvil. & Ald.

229. NEC MAGNAS.* *Nil magnas* prior Hamburgicus pro varia lectione. & ita Parrhaſ.

230. PETENDAM. *Petendum* bene e noſtris Moretanus prior, non *petendam*. etiam Voſſianus prior & Menagianus prior cum Leidenſi. HEINS. Sed ſi placuerit hoc Maroni, cur etiam non *arma quaerendum* dixit? praeſtantiores omnes hic *petendam* habent. ſed *petendum* agnoſcit Donatus ad Terent. And. I. V. 19. & Eunuch I. II. 17. & Adelph. IV. VIII. II. & alii Grammatici. ex quibus tamen non colligi poteſt *petendum* eſſe neceſſario legendum. immo forte contra. *a rege* Dorvil. & Parrhaſ. *petendum* Rufinian. de Schem. Lex p. 35. vid. ad Sil. XI. 562. & ſupr. Serv. ad X. 628

233. ADMONET. *Admovet* Mediceus a manu prima.

234. CON-

95 deſunt L. Voſ. R. 96 precibuſque promiſſione, Steph. Dan. Fabr. prece Baſil. & antiq. Edit. 97 deſunt V. L. R. Steph. al. 98 deeſt R. V. Voſ. Baſil. non perniciosum Steph. fatalem, modo pern. L. 99 deſunt L. V. R. Steph. al. 1 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al.

Imperio adcitos, alta intra limina cogit.
Olli convenere, fluuntque ad regia plenis
Tecta viis. Sedet in mediis & maxumus aevo,
Et primus ſceptris, haud laeta fronte, Latinus.
Atque hîc legatos Aetola ex urbe remiſſos,
Quae referant, fari jubet, & reſponſa repoſcit
Ordine cuncta ſuo. Tum facta ſilentia linguis,

Et

SERVII.

235. ALTA INTRA LIMINA COGIT. Quaeritur, cur ad privatam domum convocetur ſenatus, qui non niſi ad publica & augurato condita loca convenire [2] conſuevit; ſed ſcimus, domum Latini augurato conditam, & eandem tam templum fuiſſe, quam curiam: namque in ſuperioribus legimus VII. 170. *Tectum auguſtum*, id eſt, augurio conditum. item paulo poſt 173. *Hinc ſceptra accipere, & primos attollere faſces Regibus omen erat; hoc illis curia templum.* Merito ergo ad domum regis, quaſi ad locum [3] gentibus publicum, convocatur ſenatus: [4] nam ut ait in ſeptimo 192. *Tali intus templo Divum, patriaque Latinus Sede ſedens.* Idcirco etiam [5] in Palatii atrio, quod augurato conditum eſt, apud majores conſulebatur Senatus: ubi etiam [6] aries immolabatur, quod, ut in ſeptimo diximus, Virgilius ad Latini tranſtulit domum. Multi dicunt perite Virgilium, nec templi, nec curiae hoc loco feciſſe commemorationem; [7] ſed tantum dixiſſe *intra tecta regia*; ut oſtenderet, conſilium, quod initur, non eſſe complendum: quia nec [8] rite inchoatum: [9] ea enim quae dicit Latinus, effectu carebunt.

236. OLLI. Illi, ſecundum Ennium. [10] [Et intelligendum κατὰ τὸ σιωπώμενον, Turnum quoque veniſſe, qui ſuperiori libro a Junone ſubtractus pugnae, Ardeam pervenerat.] [11] FLUUNT. Feſtinanter incedunt.

238. ET [12] PRIMUS SCEPTRIS. Primus inter ſceptriferos: namque apud majores, omnes duces cum ſceptris ingrediebantur curiam; poſtea coeperunt tantum ex conſulibus ſceptra geſtare: & ſignum erat, eos [13] conſulares eſſe: [14] [aut quia & alii ejuſdem partis reges erant; ut Turnus, [15] ſicut Agamemnon, dux totius exercitus, diverſae civitates proprios reges habuerint.]

239. AETOLA EX URBE REMISSOS. Quam condiderunt hi, qui de *Aetolia* venerant, Graeciae provincia: unde Diomedes habuit ſocios de tribus ejus civitatibus, quas [16] habet Aetolia, [17] Pleurona, Olenona, Calidona. Sic ergo dixit *Aetola ex urbe*, ut VI. 2. *Et tandem Euboicis Cumarum* [18] *allabitur oris.* [19] [Ideo autem Diomeden Aetolum dicit: quia pater ejus Tydeus Aetolus fuit, qui ad Argos fugit, quoniam fratrem patris ſui occiderat.]

240. ET RESPONSA REPOSCIT. [20] [Mire ait repoſcit:] ante enim rex ſolet a legatis univerſa cognoſcere, & ſic eos praeſente populo iterum omnia jubere narrare: unde eſt: ORDINE CUNCTA [21] SUO: nam nihil licet praetermittere: unde & ſuperflua narrare conſueverunt.

VARIORUM.

234. CONCILIUM. *Conſilium* Regius & Dorvill.

235. Ac-

2 conſueverit V. 3 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. al. 4 nam ait V. L. Voſ. R. Baſil. nam in Dan. 5 in palatio templo R. 6 arietes immolabantur Steph. Baſil. 7 & tantum dix. *tecta regia* Dan. *intra* deeſt etiam L. Voſ. R. Fabr. 8 rectum eſt Dan. 9 & ea quae Dan. dicet L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 10 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 11 RUUNT V. 12 PRIMOS. V. 13 conſules fuiſſe V. Steph. Baſil. conſulares fuiſſe L. R. Voſ. 14 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 15 ſic Dan. 16 habuit V. 17 Pleurna, Cleon, Calydonia V. Pleurona, Clenon, Calcoedona L. Pleuron, Olenus, Calidona Voſ. Pleurona, Olenona, Caledona R. Pleuron, Olenon, Calidona Steph. Dan. Baſil. ſed Calydon. 18 *adlabimur* V. 19 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 20 deſunt L. 21 ſuorum, nihil praetermittunt R. ſuorum nam V. ſuo, nihil praetermittunt Voſ. ſuo ut nihil praetermittant L. ſuo, nam nihil praetermittunt Dan. inde & ſuperſ. Voſ. narrari R. Steph. al.

Digitized by Google

Et Venulus dicto parens ita farier infit:
Vidimus, o cives, Diomede Argivaque caſtra;

Atque

SERVII.

243. VIDIMUS, O CIVES, DIOMEDEM. [Rhetorica protinus arte coepit: neque enim opus erat principio aliquo legationem referenti: & hic figura eſt ὕστερον πρότερον: natura enim hoc fuit prius dicendum: *Atque iter emenſi caſus ſuperavimus omnes*, & tunc, *vidimus Diomedem Argivaque caſtra*; ſed habet conſuetudo, ut, qui tale aliquid nuntiant, protinus admoneant, ut puta, *vidi illum; erat illic; faciebat illud:* ideo adjecit: *Ille urbem Argyripam patriae cognomine gentis.* Illud etiam ordine congruo ſubjunxit ad proliciendum animum priuſquam quidquam diceret, *Munera praeferimus;* unde ordine, *nomen patriamque docemus: Qui bellum intulerint*, hoc eſt, qui, unde, contra quos, qua cauſa. Deinde ponitur oratio Diomedis, cujus ſunt partes duae, una, qua ſe excuſat; alia, qua etiam illis ſuadet, ut bellum deponant: nam hoc in fine orationis Venulus addit: *Et reſponſa ſimul quae ſint, rex optime regum, Audiſti.* Excuſatio Diomedis duplex eſt: Fortes ſunt Trojani & felices; fortes breviter oſtendit per intermiſſionem, *Mitto ea quae muris bellando exhauſta ſub altis:* frigidus enim locus erat, ſi virtutem eorum timere diceret, quos vicit. Secundus locus multa continet: tam felices eſſe, ut de omnibus vindicarentur, & ſingula de ſingulis mire augendo exſequitur: noviſſimo loco de ſe dixit, ne ei objiceretur: Quid te iſta movent, ſi tu nihil paſſus es? & auxit quod omiſit, & ſocios adjecit, cum exclamatione, *Haec adeo ex illo mihi jam ſperanda fuerunt* [22] *Tempore.* Ideo ſe contra Veneris filium excuſat pugnare: nam ſequitur, *Ne vero, ne me ad tales impellite pugnas.* Supererat, ut pacem ſuaderet, ait enim, *Munera, quae patriis ad me portaſtis ab oris.* Inde laudem Aeneae ita addidit, ut ſuam laudem ſervaret: ibi enim, ubi ſe excuſat, non hoc ait, quia fortis eſt [23] non adeo; ſed illud, *Quicumque Iliacos ferro violavimus agros*, quaſi hoc fatum fuit omnium. Hic, ubi ſuadet pacem, aperte dicit, pares mihi non eſtis, & ait, *Experto credite, quantus In clypeum aſſurgat, quo turbine torqueat haſtam*, id eſt, ego fatum timeo, vos virtutem timere debetis: nam quod adjecit, *Si duo praeterea tales Idaea tuliſſet*, non fuit contentus illum Hectori comparare, niſi adjunxiſſet, *Hic pietate prior: coëant in foedera dextrae*, id eſt, quia pius eſt, bonus amicus erit: ſtatim concluſit, ſicut ad ſingula invenies dictum. Quod autem ait, VIDIMUS, O CIVES, DIOMEDEM, quaſi res magna ei contingerit, qui talem virum viderit. Sane hic] aut DIOMEDEM legendum, ut ſit Latinus accuſativus: & admittitur Eclipſis, ut, *Multum ille & terris jactatus & alto:* aut ſi Graecum accuſativum facere voluerimus, DIOMEDE, legatur, ut poſſit fieri Synaloepha, ſicut IX. 390. *Euryale infelix, qua te regione reliqui?* Si autem DIOMEDEN dixerimus, nec Latinum eſt, nec Graecum, [24] nec verſus conſiſtit: nunquam enim Eclipſis fit per ν literam. Tamen melius eſt, ut DIOMEDE [25] legatur, ut ſit Graecus accuſativus, nomina enim Graeca in ης exeuntia, quae genitivum in ος mittunt, per plenam elocutionem, cum eundem caſum per Synaereſim in ους miſerint, accuſativum in η mittant neceſſe eſt: ideo, quia cum naturam ſuam ſervant, accuſativum in vocalem mittunt, non in conſonantem: & debet Synaereſis plenitudinis ſervare rationem: ut ecce ὁ Διομήδης, plena declinatio eſt: τοῦ Διομήδεος, τῷ Διομήδει, τὸν Διομήδεα, [26] [Per Synaereſim autem facit τοῦ Διομήδους, τῷ Διομήδει, τὸν Διομήδη.] Ergo hic accuſativus ideo in E exit, non in EN: quia, [27] cum integrum eſt hoc nomen, in ης exit: & creſcit ejus genitivus: ſi enim ἰσοσύλλαβος ſit [28] nominativo, accuſativum in ν mittit: nec habet ς in genitivo, ut Θουκυδίδης, τοῦ Θουκυδίδου, τὸν Θουκυδίδην nam *Diomedes* ideo in genitivo ς habet, quia, & cum integrum eſt, & Διομήδεος facit, habet ς conſonantem.

VARIORUM.

235. ACCITOS. *Accintos* Zulichemius. *inter limina* Venetus & duo Rottendorphii, Edd. pr. & Mediol.

236. OLLI. *Illico* Leidenſis, Hugenianus, ſecundus Moreti, Mentelii prior, Sprotianus, & alter Menagii. quod corruptum ex *illi convenere.*

Ibid. FLUUNTQUE. *Ruuntque* Mediceus, Voſſianus prior & Venetus, quod viri eruditione praeſtantes ad Senecae Herc. Furent. 840. videntur malle.

22 *tempora* Fabr. 23 forte, non audeo, legendum. 24 verſus ratio conſiſtit V. aliter nec verſus con. Steph. 25 legamus V. Voſſ. 26 deſunt V. per Syn. ſervare facit Dan. 27 non integrum eſt hoc R. 28 nominativus V. Steph. al.

Digitized by Google

Atque iter emenſi caſus ſuperavimus omnis;
Contigimuſque manum, qua concidit Ilia tellus.
Ille urbem Argyripam, patriae cognomine gentis,

- Victor

SERVII.

244. CASUS OMNES. Itineris ſcilicet. Et bene vilitatem ſingularum rerum [29] generalitate vitavit, ne diceret *flumina*, *latrones*, *&c.* [30] [Mire autem multa congeſta, ne poſſit de legatorum deſidia queri.

245. CONTIGIMUSQUE MANUM. Bene quaſi divinam, ſic: *Vidimus, o cives, Diomedem.*] QUA CONCIDIT ILIA TELLUS. Ἐμφατικῶς dixit, pro, *urbs Ilia*: nam terra non concidit, ſed civitas, [31] Ilium.

246. ARGYRIPAM. Diomedes fuit de civitate quae *Argos Hippion* dicitur: [32] [de qua Homerus Ἄργος Ἱπποβότοιο. [Horatius, *Aptum dicet equis Argos.* Hic in Apulia condidit civitatem, quam patriae ſuae nomine appellavit, & *Argos Hippion* dixit:] quod nomen poſtea vetuſtate corruptum eſt, & factum eſt ut civitas, *Argyrippa* diceretur: quod rurſus corruptum, *Arpos* fecit. [33] [Sane Diomedes multas condidiſſe per Apuliam dicitur civitates; ut Venuſiam, quam in ſatisfactionem Veneris, quod ejus ira ſedes patrias invenire non poterat, condidit, quae Aphrodiſia dicta eſt: Item Canuſium Cynegeticon, quod in eo loco venari ſolitus erat: nam & Garganum a Phrygiae monte Gargara vocavit: & Beneventum, & Venafrum, ab eo condita eſſe dicuntur.]

VARIORUM.

malle. vulgatam ſcripturam non auſim ſollicitare. noſter ipſe lib. XII. 444.

Simul agmine denſo
Antheuſque Mneſtheuſque ruunt, omniſque relictis
Turba fluit caſtris.

ubi *Turba ruit* admitti minime poteſt, cum id, ut vides, jam praecedat proxime. Claudianus lib. II. in Rufin. ℣. 428. ex vetuſtiſſimis membranis *obvia turba fluit*, non *ruit*. ubi complura dixi. hinc *unda vulgi* & *flumen*. Silius Italicus lib. XII. 184. ex optimis codicibus:

Fertur acerba lues disjectis incita portis,
Effuſaeque ruunt inopino flumine turbae.

non *inopino turbine*, quod nunc circumfertur. tum paullo poſt 189. *Nec terrente Libys viſo armorumque virumque Dejectus ſperare valet.* ubi perperam nunc legitur *terrente viſu* & *dejectum*. A. Gellius lib. X. cap. 6. de Appii Caeci filia, *Exiens turba undique confluentis fluctuantiſque populi jactata eſt.* HEINS. Sic ſupra X. 143. *adfluit*, & infra ℣. 828. eadem diverſitas Sil. XII. 619. v. Drak. *ruitque* Ed. pr.

237. ET MAXIMUS AEVO. Ita ſcripſi ex bonis codicibus. Aetatis enim provectu, & regia dignitate venerabilem Latinum triſtem conſediſſe ait, ab ejus perſona duplicem affectum movens. FABRIC. Et ita Mentelii prior & maxima pars codicum.

238. ET PRIMUS. *Et primos* Mentelii prior. *& laeta* Ed. pr.

239. HIC. *Hinc* Zulichemius. *quae referunt* prior Hamburgenſis. *referent* alter. *quid referant* Excerpta noſtra.

241. TUNC. *Tum* ſcripti potiores, niſi quod in Moretano primo *cum*. HEINS. *At Venulus* Leidenſis.

242. INFIT. *Inquit* Ed. pr. ſed vide Guel.

243. DIOMEDEM. *Diomeden* Mediceus, prior Voſſianus, Moretanus quartus, & Gudianus, quod a Servio damnatur optimo jure. Mentelius prior & Rottendorphius ſecundus *Diomede.* quomodo in pleriſque ſuis exſtare Pierius teſtatur. quam ſcripturam praeter Servium probavit & Macrobius lib. V. Saturn. cap. 17. quanquam illic *Diomeden* codex Britannus & Thuaneus, perperam. agit autem Macrobius de nominibus a Marone ſecundum Graecam enunciationem prolatis, *Vidimus o cives Diomede. & talium nominum accuſativus Graecus eſt, in en deſinens. Nam ſi quis illum putat Latine dixiſſe Diomedem, ſanitas metri in verſu deſiderabitur.* Opinabar aliquando Maronem ſcripſiſſe *Diomedei*, vel *Diomedi*. nam *Diomedei*, *Ulyſſei* & *Achillei* non puto dici, niſi ſint quadriſyllaba. vid. Voſſ. de Analog. lib. II. c. 9. ſic *Ulixi*, *Achilli*, ſecundo caſu, & *Oronti* & *Achati* lib.

29 generalitas Dan. utilitatem vitioſe Fabr. vid. Petron cap. CXVIII. & Valer. Flac. VI. 358. & Serv. ad I. Georg. 391. 30 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. 31 deeſt iiſdem. 32 deſunt V. 33 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al.

Victor Gargani condebat Iapygis arvis.
Poſtquam introgreſſi, & coram data copia fandi;
Munera praeferimus, nomen patriamque docemus:
Qui bellum intulerint, quae cauſſa adtraxerit Arpos.
Auditis ille haec placido ſic reddidit ore:
O fortunatae gentes, Saturnia regna,
Antiqui Auſonii, quae vos fortuna quietos

Sol-

SERVII.

247. [34] GARGANI CONDEBAT IAPYGIS ARVIS. *Iapygia*, pars eſt Apuliae, in qua eſt mons *Garganus*, [35] [imminens Sipontinae civitati:] qui per Calabriam uſque in Adriaticum tenditur [36] pelagus. Lucanus v. 380. *Adriacas* [37] *exit Garganus in undas. Gargani* autem *Iapygis:* figura eſt, pro, *Gargani Iapygis:* & haec eſt *Iapygia* [38] Apuliae, a qua & *Iapyx* ventus eſt nominatus, [39] [ad quam *Iapyx* delatus, unde ſic nominatus eſt:] nam *Iapydia*, Venetiae regio eſt, ab oppido dicta: unde eſt III. Georg. 474. *Tunc ſciat aërias Alpes & Norica ſi quis Caſtella in tumulis & Iapydis arva Timavi.* [40] [Sed in *Gargani* ſummitate duo ſepulchra eſſe dicuntur fratrum duorum, quorum cum major virginem quandam deſpondiſſet, & eam minor frater conaretur auferre, armis inter ſe decertarunt, ibique ad memoriam, invicem ſe occidentes, ſepulti: quae res admirationem habet illam, qua, ſi qui duo inter ipſam ſylvam agentes iter, uno impetu vel eodem momento ſaxa adverſum ſepulchra jecerint, vi neſcio qua, ſaxa ipſa ſeparata ad ſepulchra ſingula decidunt.

249. MUNERA PRAEFERIMUS. Ut illa ante orationem auxilium impetrent.

250. QUI BELLUM INTULERINT. Quaſi nominatis Trojanis, quos vicerat, pronior futurus eſſet ad ferendum auxilium.

251. PLACIDO SIC REDDIDIT ORE. Ut ſolet, habitum futurae orationis oſtendit.]

252. O FORTUNATAE GENTES. Qui habitatis *regna Saturnia*, id eſt, o viri, ſemper pace gaudentes! nam legimus VIII. 324. [41] *Aurea quae perhibent, illo ſub rege fuerunt Saecula, ſic placida populos in pace regebat.* Et bene hoc laudat, quod eis perſuadere deſiderat.

253. ANTIQUI [42] AUSONII. Quia, qui primi Italiam tenuerunt, *Auſones* dicti ſunt. QUIETOS. Quibus eſt amor pacis a majoribus traditus, propter regnum Saturni.

VARIORUM.

lib. I. 120. ut illic legit Canſius. ita *Ulixi*, *Xerxi*, *Achilli*, *Herculi* veterrima Solini exemplaria. vid. Salmaſ. p. 811. & *Choaſpi* p. 772. & 878. in tertio tamen Rottendorphio & Sprotiano *Diomedae*. ſic apud Solinum cap. II. ſub finem omnes codices vetuſti: *Ante adventum Aetoli ducis, nomen Diomedae non habebant.* HEINS. *Diomedem* Parrhaſ. Reg. & Dorvill.

246. ARGYRIPAM. *Agrippam* Francianus. *Agripam* Parrhaſ.

247. AGRIS. *Arvis* quatuor Moretani, Voſſianus & Hamburgicus uterque, cum Mentelio priore ac Veneto. HEINS. Et ita Zulichemus, Bigotianus & nonnulli alii. *Garganis condiderat I. arvis* Francianus. *Garganii* Mediceus, alter Mentelii, Parrhaſ. & Dorvill.

249. DOCEMUS. *Docentes* Excerpta noſtra.

250. QUI BELLUM. *Quid* Gudianus a manu prima. *abtraxerit* Venetus. *attraxerat* Mentelii prior. deinde *auditis?* duo Leidenſes. *audiſtis?* Sprotianus. *ille bis* Oudartii.

251. REDDIDIT. *Edidit* Mediceus, & verſu ſuperiori *attraxerat*, pro *attaxeris*. ſed male. *reddere* pro reſpondere, ut *dare* pro eloqui. deinde in tertio Moretano *Auditis ille bis*. HEINS. *Edidit* Francianus.

254. LA-

34 VICTOR. diſtingue V. 35 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 36 mare Steph. al. 37 *dixit Garnus* V. 38 Apulia V. 39 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. 40 deſunt iisdem ad ℣. 252. 41 *Aureaque ut* L. Voſ. Dan. Fabr. al. *aureaque perhibent* R. *aurea ut* Steph. 42 AUSONI & *Ausones* V.

Sollicitat, ſuadetque ignota laceſſere bella?
Quicumque Iliacos ferro violavimus agros,
(Mitto ea, quae muris bellando exhauſta ſub altis,
Quos Simois premat ille viros) infanda per orbem
Supplicia, & ſcelerum poenas expendimus omnes,
Vel Priamo miſeranda manus: ſcit triſte Minervae
Sidus, & Euboicae cautes, ultorque Caphereus.

Mi-

SERVII.

254. IGNOTA LACESCERE BELLA. Scilicet Trojanorum; non omnia generaliter bella: nam legimus VII. 184. *Captivi pendent currus, curvaeque ſecures:* [43] [aut *ignota*, quae ignoraverint, quaſi non ſuſcepturi, ſi ſciſſent.] SUADET autem, *vobis*, [44] ſubaudis: nam *vos*, a ſuperioribus ſubaudiri non poteſt: quia non *te ſuadeo*, dicimus, ſed *tibi*.

255. VIOLAVIMUS. Quaſi ſacros: nam *violare*, de [45] religioſis rebus dicimus. Et ingenti arte agit, ne aut victoriam ſuam ſileat: aut non procedendo contra eos, quos vicit, confiteatur ignaviam, dicens, non eſſe contra eos pugnandum, quos vincere [46] pernicioſiſſimum eſt.

256. [47] [MITTO EA. Oratorie; ut etiam ſine illis, quae memoraturus eſt, quae omittit, graviora videantur.]

257. QUOS SIMOIS PREMIT ILLE VIROS. Id eſt, toto orbe celebres: [48] [& *premit*, quaſi hoſtes.] Alibi in primo 100. *Ubi tot Simois correpta ſub undis Scuta virum, galeaſque, & fortia corpora volvit.* [49] [Alii QUOS, pro, quantos accipiunt; ut ſit pronomen pro nomine. ILLE autem, mire exſecratur.]

258. SCELERUM POENAS EXPENDIMUS OMNES. Id eſt, luimus omnes poenas, quae ſunt ſtatutae ſceleribus. Alii SCELERIS OMNIS legunt: [50] [nam *omnes*] non poteſt ad Graecos referri: quia non omnes pertulere ſupplicia. [51] [Sed ſi *omnes*, mire; ne putes forte factum: & adjuvandum pronunciatione.]

259. VEL PRIAMO MISERANDA MANUS. Etiam Priamo, ut VIII. Ecl. 69. *Carmina vel coelo poſſunt deducere lunam.* Eſt autem [52] Pacuvii, qui ait: *Si Priamus adeſſet, & ipſe ejus commiſereſceret:* [53] [id eſt, ut calamitas eorum, qui vicerunt, gravior crederetur miſerantibus victis. SCIT TRISTE MINERVAE SIDUS. Fabula hoc habet, propter Caſſandrae ſtuprum Graecis iratam Minervam: vel quod ei victores [54] per ſuperbiam ſacrificare noluerunt: unde eos redeuntes graviſſima tempeſtate fatigatos per diverſa diſperſit. Horatius Epod. X. *Cum Pallas uſto vertit iram ab Ilio.* Re vera autem conſtat, Graecos tempeſtate laboraſſe aequinoctio vernali, quando manubiae Minervales; id eſt, fulmina, tempeſtates graviſſimas commovent: unde perite dicendo SIDUS, utrumque complexus eſt: nam *ſidus*, & tempeſtatem ſignificat: & re vera *ſidus*. [55] Haec autem numina, quae inter ſidera non videmus, licet ſua ſigna propria non [56] habeant, cum aliis poteſtate ſunt permixta: ut [57] Ophiuchus ipſe, eſt Aeſculapii: Gemini, Apollinis & Herculis eſſe dicuntur. Sic Minervae, Aries eſſe dinoſcitur.

260. ULTORQUE [58] CAPHAREUS. Τὸ αὐτὸ eſt, id eſt, cautes Euboicae: nam Euboea, inſula eſt, in qua mons *Caphareus*, circa quem Graeci periere naufragio. *Ultor* autem, ideo dixit: quod Nauplius, Palamedis pater, dolens filium ſuum factione interemptum, ut in ſecundo ℣. 81. memoravimus, cum videret Graecos tempeſtate laborare, mon-

43 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. 44 ſubaudis, nam non poteſt dici, *ſuadeo te*, ſed *tibi* V. ſubaudis, nam Voſ. a ſuperioribus non poteſt L. Voſ. R. reliquis omiſſis. non poteſt omiſit Dan.*an *ſuadeo te* liceat dicere, vid ad Phaedr. 1. 15. 45 de religionibus L. R. Steph. 46 pernicioſum V. 47 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 48 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 49 deſunt iidem. 50 deſunt V. turbant Mſ. partim nam omnis, partim omnes. 51 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 52 Scaliger ad Varr. de L. L. pag. 112. ex Duloreſte eſſe putat. 53 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. 54 ſuperbi Voſ. 55 haec autem numina quae habent ſidera, non videmus R. 56 habentur permiſſa V. omiſſis mediis. habent c. a. p. permiſſi R. 57 Ofius ipſe eſt Aeſculapius V. 58 Caphereus, vel Cafereus L. Voſ. R. ſemper. vid. ad 1. Aen. 45.

Militia ex illa diverſum ad litus adacti,
Atrides Protei Menelaus aduſque columnas

Ex-

SERVII.

montem Caphareum aſcendit: & [59] elata facula ſignum dedit vicini portus, qua re decepti [60] Graeci inter aſperrimos ſcopulos naufragium pertulerunt.

262. ATRIDES PROTEI MENELAUS. Agamemnon & Menelaus uno quidem fataliter [61] fuerant ſupplicio deſtinati: namque Atreus & Thyeſtes fratres fuerunt in ſe invicem ſaevi, adeo ut Thyeſtes, cum [62] Aërope, fratris uxore, concumberet: quod dolens Atreus, liberos ei epulandos appoſuit. Sed cum Thyeſtes poſt cognitum facinus requireret ultionem a diis, ei Apollo reſpondit: poſſe alio ſcelere illius facinoris vindicem naſci, [63] ſcilicet ſi cum [64] Pelopeja, filia ſua, concumberet. Quo facto, natus eſt Aegyſthus, fatalis in Atrei geminam ſobolem. Sed Jupiter Menelai [65] fata miſeratus eſt, propter Helenae jugale conſortium: & eum per diverſa errare maluit, quam Aegyſthi manibus interire. [66] [Is ergo Menelaus ſic errans ad Aegyptum uſque pervenit, ubi Proteus, deus marinus, regnaverat: cui aliquando rapta a Theſeo Helena dicitur commendata: unde quidam dicunt, quod ad eam petendam Menelaus ad Aegyptum profectus ſit, poſt bella Trojana. Qui nec volunt raptam eſſe a Paride Helenam: [67] ſed aliam cauſſam belli fuiſſe Trojani; illam ſcilicet, quod Herculem, [68] quaerentem Hylam, ſuſcipere noluerunt. Qui autem volunt eam raptam a Paride, hoc dicunt: quod recepta a Proteo per Theſeum, ad Menelaum tranſitum fecerit, & ſic eam Paris rapuerit. Secundum quod, ut ſupra diximus, Menelaus ad Aegyptum Jovis voluntate pervenit: ſcilicet ne ab Aegyſtho [69] poſſet interimi. Quod autem ait PROTEI COLUMNAS, ratione non vacat: nam *columnas Herculis* legimus & in Ponto & in Hiſpania. Hunc autem Proteum fortiſſimum & invictum conſtat fuiſſe. Novimus autem, quod omnes fortes, Hercules dicebantur: unde videtur [70] hoc adfectaſſe Virgilius, ut, pro finibus, *Protei columnas* diceret, quas habuit Hercules; ut oſtenderet eum etiam Herculem dictum. ADUSQUE COLUMNAS PROTEI. Uſque ad fines Aegypti: hoc eſt, uſque ad Pharon, ante inſulam, nunc partem Alexandriae. Lucanus X. 509. [71] *Nunc clauſtrum pelagi cepit Pharon: inſula quondam In medio ſtetit illa mari ſub tempore vatis Proteos; at nunc* [72] *Pellaeis eſt proxima muris.* PROTEI autem, Latinus eſt genitivus, conſtrictus per Synaereſim. *Aduſque* autem, ſic eſt dictum, ut VII. 289. *Siculo proſpexit abuſque Pachino:* nam cum praepoſitio praepoſitioni nunquam cohaereat, *abusque* & *adusque* licenter admiſſum eſt.

VARIORUM.

254. LACESSERE. *Acceſſere* alter Hamburgenſis. an *arceſſere*? ut ſupr. X. 11.

255. VIOLAVIMUS. *Vaſtavimus* Menagii prior.

256. MITTO EA, QUAE. *Mitto quae* Dorvill. *exacta*. Ed. Venet.

257. PREMET. *Premat* fere omnes ſcripti.

259. MANUS. *Domus* Bigotianus & Parrhaſ. vid. Lucan. VI. 819. *ſic triſte* Ed. Dan. Heinſii. *ſtat* Excerpta noſtra.

260. CAPHAREUS. *Caphereus* in Mediceo, Gudiano, Mentelio utroque, primo Moretano, priore Voſſiano, ac caeteris vetuſtioris notae paene omnibus, quod & in veterrimis Naſonis exemplaribus offendiſſe me non ſemel recordor. neque aliter Graeci. Stephanus Byzantinus Καφηρέα dictum etiam Ξυλοφάγον contendit, quod Euboici illic τὰς πλέοντας καθῄρουν. videatur & auctor Etymologici magni in eodem vocabulo. Καφηρίδες πέτραι Dioni Chryſoſtomo in Orationibus, & Phalaridi in Epiſtolis. apud Quinctum Smyrnaeum lib. VI. male Καφηρίδες dicuntur. Idem de Plinii & Solini codicibus pervetuſtis viri eruditi teſtantur. etiam apud Senecam in Agamem. 560. in Etruſco codice, & Hercule Oetaeo 777. ex eodem *Caphereus*. & 805. *Capherides*. & apud Valer. Flac. I. 371. in vetuſtiſſimo codice Vaticano. HEINS. *Caphereus* Regius. vid. ad lib. I. Aen. 45. in notis ad Servium.

261. DIVERSUM AD LITTUS ABACTI. Eleganter primus Moretanus *diverſum litus adacti*. ut lib.

59 allata Voſ. 60 ſunt Graeci, & eos inter a. ſ. pertulere naufragia V. 61 fuerunt V. deeſt Voſ. 62 Maeropae Steph. Meropa V. qui codex hinc deficit. Aeropa Baſil. Europa Ed. ant. 63 deeſt Steph. 64 Pelopia L. Voſ. Pelagia R. 65 facta Dan. Baſil. 66 deſunt & tantum habent hic errans L. Voſ. R. Steph. al. hic etiam Dan. 67 Quidam volunt, eſſe raptam Dan. ſunt qui volunt nec raptam Steph. quidam volunt non eſſe Fabr. al. 68 quaerentem illam L. R. illam Voſ. 69 potuiſſet Dan. 70 deeſt id. 71 *Tunc cl. pelagi cepti* L. Voſ. R. Steph. al. 72 *eſt Pellaeis* Baſil.

Digitized by Google

Exſulat, Aetnaeos vidit Cyclopas Ulixes.
Regna Neoptolemi referam, verſoſque penatis
Idomenei? Libycone habitantes litore Locros?

Ipſe

SERVII.

263. [73] Exulat. Proprie: nam *exulare* dicuntur, qui extra ſolum eunt. Sane ſciendum, [74] quia, quo tempore Menelaus ivit ad Aegyptum, perdidit Canobum gubernatorem, a quo vicina civitas nomen accepit, quae hodieque mutata litera, [75] *Canopus* nominatur. [76] [Vidit. Mire addidit, ut III. 431. *Quam ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro Scyllam.*] Cyclopas. Graecae declinationis accuſativus eſt: unde Graecum habebit accentum: nam Latine *Cyclopes* diceret; ſed ſic verſus ſtare non poterat.

264. Regna Neoptolemi referam. Subaudis, *everſa*, quod ex poſterioribus intelligitur. Pyrrho autem quid contigerit, manifeſtum eſt: nam, ut in tertio legimus, cum vellet ducere Hermionem, Menelai & Helenae filiam, Oreſti ante deſponſatam, ab eo inter aras Apollinis interemptus eſt: unde eſt III. 331. *Et ſcelerum furiis agitatus Oreſtes Excipit incautum, patriaſque obtruncat ad aras.* Versosque penates Idomenei? *Idomeneus*, rex Cretenſium fuit: qui, cum tempeſtate laboraret, vovit ſe ſacrificaturum [77] Neptuno de re, quae ei primo occurriſſet, ſi reverſus fuiſſet; ſed caſu cum ei filius primus occurriſſet, [78] quem cum, ut alii dicunt, immolaſſet, ut alii, [79] immolare voluiſſet, ob crudelitatem regno a civibus pulſus eſt: unde eſt III 124. *Fama volat pulſum regnis ceſſiſſe paternis Idomenea ducem.* Alii dicunt, quod abſcedens cuidam ſuum commendaverat regnum, qui per ejus abſentiam occupavit imperium, & reverſum pepulit. Ergo *verſos Penates*, [80] aut everſos & funditus dirutos accipiendum: aut certe in aliena jura converſos.

265. Libycove habitantes littore Locros? Ut etiam in tertio diximus, Locri, ſocii Ajacis Oilei, fuerunt Epizephyrii & Ozoli; ſed hi tempeſtate [81] diviſi ſunt ab eo; ut Epizephyrii tenerent Brutios, de quibus ait in tertio 399. *Hic & Naritii poſuerunt moenia Locri;* Ozoli vero deferrentur Pentapolim, de quibus nunc queritur, dicens: *Libycove habitantes littore Locros*, [84] [Quamvis quidam dicant etiam in ipſis Brutiis *littus Libycum* dici. Alii hos circa Syrtes poſuiſſe ſedes: alii in Libya inſulas quaſdam inhaerentes occupaſſe, eoſque initio Niſammones, poſtea corrupte Naſammones apellatos: alii amiſſa in Syrtibus claſſe, per mediterrena arietis [83] fortuito ductu iter facientes ad Ammonem perveniſſe, & oppidum [84] *Aurela* inter Naſammones condidiſſe: alii, Africae inſulam tenuiſſe, quae nunc Cercina dicitur. Et pronuntiandum ut longinquitas doceatur exilii.]

VARIORUM.

lib. IX. *Quis Deus Italiam, quae vos dementia adegit?* ita *adigere jusjurandum* pro *in jus jurandum* Livius Decad. III. lib. V. ſic *adverſi terram* & ſimilia. lib. VIII. *advehimur Teucros*. apud Silium lib. XII.

Et jam per colles dumoſque ad litus adacta
Innabat pelago veniens ſine remige claſſis.

ubi & forte ſcribendum, *dumoſum litus adacta*. quamquam Mediceus codex hoc Maronis loco, ut & duo treſve alii, *ad litus adacti*. vide Giphanium Indice Lucretiano in *adhaerere*, *adjacere* & *advertere*. in Catalectis Pithoei pag. 59. de Telepho:

Nam Graji Trojam peterent cum mille carinis,
Tangeret & claſſis litus adacta ſuum.

etſi *litus* etiam ad *Tangeret* poteſt referri. ſic *advehi moenia* Rutilius Itinerario ſub finem. *advectus eſt Italiam* Solinus cap. XI. & cap. LIII. *portum advectus eſt*. ita Mſſ. apud Salmaſ. pag. 1117. *adnatare corpus* eidem p. 34. Symmachus lib. I. Ep. 4. *duriorem materiam, niſi fallor, adniteris*. ſic Scioppius. bene. quem vide pag. 7. idem Symmachus lib. I. 37. 96. & lib. III. 19. HEINS. *Abacti* plurimi codices & Ed. Mediol. *abactis* Parrhaſ.

263. Exsulat. *Exolat* Gudianus & Mediceus a manu prima. Schol. Lucan. IX. 654.

265. Li-

73 Exolat, & *exolare* Voſ. 74 ſciendum quo tempore Dan. quia pro temp. Steph. 75 *Canopos* Voſ. L. *Canopoſt* R. *Canopi* Dan. 76 delunt L. Voſ. R. Steph. al. 77 deeſt iiſdem. 78 & eum L. Voſ. Steph. al. 79 immolaretur R. 80 reverſos. 81 delati Dan. 82 deſunt V. 83 fortuito dicunt * iter Dan. per mediterranea dicunt iter facientes Fabr. 84 *Angyla* legendum puto, vel *Angila*, ut in plurali ſit, ut multae urbes. ſin minus lege *Angilam*, quam Naſammonum urbem fuiſſe ferunt, & ipſos *Angilas* dictos. vid. Voſſ. ad Melam I. 8.

Ipſe Mycenaeus magnorum ductor Achivom
Conjugis infandae prima intra limina dextra
Oppetiit: devictam Aſiam ſubſedit adulter.

In-

SERVII.

267. DEVICTA ASIA SUBSEDIT ADULTER. [85] [Quidam *ſub*, pro *poſt* accipiunt; ut ſit *poſt poſſedit*.] Legitur & DEVICTAM ASIAM. Quod ſi eſt ita, [86] intelligimus ut ſit *ſubſedit*, dolo poſſedit. [87] [Lucanus v. 227. *Subſidere regnum Chalcidos Euboicae magna ſpe rapte parabas*] unde & *ſubſeſſores* dicuntur, [88] qui in inſidiis tauros interimunt: & hoſtium dolos, [89] *ſubſeſſos* vocamus; ut ſit ſenſus: Ab Agamemnone devictam Aſiam adulter Aegiſthus [inſidiis &] factione poſſedit. Melius tamen eſt, ut, *devicta Aſia*, legamus: ſecundum quod *ſubſedit*, erit remanſit, ut v. 498. *Extremus galeaque ima ſubſedit Aceſtes*: ut ſit ſenſus: Aſia propter adulterium pertulit bella, quae remanente adultero, finita eſſe nihil profuit; ut cum indignatione ſit dictura: Dum primum vindicatur adulterium, aliud emerſit rurſus. [90] [Sane Clytaemneſtram Oreſtes filius poſtea in vindictam patris necavit. Quidam dicunt, Clytaemneſtram non manu filii, ſed judicum ſententia peremptam. Alii hunc Oreſtem filium Menelai & Helenae tradunt; quidam inventam Iphigeniam abortivam uxorem ei volunt fuiſſe.]

268. PRIMA INTRA LIMINA. In ipſo limine imperii, id eſt, in littore: quia ſecundum Homerum Clytaemneſtra Agamemnoni occurrit ad littus, & illic eum [91] ſuſceptum ſubmiſſo adultero inter epulas interemit. [92] [Homer. Odyſ. Λ. 408.

Ἀλλά μοι Αἴγισθος τεύξας θάνατόν τε μόρον τε
Ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ οἶκόνδε καλέσσας,
Δειπνίσσας, ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ.]

Quod & Juvenalis tangit, dicens VIII. Sat. 216. *Quippe ille* [93] *deis auctoribus ultor Patris erat caeſi media inter pocula.* Alii autem dicunt, [94] [Clytaemneſtram dolore pellicatus, quod comperiſſet Caſſandram a marito electam,] quod in ipſo ingreſſu, id eſt prima die, qua domus ſuae limen ingreſſus eſt, [95] [blande ſuſcepiſſet, cumque ille diis Penatibus ſe ſacrificare velle dixiſſet,] conſilio Aegiſthi ab uxore veſtem accepit clauſo capite [96] [& manicis,] qua implicatus adulteri manibus interiit.

VARIORUM.

265. LIBYCOVE. *Libycone* ex ſcriptis potioribus. HEINS. *Libycove* Serv. ad III. Aen. 399. & *Libycone* Dorvil. mox, *Mecenaeus* idem.

267. CONJUGIS INFANDAE. Fuit cum legerem, *Conjugis (infandum) prima* &c. ſed altera lectio Homerica, οὐλομένης ἀλόχοιο. quo Epithero lib. IV. & IX. Odyſſeae utitur. FABRIC. *Infandum* Macrobius lib. IV. Sat. cap. 4. ut per parentheſin τὸ *infandum* capiatur. idem duobus locis, *inter limina*, & ſic ſex ſeptemve ex codicibus noſtris. HEINS. *Lumina* Zulichemius.

268. OPETIIT. *Procubuit* vetuſtae Macrobii editiones lib. IV. Saturn. 3. aliter in recentioribus, & recte. HEINS.

Ibid. DEVICTA ASIA SUBSEDIT ADULTER. *Devictam Aſiam* Mediceus. ſed ſic ut τὸ *ſubſedit* a ſecunda manu mutatum ſit in *poſſedit*. perperam. quamquam & Macrobius lib. IV. Saturn. cap. 4. τὸ *poſſedit* videtur amplexus. ſed & Aruſianus Meſſus *devictam Aſiam ſubſedit* agnoſcit, etiam Servius. apud Lucanum quoque lib. v. 226.

Nec te vicinia leti
Territat ambiguis fruſtratum ſortibus Appi:
Jure ſed incerto mundi ſubſidere regnum
Chalcidos Euboicae vana ſpe rapte parabas.

quod exemplum Servius quoque ad hanc rem produxit. nec dubito quin ad exemplum Maronis occurrat apud Silium Italicum lib. XIII.

Subſidere ſaepe leonem,
Nudus inire caput pugnas, certare juvenco,
Atque obliqua trucis deducere cornua tauri,

pro *leoni ſubſidere*. quomodo Auſonius Epiſtola ad Theonem,

Aut ſpumantis apri curſum clamoribus urges
Subſidiſque fero.

Sub-

85 deſunt R. L. Steph. al. uſque ad legitur. Voſ. uſque ad *Lucanus*. 86 intelligamus ſubſedit, dolo Dan. 87 deſunt R. L. Steph. 88 qui inſidiis R. Voſ. L. Steph. 89 ſubſeſſas R. Voſ. L. Steph. Dan. in antiquis Edit. dolo ſubſeſſos, vidi. 90 deſunt R. Voſ. L. Steph. al. 91 ſuſceptum cum adultero L. Voſ. R. Dan. Fabr. al. 92 deſunt R. Voſ. L. 93 de his auctoribus Patris eras L. R. Paris erat Voſ. ille dies Steph. Dan. Fabr. al. 94 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 95 deſunt iiſdem. 96 deſunt iiſdem.

Digitized by Google

Invidiſſe Deos, patriis ut redditus oris,
Conjugium optatum & pulchram Calydona viderem?
Nunc etiam horribili viſu portenta ſequuntur,

Et

SERVII.

269. INVIDISSE DEOS. Stheneli filius, [97] Cometes, Aegialeam, Diomedis uxorem,. cognovit adulterio: quo comperto, Diomedes reverti noluit; [98] ſed in Apuliae partibus ſibi condidit ſedes: quod Veneris dolo dicitur eſſe perfectum, quam in bello Trojano vulneraverat: unde ait: *Invidiſſe deos.* [1] [Et Ovidius XIV. Met. 476. *Patriis ſed rurſus ab Argis Pellor, & antiquo memores de vulnere poenas Exigit alma Venus.*]

270. PULCHRAM CALYDONA VIDEREM. [2] Unam de ſupradictis civitatibus, quibus [3] imperabat.

271. NUNC ETIAM HORRIBILI VISU. Hoc loco nullus dubitat fabulae hujus ordinem a Virgilio eſſe converſum: nam Diomedis ſocios conſtat in aves eſſe converſos poſt ducis ſui interitum, quem exſtinctum impatienter dolebant. [4] Hae aves hodieque [5] Latina lingua *Diomedeae* vocantur; Graeci ἐρωδιὸς dicunt. [6] [Cujus generis avem auſpicio dicit Homerus Diomedi & Ulyſſi ſpeculatoribus apparuiſſe Iliad. K. 274. Τοῖσι δὲ δεξιὸν ἧκεν ἐρωδιὸν ἐγγὺς ὁδοῖο Πάλλας Ἀθηναίη.] [7] Habitant autem in inſula [Electride, ſive Febra,] quae eſt haud longe a Calabria, in conſpectu Tarentinae civitatis. Quinetiam de his avibus dicitur, quod Graecis navibus laetae occurrant, [8] Romanas, id eſt, Latinas, vehementer fugiant, memores & originis ſuae, & quod Diomedes [9] ab Illyriis interemptus eſt. PORTENTA. Re vera enim *portentum eſt*, homines in aves eſſe converſos.

VARIORUM.

Subſidens in armis Mirmillo Auſonius Praef. in Centonem Nuptialem. hinc *ſubſeſſores* in arena, quem geſtum eleganter deſcribit Claudianus lib. II. in Rufin.

Vir murmure contra
Hortatur, nixuſque genu venabula tendit.

Sed ad rem. *ſubſidere* etiam cum quarto caſu conjunxit Amm. Marcel. lib. XXVIII. 4. *ſubſidunt aliqui copioſos homines, ſenes aut juvenes, orbos vel caelibes.* & de Advocatis XXX. 5. *rapaciſſima genera hominum per fora omnia volitantium, & ſubſidentium divites domos. devictam Aſiam ſubſedit* etiam in hoc Maronis loco alter Menagianus & a manu prima Gudianus. & ſic in Culice ſcribendum videtur, de ſerpente,

Merſus ut in limo magnos ſubſideret aeſtus.

nam *limo magno aeſtu* ingratum ſonat. HEINS. *Devicta Aſiamque obſedit* Leidenſis. *devicta Aſia permanſit* Ed. Venet. *devicta Aſiaque obſedit* Menagius prior. *Aſia ſub ſedus* Excerpta noſtra. Perizon. ad Val. Max. IX. III. Ext. I. *devictam Aſiam* explicat gloriam devictae Aſiae. v. Gronov. I. Obſ. 17. vulgata eſt apud Serv. ad v. Aen. 498.

269. PATRIIS UT REDDITUS ORIS. Concinnius in Mediceo, Menteliano utroque, Gudiano, Voſſiano priore, & ſex aliis, cum Pierianis melioribus, *aris.* etſi vulgatis exemplaribus Donatus accedit in Terentii Andriam & Phormionem. Silius lib. XIII. 81.

Haec auſos Celtas irrumpere moenia Romae
Corripuit leto, neque tot de millibus unum
Ingentis populi patrias dimiſit ad aras.

ita optimus codex Colonienſis. Pari modo caſtigandus videtur Statii locus Achilleidos II.

Quid ſi nunc aliquis patriis abducere ab aris
Deidamian eat, viduave e ſede revellat
Attonitam, & magni clamantem nomen Achillis?

eat abducere elegans & familiaris Statio Graeciſmus. vulgati codices & ſcripti, quos conſulere eſt datum, *patriis rapturus ab oris.* frigide. idem Statius lib. VI. Theb.

Nequicquam hunc patriis audax promiſerat aris.

&

97 Cylabarus Aegialen aliam Diomedis Steph. Cyllarabus Aegialiam R. Aegialam Dan. Fabr. unde vero *Cometes* ſit a Maſvicio petitus, quod nuſquam reperi, neſcio. & an Ryckius ita ſuppleverit, quum nomen proprium deſit R. Dan. & aliis. praeterea Euſtat. ad Dionyſ. Per. 484. dicit Sthenelum, filium Cometae, corrupiſſe Aegialeam. Et inter Argonautas quidam Cometae filius Aſterion memoratur a Valer. Flacc. I. 356. de quo vide quae dixi in Argonautarum Catalogo. 98 & in Dan. 1 & haec adſuta ſunt Servianis, nam nuſquam offendi. ſed Heinſius forte illa intellexit ad Ovidii locum dicens ſe auctiorem Servium habere ex Excerptis Cujacianis. 2 una eſt de Voſ. una de L. 3 imperavit R. L. Voſ. Steph. al. ſed *quibus* ignorat R *quas*, habet Voſ. 4 hinc aves L. Voſ. R. 5 Latine Diomedeae vocantur. Graeci eas L. Voſ. eas habet & R. 6 deſunt L. Voſ. R. Steph. 7 deſunt L. Voſ. R. Baſ. habitabant Fabr. al. 8 Romam venientibus Latinas L. Romanas & Latinas Voſ. Romanas Latinas R. 9 ab illoriis L.

Et ſocii amiſſi petierunt aethera pennis,
Fluminibusque vagantur aves (heu dira meorum
Supplicia!) & ſcopulos lacrimoſis vocibus implent.
Haec adeo ex illo mihi jam ſperanda fuerunt
Tempore, cum ferro coeleſtia corpora demens
Adpetii, & Veneris violavi volnere dextram.

Ne

SERVII.

272. ET SOCII AMISSI. Legunt nonnulli [10] & ADMISSIS PENNIS; ſed melius eſt, AMISSI.

274. LACHRYMOSIS VOCIBUS. Dolentes vel ſuam mutationem, vel regis interitum: namque hoc tangit latenter.

275. SPERANDA. Pro, timenda, ut IV. 419. *Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.*

276. COELESTIA CORPORA. Martis & Veneris, [11] quae numina vulneravit in bello.

277. VENERIS VIOLAVI VULNERE DEXTRAM. Artificioſe agit nunc, ſciens ea, quae dicuntur in fine, animis inhaerere, ſuos caſus ultimos memorat. Perite etiam Venerem tantum vulneratam a ſe eſſe dicit, Martis ſupprimens [12] nomen: quod ei poterat eſſe glorioſius; ut videatur omnia, quae pertulit, odio Veneris pertuliſſe, contra cujus filium nunc vocatur ad pugnam; ut negans etiam nunc paria videatur formidare. *Dextram* autem, ſecundum Homerum dicit, qui ait Iliad. E. 883. ἐπὶ καρπῷ.

VARIORUM.

& Coma Earini,

Patrias nunc vertex ſolus ad aras
Navigat.

noſter lib. III. 332.

Excipit incautum patriaſque obtruncat ad aras.

ſed quod praecipue ad rem facit, apud Naſonem lib. XIV. Metam. Diomedes ipſe ℣. 476.

Patriis ſed rurſus ab aris
Pellor, & antiquo memores de vulnere poenas
Exigit alma Venus.

ita enim in codice omnium optimo exaratum deprehendi. ubi *patriis arvis* vel *agris*, vel *Argis*, in aliis exemplaribus. ut & in hoc ipſo Maronis loco. HEINS. *Patriis ne redditus aris* prior Hamburgicus. ſed Heinſ. ad Ovid. XIV. Met. 476. videtur *Argis* probaſſe, ut in Pierianis fuit. *Oris* agnoſcit Donatus ad Terent. Andr. III. V. 4. & Phorm. III. I. 2. & Ed. pr. Ald. ſed *aris* Parrhaſ. Regius & Dorvill. mox ℣. 281. iterum *patriae orae* occurrunt. *Argis* defendi poteſt ex lib. II. 95. & ex imitatione ut videtur Ovidii XIV. Met. 476. ubi vide notas, ubi & de *aris* monui.

270. PULCHRAM. *Pulchrum* prior Hamburgicus & Parrhaſ. *Pulchra* Excerpta noſtra. Dorvill. ſequentem verſum huic praeponebat.

272. ET SOCII AMISSI PETIERUNT AETHERA PENNIS. *Admiſſis pennis* in Leidenſi codice pro diverſa lectione, quam ſcripturam quoque in ſuorum nonnullis Pierius invenit, & Servius videtur agnoviſſe. & ſane eſſe eam vulgata longe terſiorem quis non videt? *admiſſae pennae*, quomodo *curſus admiſſus*, *admiſſi equi*, *amnes* & ſimilia. in Veneto noſtro codice *admiſi pennis*. apud Florum lib. I. cap. 18. in optimis membranis, *In omnes terras*, *Hiſtriam*, *Illyricum*, *Epirum*, *Achajam*, *Africam*, *Siciliam vela admittit*. non *dimittit*. apud Valerium tamen Probum lib. I. Art. Gramm. vulgata ſcriptura hujus Maroniani loci occurrit. Poſſis & legere, *immiſſis pennis*. *immittere* pro admittere. de quo ad Naſonem egimus. ſic Aeneid. lib. V.

Non ſic immiſſis aurigae undantia lora
Concuſſere jugis.

HEINS. Schottus II. Obſerv. 59. malebat *amiſſis pennis* pro *emiſſis*, antiqua locutione. ut apud Terent. Heaut. III. I. *prius quam abs te amittas filium.* *amiſſi* Edd. pr. & Mediol. Ald. *admiſſis* Guell. *admiſi* Venetus a manu pr. *admiſſis* Daviſ. ad Caeſ. I. B. G. 22.

273. DI-

10 nonnulli ad imitationem ſcilicet, vel regis &c. L. nonnulli & ad imitationem &c. R. 11 deeſt L. R. 12 numen Dan. & ita jam emendaſſe Fabricium docet Brouckh. ad Propert. II. I. 42.

Digitized by Google

Ne vero, ne me ad tales inpellite pugnas.
Nec mihi cum Teucris ullum poſt eruta bellum
Pergama, nec veterum memini, laetorve malorum.
Munera, quae patriis ad me portatis ab oris,
Vertite ad Aenean: ſtetimus tela aſpera contra,
Contulimuſque manus: experto credite, quantus
In clypeum adſurgat, quo turbine torqueat haſtam.

Si

SERVII.

278. TALES IMPELLITE PUGNAS. Quarum eſt periculoſa victoria.

279. NEC MIHI CUM TEUCRIS ULLUM POST ERUTA BELLUM PERGAMA. Ne ei objiciatur illa conjuratio, quam apud Aulidem Graeci inierunt, dicit, in Trojae excidio ſacramentum conjurationis eſſe completum: namque in Trojam, non in Trojanos, conjuraverant Graeci: huc enim ſpectat, quod dicit: nullum ſe cum Trojanis habere bellum poſt dirutam Trojam.

280. NEC VETERUM MEMINI, LAETORVE MALORUM. Nec meminiſſe volo victoriarum mearum, quarum nullus oblivisci conſuevit: nec *laetor Trojanorum malorum*, [13] [pro Trojanis malis,] quae nobis bellantibus pertulerunt: [14] nihil poteſt de ſuis malis dicere, cum & mala ſua nullus obliviſcatur: & [15] ea ipſe paulo ante memorarit. LAETOR autem MALORUM, figura Graeca eſt, ſicut Horatius III. Od. 30. *Agreſtium regnavit populorum*, pro, agreſtibus populis.

281. MUNERA QUAE PATRIIS AD ME PORTASTIS AB ORIS. Hinc jam ſuaſio eſt & conſilium: nam finita eſt auxiliorum negatio: unde & paulo poſt Venulus ita dividit, dicens 294. *Et reſponſa ſimul quae ſint, rex optime, regis* [16] [*Audiſti, & quae ſit magno ſententia bello*, ſcilicet, audiſti, [17] & quod negaverit auxilia, & quod nobis dederit de pace conſilium.

282. STETIMUS TELA ASPERA CONTRA, CONTULIMUSQUE MANUS. Id eſt, & cominus, [18] & e longinquo, inter nos bella tractavimus.

284. QUANTUS IN CLYPEUM ASSURGAT. Aut *quantus* eſt, quotiens in hoſtem pergens erigit ſcutum: aut pugnandi exſecutus eſt genus: qui enim ſcripſerunt de Arte militari, dicunt, *ſummum genus eſſe dimicandi, quotiens calcato umbone adverſarii, ſe in hoſtilem clypeum erigit miles, & ita contra* [19] *ſtantis vulnerat terga.* [20] [Vel, quantus adſurgat, vel quanto ſit major.]

VARIORUM.

273. DIRA. *Damna* Parrhaſ.

274. LACRIMOSIS. *Clamoſis* Oudartii.

275. HAEC ADEO. *Haec eadem* Zulichemius. deinde *tempore*, *quo* prior Hamburgicus pro varia lectione. & ita Bigotianus.

278. NE VERO. *Nec vero* Venetus. *nunc vero* Dorvil. & Ed. Venet.

279. BELLUM. *Bellum eſt* priores Mentelius ac Voſſianus, cum quatuor aliis. HEINS. Et ita Hugenianus & Zulichemius. *dirupta bellum eſt* Dorvill. Parrhaſ. & Ed. Mediol. *diruta*, & *bellum eſt*. *diruta* alter Hamb. vid. ad Ovid. I. Epiſt. 51.

280. LAETORVE. *Laetorque* Leidenſis. vid. inf. ℣. 416. *memini veterum* Dorvill.

281. PORTATIS. *Portaſtis* in priore Mentelio, prioribus Menagiano, Hamburgico ac Voſſiano, aliiſque nonnullis. praeſtat alterum. *quae patriis huc apportaſtis ab oris* in Leidenſi. HEINS. *Portaſtis* Edd. pr. & Mediol. Ald. Dorvil. Pariſ. *deſertis* Parrhaſianus.

283. MANUS. *Manum* Menagii prior. ſup. X. 876. poſt hunc verſum in Dorviliano ſequebantur ℣. 336. uſque ad 352.

284. In

13 deſunt L. ſed habet & quae nobis. 14 non enim Steph. al. nam de malis ſuis non poteſt dicere vel cum & L. ceterum quomodo nihil poteſt de ſuis malis dicere, cum &c. Voſ. in R. deerant quaedam hoc modo, Trojanis malis, dicere, cum &c. 15 ea ipſa R. Dan. Fabr. 16 deſunt L. Voſ. R. 17 ut negarit iidem. & quemadmodum negaverit Steph. al. 18 & longinquo Dan. 19 inſtantis Dan. Fabr. 20 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. vel quantos aſſurgit Dan.

Digitized by Google

Si duo praeterea tales Idaea tuliſſet
Terra viros, ultro Inachias veniſſet ad urbes
Dardanus, & verſis lugeret Graecia fatis.
Quidquid apud durae ceſſatum eſt moenia Trojae,
Hectoris Aeneaeque manu victoria Grajûm
Haeſit, & in decumum veſtigia retulit annum.
Ambo animis, ambo inſignes praeſtantibus armis:
Hic pietate prior. Coëant in foedera dextrae,
Qua datur: aſt, armis concurrant arma, cavete.
Et reſponſa ſimul quae ſint, rex optime, regis

Au-

SERVII.

285. SI DUO PRAETEREA. Hoc eſt, alios duos.

287. DARDANUS. Pro, Dardanius populus: & poſuit principale pro derivato: ſic Homerus Iliad. B. 701. Τὸν δ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνήρ. [LUGERET. Morem lugendi quidam dicunt Aegyptios inveniſſe: eos enim primos Liberum, quem Oſyrim appellant, a fratre Typhone per inſidias interemptum, atra veſte luxiſſe: inde caeteris gentibus traditum, ut poſt interitum proximorum ſuorum veſte mutata lugerent; ita tamen, ut intra annum finiretur luctus.]

288. CESSATUM EST. Tardatum eſt: & mire, quia non habet quos imputet Trojanis triumphos, vult eis excidii tarditatem pro victoria cedere.

290. [21] [HAESIT. Tardata eſt.] VESTIGIA RETTULIT. Retro acta eſt, & repulſa, [22] ut II. 169. *Retro ſublapſa referri.*]

291. HIC PIETATE PRIOR. Id in Aenea plus laudat, quod Latinis, [23] ſicut ſuadet, pacem petituris eſt utile; ut eum ſe credant poſſe facilius exorare. PRIOR autem, praeſtantior, melior.

293. QUA DATUR. Qua poteſt, quacumque ratione permittitur. [24] [Sic ſupra I. 18. *Si qua fata ſinant.*]

VARIORUM.

284. IN CLYPEUM ASSURGAT. *Inſurgat* Nonius in *Experiri*. ſed aliter ſcripti, & Priſcianus libro VIII. HEINS.

285. DUO. Recte pro *duos*, ut *ambo* Ecl. VI. 19. vid. Eryth. Corrad. de L. L. p. 101. Malaſp. ad Cicer. IV. ad Att. 18. & alios multos.

286. INACHIAS. *Achaicas* Menagii alter. *ad umbras* Parrhaſianus. *Dardanus* pro *Dardani* poſitum notat Servius Fuldenſis ad II. Aen. 19. vid. & IV. 662. ubi pro *Dardanio* ponitur. BURM.

287. FATIS. *Campis* ſecundus Rottendorphius. male. verſa eſſent fata, in favorem Trojanorum, qui fatis victi fuere a Graecis, ut Ovid. I. Epiſt.

Illi victa ſuis Troïa fata canunt.

ubi vid. & ita poſtea vice rerum ait Manilius I. 512. *Fatis Aſiae jam Graecia preſſa eſt*, ubi inepte Fajus Aſiae minoris explicat. ſed Fata Aſiae ibi ſunt Romanorum ex Trojanis, Aſiae olim dominis oriundorum, qui nunc Graeciam premunt ſervitio.

288. CESSATUM EST. Aſterius in Mediceo codice caſtigarat *certatum*. ſed fruſtra. *τὸ ceſſatum* optime exprimit tarditatem belli. ab altero Voſſiano & priore Hamburgico abeſt verbum ſubſtantivum. HEINS. Ita Senec. Suaſor. II. ubi Meſſala ait, debuiſſe Virgilium poſt *haeſit* deſinere, reliqua *& in decimum &c.* eſſe explementum.

290. VESTIGIA RETULIT. *Victoria redegit* Menagii prior. *veſtigia diſtulit* Vratiſlavienſis & Dorvill.

293. CON-

21 deſunt L. Voſ. R. Baſil. tarda eſt Steph. 22 ideo Aeneam Voſ. id Aenea R. 23 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 24 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan.

Audiſti, & quae ſit magno ſententia bello.
Vix ea legati: variuſque per ora cucurrit
Auſonidum turbata fremor: ceu ſaxa morantur
Cum rapidos amnis, fit clauſo gurgite murmur,
Vicinaeque fremunt ripae crepitantibus undis.
Ut primum placati animi, & trepida ora quierunt,
Praefatus Divos ſolio rex infit ab alto:
  Ante equidem ſumma de re ſtatuiſſe, Latini,
Et vellem, & fuerat melius; non tempore tali

Co-

SERVII.

297. PER ORA TURBATA. [25] Pro, ora turbatorum.

298. CLAUSO GURGITE. Saxorum objectione praecluſo.

299. [26] [FREMUNT RIPAE. Antiqui aquae ſonitus, *fremitus* dicebant. Ennius: *Ratibuſque fremebat Imber Neptuni.*]

301. PRAEFATUS DIVOS. More antiquo: nam majores nullam orationem niſi invocatis numinibus inchoabant: ſicut ſunt omnes orationes Catonis & Gracchi: nam generale caput in omnibus legimus: unde Cicero Divin. cap. XIII. per irriſionem ait: *Si* [27] *quid ex vetere aliqua oratione, Jovem ego optimum maximum,* [28] [Et Demoſthenes in oratione contra Aeſchinem: Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις.]

302. ANTE EQUIDEM SUMMA DE RE STATUISSE LATINI. Latenter arguit Turnum, quod ſibi non obtemperaverit, ut foedus fieret, in ſeptimo 596. ſcilicet, ubi ait: *Te, Turne, nefas, te triſte manebit Supplicium:* nam modo hoc tempus revolvit. VELLEM STATUISSE. Olim eſt, quod volui his malis terminum dare. *Vellem* autem *ſtatuiſſe* ſic dixit, ut *vellem feciſſe:* & eſt compendioſa elocutio, cum querimur non eſſe factum, quod fieri debuit.

303. [29] [NON TEMPORE TALI. Adjuvandum pronuntiatione, id eſt, poſt tanta, quae pertulimus, mala: & opportune deliberandi quidem de hac re exiſtimat intervallum eſſe, hoſtili exercitu imminente: & per hoc magis ſuadet, dum tam infeſtos probat, ut ſibi nec pacem petere permittatur.]

VARIORUM.

293. CONCURRANT. *Concurrent* Mediceus a manu prima.

294. REGIS. Sic omnes fere codices. ſed *regum* Dorvill.

296. VARIUSQUE. Vel *validuſque* Schefferianus. HEINS. *Varius ſuper ora* quartus Moreti. *turbata tremor* Bigotianus & prior Hamburgicus. *fremur* ſecundus Rottendorphius. obſervationi eruditae ex Euſtathio a Cerda adductae addendus ſimilis locus lib. X. Aen. 96.

Cunctique fremebant
Coelicolae adſenſu vario; ceu flamina prima,
Cum depreuſa fremunt ſilvis, & caeca volutant
Murmura.

ubi *fremere* repeti videmus, & *varius fremor* adferitur. iteratam hic per quatuor verſus literam *R* obſervat Barth. ad Stat. I. Theb. I. vide ſupr. ad I. Aen. 87. deinde *cucurrit* illuſtrat idem Barth. ad Stat. IV. Theb. 804. BURM.

298. CLAUSO FIT. *Fit clauſo* veterrimi libri uno conſenſu, niſi quod in Sprotiano, *it clauſo gurgite murmur.* HEINS.

299. CREPITANTIBUS. Numquam dubitavi an

25 pro per ora t. R. L. per ora t. Steph. al. pro turbatorum Voſ. 26 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. & a male ſedulo adſcripta ex notis ad I. Georg. 12. 27 quis Dan. Fabr. quos maluit ſequi Maſvicius, quam codices, qui quid. & ita legitur hodie in Cicerone. & ſic laudavit Servius ad. VII. 259. & Aſconius hunc Virgilii locum ibi adducit. 28 deſunt L. Voſ. R. 29 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Cogere concilium, cum muros adſidet hoſtis.
Bellum inportunum, cives, cum gente Deorum,
Invictiſque viris, gerimus; quos nulla fatigant
Proelia, nec victi poſſunt abſiſtere ferro.
Spem, ſi quam adſcitis Aetolûm habuiſtis in armis,

Poni-

SERVII.

305. BELLUM IMPORTUNUM. Concepit gravem iracundiam, & ſic in haec verba prorupit. IMPORTUNUM autem eſt, [30] [ubi nullum refugium eſt,] quod caret portu, id eſt, quiete, ubi nullus eſt portus: [31] [ſicut contra *opportunum*, cui commoditas & occaſio obvenit, ut portus.] Nam hoc quodammodo dicit: in naufragium fertur [32] iſta contentio: quia ſupra audierat, periculum eſſe etiam ſuperare Trojanos: [33] [& enarrat, cur *importunum*, dicens, *Cum gente deorum*, *Invictiſque viris gerimus*. CIVES. Εὐφώνως.] CUM GENTE DEORUM. Qui a diis originem ducunt.

306. INVICTIS. Atqui ſupra legimus IX. 635. *Bis capti Phryges.* Sed *invictis*, ideo dicit: quia [34] ſequitur: *Nec victi poſſunt abſiſtere ferro.* [35] [Et, ſicut ſupra dictum eſt, latenter occurrit illi: forſitan vincemus; ergo hic ſi vincamus, proficiemus.] POSSUNT autem ABSISTERE, mire ait, ac ſi diceret: Etiam ſi [36] velint, eos a bellis diſcedere natura non patitur. [37] [Ennius: *Qui vincit non eſt victor, niſi victus fatetur.* Varro & caeteri *invictos* dicunt Trojanos, quia per inſidias oppreſſi ſunt: illos enim *vinci* adfirmant, qui ſe dedunt hoſtibus.]

308. ACCITIS. Evocatis, adjunctis. [38] [Ergo & gradatim accedit ad deſperationem, quae cogit pacem eſſe poſcendam. AETOLUM IN ARMIS. [39] A patria uſque Diomedis mentionem intulit.

VARIORUM.

an *Latine* dicatur *aqua crepitare*, quod vir doctus mihi adfingit, ſed in Quinctil. Declam. XIII. 3. dixi non eleganter ibi id verbum adhibitum, quia ibi agit de apibus, a quibus omnis crepitus & ſtrepitus abeſſe debet. ideoque an *ſatis eleganter*, id eſt non judicio bono & recto, (hoc enim novit vir doctus *eleganter* ſignificare) dicantur ibi *crepitare aquae*, dubitavi. ideoque praetuli Mſſ. lectionem *trepidantibus*. eodem modo ad Rutilium I. 280. dixi haec duo verba confundi, ſed debere rei de qua agitur convenire. ita & apud Lucan. IV. 405. pro *trepidum*, praetuli *tepidum Iader* propter Zephyros, quorum ibi mentio. & in Ovid. X. Met. 604. ſervavi lectionem vulgarem,

Rivus cum murmure labens
Invitat ſomnos crepitantibus unda lapillis.

ubi ineptum eſſet *trepidantibus* reſcribere. BURM.

300. PLACATI. *Pacati* pro diverſa lectione in priore Hamburgico. HEINS. Ecita Vratiſlavienſis.

Ibid. TREPIDA. *Tepida* Zulichemius.

301. INFIT. *Dixit* Zulichemus. *praefatus* verbum ſollemne, ut oſtendit Corradus ad I. Aen. 8. ex Livii XXXIX. 15.

302. QUIDEM. *Equidem* ex ſcriptis. HEINS. *Equidem hos ſumma* prior Hamburgicus a manu ſecunda. *Latinis* Montalbanius.

304. OBSIDET. *Adſidet* Mentelianus prior & Menagianus notae praeſtantioris, cum Gudiano, priore Hamburgico, Moretano ſecundo, ac Voſſiano priore. ne dubita quin vere. id ipſum quoque Donatus agnoſcit, & in Pierianis potioribus apparet. de quo ad Valer. Flacc. V. 534. copioſe egimus. in Ciri,

Ille, vides, noſtris qui moenibus adſidet, hoſtis.

Aruſianus Meſſius, *Adſidet illi, Cicero Siculenſi, Sthenius eſt hic, qui nobis adſidet.* * *Thermitanus, neque adſidere Gabinium aut alloqui in curia quiſquam audebat. Adſidet illum in illa parte. Sall. Jug. dextra Adherbalem adſedit.* qui Salluſtii locus etiam a Priſciano profertur libro XVIII. ſic *inſidere* modo cum tertio, modo cum quarto caſu jungitur. lib. I.

Inſidat quantus miſerae Deus.

lib. X.

Non

30 deſunt iisdem. 31 deſunt L. Voſ. R. Steph. 32 illa Dan. Fab. 33 deſunt iisdem & al. 34 ſequeretur Dan. 35 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 36 vellent L. Voſ. Baſil. eos deeſt Steph. 37 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 38 deſunt iisdem. 39 a patria uſque adde. id Diomedis mentionem intulit * Dan omiſit haec Fabr. ut corrupta. forte Aetolum a patria, & ideo Diomedis mentionem intulit.

Ponite; ſpes ſibi quiſque. Sed haec, quam anguſta, videtis.
Cetera qua rerum jaceant perculſa ruina,
Ante oculos interque manus ſunt omnia veſtras.
Nec quemquam incuſo. Potuit quae plurima virtus
Eſſe, fuit. Toto certatum eſt corpore regni.
Nunc adeo, quae ſit dubiae ſententia menti,

Ex-

SERVII.

309. PONITE. Deponite. SPES SIBI QUISQUE. Subaudis, ſit: [40] [ſcilicet unuſquiſque in ſe ipſo tantum ſpem habeat. Et late patet iſta ſententia; vel quod alienis egere auxiliis non oporteat; vel quod meminiſſe ſinguli ſpei ſuae debeant; ut ea ſperent tantum, quibus poſſunt potiri.] SED HAEC QUAM ANGUSTA VIDETIS. Id eſt, ut unuſquiſque [41] in ſe tantum ſpem habeat, [42] [quam ſit anguſtum, videtis.] CAETERA. Abſolute dixit, id eſt, exercitum, auxilia, vires imperii: [43] quae ſi videatis afflicta, quid reſtat, niſi ut pacem petamus?

311. ANTE OCULOS, INTERQUE MANUS SUNT OMNIA VESTRAS. Ac ſi diceret, non egent narratione. *Inter manus* [44] [autem, quod Graeci] *προχειρως*.

312. NEC QUEMQUAM INCUSO. [45] Excuſatio haec oſtendit obliquam eſſe in Turnum orationem Latini.

313. FUIT. Exhauſta & conſumpta eſt. TOTO CERTATUM EST CORPORE REGNI. Id eſt, imperii omnibus viribus [46] bellavimus.

314. DUBIAE MENTI. Meae, ſcilicet cogitanti.

VARIORUM.

Non ſatius cineres patriae inſediſſe ſupremos.

Val. Flacc. lib. II.

—— *Sarmaticas utinam, fortuna, dediſſes*
Inſediſſe domos!

lib. I. 513.

Horrida ſaevo
Quae premis arva gelu, ſtrictoſque inſedimus amnes.

plura de hoc verbo ad Silium XII. 487. & Statium. HEINS.

307. FERRO. Sonorum magis videtur, quam *bello*, ut citat Helenius. FABRIC. *Abſiſtere* extſtat & apud Scholiaſten Horatii IV. Od. 4.

308. ACCITIS. Princeps Vaticanus Pierii, Mediceus, & Mentelianus noſtri, ac caeteri praeſtantiores *adſcitis armis*. apud Naſonem in Faſtis de Mezentio:

Quem Rutuli Turnuſque ſuis adſciſcere tentant
Partibus.

noſter infra v. 472.

Qui non acceperit ultro
Dardanium Aenean, generumque adſciverit urbi.

lib. XII. 38. ex optimis quibusque membranis,

Si Turno exſtincto ſocios ſum adſcire paratus.

HEINS. *Adſcitis* cum gloſſa, id eſt *invitatis*, Menagianus & alii. *accitis* Edd. primae Ald. *adcitis* Dorvil. vid. ad Claud. Bell. Gild. 172.

309. PONITE; SPES SIBI QUISQUE. Donatus & Servius in Grammatica, ut & Priſcianus, & Donatus idem ad illud Terentii in Eunuch. II. II. 9. *ut ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi*, diſtinguunt, *Ponite ſpes ſibi quiſque.* neque aliter Marcianus Capella lib. III. in vetuſto codice Bibliothecae Leidenſis, quo ſum uſus: nam vulgata exemplaria mendoſe: *Ponite ſpes quiſque ſuas.* HEINS.

310. PERCULSA. *Percuſſa* in Moretano tertio, ac tribus aliis. HEINS. Et ita Zulichemius & Bigotianus & Francianus. *rerum ruina*, ut apud Manil. lib. IV. 63. *Quid numerem everſas urbes, rerumque ruinas.*

311. VESTRAS. *Noſtras* Francianus.

313. REGNI. *Regnum* Ed. Venet.

314. NUNC ADEO. *Hinc* ſecundus Rottendorphius.

Ibid.

40 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. & priora etiam ad *& late* omiſit Dan. nam poſtea repetuntur. 41 in tantum Dan. 42 deſunt Steph. quam ſit anguſta videris L. Voſ. R. ſed quam ſit anguſta videtis Baſil. 43 Auxilia vires imperii quae quia ſic videtis Steph. quae ſic V. afflicta Baſil. quaſi videris afflictas L. R. quas v. adflictas Voſ. 44 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. πρόχειρα Steph. al. 45 incuſatio Steph. & obliquam Dan. 46 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. bellamus Fabr.

Expediam, & paucis (animos adhibete) docebo.
Eſt antiquus ager, Tuſco mihi proximus amni,
Longus in occaſum, finis ſuper uſque Sicanos,
Aurunci Rutulique ſerunt, & vomere duros
Exercent collis, atque horum aſperrima paſcunt.
Haec omnis regio, & celſi plaga pinea montis
Cedat amicitiae Teucrorum: & foederis aequas

Di-

SERVII.

315. [47] [PAUCIS ANIMOS ADHIBETE DOCEBO. Aut, paucis docebo; aut, animos paucis adhibete.]

316. EST ANTIQUUS AGER TUSCO MIHI PROXIMUS AMNI. Hoc loco Donatus erravit, dicens, agrum, quem Latinus [48] donare ſe diſponit, eſſe in Campania, juxta Uſentem fluvium [49] [(quod etiam Clanarius ait)] cujus terras vicinas Tuſci aliquando tenuerunt: [50] ut inde dictum ſit: *Tuſco mihi proximus amni*. Agit etiam hoc argumento, quod [51] illic eſt locus, qui hodieque *Pinetum* vocatur. [52] Sed conſtat, loca illa omnia eſſe campeſtria: nec procedit, quod dicitur, *Celſi plaga pinea montis*: unde ſequenda eſt potius Livii, Siſennae, & Catonis auctoritas: [53] nempe omnes antiquae hiſtoriae ſcriptores in hoc conſentiunt. Cato enim in Originibus dicit, Trojanos a Latino accepiſſe agrum, qui eſt inter Laurentum & caſtra Trojana. Hic etiam modum agri commemorat, & dicit, eum habuiſſe jugera [54] DCC. [55] [Sane *antiquus*, poteſt & nobilis accipi, vel ſecundum Trebatium, qui de Religionibus libro ſeptimo ait: *Luci, qui ſunt in agris, qui concilio capti ſunt, hos lucos eadem ceremonia moreque* [56] *conquiri haberique oportet, ut ceteros lucos, qui in antiquo agro ſunt. Antiquum agrum* Romanum cogit intelligi.] TUSCO MIHI PROXIMUS AMNI. Tyberino.

317. LONGUS IN OCCASUM. In ea parte, qua in occidentem longior tenditur; [57] [potuit ergo uſque ad Laurentum & ad Hoſtiam tendi.] FINES SUPER USQUE SICANOS. [58] Uſque ad *fines Sicanos*, [59] quos Siculi aliquando tenuerunt, id eſt, uſque ad ea loca, in quibus nunc Roma eſt: haec enim Siculi habitaverunt: unde eſt VIII. 328. [Illi autem a Liguribus pulſi ſunt; Ligures a Sacranis; Sacrani ab Aboriginibus.]

318. AURUNCI RUTULIQUE SERUNT. Subaudis a ſuperioribus, *mihi*: nam & ſupra ait: *Eſt mihi antiquus ager*. Ergo ſuum agrum pollicetur: aut quem tanquam ſtipendiarium habebant [61] Rutuli & Aurunci: [62] aut ad quem colendum quaſi regi operas dabant: unde ſuperfluum eſt, quod ait Donatus, non potuiſſe fieri, ut praeſente Turno ager Rutulorum a Latino donaretur Aeneae.

319. DUROS EXERCENT COLLES. Extenuat agri meritum, quo vile videatur eſſe quod donat; [63] [vel ne grave videatur his, quibus auferendus eſt.] Hinc etiam eſt: *Atque horum aſperrima paſcunt*. Et ſupra: *Aurunci Rutulique ſerunt*: id eſt, nec operis ſuis excolitur. [64] [ASPERRIMA autem PASCUNT, quidam pro, aſperrimas partes, vel aſperrima paſcunt loca, accipi volunt.]

321. CEDAT AMICITIAE. Id eſt, in pretium concedat amicitiarum. [65] [Et bono verbo uſus eſt *amicitiae*, non pro hoſtibus, hoc eſt, ne quaſi victas demus.]

322. AE-

47 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. tranſlatum ex IV. 116. 48 donaturum Steph. donatur & R: 49 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 50 & inde dictum eſt Voſ. ut inde d. eſt R: 51 illi Dan. 52 deeſt Dan. 53 nam pene omnes L. Voſ. Steph. al. 54 duo millia ſeptingenta L. Voſ. R. vide de hoc loco Cluver. Ital. Ant. III. I. p. 789. 55 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 56 *coinqui* legendum docet Salmaſ. Exerc. Plin. p. 661. & 412. priore vero loco *coinquiri* videtur praeferre. vide vero egregie de hoc verbo diſputantem Gronovium ad Liv. XXV. 7. 57 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 58 ad fines quos L. uſque ad fines quos Voſ. R. Steph. al. 59 loquitur quos Dan. 60 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 61 deeſt Voſ. Rutuli aut Aurunci R. 62 aut quem colendum Dan. 63 deſunt L. R. Voſ. Steph. ſed pro illis legitur in Baſil. nec audientibus cauſam praeſtet invidiae. 64 non operis Dan. Fab. ſuis ſcil. Latini regis, ipſis ſubjectis, ſed operis Rutulorum & Auruncorum. ut dixit ad ℣. 318. 65 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Dicamus leges, ſocioſque in regna vocemus:
Conſidant, ſi tantus amor, & moenia condant.
Sin alios finis, aliamque capeſſere gentem
Eſt animus, poſſuntque ſolo decedere noſtro:
Bis denas Italo texamus robore navis,
Seu pluris conplere valent: jacet omnis ad undam
Materies: ipſi numerumque modumque carinis

Prae-

SERVII.

322. AEQUAS DICAMUS LEGES. Ut pari inter nos ſocietate verſemur, id eſt, ut ſit neuter inferior. SOCIOSQUE IN REGNA VOCEMUS. Non ſtipendiarios. Ut in quarto 213. *Cuique loci leges dedimus.*

325. POSSUNTQUE SOLO DISCEDERE NOSTRO. Scit eos fataliter ad Italiam [66] veniſſe: nam audiit & a Fauno VII. 98. *Externi venient generi:* & ab Ilioneo VII. 239. *Sed nos fata Deum veſtras exquirere terras, Imperiiſque egere ſuis.* Tamen propter Turnum ſimulat ignorantiam, ut ſe etiam circa eum aequum praeſtare videatur. Multum eſt autem, quod ait, *poſſunt.*

326. [67] [BIS DENAS ITALO TEXAMUS ROBORE NAVES. Quaeritur, unde ſcierit Latinus, viginti naves habuiſſe Aenean; ſed ita abſolvitur: potuit ſpeculatione, potuit rumore cognoſcere; poſtremo [68] extenuatione dixit, quae amplius ſolet complecti: quia de viginti navibus unam periiſſe cum Oronte, IIII. in Sicilia concrematas. TEXAMUS. Quidam *texamus*, proprie dictum tradunt: quia loca, in quibus naves fiunt, Graece ναυπήγια, Latine *textrina*, dicuntur. Ennius dicit: *Idem campus habet textrinum navibus longis: navalia* enim, non eſſe ναυπήγια, ſed νεώρια.

327. COMPLERE VALENT. Proprie verbum nauticum: nam Graece πλήρωμα dicitur.] JACET OMNIS AD UNDAM MATERIES. [69] [Hic *omnis*, pro ea, quae ſufficit.] Iterum extenuat, [70] [ut ſine magno negotio fieri videatur. [71] [Eſt autem [72] *materies*, & *materia*, lignum: unde Cicero in Off. III. 13. *Domus male materiatae.*] Et MATERIES, antique dictum: nam *materiam* dici debere multi adſerunt.

328. NUMERUMQUE MODUMQUE. Eleganter quot & quantae magnitudinis ſint.

VARIORUM.

Ibid. QUAE SIT DUBIAE. *Dubiae quae ſit* Dorvill.

315. ET PAUCIS. *Et* non habet Leidenſis, nec Regius, nec Gudianus. nec Edd. pr. Mediol.

316. MIHI. Vel *qui* Zulichemius.

317. IN OCCASUM. *In occaſu* ſecundus Moreti. *Super uſque* reddidit feliciter ex imitatione Virgiliana, Statio IV. Theb. 568. *fugit ille per avia Lethes Et Stygios ſuper uſque lacus* Barthius. *uſque ſub Arcto* dixit Lucan. x. 48.

318. AURUNCI. Legendum *Arunci*, de quibus antea bis dictum eſt. FABRIC.

320. HAEC. *Hic* Francianus.

324. SIN ALIOS. *Si in alios fines* vel *leges* Zulichemius. *aliamve* Leidenſis, Gudianus, Menagius prior, Mentelius tertius & duo alii.

325. POSSUNTQUE. *Poſcuntque* legebam olim, quod confirmat ſecundus Moretanus. nunc nihil mutandum cenſeo. HEINS. *Poſcuntque* etiam Bigotianus, & ita Waddel. Anim. Critic. pag. 37. *diſcedere* prior Hamburgenſis pro varia lectione. *deſcendere* Francianus. qui & *biſſenas*. *deſiſtere* Ed. pr. *poſſunt* recte, quia fato prohibentur.

327. VALENT. *Volunt* Menagii prior. *implere* prior Hamburgicus pro varia lectione. & ita ſecundus Moreti.

328. NUMERUMQUE. *Numeroſque* Sprotianus.

330. FE-

66 deeſt Voſ. 67 deſunt iisdem ad *jacet* ℣. 327. 68 extimatione Dan. 69 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 70 deſunt iisdem. 71 deſunt Dan. 72 diſtinguit Salmaſ. ad Solin. pag. 328. & 728. materiam differre a lignis docet etiam Ryckius ad Tacit. I. Ann. 35. contra confudiſſe ſaepe docent exempla a Tennulio adlata ad Frontin. I. v. I. BURM.

Praecipiant: nos aera, manus, navalia demus.
Praeterea, qui dicta ferant, & foedera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet, paciſque manu praetendere ramos;
Munera portantis aurique, eboriſque talenta,
Et ſellam, regni, trabeamque, inſignia noſtri.
Conſulite in medium, & rebus ſuccurrite feſſis.
Tum Drances idem infenſus, quem gloria Turni
Obliqua invidia ſtimuliſque agitabat amaris,

Lar-

SERVII.

329. [MANUS. Artifices.] NAVALIA DEMUS. [73] [Hoc loco ipſae res navales ſunt, id eſt, pix, cera, funes, vela, & alia hujuſmodi.] *Navalia*, dicimus loca, ubi naves ſunt; ſed modo de Graeco tranſtulit, & *navalia* poſuit pro trabibus, de quibus naves fiunt: nam Homerus [74] νηῶν dicit *navale lignum*.

331. PRIMA DE GENTE. Et ex numero, & ex nobilitate legatorum, intelligitur negotii magnitudo.

333. [75] [AURIQUE EBORISQUE TALENTA. Ad aurum refertur, an & ad ebur? quia & ebur ad pondus venditur.]

334. ET SELLAM REGNI, TRABEAMQUE INSIGNIA NOSTRI. Bene *noſtri*: Romanorum enim imperatorum inſigne fuit *ſella curulis*, & *trabea*: nam diadema, [76] ut aliarum gentium reges, non habebant. Et ſciendum, *ſellam curulem* a curru dictam, quod hi tantum ea utebantur, qui triumphali curru [77] invecti fuiſſent: ſicut etiam [78] palmata dicitur toga, quam merebantur hi, qui reportaſſent de hoſtibus palmam. [79] [Cumque a *curru* dicta ſit, cujus prima ſyllaba producitur; tamen *curulis ſedes*, primam corripit. [Lucanus III. 107. *Vacuaeque loco* [80] *ſedere curules*.]

335. IN MEDIUM. In commune; ut I. Georg. 127. *In medium quaerebant, ipſaque tellus.*

336. [81] [TUM DRANCES IDEM. Videlicet qui ſupra apud Aeneam egerat.]

337. OBLIQUA INVIDIA. Hoc eſt, qui non ex aperto impugnabat Turnum; ſed cum reipublicae ſimulata defenſione lacerabat.

VARIORUM.

330. FERANT. *Ferunt* Gudianus a manu prima. *firmant* prior Hamburgicus.

331. LATINOS. *Latini* Sprotianus, Leidenſis, Bigotianus, & pro varia lectione prior Hamburgicus.

332. RAMOS. *Ramum* ſecundus Moretanus.

333. EBORISQUE, AURIQUE. *Aurique eboriſque* codices noſtri cum Pierianis omnibus, quomodo & Auſonius Centone Nuptiali agnoſcit. *Ebur* ad ſellam, *talenta* ad aurum refer: quod ut liquidius appareat, in Mediceo legebatur, *aurique eboriſque talentaque Et ſellam.* eleganter profecto. quam amet hujuſmodi numeros in verſibus noſter jam plurimis exemplis manifeſtum fecimus lib. III. Aeneid. 674. ubi videantur annotata noſtra. lib. X. 883.

Inde aliud ſuper atque aliud figitque volutatque
Ingenti gyro.

ita illic exemplar Gudianum notae praeſtantiſſimae. infra hoc libro ℣. 631. in codicibus nonnullis exaratum offendi,

Ter-

73 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 74 Νηῶν ita ſumi dubito. ſed credo legendum Νήϊον, quod eo ſenſu ſaepe Homerus habet. ſic Iliad. Γ. 62. ubi Schol. explicat ξύλον πρὸς νηῶν κατασκευὴν ἐπιτήδειον. & ita ſaepe alibi. & ita legendum apparet ex L. & R. qui Latinis literis, ut ſaepe, νηίων habent pro νηῶν. BURM. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 76 deeſt Dan. velut Steph. Dan. 77 vecti Steph. al. 78 palma L. R. palmata dicitur tunica Dan. Fabr. 79 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 80 ita omnes, quos vidi, Lucani codices editi & ſcripti. & tamen vitioſum eſſe oſtendemus ad ipſum Lucanum. unde vero editor Baſilienſis *ſedere* habeat neſcio. ſed rectius eſſe vulgata lectione credo. BURM. 81 deſunt L. R. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

Largus opum, & lingua melior, ſed frigida bello
Dextera, conſiliis habitus non futilis auctor,
Seditione potens (genus huic materna ſuperbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat)
Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras:
Rem nulli obſcuram, noſtrae nec vocis egentem,
Conſulis, o bone rex. Cuncti ſe ſcire fatentur,
Quid Fortuna ferat populi; ſed dicere muſſant.

Det

SERVII.

338. LARGUS OPUM. Abundans opibus, dives; non, qui multa donaret. [82] [LINGUA MELIOR. Ut I. 441. *laetiſſimus umbra.* Salluſtius II. Hiſt. *Fructuum pabulique laetus ager.*]

339. NON FUTILIS AUCTOR. Non inanis: nam [83] *futile*, vas quoddam eſt lato ore, fundo anguſto, [84] quo utebantur in ſacris Veſtae: quia aqua ad ſacra Veſtae hauſta [85] in terra non ponitur: quod ſi fiat, piaculum eſt: unde excogitatum vas eſt, quod ſtare non [86] poſſet; ſed poſitum ſtatim effunderetur: unde & homo, commiſſa non retinens, *futilis*, dicitur; contra, *non futilis*, bonus in conſiliis, non inanis.

340. SEDITIONE POTENS. Praepotens [87] in movenda; non in comprimenda ſeditione. [88] [SUPERBUM. Pro, nobile.]

341. INCERTUM DE PARTE FEREBAT. Non [89] ignobilem; ſed penitus ignoratum ſignificat. [90] [Alii *incertum*, aut ipſum patrem, aut genus tradunt: & bene ſegni homini paternam non dedit nobilitatem.

342. SURGIT. Hic reddidit ſenſum: *Tum Drances ſurgit.*] ONERAT DICTIS. Hoc ſermone oſtendit, [91] Turnum etiam ex oratione gravatum Latini. [92] [IRAS. Turni, an omnium, qui bellum deteſtabantur?]

343. REM NULLI OBSCURAM. Callide & oratorie agit: & in omnibus adulatorie reſpondet dictis Latini: ſupra enim ille dixerat 311. *Ante oculos, interque manus ſunt omnia veſtras.* Sane quaſi praedictum oratorem exprimit: quia ſupra de eo dixit, *Et lingua melior.* [93] [Et *Rem conſulis*, pro, de re conſulis. Plautus: *Conſulere quiddam eſt, quod tecum volo.* Sed Drances, ſicut dictum eſt, rhetorice ſuadet de pace: nam & pacem faciendam hortatur, & accuſationem in Turnum dirigit; & quae a Latino indubitanter univerſa dicta ſunt, quae pacem fieri [94] ſuadeant, Drances ad eadem omnia reſpondens, addit etiam de filia danda Aeneae, quod Latinus ante reticuerat: *Quin natam egregio genero:* quaſi non aliter firma erit pax, quam fieri vis: quia ſciebat hoc Turnum graviter eſſe laturum, in invidiam perſonam ejus adducens, *Dicam equidem, licet arma mihi, mortemque minetur;* & ne mirum eſſet, qui ſic libere reſponderet, ante ejus & mores & cauſam praedixit, *Lingua melior, ſeditione potens: idem infenſus, quem gloria, &c.* Duae tamen hic faciendae pacis praecipue cauſae ſunt, quod victi ſunt, & Turnus ſingulari certamine congredi debeat. VOCIS EGENTEM. Genitivo junxit, ut IX. 88. *cum claſſis egeret.*]

344. O BONE REX. Bene addidit *bone*, & auxit epitheto dignitatem. *Rex* enim medium eſt: nam & bonus eſſe & peſſimus poteſt. [95] [Alii *bone rex*, exprobratione accipiunt, ut quidam volunt ſervum bonum dici.]

345. MUSSANT. Modo, verentur [96] [vel timent,] ſignificat; alias dubitant, ut XII. 657. *Muſſat*

82 deſunt iiſdem. 83 Fictis L. Voſ. R. Fabr. quondam etiam R. 84 quo anguſte utebantur. Barth. ad Stat. VIII. Theb. 298. ſed corrigit, quo antiqui utebantur. ubi multa de hac voce. 85 in terram Dan. Fabr. Barth. 86 poſſit Dan. 87 non in movenda, ſed in comp. Steph. in movendam, non in comprimendam R. Baſil. ad movendam non ad comprimendam L. 88 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 89 ignobiles iidem. 90 deſunt iiſdem. 91 eum Steph. eum exhortatione gravatum R. eum etiam exhortatione L. Voſ. eum eſſe exhortatione gr. Baſil. 92 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 93 deſunt iiſdem. 94 ſuadeant * Drances eadem om. reſp. Dan. 95 deſunt L. Voſ. 96 deſunt L. Voſ. R. Steph.

Digitized by Google

Det libertatem fandi, flatuſque remittat,
Cujus ob auſpicium infauſtum moreſque ſiniſtros
(Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur)
Lumina tot cecidiſſe ducum, totamque videmus
Conſediſſe urbem luctu: dum Troïa tentat
Caſtra, fugae fidens, & coelum territat armis.

Unum

SERVII.

ſat rex ipſe Latinus, Quos generos vocet. Interdum ſuſurrant, ut de apibus dicit. Et proprie [97] *obmuſſare*, eſt obmurmurare [98] & queribundum, velut muto eſſe vicinum: [alias, tacent; alias, quieſcunt.]

346. FLATUSQUE REMITTAT. Aut ponat ſuperbiam: aut, *noſtros flatus remittat*, id eſt, nobis reſpirare concedat. [99] [*Remittat* autem, nunc pro laxet, ut *remiſſis artubus*, pro, laxatis.]

347. CUJUS OB AUSPICIUM INFAUSTUM. Invidioſe Turni auſpiciis imputat, quod tantus [1] perierit exercitus: ac ſi diceret: Si malis [2] [& infauſtis] tuis ominibus non egrederentur, poſſent forſitan ſuperare virtute. Sane ſciendum, hunc [3] Drancem exprimere quidquid verecunde celaverat Latinus. MORESQUE SINISTROS. Contrarios: quia in principio, Latino [4] obtemperare noluit.

348. [5] [LICET ARMA MIHI. *Licet*, eſt parentheſis.]

349. LUMINA DUCUM. Id eſt, proceres, ut II. 281. *O lux Dardaniae.*

350. CONSEDISSE URBEM LUCTU. In luctum eſſe demerſam. [6] [TENTAT. Mire *tentat*, non pugnat.]

351. FUGAE FIDENS. Illud reſpicit, quod bella deſeruit, Junone faciente: [7] [vel quia ejus exercitus fugit:] *fugae* autem, figurate dixit, pro *fuga fidens*. COELUM TERRITAT ARMIS. Dictum quidem Virgilii gravitati non convenit; ſed perite Dranci haec data ſunt verba, qui tumida [8] uti oratione inducitur: unde ei paulo poſt Turnus dicit: *Quae tuto tibi magna volant.* Item: *Ventoſa in lingua.* Item: *Proinde tona eloquio.* Deinde [9] diximus, Drancem [10] librare ſe ad orationem Latini: unde nunc dicit: *Et coelum territat armis:* [11] [aut quaſi vanus, & cum ventis movetur:] quia audierat ſup. 305. *Bellum importunum, cives, cum gente deorum,* [12] [id eſt, contra eos pugnat, qui favore deorum nituntur.

VARIORUM.

Tertia ſed poſtquam congreſſi in praelia, totaſque
Implicuere inter ſe acies, legitque virum vir.

HEINS. Cujacius lib. XIV. Obſ. 24. Chiaſmi genus eſſe docet. quem vide.

336. INFENSUS. *Infeſſus* pro *infeſtus* Venetus.

337. STIMULISQUE. *Stimulis* Francianus.

338. BELLO. *Bellum* ſecundus Rottendorphius: *bella* manus prima Mentelii ſecundi. *opum*, *lingua* Parrhaſ.

341. FEREBAT. *Ferebant* alter Mentelianus a prima, Gudianus a ſecunda manu. HEINS. *Ferebant* etiam Hugenianus.

342. AGGERAT. *Agregat* Dorvil.

344. SE SCIRE. *Te ſcire* Dorvil. a m. ſec.

345. FERAT. *Petat* prior Mentelius, cum decem aliis. etiam Gudianus, ſed a ſecunda manu. HEINS. *Petat* etiam Zulichemius, Bigotianus, Pariſ. tres Leidenſes & alii. *populis &* Sprotianus. *ferat* eſt poſtulet. ut *fert aetas* & ſimilia in Terentio Andr. II. VI. II. *tempus* Adelph. V. III. 53. & paſſim. inde illud *petit* a Gloſſatore irrepſit.

347. AUSPICIUM. *Augurium* in codicibus Priſciani

97 *muſſare* iidem. 98 & muto eſſe vicinum; reliquis omiſſis iidem. queribundum l. & jos velut muto eſſe vicinum Dan. quae corrupta ita emendat Barthius ad Stat. III Theb. 92. *& queribundum latentius, id eſt altius, in imis viſceribus* &c. quae quidem vis eſt. 99 deſunt iisdem. 1 periit L. Steph al. perivit Voſ. R. Dan. 2 deſunt L. R. Steph. & infandis Voſ. 3 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. hanc Drancis ſupprimere q. v. celaverit Latinus * Dan. celavis L. Voſ. R. Steph. al. 4 deeſt Voſ. morigerari nolunt Dan. 5 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 6 deſunt iisdem. 7 deſunt iisdem. 8 non *fuga* Dan. 9 deeſt Dan. 10 dicimus Steph. 11 librantem librare ſe R. 12 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. aut q. v. & qumentas monetur * Dan. 13 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Unum etiam donis iſtis, quae plurima mitti
Dardanidis dicique jubes, unum, optime regum,
Adjicias; nec te ullius violentia vincat,
Quin natam egregio genero digniſque hymenaeis
Des pater, & pacem hanc aeterno foedere jungas.
Quod ſi tantus habet mentis & pectora terror;

Ipſum

SERVII.

352. ETIAM. Hoc loco *etiam*, pro adhuc, ut Terentius Eun. V. VIII. 6. *Hunc ego nunquam videram etiam*: & mox, V. IX. 54. *Unum etiam vos oro, ut me in veſtrum recipiatis gregem.*] MITTI DARDANIDIS, DICIQUE. [14] *Mitti*, ſcilicet aurum, ebur, ſellam, & caetera; *dici* de navibus vel agro. [15] [Et bene *Dardanidis*, quaſi cognatis, & ab origine generis propinquis.

354. ADJICIAS. Pro, adjice. Terentius Heaut. II. III. 138. *Abeas, ſi* [16] *ſapis*. Quia indecens erat, imperatione ad regem loqui. Et bene hic, quod honeſte Latinus reticuerat, dicit, Laviniam quoque ei offerendam.]

355. EGREGIO GENERO, DIGNISQUE HYMENAEIS. Ergo Turnus videtur indignus.

356. AETERNO FOEDERE JUNGAS. Natae ſcilicet conjunctione: nam munera & contemni poterant; generis vero conjunctione in aeternum pacis foedera firmabantur. Hoc autem dicto latenter etiam Latini pudorem exonerat, qui Turno etiam ſuam promiſerat filiam, dicens cauſam reipublicae praeponderare debere, & propter pacem civium Turno Aeneam [17] eſſe praeferendum.

357. TERROR. *Terror*, eſt proprie qui aliis infertur: ut ſi dicas: *ille* [18] *mihi habet terrorem*, id eſt, timendus eſt: unde & *terribilis* dicitur. *Metus* autem eſt, quem habent timentes. Sed nunc uſurpative *terrorem* pro *metu* poſuit: nam hoc dicit: Quod ſi tantum Turnum [19] timemus. [20] [Aliene loqui voluit: quod turpe eſſet audienti Latino dicere, ut Turnum timeat.

VARIORUM.

ſciani libro XIV. ſed memoriae lapſum eſſe apparet, cum eodem libro verſum hunc bis producat, ut vulgo legitur. de auſpiciis in bello ſiniſtris vide quae notamus ad Silium. HEINS. *Auſpicium infandum* Leidenſis. pro vulgata ſtat Donatus ad Terent. Phorm. II. I. 2. *infauſtum auſpicium* Parrhaſ.

350. LUCTU. *In luctum* alter Mentelius. *in luctu* Leidenſis. HEINS. *In luctu* Montalbanius, Venetus, ſecundus Rottendorphius, & primus Moreti, cum Excerptis noſtris. *in luctus* Parrhaſ. *conſidiſſe* etiam Zulichemius. *Troica* alter Hamburgicus. *captat* Leidenſis.

352. QUAE PLURIMA MITTI DARDANIDIS DUCIQUE JUBES. *Dicique* Mediceus, Mentelianus & caeteri meliores tam noſtri, quam Pieriani, cum Donato ac Servio. recte, ne bis idem dicat. *dici* promitti. Valer. Flac. II. 575.

Nos, ait, ad Scythici Tirynthius oſtia Ponti
Raptat iter, mox huc veſtras revehemur ad oras,
Donaque dicta feram.

lib. III. 670.

Aſt egomet, quocumque voces, quaque agmina ferro
Plura metas, tibi dicta manus.

ſic ſcribe. vulgo *qua tegmina ferro plura metam.* ſic & illud Maronianum interpretantur, *conjux tua dicta relinquor*, argute magis quam vere. Ovid. I. Ep. *Tua ſim, tua dicar oportet Penelope conjux.* ſic *dicere dotem.* de quo ad Naſonem pluribus egimus lib. VI. Faſt. 594. apud noſtrum lib. V. Aeneid. 486. *praemia dicere* ex vetuſtiſſimo exemplari caſtigavimus pari omnino modo. ubi videantur animadverſiones noſtrae. *munera dicere* Naſoni lib. XI. Met.

Promiſſaque munera dictos poſcit equos.

quae vera ſcriptura. HEINS. *Mittis* Francianus. male *dici* ad mandata refert Cerda. vid. ad Ovid. VI. Faſt. 394.

354. VIO-

14 mitti aurum & cetera dici L. Voſ. R. Steph. mitti Dardanidis & cetera dici Dan. 15 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 355. 16 *ſapias* meliores codices apud Terentium. 17 neceſſe R. nec eſſe Steph. forte neceſſe eſſe. 18 deeſt Voſ. 19 timemus, veniam oremus ab ipſo Baſil. 20 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Ipſum obteſtemur, veniamque oremus ab ipſo:
Cedat, jus proprium regi, patriaeque remittat.
Quid miſeros toties in aperta pericula civis
Projicis, o Latio caput horum & cauſſa malorum?
Nulla ſalus bello: pacem te poſcimus omnes,
Turne; ſimul pacis ſolum inviolabile pignus.
Primus ego (inviſum quem tu tibi fingis, & eſſe
Nil moror) en ſupplex venio. Miſerere tuorum;
Pone animos, & pulſus abi. Sat funera fuſi
Vidimus, ingentis & deſolavimus agros.

Aut,

SERVII.

358. IPSUM. Invidioſe repetitum pronomen.] VENIAMQUE OREMUS AB IPSO, CEDAT. Aſper hic diſtinguit: [21] [id eſt, hanc veniam oremus, ut cedat: aut ſi conjuncte legeris, *Cedat jus proprium regi*, [22] nova erit elocutio, accuſativo junctum *cedat*: & *cedat jus proprium*, id eſt, quod proprium regum eſt, aut cedat Aeneae. Quod autem hic dixit *cedat*, mox ait, *Pone animos & pulſus abi*.]

360. QUID MISEROS TOTIENS IN APERTA PERICULA CIVES PROJICIS. Quaſi viles & abjiciendos: [23] & ingenti pondere univerſa verba ſunt poſita.

361. LATIO. Non uni civitati. CAPUT. Principium: & eſt antiquum: [24] [quia quivis auctor & princeps rei geſtae, *caput* a veteribus dicebatur.] Terentius Andr. II. VI. 26. *Nam ſi hic mali eſt quidquam, illic huic rei eſt caput.* [25] [Plautus in Aſinaria II. I. 4. *Ego caput huic fui argento inveniendo.*]

362. NULLA SALUS BELLO. Plus eſt, quam ſi *ſpes* diceret. [*Bello* autem, per bellum.] PACEM TE POSCIMUS OMNES. *Te poſcimus*, qui ſolus es cauſſa bellorum: nam Aeneas [26] jam pacem promiſit. [27] [*Omnes*, invidioſe, ut & Latinus hoc poſcere videatur.]

363. SOLUM INVIOLABILE PIGNUS. Id eſt, Laviniam. Et hoc eſt, quod ait ſupra: *Pacem hanc aeterno foedere firmes.*

364. INVISUM QUEM TU TIBI FINGIS. [28] [Id eſt, inimicum: &]bene, *quem tu tibi fingis*, ne ei tanquam inimico minime credatur: & hoc dicit: Non ſum quidem inimicus; ſed, ſi velis eſſe, non recuſo: nam hoc eſt, *& eſſe nihil moror*.

367. FUSI. Fugati. DESOLAVIMUS AGROS. Vel dum occiduntur [29] agricultores: vel dum coguntur ad militiam: nam legimus VIII. 8. *Et latos vaſtant cultoribus agros.*

VARIORUM.

354. VIOLENTIA. *Sententia* Bigotianus & prior Hamburgicus pro diverſa lectione.

355. DIGNISQUE. *Dignis* Dorvil.

356. JUNGAS. *Firmes* Mediceus a manu ſecunda & Montalbanius. quomodo vetuſtiores Pieriani & primus Moretanus ex noſtris, cum priore Voſſiano, altero Mentelio, ſecundo tertioque Rottendorphiis. HEINS. *Das pater* primus Moreti. *hanc* deeſt Veneto. *firmes* primus Moreti, Parrhaſianus, & pro varia lectione Zulichemius, & prior Hamburgicus. *finges* ſecundus Rottendorphius a manu prima. *huic aeterno* Francianus. mox, *habet metus & pectore* idem.

Ibid. JUNGAS. Mox ad ỷ. 363. *firmes* Servius habet. & Dorvill.

358. OBTESTEMUR. *Obteſtamur* Gudianus a manu prima. *rogemus* Zulichemius. *precemur* ſecundus

21 deſunt iisdem. 22 cum utroque caſu hoc verbum poni certum eſt. vid. Gronov. ad Liv. XXIV. 6. & noſtra ad Quinctil. X. Decl. 6. & videbimus ad Lucan. VIII. 693. 23 ſed Steph. 24 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 25 deſunt iisdem. nulla bello Dan. Fabr. 26 deeſt L. Voſ. R. Dan. Fabr. 27 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 28 deſunt iisdem. 29 deeſt L. R. Steph. al.

Google

Aut, ſi fama movet, ſi tantum pectore robur
Concipis, & ſi adeo dotalis regia cordi eſt;
Aude, atque adverſum fidens fer pectus in hoſtem.
Scilicet, ut Turno contingat regia conjux,
Nos, animae viles, inhumata infletaque turba,
Sternamur campis. Et jam tu, ſi qua tibi vis,
Si patrii quid Martis habes, illum adſpice contra,
Qui vocat.
Talibus exarſit dictis violentia Turni:

Dat

SERVII.

369. DOTALIS REGIA CORDI EST. Hoc eſt, regnum Latini. Sic alibi IX. 737. *Non haec dotalis regia Amatae.*

371. SCILICET UT TURNO CONTINGAT REGIA CONJUX. Haec cum quadam irriſione dicuntur. Et oſtendit hoc nec utile, nec honeſtum eſſe.

372. INHUMATA INFLETAQUE TURBA. [30] Atqui ſepulti ſunt omnes, qui in bello perierant; ut legimus ſupra ℣. 142. ſed hoc factum eſt Aeneae beneficio, qui ſepulturae eorum reddidit ſocios. Ergo, quantum ad Turnum pertinet, inſepulti ſunt: nam campos ſua poteſtate retinebat Aeneas.

373. ETIAM TU. [31] Eja: nam eſt hortantis adverbium hoc loco, [32] [Terentius Andr. V. II. 8. *Etiam reſponde;*] alias *adhuc* ſignificat, & eſt temporis [33] adverbium, ut VI. 485. *Etiam currus, etiam arma* [34] [*tenentes.* Alibi pro conjunctione, ut X. 390. *Vos etiam gemini* &c. Ponitur etiam pro nondum, Afranius: *Etiam quidquam egiſti.*] Apud majores *etiam* conſentientis fuerat; quod tamen in his recentibus idoneis [35] auctoribus non invenitur. [36] [Nonnulli *etiam tu*, pro, quin tu, tradunt.] VIS. Virtus.

374. [37] [SI PATRII QUID MARTIS HABES. Id eſt, ſi quid bellicae virtutis habes: neque enim a Marte oriundus eſt: nam *patrii*, & a patre, & a patria poteſt dici.]

VARIORUM.

cundus Rottendorphius.

359. PROPRIUM. Vel *patrium* Zulichemius.

360. APERTA. Deerat haec vox Franciano.

361. MALORUM. *Laborum* in Moretano quarto. vide lib. VII. Aeneid. 481. HEINS. *A Latio* Francianus. vulgatam agnoſcit Donatus ad Terent. Andr. II. VI. ult.

362. TE POSCIMUS. *Depoſcimus* Ed. Venet. *pacem bello te* Dorvil. vid. ſupr. ℣. 102.

364. PRIMUS EGO. *Primus age* Venetus. *fingis obeſſe* alter Menagii. *ineſſe* Venetus. *veniam* etiam Zulichemius a manu prima. *& ſupplex* Francianus.

366. FUNERA FUSI. *Funere fuſo* Gudianus a manu prima. HEINS. Et Mentelius tertius, *funere fuſi*, *fuſus abi. ſat funere fuſi* Parrhaſ. *funere fuſi.* Reg. *fuſis* Mediceus.

367. DESOLAVIMUS. *Deſpoliavimus* Gudianus a manu prima.

368. MOVET. *Monet* Montalbanius. *robor* Gudianus.

369. ET SI ADEO. *Aut ſi* Mediceus. *at ſi* prior Hamburgicus. mox *fer pectora in hoſtem* alter Mentelius a manu prima. HEINS. Et ita Excerpta noſtra. *eſt* deeſt Veneto.

370. FIDENS FER. *Fer fidens* Francianus.

371. SCILICET. *Si licet* Dorvill.

372. INHUMATA. *Infleta*, *inhumataque* Ed. pr.

373. STERNAMUR. *Sternemur* tres Moretani, cum prioribus Menteliano & Voſſiano, & aliis multis. in ceteris vetuſtioribus *ſternamur* occurrit HEINS.

30 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 31 nunc *etiam* hortantis adverbium eſt, ut Eja Terent. Dan. Fabr. Heja L. Voſ. R. Ejia. nam etiam hortantis Baſil. 32 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. apud Terent. legitur, *etiam tu hoc reſpondes.* 33 deeſt iisdem. 34 deſunt iisdem. 35 deeſt L. R. Voſ. 36 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 37 deſunt iisdem.

Digitized by Google

Dat gemitum, rumpitque has imo pectore voces:
Larga quidem, Drance, ſemper tibi copia fandi,
Tum, cum bella manus poſcunt; patribuſque vocatis
Primus ades: ſed non replenda eſt curia verbis,
Quae tuto tibi magna volant, dum diſtinet hoſtem
Agger moerorum, nec inundant ſanguine foſſae.

Proin-

SERVII.

377. IMO PECTORE VOCES. [38] [Ut qui diu tacuerit, dum audit inimicum. Dicendo autem *imo pectore voces*,] more ſuo habitum futurae orationis oſtendit.

378. LARGA QUIDEM SEMPER, DRANCE, TIBI COPIA FANDI, TUM CUM BELLA MANUS POSCUNT. Multa [39] funt ſua vi optima, quae, quoniam per ſe non poſſunt vituperari, ab accidentibus vituperantur, ut hoc loco: quoniam eloquentia per ſe eſt optima, [40] eam culpat ex tempore, dicens: Tunc [41] incumbis eloquentiae, cum manus bella depoſcunt. [42] [Et oſtendere vult, omnem illam orationem Drancis non conſilio, ſed timiditate prolatam. Sane rhetorice reſponſurus Turnus, bene coepit a Drance: ante enim ſe defendit, tunc de bello ſententiam dicit. Et primum hoc [43] dicit: quod eloquens & [44] infirmus ſententias de bello audeat ferre, dicendo: *Larga quidem ſemper, Drance, tibi copia fandi*, & *Dum diſtinet hoſtem*, &c. Inde pro ſe agit, per enumerationem oſtendens, id falſum eſſe, quod dicatur victus, *Iliaco tumidum qui ſanguine Tybrim*, &c. Sed objicitur: in futurum ſpes nulla eſt; exſecratur omen, *Capiti cane talia demens Dardanio:* & ex adverſariorum perſona rem adtenuat, dicendo: *Extollere vires Gentis bis victae*. Etiam ille [45] ad rem reſpondit, quam dixerat Drances, vim ſe timere: *Vel cum ſe pavidum contra mea jurgia fingit*, &, *Nunquam animam talem*, &c. Dilata autem de ſingulari certamine quaeſtione, quaſi aliam orationem inchoat: *Nunc ad te & tua, magne pater, conſulta revertor.* Sed haec in ſequentibus ſingulatim tractanda ſunt.]

379. PATRIBUSQUE VOCATIS PRIMUS ADES. Bella penitus ignorans atque formidans, primus es inter ſenes ad danda conſilia.

380. [46] [REPLENDA EST CURIA VERBIS. Emphaſis loquacitatis.

381. TUTO. Dativus, an adverbium? ut, *falſo*.] MAGNA VOLANT. Homerus Iliad. A. 201. Ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. [47] [Id eſt, pennata & volatilia verba.] DISTINET. Arcet, [48] repellit: nam *diſtinet*, eſt proprie extra tenet. DIS enim ſeparantis eſt: unde & *diduco*, & *diſtraho* dicimus.

VARIORUM.

HEINS. *Sternemur c. & tu jam* Ed. pr.

Ibid. ETIAM. *Et jam* cum membranis. HEINS. *Jam* deeſt Zulichemio. *ſi, & tu ſi qua* Dorvil.

374. ILLUM. *Solum* Waddel. Anim. Critic. p. 73.

375. QUI VOCAT. Supplebat Leidenſis, *audacem ſolum te in proelia dura. quid vocat* Gudianus & tertius Rottendorp. a m. pr.

377. IMO PECTORE. *Imo e pectore* prior Mentelius a manu prima. HEINS. In Mentelii priore eraſa erat vetus lectio, ſed videbatur fuiſſe, *imo a pectore. rumpitque imo de* Oudartii. in ſecundo Moretano deerant voces *has imo. imo de pectore* alter Hamburgenſis. *rupitque* Pariſ. & Parrhaſ.

378. SEMPER, DRANCE. *Drance ſemper* vocibus tranſpoſitis Mediceus, ſecundus Moretanus, Schefferius & Pieriani nonnulli. Mediceus idem praeterea *Drances*. quod improbo. mox vetuſti codices, *Tum cum bella manus poſcunt*, non *Tunc*. HEINS. *Longa quidem* Zulichemius a manu ſecunda. qui & *Drances*.

380. REPLENDA. *Complenda* Francianus.

381. DISTINET. Male *detinet* Mediceus aliique nonnulli. deinde *agger moerorum* bene Menagianus uterque, primus Moretanus & ſecundus Rottendorphius. in Mediceo *aggere moerorum*. quomodo

38 deſunt iisdem. 39 ſunt ſumma optimaque quoniam Dan. 40 etiam R. 41 incumbens R. Dan. 42 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 43 vicit * Dan. 44 infirmus Dan. 45 regem reſpondit * Dan. 46 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 47 deſunt iisdem & Dan Fab. 48 repellit, & proprie extra tenet, nam *diſ.* &c. L. Voſ. R. Steph. al.

Proinde tona eloquio, ſolitum tibi: meque timoris
Argue tu, Drance; quando tot ſtragis acervos
Teucrorum tua dextra dedit, paſſimque tropaeis
Inſignis agros. Poſſit quid vivida virtus,
Experiare licet: nec longe ſcilicet hoſtes
Quaerendi nobis: circumſtant undique muros.
Imus in adverſos? quid ceſſas? an tibi Mavors

Ven-

SERVII.

383. [49] [Proinde. *Pro* ſyllaba metri cauſa excluditur. Tona eloquio. Non ſtrepitu armorum.] Meque timoris Argue tu, Drance. [50] Ut [in Bucolicis] III. Ecl. 25. *Cantando tu illum? Arguo* autem genitivum regit, ut: *arguo te caedis*, *inſidiarum*: & eſt de Graeco: nam ita dicunt: κατηγορῶ σε φόνου [51] [ἐλέγχω σε φόνου, ἢ κλοπῆς.]

384. Quando. Siquidem: & per inriſionem [52] ſuas in illum confert laudes. [53] [Stragis Teucrorum. Duo genitivi.]

386. Insignis agros. Nobilitas, clarificas: nam verbum eſt *inſignio:* [54] & dicit, exauctorari ejus debere [55] ſententiam, quod de bello [56] cogitat virtutis ignarus. [57] [Quid vivida virtus. Id eſt, tua; vel certe mea.

389. Imus in adversos. Contra illud: *Illum aſpice contra*, *Qui vocat.*]

VARIORUM.

modo & primus Mentelianus a manu prima, addita gloſſa, *aggere* pro *agger*. vide annotata lib. x. 144. ubi pari modo exemplaria vetuſta *aggere moerorum*. ejuſdem libri v. 24. *Aggeribus moerorum*. certe Priſcianus hic loci *moerorum* non tantum agnoſcit, & *diſtinet hoſtem*. ſed etiam *inundant foſſas*. Hunc audiamus lib. VII. ſic differentem: *ſimiliter inundo modo abſolutam, modo activam habere ſignificationem invenitur. ut Virgilius in* XI. dum diſtinet hoſtem, Agger moerorum nec inundant ſanguine foſſas. *Invenitur tamen in quibuſdam codicibus*, dum diſtinet hoſtem Agger moerorum, nec inundant ſanguine foſſae. Sic *poenire* pro *punire* Ciceronem dixiſſe notant veteres & *poeniri*. ſic oratione pro Milone: *Cujus inimiciſſimum multo crudelius poenitus es, quam erat humanitatis meae poſtulare*. mox, *fuit ultor injuriae, poenitor doloris ſui*. lib. I. Quaeſt. Tuſc. *etiam mortuos poeniuntur*. nec aliter apud Gellium locis compluribus, praeſertim lib. VI. cap. 14. & hinc *poena*. ita & *moenire* pro *munire* dicebant, unde *moenia*, *immoenis* pro *immunis*. *oeſus* pro *uſus*. *coerare* pro *curare* in vetuſtis Senatuſconſultis. HEINS. Vid. ad lib. x. 24. *detinet* Dorvil.

382. Nec inundant. G. Canterus lib. VI. Novar. Lection. cap. 8. legit *& inundant*, hiatu relicto. male. quamquam is arbitratur Donatum pro ſe ſtare. HEINS.

383. Tona eloquio. *Sona eloquio* Vratiſlavienſis. *ſolito* Oudartii, Sprotianus, Bigotianus, Parrhaſ. & Dorvil. a ſecunda manu, ut & prior Hamburgicus. *meque furoris* Montalbanius, qui & *Drances*. ut & Bigotianus, & primus Moreti. ſed vulgata eſt apud Rufinian. de figuris pag. 24.

384. Quando. *Quando* brevis eſt naturaliter, ait in IV. Aeneid. 291. Servius ſed id nullo probaverit Virgilii exemplo. niſi in compoſitis, ut in *quandoquidem*. igitur recentiores fecerunt eam ſyllabam communem. FABRIC. *Arguito Dr.* Ed. pr.

Ibid. Tot quando. *Quando tot* cum ſcriptis & Cariſio, & Probo, qui ſic agnoſcunt lib. I. Artis Grammaticae. HEINS. *Caedis acervos* habet Quinctil. lib. IX. 2. p. 781. ut lib. x. 245. & ſupr. h. l. 207.

385. Teucrorum. *Teucrum tot tua* ſecundus Moreti. *tua tela* Zulichemius a manu prima.

386. Insignis. *Inſignis tot agros* Zulichemius. *inſi-*

49 deſunt iiſdem. 50 deſunt iiſdem. 51 deſunt L. R. Voſ. 52 deeſt L. R. Steph. al. offert etiam R. L. 53 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 54 ſed Steph. 55 famam Dan. Fabr. 56 judicat Fabr. al. indicat Dan. 57 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Ventoſa in lingua, pedibuſque fugacibus iſtis,
Semper erit?
Pulſus ego? aut quiſquam merito, foediſſime, pulſum
Arguet, Iliaco tumidum qui creſcere Thybrim
Sanguine, & Euandri totam cum ſtirpe videbit
Procubuiſſe domum, atque exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias & Pandarus ingens,
Et quos mille die victor ſub Tartara miſi,
Incluſus muris, hoſtilique aggere ſeptus.

Nulla

SERVII.

390. ISTIS. Δεικτικῶς.

392. PULSUS EGO. Quia ille dixerat: *Pone animos, & pulſus abi.* Et agit conjectura: nam hoc vult intelligi, non poſſe dici, merito pulſum eum, [58] qui inſequendo hoſtem bellum deſeruit: aperte autem hoc dicit: poteſt merito credi, quod pulſus ſit is, cujus tot extant tropaea? [59] [& rerum commemoratione falſum probat.]

394. CUM STIRPE. Occiſo enim Pallante, interiit ejus [60] cuncta poſteritas.

395. [61] [EXUTOS ARCADAS ARMIS. Aut ſuis, aut ducis: unde per *Arcadas* etiam Pallantem intelligi quidam volunt.]

396. BITIAS. [62] Subaudis, *ingens*, a conſequentibus. MILLE. Finitus numerus pro infinito.

398. [63] [INCLUSUS MURIS. Quem pulſum ille jactabat.] AGGERE SEPTUS. Sicut ſupra IX. 783. *Veſtris, o cives, undique ſeptus Aggeribus.*

VARIORUM.

inſignes Sprotianus, Montalbanius, & Mentelius ſecundus. *inſignis campos* duo Rottendorphii. *ſparſit quid* Sprotianus pro varia lectione. *quod* Zulichemius a manu prima. mox *libet* Menagii prior. *non longe* prior Hamburgicus. *longo* Excerpta noſtra.

388. QUAERENDI NOBIS. *Quaerendi vobis* Zulichemius a manu ſecunda, *circumdant* a prima. & Sprotianus & alter Menagii. & Ald. vide Donat. ad Terent. Phorm. II. III. 43.

389. IMUS IN ADVERSOS. Adde his interrogationis notam, cum vetuſtiſſimis libris. HEINS.

391. SEMPER ERIT. Mediceus ſupplementi loco addit, *nequiquam armis terrebimus hoſtem.* HEINS. Leidenſis, *nunquamne ſines fallacia verba.*

392. AUT QUISQUAM. Donatus ἀποφαντικῶς; *Haud quiſquam merito foediſſime pulſum Arguet.* quod non placet. FABRIC. Libri in quibus *haud quiſquam* minime ſunt audiendi. pari modo lib. XII. 882.

Immortalis ego? aut quicquam mihi dulce meorum
Te ſine, frater, erit.

ubi pari modo peccabatur. Ecl. III.

Cantando tu illum? aut unquam tibi fiſtula cera
Juncta fuit?

HEINS. *An quiſquam* Leidenſis. *an merito quiſquam* Parrhaſ. *arguit* Oudartii. *aut quiſnam* Ed. pr.

394. TOTAM CUM STIRPE. *Tota cum ſtirpe* primus Moretanus, & prior Hamburgicus pro diverſa lectione. HEINS. Et Parrhaſ.

395. EXUTOS. *Exhauſtos* prior Hamburgicus pro varia lectione. & ita Oudartii. *Arcades* Dorvill.

396. HAUD. *Aut ita*, & poſt *miſi* nota interrogationis Ed. Venet. *Bandarus* Dorvil.

Ibid. PANDARUS INGENS. *Urguens* Mediceus a manu prima. HEINS.

397. QUOS. *Quo* Francianus.

398. HOSTILIQUE. *Utilique* Excerpta noſtra.

399. CA-

58 ſequendo bella L. Voſ. R. Baſ. inſequendo bella Steph. 59 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 60 tota Dan. Fabr. 61 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 62 his ſubaudis Steph. ſubaudi Baſil. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Nulla ſalus bello. Capiti cane talia demens
Dardanio, rebuſque tuis. Proinde omnia magno
Ne ceſſa turbare metu, atque extollere vires
Gentis bis victae; contra premere arma Latini.
Nunc & Myrmidonum proceres Phrygia arma tremiſcunt,
Nunc & Tydides, & Lariſſaeus Achilles:
Amnis & Hadriacas retro fugit Aufidus undas.
Vel cum ſe pavidum contra mea jurgia fingit

Artifi-

SERVII.

399. NULLA SALUS BELLO. CAPITI CANE TALIA DEMENS DARDANIO. Quotiens argumentum non poſſumus ſolvere; aut contraria objectione, aut riſu, aut maledicto, ut hoc loco, adverſario reſpondemus. CANE autem, pro divina: [64] [Et bene hic male [65] ominantem *canere* dicit, ut vatem. Quibuſdam videtur vulgare convitium, ut eſt, *Tibi, & capiti tuo*; ſed honeſtatem [66] dicto additam per [67] varietatem. DARDANIO REBUSQUE TUIS. Simul eum Aeneae jungendo, vult latenter oſtendere proditorem.]

400. PROINDE. Itaque. Et eſt ordo: *Nulla ſalus bello; proinde omnia magno ne ceſſa turbare metu.* Caetera per Parentheſin dicta ſunt: [68] [hoc eſt, *capiti cane talia demens Dardanio, &c.*]

401. ATQUE EXTOLLERE VIRES GENTIS BIS VICTAE: CONTRA PREMERE ARMA LATINI. Haec eſt virtus eloquentiae. [69] [*Bis* autem *victae*, ab Hercule, & ab Argivis.] ARMA autem LATINI, invidioſe dixit, [70] [ut Drancem Latino reddat inviſum:] nam debuit *mea* dicere. [71] [Et hoc ad illud, quod ille dixerat: *Jus proprium regi patriaeque remittat.*]

403. MYRMIDONUM PROCERES. Graecorum principes. Dicit autem Patroclum & Achillem: nam licet ipſi aliunde [72] fuerint, tamen *Myrmidonibus* imperarunt. Haec autem ponit inter impoſſibilia, & utitur Graeco proverbio: Ἄνω [73] ποταμῶν [ῥέουσι παγαί.] Sic Horatius Epod. XVI. [74] *Et ante Padus Matina Laverit cacumina.* Et ſic eſt modo dictum, ut in quarto 377. *Nunc Lyciae ſortes, nunc & Jove miſſus ab ipſo.*

405. RETRO FUGIT AUFIDUS UNDAS. [75] [Quod eſt contrarium. *Aufidus* autem,] Apuliae fluvius eſt, [76] [juxta Canuſium civitatem] cadens in Adriaticum pelagus.

406. VEL CUM SE PAVIDUM CONTRA MEA JURGIA FINGIT. Contra illud, quod ait: *Det libertatem fandi, flatuſque remittat*: nam hoc dicit: Timorem ſuum naturalem invidioſe in meam cauſam retorquet, ut meae praeſentiae, non illius naturae, quod timet, eſſe videatur: hoc eſt enim, quod [77] planius iterat, dicens: *Et formidine crimen acerbat*, [78] [id eſt, quam ſimulat.]

VARIORUM.

399. CANE. Simile aliquantum illud Papinii lib. XI. Theb. 299.

Canere illa patrem & jactare decebat.

vid. & lib. III. 648. & ibi Lutatium.

400. PROINDE. *Proin* Oudartii.

403. TREMISCUNT. *Tremeſcunt* eſt in vetuſtis libris. ut ſemper. & ſic ſcribi vult Pierius. ut in *flacceſco*, *horreſco*, *paveſco* & ſimil. ſed cur non & *gemeſco*? vide Dauſquej. Orthog. p. 323. & Voſſium lib. III. de Analog. c. 43. pag. 169. ſic & *tremeſcit* in Cod. Claudiani Bell. Gild. v. 413. *intremeſcens* apud Avien. Ora Marit. p. 293. Ed. Pith. *congemeſcere* apud Prudent. Hym. II. Periſteph. v. 411. *obmutiſcere* & *liquiſcere* in veterrimo ejuſdem Prudentii codice, ſed raro, & *obbrutiſcere* Hamartigenia. HEINS. *Tremeſcunt* Mediceus, Regius, Mentelii prior, & multi alii.

Trap-

64 deſunt iiſdem. 65 ominanti Dan. 66 dicto Dan. 67 varietatem * Dan. 68 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 69 deſunt iiſdem. 70 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 71 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 72 fuerunt Dan. 73 ποταμοὶ & reliqua deſunt L. Voſ. R. ποταμῶν ἱερῶν Fabr. al. & ita Zenobius Cent. II. 56. ſed ille χωροῦσι ex Euripidis Medea, & Suidas qui ἱερῶν omittit. in metricis Proverbiis 225. eſt tantum ἄνω ποταμῶν. vide Eraſmum pag. 291. ubi dicit Servium admonere, ſubeſſe proverbium de re, neque veriſimili, neque conſiſtente, quae an in codice invenerit neſcio. BURM. 74 *quando Padus* Horatius. *Matini* Voſſ. *Matut ina* Steph. deeſt L. 75 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 76 deſunt iiſdem. 77 plenius Dan. 78 deſunt L. R. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

Artificis ſcelus, & formidine crimen acerbat.
Numquam animam talem dextra hac (abſiſte moveri)
Amittes: habitet tecum, & ſit pectore in iſto.
Nunc ad te, & tua magna, pater, conſulta revertor.
Si nullam noſtris ultra ſpem ponis in armis;
Si tam deſerti ſumus, & ſemel agmine verſo

Fun-

SERVII.

407. ARTIFICIS SCELUS. Nam ſceleratorum eſt, ſimulare formidinem. [79] [ACERBAT. Nomen ſine verbi origine: non enim facit *acerbo*.]

409. HABITET TECUM, ET SIT PECTORE IN ISTO. Peſſima [80] [& vilis] anima habitet in membris congruis: nam, TALEM vilem & peſſimam accipimus, quam nefas eſt perire [81] ea dextra, quae [82] [non inertes; ſed quae] viros fortes tantum conſuevit occidere: [83] [& hoc ad illud: *Licet arma mihi, &c.*]

410. CONSULTA REVERTOR. *Conſultor* eſt, qui conſulit; *conſultus*, qui conſulitur: *conſultum* vero, res ipſa, de qua quis conſulitur. [84] [Bene ergo *conſulta*, de quibus conſulis.]

411. SI NULLAM NOSTRIS ULTRA SPEM PONIS IN ARMIS. *Inſinuatione* utitur, id eſt, callido & ſubtili aditu ad perſuadendum: vult enim dicere, melius eſſe interire, quam pacem rogare: quod quia aperte non audet [85] dicere, latenter & paulatim ad hoc ſerpit. Namque inter *principium*, & *inſinuationem*, hoc intereſt, quod *principium*, eſt aperta rei enuntiatio; *inſinuatio* autem, ut diximus, eſt callida & ſubtilis oratio. IN ARMIS autem, aut [86] meorum, aut Latinorum omnium generaliter. [87] [Et ULTRA. Modo tempus ſignificat; alias locum.

412. SI TAM DESERTI SUMUS. [88] [Si ita valde: & hoc] propter Diomedem, qui ſolus negavit auxilia. [Ergo *deſerti, ab auxiliis* accipiendum.]

VARIORUM.

Trappius pro *tremuerunt* capit. vid. lib. VII. 363.

404. NUNC ET. *Et nunc* prior Hamburgenſis.

405. AUFIDUS. Lege *Appulus*. FABER. Sed refutat vir doctus in Obſerv. Miſc. Critic. Vol. I. p. 23. Obſervandum vero, hic Virgilium *amnem Aufidum* dicere. quod Geographi potius eſſe quam Poetae dicit Bentlej. ad Manil. III. 272. cui *amnis Nilus* non placet, & ut ſolet, Manilio obtrudit longe alia verba, ſine ulla MSſ. auctoritate. ergo nec *flumen Ganges* apud Ovid. V. Met. 47. tolerari deberet, nec *Frigidus amnis* apud Claudian. III. Conſ. Honor. 99. *Amnis ad Hadriacas* Parrhaſ. & Dorvill.

406. VEL CUM SE PAVIDUM CONTRA MEA JURGIA FINGIT. Quinctilianus hoc prolato verſu lib. IX. cap. 3. ἀρχαϊσμὸν deſignat, qui nunc nullus apparet. *alia commendatio vetuſtatis, cujus amator unice Virgilius fuit. vel cum ſe pavidum contra mea jurgia fingit.* Quapropter minimum abeſt, quin accedam Joh. Mario Matio, qui Annotat. in varios Auctores cap. XLIX. ſcribendum in Marone opinabatur, *contra mis jurgia fingit. mis* ſecundus caſus τῦ *ego* antiquus, teſte Feſto, quo vocabulo non ſemel utitur Ennius. certe idem Quinctilianus monet τὸ *mis* Virgilio uſitatum fuiſſe, quod in operibus ejus, quae ſuperſunt, fruſtra nunc quaeramus. verba Quinctiliani ſunt lib. VIII. cap. 3. *Cum ſint autem verba propria ficta, tralata, propriis dignitatem dat antiquitas. Nam & ſanctiorem & magis admirabilem efficiunt orationem, quibus non quilibet uſurus, eoque ornamento acerrimi judicii P. Virgilius unice eſt uſus. Olli enim & quianam & mis, & pone pellucent, & adſpergunt illam, quae etiam picturis eſt gratiſſima, vetuſtatis inimitabilem arti auctoritatem.* ſic Diomedes lib. I. dicit Maronem antiquitatis amantiſſimum eſſe. & de Virgilii archaiſmis vide Voſſ. Inſtit. Orat. IV. p. 15. HEINS. *Jurgia jactat* Bigotianus. & ita Quinctilian. vid. Toll. ad Longin. XXVII. Geſnerus archaiſmum in particula *vel* quaerit, & certum habet aliqua in Quinctiliano praeceſſiſſe de particulis, quae interciderunt.

407. ACER-

79 deſunt iisdem. ACERVAT Voſ. 80 deſunt & mox & vilem Dan. accipiamus idem. 81 mea dextra Dan. Fabr. 82 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 83 deſunt iisdem. 84 deſunt iisdem. 85 deeſt L. R. Voſ. Dan. al. latenter paulatim L. R. Voſ. Steph. 86 meis L. R. Voſ. Dan. omnium deeſt R. 87 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 88 deſunt iisdem. ſi ita, ſi valde, ſi hoc.

Digitized by Google

Funditus occidimus, neque habet Fortuna regreſſum;
Oremus pacem, & dextras tendamus inertis.
Quamquam, o, ſi ſolitae quidquam virtutis adeſſet,
Ille mihi ante alios fortunatuſque laborum,
Egregiuſque animi, qui, ne quid tale videret,
Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit.

Sin

SERVII.

413. NEQUE HABET FORTUNA REGRESSUM. Omnia, quae ſibi poſſunt objici, ponit; ſed cum ſolutionibus ſuis: nam & fortuna non eſt immutabilis: &, qui ſemel pellitur, iterum in praelium poteſt reverti: & ab auxiliis non ſunt penitus deſtituti: & in ipſorum exercitu eſt adhuc plurimum ſpei. Eſt autem ſyllogiſmus.

414. [90] [OREMUS PACEM. Argumentum ab honeſto. DEXTRAS TENDAMUS INERMES. Felicitatem rei verbis expreſſit.]

415. QUANQUAM O, SI SOLITAE QUIDQUAM VIRTUTIS ADESSET. Non ſe inertiae arguit; ſed queritur de virtute omiſſa per negligentiam. [91] [Et videtur voluiſſe dicere: ſi ſolitae quidquam virtutis adeſſet, nunquam ad hoc cogeremur; ſed reliquit.] O autem, dolentis eſt exclamatio, & intelligimus immoratam eſſe illic ejus orationem: nam exarſit dolore: quia aperte non potuit dicere, moriendum potius eſſe, quam hoſtes rogandos: quod tamen dixit, conferens ſe ad alias perſonas, & laudans eos, quibus contigit perire, ne iſta conſpicerent. [92] [Et ſervavit viri fortis perſonam, ut poenituerit eum dixiſſe: *Oremus pacem.*]

416. ILLE MIHI ANTE ALIOS. Utrum, generaliter *ille*, pro, quicumque occubuit, accipiendum eſt, an Mezentius? Et] [93] [ANTE ALIOS, melior, omnibus praeferendus.] FORTUNATUSQUE LABORUM. Sicut: [94] *Laetatus laborum:* & eſt Graecum: εὐτυχεῖς τῶν πόνων.

417. [95] [EGREGIUS ANIMI. Figurate dixit.] TALE VIDERET. Te laudare, vel hoſtes rogare: vel, quod latenter inſinuat, tradi alteri ſibi ante [96] deſponſitam. [97] [Ideo & media dicta, quoniam res ejus agebatur, ne quid tale videret poſuit: quis enim eum ferret, dicentem moriendum potius, quam de nuptiis ejus mutandum?]

418. SEMEL ORE MOMORDIT. *Semel*, cito, confeſtim, id eſt, qui tota mortis celeritate conſumptus eſt, [98] [quaſi nihil ultra paſſurus.] Vulnerati autem ſolent vel terram, vel arma mordere, ne dolorem eorum [99] indicet gemitus. Lucanus de Pompejo VIII. 616. *Timuit,* [1] *ne quas effundere voces Vellet, & aeternam fletu corrumpere famam.* [2] [Et eſt Homeri hemiſtichium Iliad. B. 418. Ὀδὰξ ἑλ λαζοίατο γαῖαν.

VARIORUM.

407. ACERBAT. In nonnullis codicibus *acervat:* ſed pro vulgata ſcriptura recte ſtat, Pierius. HEINS. *Acervat* Francian. Dorvil.

408. DEXTRA HAC. *Dextra ac aſſiſte* Dorvil.

410. MAGNE PATER CONSULTA. *Magna conſulta* Moretanus ſecundus, quod mihi ſe probat: confirmatur & a Gudiano, Menagiano priore, & Sprotiano. ſic infra 469. *magna incepta Latini* habemus. mox *ſimul agmine verſo* Gudianus. HEINS. *Ad te, tua magne* Mentelii primus. *revertar* Leidenſis.

412. DESERTI. *Deſerto* Hugenianus. *& ſi ſemel* alter Hamburg. *ſimul* Gudianus, Ed. pr.

413. NEC HABET. *Neque* ex ſcriptis. praeterea *recurſum* Leidenſis. *regreſſus* in altero Hamburgico. HEINS Vid. ad Ovid. VI. Met. 450.

414. DEXTRAS TENDAMUS INERMES. *Inertis* membranae meliores ex noſtris & Pierianis. quod mihi vulgata ſcriptura nervoſius videtur, & plus artificii prae ſe ferre. agnoſcit & eamdem ſcripturam

89 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 90 deſunt iisdem. 91 deſunt iisdem. 92 deſunt iisdem ad *Ante* ỳ. 416. 93 deſunt Dan. 94 *bonorum* Baſil. *laetorve malorum* Voſſ. quod verum puto. nam occurrit ſupr. ỳ. 280. *laeta laborum* L. R. Steph. quod quidem occurrit ſupr. ỳ. 73. ſed hic agitur de verbo, aut ejus participio. Graeca deſunt L. Voſ. R. εὐτυχεῖ Fabr. al. 95 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 96 deſponſam R. Dan. Fabr. 97 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 98 deſunt iisdem. 99 indicent Steph. 1 ne qua voces effundere vellet aeternam R. pro *timuit* eſt in Lucano *continuitque animam.* 2 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad ỳ. 420. Baſil. ỳ. 419.

Sin & opes nobis, & adhuc intacta juventus,
Auxilioque urbes Italae, populique ſuperſunt;
Sin & Trojanis cum multo gloria venit
Sanguine; ſunt illis ſua funera, parque per omnis
Tempeſtas; cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?

Mul-

SERVII.

419. ADHUC INTACTA JUVENTUS. Non, [3] quae pugnavit; ſed de qua adhuc delectus habendus eſt.]

420. URBES ITALAE. Quia Diomedes peregrinus fuerat: nam hoc dicit: Habemus robur Italum, non Graecum militem, inertem & diſſolutum. SUPERSUNT. Superabundant, adſunt ultra quam bella depoſcunt.

421. SIN ET TROJANIS CUM MULTO GLORIA VENIT SANGUINE. Mire agit, poſt confirmatas partes ſuas, Trojanorum [4] integras vires imminuens. Quid enim proderat dixiſſe, quod [5] ſupereſſent Latinis alia auxilia, ſi etiam & Trojanorum integrae vires eſſe probarentur? [6] Ergo, *cum multo gloria venit ſanguine:* [7] ac ſi diceret: Non eſt judicanda victoria, quae per immenſa detrimenta contingit: unde laudat [8] Salluſtius duces, qui victoriam incruentato exercitu reportaverunt.

422. SUNT ILLIS SUA FUNERA. Id eſt, Trojanis. Legitur & ILLI: & aut *Aeneae* intelligimus: aut adverbium loci eſt, pro, *Illic:* ut in ſecundo 661. *Patet iſti janua letho*, pro, iſtic. PARQUE PER OMNES TEMPESTAS. Sic alibi VII. 222. *Quanta per Idaeos ſaevis emiſſa Mycenis Tempeſtas ierit campos:* nam bello crebro comparat tempeſtatem.

423. INDECORES. *Decor*, *decoris* facit, ſicut *auctor*, *auctoris*; *decus*, *decoris*, ſicut [9] *pecus*, *pecoris:* ſimiliter facit in compoſitione, *indecor*, *indecoris*, *indecus indecoris*. Ergo in neutro, co brevis eſt; in maſculino producitur: unde apparet, Syſtolen feciſſe Virgilium: nam *indecores*, nominativus eſt pluralis a maſculino, ab eo, quod eſt, *indecor:* nam non poteſt *hic indecus* [10] facere: neutrum enim, [11], US terminatum, maſculinum ex ſe [12] facit. Aut certe dicamus, *indecores*, declinationem eſſe, cujus nominativus ſingularis non invenitur. IN LIMINE PRIMO. Quaſi in ipſo initio & [13] aditu infelicitatis: & ad illud reſpexit, quod ſupra dixerat: *Et ſemel agmine verſo Funditus occidimus.*

VARIORUM.

ram Donatus. Silius lib. XIII. ex optimis membranis Colonienſibus:

Nunc age quod ſupereſt, cur non melioribus aevi
Ducimus auſpiciis? dextras jungamus inermes.

ubi pari modo peccatur. HEINS. Vid. lib. X. 595. & inf. 672. *reddemus* Zulichemius a manu prima. in Servio forte legendum *foeditatem rei verbis expreſſit*, pro *felicitatem*, quae huc nihil facit.

416. LABORUM. *Malorum* alter Hamburgicus.

418. HUMUM SEMEL ORE MOMORDIT. *Memordit* ex nonnullis ſuorum Pierius notat. quomodo

3 forte legendum, quae non pugnavit. ſcilicet antea in aliis bellis jam militaverant, ſed ad hoc bellum nondum citati erant, nam ſi rudes bellorum & tyrones fuiſſent, qui exercitatis Trojanis opponerentur, qua ſpecie his opibus jactare ſe potuiſſet Turnus? ſic *intactus Britannus* Horat. Ep. VII. id eſt qui quidem antea militaverant, & nondum a Romanis bellis erant imperiti. & eodem ſenſu *intacti Umbri* Floro I. 17. & ita ſaepe alii. BURM. 4 deeſt L. R. Voſ. Steph. al. 5 ſuperent Baſil. 6 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. & nova nota incipit. 7 Acquiſita convenit * & hoc eſt unde laudat &c. Dan. contigit L. R. Baſil. Fabr. 8 haec retulerunt inter incerta Salluſtii fragmenta, & habet Iſidorus lib. XVIII. 2. ubi *deportaſſe* pro *reportaſſe* legitur. in Regio codice hic erat, *incruentato* exercitu. quod poſſet Salluſtianum videri. & apud Tacitum & Ovidium occurrere Lexica docent. *incruentam victoriam* quidem dicit Salluſtius Catil. LVIII. & LXI. ubi videndus Cortius. ſed aliud eſt victoria incruenta, aliud *exercitus incruentatus*, qui an incruentus dici poſſit, dubito. homo, enſes, loca & ſimilia cruentantur, non victoria. quare & apud Tacit. IV. Hiſt. 37. *nec incruentati* retinendum puto. qui & lib. I. Hiſt. 58. *qui ſe ſanguine Capitonis cruentaverant*. & ita Cicero & alii: revocavimus ergo antiquam lectionem, quam & antiquae Edd. Steph. & Baſil. exhibent. BURM. 9 pectus pectoris Steph. 10 dici Steph. 11 in ius Steph. Fabr. al. 12 non facit L. 13 ad initium Voſ.

Multa dies variique labor mutabilis aevi
Retulit in melius: multos alterna reviſens
Luſit, & in ſolido rurſus Fortuna locavit.
Non erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi.
At Meſſapus erit, felixque Tolumnius, & quos

Tot

SERVII.

425. MULTA DIES. Illi rei vehementer incumbit, quia dixerat: *Neque habet fortuna* [14] [*regreſſum:* dicens fortunam] tam labores, quam felicitatem, pro [15] temporum qualitate mutare. DIES autem, tempus. [Quidam ſane non, *dies multa*, accipiunt; ſed *multa rettulit in melius:* & varia, non ut ipſum varium ſit, ſed ut fortuna ejus.]

427. LUSIT. Decepit, ut I. 407. *Quid natum toties crudelis tu quoque falſis Ludis imaginibus?* ET IN SOLIDO RURSUS FORTUNA LOCAVIT. [16] Subaudis & eſt ſenſus, multos in ſolidum revocavit oppreſſos, & paulo ante derelictos; luſit vero, & decepit felices.

428. NON ERIT AUXILIO NOBIS AETOLUS, ET ARPI. Redit ad rem: [17] quia occurrebat: Sed negantur auxilia. *Aetolum* autem dicendo, ejus vires ex Graecae gentis commemoratione debilitat, [18] [ut oſtendat, plus eſſe in Meſſapo ac Tolumnio, ſi Diomedes, & infelix, & alienus finibus, commemoraretur.]

429. AT MESSAPUS ERIT, FELIXQUE TOLUMNIUS. Bene [19] duo junxit, quae quaeruntur in bello, fortitudinem, & felicitatem: nam de Meſſapo jam legimus VII. 692. *Quem neque fas igni cuiquam, nec ſternere ferro.* Utrumque autem contra Diomedem [20] dixit, quem dicendo Graecum, inertem ſignificavit. Infelicitatem vero ejus ſupradicta legatorum verba teſtantur. [21] [Opportune ergo hic *felix*, quod Diomedi nec poſt victoriam contingit.]

VARIORUM.

do Gellius lib. VII. cap. 9. monet Tullium & Caeſarem dixiſſe, *memordi*, *pepugi*, *ſpepondi*. idque codex Leidenſis ex noſtris confirmat vide Voſſium de Analog. lib. III. cap. 19. HEINS. *Simul* Zulichemius a manu prima. & Ed. Venet.

419. SIN ET. *Quin &* Montalbanius pro varia lectione. *ſunt & opes* Ed. Venet. & Dorvil. a m. ſec.

420. SUPERSUNT. Servii explicationem veram adſtruunt illa quae adtuli ad Ovid. II. Triſt. 69. & ad Val. Flac. V. 237.

422. ILLI. Pro *illic*, in parte ſcilicet adverſaria; antiquum adverbium eſt. FABRIC. *Suntque illis* princeps Vaticanus. quod probum eſt, etiam agnoſcente Pierio. ſed conjunctionem frequenter omittit Maro. Monet Servius in nonnullis exemplaribus legi *ſunt illi*. quod editiones quaſdam occupavit. HEINS. *Sint illis* prior Hamburgicus. Heinſius corrigebat *ſin. illi* Leidenſis a manu prima. & ita edidit Dan. Heinſ. *vulnera* Bigotianus.

424. DEFICIMUS. *Deficimur* Montalbanius, eleganter. vide quae notamus ad Epiſt. V. Naſonis 150. HEINS.

425. VARIUSQUE LABOR MUTABILIS AEVI. *Varii aevi* Mediceus, prior Menagianus, Montalbanius, etiam Mentelianus prior a manu prima, & Gudianus pro diverſa lectione. ex Pierianis princeps quoque Vaticanus, nec pauci alii. ſed vulgatam Nonius agnoſcit in *relatum*, & Macrobius lib. VI. Saturn. cap. 2. deinde *multoſque alterna reviſens*, non *multos*, Mediceus a manu ſecunda. perperam. dein Scholiaſtes Horatii Crucquianus *multos mutata reviſens* ad lib. I. Od. 34. HEINS. *Variiſque* Dorvill. *alterna recuſos* Francian.

426. ALTERNA REVISENS. Acron (ad Horat. I. 34) legit, *multos mutata*. altera lectio magis exprimit Graecam vocem ἀλλοπρόσαλλος, quod Fortunae & Martis eſt Epitheton. Horat. de Fortuna I. Od. 34.

Praeſens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel ſuperbos
Vertere funeribus triumphos.

FABRIC.

427. IN SOLIDO. *Solito* ſecundus Rottendorphius.

14 deſunt R. 15 temporis Dan. Fabr. 16 ſubaudis *multos* & eſt ſenſus, in ſolidum Steph. & Baſil. niſi quod ſubaudit & *multos*. ſubaudis *multos*, nam in L. Voſ. R. ſubaudit & *multos*: nam Dan. Fabr. 17 quae occurrebat L. Voſ. 18 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 19 deeſt L. 20 dixit L. Voſ. R. Fabr. 21 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Tot populi miſere duces. Nec tarda ſequetur
Gloria delectos Latio & Laurentibus agris.
Eſt & Volſcorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentis aere catervas.
Quod ſi me ſolum Teucri in certamina poſcunt,
Idque placet, tantumque bonis communibus obſto:
Non adeo has exoſa manus Victoria fugit,
Ut tanta quidquam pro ſpe tentare recuſem.
Ibo animis contra: vel magnum praeſtet Achillem,

Facta-

SERVII.

430. NEC TARDA SEQUETUR GLORIA. Liprotes figura: minus enim dixit quam voluit: nam hoc [22] ſignificat: Latina pubes celerrime victoriam adipiſcetur, [23] quam vix Graeci poſt decennium ſunt adepti.

432. EST ET VOLSCORUM EGREGIA DE GENTE CAMILLA. Ut in ſeptimo, [24] ſegregat eam a virorum multitudine: & quoniam a ſexu non poteſt, laudat ex gente. [25] [Et vult oſtendere de viris amplius ſperandum, ſi & foemina dimicaret: aut ut Dranci exprobaret, puellam non metuere Trojanos, quos Diomedes timeret & Drances.]

434. QUOD SI ME SOLUM TEUCRI IN CERTAMINA POSCUNT. Quia audivit: *Illum aſpice contra, Qui vocat:* etiam utitur ductu: nam oblique promittit, ſe ſingulari certamine dimicare velle, cum nolit. Similiter etiam in duodecimo [26] 15. agit, dicens inriſorie: *Sedeant ſpectentque Latini.*

435. [27] [IDQUE PLACET. Hinc apparet, eum nolle pugnare: ſi placet, inquit, vobis hoc fieri, quod hoſtis poſtulat.] TANTUMQUE BONIS COMMUNIBUS OBSTO. Et in tantum obſum commodis publicis, ut niſi ſolus dimicavero, concidat univerſa reſpublica: [28] [& imputat tanquam hoc faciat, quod pro omnibus facturus eſt.]

436. NON ADEO. Non multum: nam verecunde dicit adſuetam manibus ſuis eſſe victoriam. [29] [Et bene MANUS, per quas fit ipſa victoria; & contra *manus dare* dicuntur, qui dedunt ſe victi.]

437. TANTA PRO SPE. Ut ſolus [30] dicar ſervaſſe rempublicam: vel ſpe matrimonii.

438. IBO ANIMIS CONTRA. Ac ſi diceret, [31] *Si deſunt corporis vires:* [32] [commendat autem gratiam certaminis; ne invitus videatur adduci.] VEL [33] MAGNUM PRAESTET ACHILLEM. Et *praeſto illum*, id eſt, melior illo ſum; & [34] *praeſto illi* dicimus Cicero in Caeſarianis: pro Dejotar. IV. *Tanto ille ſuperiores vicerat gloria, quanto tu omnibus praeſtitiſti.*

VARIORUM.

phius. & Dorvil. a m. ſec. *ſolio* Zuliehemius & Parrhaſ.

429. TOLUMNIUS. *Tolonius* Parrhaſ.

430. NEC TARDA. Haec Servii lectio eſt, quam eſſe incorruptam arbitror. FABRIC. *Parva* ſcripti omnes noſtri, niſi quod in Menagiano pro diverſa lectione *tarda* eſt adſcriptum. *tarda* etiam in Veneto occurrebat. HEINS. *Nec tanta* Excerpta noſtra. *ſequentur* Bigotianus.

431. DELECTOS. *Dejectos* Moretanus tertius, uterque Hamburgicus, tertius Rottendorphius, Montalbanius, tum & prior Mentelius a prima, Gudianus a ſecunda manu. ut ad Trojanos referatur. HEINS. Ita & Pariſinus. in Mediceo hic verſus poſtponebatur ſequenti. *delectas* Parrhaſ.

433. ET

22 ſignificavit Steph. 23 quamvis Voſ. 24 ſegreget Dan. ſegregatam e. a. v. m. effecit Baſ. ſegregam... efficit L. ſegregem... efficit Voſ. R. vox inferioris Latinitatis v. Savar. ad Sidon. Apoll. lib. v. Epiſt. 12. 25 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 26 ait L. R. Steph. Fabr. al. 27 deſunt L. R. Steph. al. 28 deſunt iisdem. 29 deſunt iisdem. 30 dicam pro ſpe publica, vel ſpe Matr. Dan. dicar ſervaſſe rempb. reliquis omiſſis L. R. Voſ. & Steph. dicatur Baſil. dicat. 31 deeſt R. Steph. al. 32 deſunt R. L. Voſ. Steph. al. 33 VEL etiam. MAGNUM L. R. Voſ. 34 ad 1. Aen. 131. legitur *praeſto illo.*

Factaque Volcani manibus paria induat arma
Ille licet. Vobis animam hanc ſoceroque Latino
Turnus ego, haud ulli veterum virtute ſecundus,
Devovi. Solum Aeneas vocat. Et, vocet oro.
Nec Drances potius, ſive eſt haec ira deorum,
Morte luat: ſive eſt virtus & gloria, tollat.
Illi haec inter ſe dubiis de rebus agebant
Certantes: caſtra Aeneas aciemque movebat.

Nun-

SERVII.

439. VULCANI MANIBUS PARIA INDUAT ARMA. [35] [Bene addidit paria: nam etiam Aeneas habuit] arma Vulcania. [36] [Et mire, quaſi falſum ſit, Aeneam habere arma Vulcani:] licet [37] poſſimus dicere quod hoc Turnus ignoret; [38] quod tamen non valde idoneum comprobatur.

440. VOBIS ANIMAM HANC, SOCEROQUE LATINO. Bene ſibi & favorem conciliat populi, & a ſoceri nominis praejudicio Latini implicat voluntatem.

441. [39] [TURNUS EGO. Quem Drances contemnit.] ULLI VETERUM VIRTUTE SECUNDUS. Dicimus & *ſecundus illi*, & *ſecundus ab illo*.

442. [40] [SOLUM AENEAS VOCAT. Contra illud: *Illum aſpice contra, Qui vocat.*]

443. NEC DRANCES POTIUS, SIVE EST HAEC IRA DEORUM, MORTE LUAT: SIVE EST VIRTUS ET GLORIA, TOLLAT. Senſus obſcure quidem [41] dictus, ſed facilis, & qui de uſu nunquam [42] recedat: nam ita [43] irati de inimico dicere conſuevimus: *Abeat, nec bonis meis nec malis rebus interſit: nolo ſit aut meae particeps gloriae, aut* [44] *in me invidiam ex infelicitatis communione commoveat.* Sicut nunc de Drance dicit: *Sive eſt haec ira deorum, morte luat:* id eſt, [45] Si pereundum eſt iracundia Deorum, nolo invidiam ſuſtinere, ſi Drances forte pariter moriatur. Si vero me gloria & virtus comitabuntur, nolo ignavus felicitatis alienae ſit particeps: ſi, dum meis pugnat auſpiciis, forte [46] ſuperaret. [47] [Alii ſic accipiunt: *Sive eſt haec ira deorum*, uter, inquit, eventus ex hac pugna ſequetur, vel ira deorum, ſi vincar, vel gloria, ſi vicero, mihi potius quam Dranci adſcribatur. Alii ſic: Nec Drances potius, ſi pereundum eſt, ira deorum pereat; aut, ſi vincendum eſt, gloriam conſequatur.]

445. [48] [ILLI HAEC INTER SE. Aut communiter Latini, aut Drances & Turnus.] CASTRA AENEAS ACIEMQUE MOVEBAT. Id eſt, ducebat exercitum, ut III. 519. *Nos caſtra movemus.* Lucanus v. 375. *Brundufium* [49] *decimis jubet hanc attingere caſtris*, id eſt, decima deductione.

VARIORUM.

433. ET FLORENTIS. *Et* deeſt Dorvil.

434. QUOD SI. Ita & Sprotianus. *Quos ſi* Hugenianus. *in certamine* Mentelii prior & Francianus. v. ſup. ỳ. 221.

439. PARIA. *Patria* Dorvill. & Zulichemius a manu ſecunda. *ille libet* Bigotianus. *illa licet* primus Moreti. *ire licet* Parrhaſ.

442. DEVOVEO *Devovi* ex ſcriptis omnibus & Donato. HEINS. *Devovi* etiam Serv. ad XII. 234. *Aeneas ſolum* alter Hamburgenſis.

Ibid. AENEAS VOCAT? ET VOCET OPTO. Diſtinctio iſta repetitionem facit haud paullo vehementiorem. FABRIC.

Ibid. ORO. *Orat* Hugenianus. *omen* ſecundus Rottendorphius.

443. IRA.

35 deſunt L. R. 36 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 37 poſſumus d. q. h. T. ignoraret Baſil. poſſimus Dan. & Fabr. etiam. 38 tamen valde idoneum comp. L. quod tamen hoc v. i. c. R. non tamen hoc v. i. c. Steph. al. 39 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 40 deſunt iidem. 41 datus Dan. Fabr. 42 recedit Dan. 43 irati dicimus Dan. irati dicere conſuevimus L. Voſ. R. irati de inimico dicimus Fabr. 44 mihi Dan. 45 ſi periturus ſum, nolo L. Voſ. R. Dan. Fabr. al. 46 ſuperaret R. Dan. Fabr. 47 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 48 deſunt iidem. 49 denis L.

Nuntius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit, magniſque urbem terroribus inplet:
Inſtructos acie Tiberino a flumine Teucros,
Tyrrhenamque manum totis deſcendere campis.
Extemplo turbati animi, concuſſaque volgi
Pectora, & adrectae ſtimulis haud mollibus irae.
Arma manu trepidi poſcunt: fremit arma juventus.
Flent maeſti muſſantque patres. Hic undique clamor
Diſſenſu vario magnus ſe tollit in auras.
Haud ſecus, atque alto in luco cum forte catervae
Conſedere avium, piſcoſove amne Paduſae

Dant

SERVII.

453. [50] [ARMA MANU. Nam praeter vocem, geſtum etiam flagitantis expreſſit, nec eſt ſuperfluum, *manu*, ut quidam volunt.] FREMIT ARMA JUVENTUS. [51] [Expetit: & abſolute,] id eſt, [51] * fremebant arma: [52] & militaris vox eſt.

454. MUSSANT. Modo, queruntur.

455. DISSENSU VARIO. Alii enim Turni dicta; alii Drancis probabant.

457. PISCOSOVE AMNE PADUSAE. *Paduſa*, pars eſt *Padi*: nam *Padus* licet unus ſit fluvius, habet tamen fluenta plurima, e quibus eſt *Paduſa*, quae quibuſdam locis facit paludem, quae plena eſt [53] cygnorum. [54] [Alii *Padum* tribus fontibus naſci dicunt, ex quibus [55] ſumſit vocabulum *Paduſa*, qui diffuſus in modum ſtagni in amnem digeritur: nam ideo, *per ſtagna loquacia*. Alii partem fluminis *Padi*, in quam deſcenditur foſſa. Valgius in Elegis: *Et placidam foſſae qua jungunt ora Paduſam, Navigat Alpini flumina magna Padi*. Ceterum illud incongruum eſt, *Paduſam* foeminino genere juxta veteres *Padum* dictum. Titinius in Setina: *Vidiſtin' Tiberim? vidi, qui illam derivet beaverit agrum [56] Setinum.*]

VARIORUM.

443. IRA. *Cura* Montalbanius. *haec eſt* Francianus.

444. TOLLAT. Referat fructum & laudem. ita *tollere* ex agris. vid. ad Ovid.

445. ILLI. *Olli inter ſeſe dubiis* Ed. pr.

Ibid. DUBIIS. *Variis* Parrhaſianus. forte, *dubiis dum rebus agebant*.

446. ACIEMQUE. *Acieque* Venetus. *vocabat* Oudartii pro varia lectione.

Ibid. MOVEBAT. *Movebant* Dorvil.

447. TECTA. *Caſtra* ſecundus Moreti.

448. INPLET. *Implent* Hugenianus. *magnis urbem* Parrhaſ.

449. INSTRUCTOS ACIE. *Aciem* Voſſianus alter eleganti Graeciſmo. dein *Tiberino flumine* ſine praepoſitione Mediceus, ſed ſecunda manu erat additum τὸ *a*. HEINS.

450. DESCENDERE. *Decedere* Hugenianus.

451. CONCUSSAQUE. *Confuſaque* Parrhaſ.

453. MA-

[50] deſunt iiſdem. [51] * fremebant, *arma*, *arma* & L. R. Voſſ. & Edd. antiqq. quam eſſe veram lectionem ex Sidonii Panegyr. Avi i 260. *& arma*, *arma fremit* apparet, quem adduxit Heinſius ad Ovid. XI. 377. ubi vide plura. Fremebant *ad arma*. ARMA Mil. v. e. Baſil. nec hoc, ſi continuato ordine legantur, praeter conſuetudinem loquendi. Florus II. 15. *conclamatum eſt, ad arma*. & ita alii ſaepe. *arma* vero ſeparari debere a *fremebant*, docet Servii *abſolute*. id eſt non regit hic *fremebant* caſum accuſativum *arma*, ſed fremebant hoc modo, *arma*, haec erat vox & fremitus omnium. male Fabr. *fremebant* ob arma. [52] deſunt iiſdem. [53] eſcarum R. [54] deſunt iiſdem. [55] ſumſit vocabulum Paduſa. ita Dan. ſed *Paduſae* legit Cloverius. & ideo corruptum locum credens, & conferens cum Iſidoro, legit, *ex quibus unî eſt vocabulum Paduſae*. vid. Ital. Ant. lib. I. cap. XXXV. pag. 396. quem hic compilat Maſvicius ex judicio Ryckii. [56] *ſentinum* Dan. hos fragmentum non vidi in Stephani fragmentis veterum Poetarum.

Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia cycni.
Immo, ait, o cives, adrepto tempore, Turnus,
Cogite concilium, & pacem laudate ſedentes:
Illi armis in regna ruant. Nec plura locutus
Conripuit ſeſe, & tectis citus extulit altis.
Tu, Voluſe, armari Volſcorum edice maniplis:
Duc, ait, & Rutulos. Equitem Meſſapus in armis,
Et cum fratre Coras latis diffundite campis.
Pars aditus urbis firment, turreſque capeſſant:
Cetera, qua juſſo, mecum manus inferat arma:

Illi-

SERVII.

458. PER STAGNA LOQUACIA CYGNI. In quibus habitant cygni loquaces. RAUCI autem, τῶν μέσων eſt: nam modo canoros ſignificat; alias [57] vocis peſſimae. Juvenalis: *Rauci Theſeide Codri.* Sicut *venenum*, & de bono & de malo dicitur; [58] *odor*, & *bonus* & *malus* vocatur.

459. ARREPTO TEMPORE. [59] Hic, inventa opportunitate, [60] [id eſt, occaſione.]

460. COGITE CONCILIUM. Drancis vitium omnibus exprobrat, quod belli tempore in curiam conveniant, ut: *Larga quidem ſemper, Drance, tibi copia fandi, Tum cum bella manus poſcunt.*] SEDENTES. Pigri, ut II. Georg. 244. *Immunisque ſedens aliena ad pabula fucus:* [61] [vel *ſedentes*, invidioſe, ut XII. 15. *Sedeant ſpectentque Latini.*]

463. ARMARI EDICE. Figura eſt, dic ut armentur, verbum verbo junxit, ut I. Aen. 79. *Tu das epulis accumbere divum.* EDICE autem, plenus eſt imperativus: [62] nam ab omnium conjugationum infinito detracta ultima ſyllaba fit imperativus: ut *amare*, *ama*; *docere*, *doce*; *legere*, *lege*; *audire*, *audi*. Cum autem *fac* vel *dic* dicimus, Apocopen verba patiuntur, [63] [ex *face*, *dice*. Cum poſuit *edice*, expreſſa feſtinantis oratio, qua Turnum non praedixit locuturum.] MANIPLIS. Ars quidem exigebat ut MA haberet accentum: [64] NI enim longa quidem eſt: ſed ex muta & liquida: quod quotiens fit, [65] tertia a fine ſortitur accentum, ut *latebrae*, *tenebrae*. Tamen in hoc ſermone, ut ſecunda a fine accentum habeat, uſus obtinuit. MANIPLIS. Signiferis: qui ſecundum antiquum morem in legione erant triginta: legio autem habebat [66] decem cohortes, ſexaginta centurias: licet in his rebus acceſſu temporis ducum varietas ſemper mutaverit militiae diſciplinam.

464. [67] EQUITEM MESSAPUS IN ARMIS, ET CUM FRATRE CORAS LATIS DIFFUNDITE CAMPIS. *Equitem in armis*, id eſt, armatum: nam figura eſt. *Meſſapus* autem ut diceret, vitavit ὁμοιοτέλευτον nam vitioſum erat: *Voluſe, edice, Meſſape.* Ergo *Meſſapus*, aut antiquus vocativus eſt, ut VIII. 77. *Heſperidum fluvius regnator aquarum.* Item: *Socer arma Latinus habeto*: aut certe nominativus eſt pro vocativo: quamquam poſſit etiam nominativus eſſe, ut ſit: Meſſapus & Coras equitem diffundite, pro diffundant: melior tamen eſt ſenſus ſuperior.

465. CUM FRATRE CORAS. Scilicet [68] Catillo: nam legimus VII. 672. *Catilluſque, acerque Coras, Argiva juventus.*

467. QUA JUSSO. Pro, [69] *qua juſſero:* & eſt antiquum.

468. ILI-

57 voces peſſimae R. 58 ut odor malus & bonus voc. Steph. al. 59 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 60 deſunt iiſdem. 61 deſunt iiſdem. 62 in omnium conjugationum verbis infinito modo detrahe ultimam ſyllabam, & ſi Dan. Fabr. detracta *re* ſyllaba Voſ. Steph. *re* ultima ſyll. Baſil. 63 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 64 ni longa q. eſt. ſed eſt ex. Steph. ni longa quidem, ſed ex R. enim omittunt etiam L. Voſ. 65 tertia ſyllaba Dan. Fabr. 66 ſeptem L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. ſex Baſil. Maſvicius decem repoſuit ex meliori ſententia antiquariorum. 67 EQUITES & mox, Equites in armis, id eſt armatos Steph. 68 cum Catillo Steph. Fabr. al. 69 vide Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. XII. 175.

Digitized by Google

Illicet in muros tota diſcurritur urbe.
Concilium ipſe pater & magna incepta Latinus
Deſerit, ac triſti turbatus tempore differt:
Multaque ſe incuſat, qui non acceperit ultro
Dardanium Aenean, generumque adſciverit urbi.
Praefodiunt alii portas, aut ſaxa ſudeſque

Sub-

SERVII.

468. ILICET. Confeſtim, ilico, [70] quod ne diceret, metri neceſſitas [71] facit: nam *ilico* dicimus.

469. MAGNA INCEPTA. Quia de pace cogitabat, quae impleri non potuit.

470. MULTAQUE SE INCUSAT. Pro, *multum*. Et eſt Graeca figura.

472. GENERUMQUE ASCIVERIT URBI. Id eſt, propter urbem, [72] [quantum de praeſentibus rebus colligebatur.] Lucanus de Catone II. 388. *Urbi pater eſt, Urbique maritus. Gener* autem ideo dicitur, [73] quia ad augendum genus adhibetur.

473. PRAEFODIUNT ALII PORTAS. Id eſt, ante portas [74] foſſas faciunt: [75] [hoc enim eſt, quod ſupra dixit: *Pars aditus urbis firment:*] quae res nimiam [76] indicat deſperationem.

VARIORUM.

453. MANUS. *Manu* in ſcriptis. niſi quod Voſſianus alter, *metu*. Fors ſit ut Maro ſcripſerit, *manus trepidae*. HEINS. *Non mollibus* Bigotianus. *mollibus aures* Montalbanius. *arreptae* Zulichemius. mox *hinc undique* plures. *ſic undique* Dorvill. *Diſſeſſu* tertius Rottendorphius.

455. IN AURAS. *Ad auras* Mediceus. HEINS.

456. IN LUCO. *In* deeſt Excerptis noſtris. pro *forte*, *fronte* alter Hamburgicus. *confidere* Hugenianus & tertius Mentelii. *piſcoſoque* Leidenſis, Mentelii prior & ſex ſeptemve alii. *piſcoſaeve* Oudartii.

457. AVIUM. *Amni* Parrhaſ. *confidere* Regius.

458. LOQUACIA. *Liquacia* primus Moretanus, de quo vocabulo dictum a nobis ad Naſonianum Amoris Remed. *ſtagna ſonantia* in Sprotiano. lib. IX. 679. *liquentia flumina* habuimus. ſed & *nivei cygni*, non *rauci*, in Moretano quarto occurrebat. HEINS. *Nivei* etiam Vratiſlavienſis. *liquentia* Bigotianus & Ed. Venet. *loquentia* Codd. apud Serv. ad VIII. Ecl. 22. *liquencia* Dorvill. vid. H. Steph. Diſſ. de Criticis p. 74.

459. O CIVES. *O juvenes accepto* Scholiaſtes Statii lib. VII. Theb. 612. HEINS.

460. SEDENTES. *Sequentes* Bigotianus. *&* deeſt quarto Moreti.

461. RUUNT. *Ruant* praetulerim, quod in nonnullis ſuorum Pierius exſtare monet, quamquam pro vulgata ſcriptura digladiatur ipſe. ſed *ruant* ex noſtris etiam Hamburgicus prior, & alter Voſſianus, cum Schefferio & Leidenſi. *in tecta ruunt* legitur apud Scholiaſten Statii lib. Theb. VII. 612. HEINS. Et ita Ed. Mediol. *ad tecta ruunt* Ed. pr.

463. TU, VOLUSE. *Tum Volſce* Ed. Venet. *Tu Volſce* Dorvil. & Ed. Mediol.

Ibid. EDICE *Dice* alter Hamburgicus. *dux*, *ait* Venetus. *dixerat* Bigotianus.

464. EQUITES. *Equitem* Mediceus, Menagianus prior, Sprotianus, Moretani primus, & tertius, alter Mentelius, ſecundus tertiuſque Rottendorphii. quod & Poëticum magis & hic concinnum videtur, ne conſtruatur cum voce praecedenti *Rutulos*. infra,

Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe ſignis.

ſupra lib. X.

Jam loca juſſa tenent Arcas eques.

praeterea Gudianus a manu prima verſu praecedenti *edice maniplos*. tum & alter Hamburgicus, *tectis ſeſe expulit altis*. HEINS.

465. DIFFUNDITE. *Effundite* Francianus.

466. FIRMENT. *Firmet* Menagianus alter. etiam Gudianus a manu prima, Mentelius alter a ſecunda. ſed & idem Gudianus & Mediceus, *capeſſat*. HEINS. *Firmant* prior Hamburgicus & Venetus, qui & *capeſſunt* habet. *firmet* & *capeſcet* Ed. pr. *capeſſant* Ald.

467. QUA

70 quod ni Dan. quod ut Comm. & Emm. 71 fecit L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 72 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 73 dicit Steph. 74 foras R. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 76 indicabat Dan. Fabr.

Digitized by Google

Subvectant: bello dat ſignum rauca cruentum
Buccina. Tum muros varia cinxere corona
Matronae puerique: vocat labor ultimus omnis.
Nec non ad templum ſummaſque ad Palladis arces
Subvehitur magna matrum regina caterva,

Do-

SERVII.

474. BELLO DAT SIGNUM RAUCA CRUENTUM BUCCINA. [77] *Buccinam* bene *bello* dat: nam buccina inſonans ſollicitudinem ac bella denuntiat. Sic in ſeptimo 519. *Qua buccina ſignum Dira dedit.* Praelium autem tubae indicant, ut IX. 503. *At tuba terribilem ſonitum procul aere canoro Increpuit.*

476. [78] [MATRONAE. Nunc foeminae. Quidam ſane arbitrantur, inter *matronam* & *matremfamilias* hoc intereſſe, quod *matrona* dicatur prima pueri mater; *materfamilias*, quae plures peperit. Alii hoc putant rectius: *matronam* dici, quae in matrimonium cum viro convenerit, & in eo matrimonio manſerit, etiam ſi liberi nondum fuerint: dictam matris nomine, ſpe atque omine: unde & matrimonium dictum; *Matrem* vero *familias*, eam eſſe, quae in mariti manu mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus, manu mancipioque eſſet, quoniam in familiam quoque mariti, [79] & ſui heredis locum veniſſet. Alii *matronas* Virgines nobiles dicunt; *matresfamilias* vero illas, quae in matrimonium per coëmptionem convenerunt: nam per quandam Juris ſolennitatem in familiam migrant mariti. Inter *matrem* vero, & *matremfamilias* hoc intereſt: quod *mater* eſt, praeter illam ſignificationem, quae eſt ad aliquid, quae tantum convenit in matrimonium, quod alii *matrifamilias*, ſicut hoc loco [80] dictum eſt, applicaverunt: [81] [*materfamilias* vero, quae convenit, ut jam diximus, per coëmptionem.] VOCAT LABOR ULTIMUS OMNES. Omnes ad laborem ultima neceſſitas convocat. [82] [Alii *ultimus*, Hypallagen volunt eſſe, pro, ultimos]

477. NEC NON AD TEMPLUM. Secundum Homerum, qui [83] inducit in ſumma deſperatione matres ad templa concurrere, ut victoria, quae non poteſt viribus, poſſit deorum favore conquiri. [84] [Sic enim monet Helenus Iliad. ς. 86. Ἕκτορ, ἀτὰρ σὺ πόλινδε μετέρχεο, εἰπὲ δ' ἔπειτα Μητέρι σῇ καὶ ἐμῇ, ἡ δὲ ξυνάγουσα γεραιὰς Νηὸν Ἀθηναίης γλαυκώπιδος ἐν πόλει ἄκρῃ Οἴξασα κληῗδι θύρας ἱεροῖο δόμοιο Πέπλον, ὅς οἱ δοκέει χαριέστατος ἠδὲ μέγιστος Εἶναι ἐνὶ μεγάροις, καί οἱ πολὺ φίλτατος αὐτῇ, Θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο.]

478. SUBVEHITUR. Proprie: matronae enim pilentis vehebantur ad templa pergentes, ut VIII. 666. *Pilentis matres in mollibus.* [85] [MAGNA MATRUM. Deeſt *cum*, non enim caterva ſubvehitur.]

VARIORUM.

467. QUA JUSSO. *Juſſo* antiquum pro *juſſero.* venit mihi in mentem loci apud Livium depravati lib. I. ab v. c. cap. 18. Is ita legendus. *Jupiter pater, ſi eſt fas hunc Numam Pompilium, cujus ego caput teneo, Regem Romae eſſe, tua nobis ſigna declaraſſis inter eos fines, quos feci.* verba ſunt auguris auſpicia peragentis. ita autem legitur in Liviano exempiari principis Mantuani, quod inſpexi Patavii. FABRIC.

Ibid. JUSSO. *Jubeo* Vratiſlavienſis. *qui juſſo* Bigotianus. *juſſo* eſt pro *juſſero.* Senec. Epiſt. LVIII. vid. ad Sil. Ital. XII. 175. & ad Caton. d. R. R. XIV.

468. ILICET. Chariſ. lib. II. de Inſt. Gr. p. 180.

Ibid. DISCURRITUR. *Diſtrahitur* Francianus, contra metrum.

469. IPSE PATER. *Pater ipſe* Mediceus & primus Moretanus. *magnum* Mediceus. mox *triſti turbatus tempore* codices noſtri, non *pectore.* HEINS. *Conſilium* Regius.

470. TEMPORE. *Pectore* Ed. Mediol. Ald.

471. QUI NON ACCEPERIT. *Quod non acceperit*

77 bene addidit bello, nam & propter hoc buccina i. ſ. ad bella &c. Dan. buccinam deeſt L. Voſ. Steph. al. 78 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 79 & ſui haeredes veniſſet Dan. in ſui haeredis veniſſet Fabr. al. 80 deeſt Baſil. al. 81 deſunt etiam Dan. Baſil. 82 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 83 indicat Baſil. 84 deſunt L. Voſ. R. Dan. 85 deſunt iisdem.

Digitized by Google

Dona ferens: juxtaque comes Lavinia virgo,
Cauſſa mali tanti, oculos dejecta decoros.
Succedunt matres, & templum ture vaporant;
Et maeſtas alto fundunt de limine voces:
Armipotens, praeſes belli, Tritonia virgo,
Frange manu telum Phrygii praedonis, & ipſum
Pronum ſterne ſolo, portiſque effunde ſub altis.

Cin-

SERVII.

479. DONA FERENS. Peplum ſcilicet, ſicut [86] dixit in primo: [87] ideo omiſit hoc loco: [88] [nam Homeri locus eſt Hecuba peplum ferente, hoc modo ſcilicet Iliad. Z. 287. Καὶ δ' ἄρ' ἀόλλισσαν κατὰ ἄστυ γεραιάς, Αὐτὴ δ' ἐς θάλαμον κατεβήσετο κηώεντα. Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν. Et paullo poſt: Τῶν ἕν' ἀειραμένη Ἑκάβη φέρε δῶρον Ἀθήνῃ, Ὃς κάλλιστος ἔην ποικίλμασιν, ἠδὲ μέγιστος.

480. [89] [MALI TANTI. Pro, malorum tantorum.] OCULOS DEJECTA DECOROS. [90] [Deorſum habens, & ſic ait, *dejecta oculos*,] ſicut I. 529. *oculos ſuffuſa nitentes.*

481. [91] [SUCCEDUNT MATRES. Pro, intrant: & eſt ordo: *Succedunt matres, & templum ture vaporant.*]

482. DE LIMINE. Ad preces feſtinantium mulierum oſtenditur deſiderium.

483. ARMIPOTENS BELLI PRAESES TRITONIA VIRGO. Antonomaſiva ſunt [92] propric. Haec autem omnis oratio verbum ad verbum de Homero tranſlata eſt Iliad. Z. 305. Πότνι' Ἀθηναίη ἐρυσίπτολι δῖα θεάων. PRAESES autem BELLI, id eſt, quae praeeſt omnibus bellis; cujus nutu ſemper bella tractantur. [93] [Sane qui *praeſens* legunt, quaſi praeſtans in bellis intelligunt; qui *praeſes*, ſine [94] N littera, quaſi quae praeſideat rei. Sic *praeſides* dii urbis appellantur, cujus genitivus *praeſidis* facit.]

484. FRANGE MANU TELUM. Aut tua manu, aut in ejus manu tela confringe. Homerus [95] Iliad. Z. 306. [ἆξον δὴ ἔγχος Διομήδεος. ET IPSUM PRONUM STERNE SOLO. Homerus:] ἠδὲ καὶ αὐτὸν πρηνέα δὸς πεσέειν. PORTISQUE EFFUNDE SUB ALTIS. Homerus: Σκαιῶν προπάροιθε πυλάων. Bene autem ſub ipſis portis, quaſi [96] ad quas feſtinabat Aeneas: unde eſt & illud: [97] *Praefodiunt alii portas.*

VARIORUM.

perit Gudianus & Venetus. item Mentelianus prior a manu ſecunda. HEINS. *Acceperat* Bigotianus. *quod* etiam Excerpta noſtra.

473. PRAEFODIUNT. *Perfodiunt* Venetus & quartus Moretanus & Francianus.

474. SUBVECTANT. *Subjiciunt* Catroeus.

475. TUNC. *Tum* in potioribus ſcriptis. paullo ante, *bello ſignum dat rauca* Moretanus quartus. HEINS.

476. VOCAT. *Labor vocat* Parrhaſ.

477. AD TEMPLUM. *Et templum* Leidenſis. *magnaſque ad* Ed. pr.

479. JUXTA. Scil. ſedens. ut Cerdae ſcrupulus tollatur.

480. CAUSSA MALI TANTI. Τὸ *atque* in optimis codicibus non apparere admonuit Pierius. abeſt idem & a noſtris exemplaribus. in Mediceo legebatur, *cauſſa mali tanti.* in Montalbanio *cauſſa mali tantique. cauſſa malis tantis* in utroque Rottendorphio, altero Mentelio, priore Hamburgico, duobus Moretanis, & Leidenſi. praeterea, *oculos dejecta decores*, in altero Voſſiano. de quo vocabulo fuſe egimus ad Naſonem lib. V. Faſt. 123. curis ſecundis, ubi *cingere agrum decoribus herbis* habes. HEINS. *Mali tantique* Parrhaſ. *malis tantis* Regius. hoc quidem recte. vid. ad IV. Aen. 290. & ad Ovid. Ep. XVIII. 200. & alibi. ſed hic ob ſequentes voces in *s* exeuntes *mali tanti* praeſtat. vid. & ſup. VI. 90. *oculis dejecta decoris* ſecundus Rottendorphius. *atque* eſt in Franciano & Ald. & agnoſcit Serv. ad XII. 66.

481. TURE. *Tura* Mentelii prior, ut *tura* ſit nominativi caſus.

482. DE LIMINE. *De pectore* in nonnullis noſtris.

86 ut dicit Steph. ſicut dixi Commel. 87 ideo dimiſit Steph. Dan. Fabr. unde id omiſit Voſ. ſed omiſit L. 88 deſunt L. Voſ. R. Dan. 89 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 90 deſunt iiſdem. 91 deſunt iiſdem. 92 proprio Voſ. pro proprio L. legendum, duo antonomaſiva pro uno proprio, ex nota ad Lib. X. 668. ubi hic locus adducitur. 93 deſunt iiſdem. 94 n ou N. Dan. 95 deſunt Voſ. 96 ad aquas Voſ. 97 *perfodiunt* Steph. unde eſt, *praefodiunt* Dan.

Digitized by Google

Cingitur ipſe furens certatim in proelia Turnus.
Jamque adeo Rutulum thoraca indutus aënis
Horrebat ſquamis, ſuraſque incluſerat auro,
Tempora nudus adhuc; laterique adcinxerat enſem,
Fulgebatque alta decurrens aureus arce:
Exſultatque animis, & ſpe jam praecipit hoſtem.

Qua-

SERVII.

486. CINGITUR IPSE FURENS CERTATIM IN PRAELIA TURNUS. [98] Oeconomia omnis haec eſt: nam Turnus ideo cum mora armatus, & intecto capite circa arcem incedens, admonet ſingulos, ut a Lavinia poſſit videri, & ut ſit major cauſa dimicandi, dum ſponſae placere contendit. [99] [Alii *cingitur*, propere armatur accipiunt: nam ait: *Suraſque incluſerat auro*: & *Certatim*, pro feſtinanter. *Cingitur* ergo, accingitur: nam & Terentius Phorm. II. II. 4. de futura contentione ait, *accingere*: & *procinctus* appellatur.] CINGITUR autem IN PRAELIA. Id eſt, ut praeliari [1] poſſit: ut ſi dicas: *lego in advocationem*: id eſt, ut advocatus eſſe poſſim. FURENS. Amore Laviniae, quam videbat. Quod etiam ſequens indicat comparatio: nam dicturus eſt, *Aut ille in paſtus armentaque tendit equarum.*

487. JAMQUE ADEO. Aut vacat *adeo*: aut certe *ſic* ſignificat, ut ſit ſenſus: Adeo ſic praeparatur in praelia, ut & jam univerſa praeter galeam arma portaret. THORACA INDUTUS. Omnia, quae in ax exeunt, Graeca maſculina, in obliquis caſibus A producunt, ut *thorax*, *thoracis*; [2] *pinax*, *pinacis*: nam foeminina corripiunt, ut *climax*, *climacis*; ſed [3] ad Latinum non tranſeunt. *Phalanx* vero & aliter exit, & peregrinum eſt, etiam apud Graecos.

489. [4] [TEMPORA NUDUS ADHUC. Quod ſine galea. Prooeconomia eſt: quia mox Camillam adloquitur, & ut orans, & incendens ceteros facilius noſceretur.]

490. ALTA DECURRENS AUREUS ARCE. Illic enim & Amata fuerat, & Lavinia. [5] [Homerus Iliad. T. 369. Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε Καλὰς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας. Δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ ςήθεσσιν ἔδυνεν· Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον, Χάλκεον· αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε ςιβαρόν τε Εἵλετο, τοῦ δ' ἀπάνευθε σέλας γένετ' ἠΰτε μήνης.]

491. SPE JAM PRAECIPIT HOSTEM. Mente praeoccupat hoſtis adventum, ut VI. 105. *Omnia praecepi.*

VARIORUM.

ſtris. HEINS. Ita Parrhaſianus.

483. BELLI PRAESES. *Praeſes belli* ex ſcriptis. & ſic Macrobius lib. V. Saturn. cap. 3. codices nonnulli *praeſens belli*, quod Servius pro *praeſtans* interpretatur. ita certe Mentelius & Menagianus priores, cum altero Hamburgico & Schefferiano. mox male apud eumdem Macrobium, *portiſque effunde ſub ipſis*, cum *ipſum* proxime praeceſſerit. HEINS. *Praeſens belli & Saturnia virgo* Parrhaſ. ſed hoc a m. ſec. *praeſens belli Trit.* Ed. pr. *portiſque*, vel *pontiſque* Leidenſis.

485. PRONUM. *Sterne ſolo pronum* Parrhaſ. *ſolo & portis* Ed. pr. *ſub ipſis* prior Hamburgenſis a manu ſecunda.

486. CERTATIM IN PROELIA. *Certatim proelia* Gudianus. quomodo, *lateri cingitur enſem*. ut ſit Graeciſmus. HEINS. *In funera* prior Hamburgicus a manu prima.

487. RUTULUM. *Rutilum* Macrobius lib. V. cap. 20. & VI. 7. ut & Gellius lib. II. Noct. Attic. cap. 6. agnoſcunt. nec aliter ex ſcriptis duo Rottendorphiani, & Hamburgicus alter. ſic apud Valer. Flac. lib. VII. 620.

—— prior enſe ſequaci
Aequat humo truncos, rutilum thoraca ſecanti
Aut primas a matre manus.

ſed tamen & *Argivum enſem* II. Aeneid. & alibi *Cuſpidem Auſoniam* apud noſtrum habes. *Cytaeam*

Caſſi-

98 vide H. Steph. differt. de Criticis pag. 96. 99 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 1 poſſet L. Voſ. R. Steph. 2 *piraux piracis* Voſ. Steph. *parax piracis* Baſil. 3 in Latinum Dan. Fab. ad in Latinum Voſ. 4 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 5 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan.

Qualis, ubi abruptis fugit praeſepia vinclis,
Tandem liber equus, campoque potitus aperto,
Aut ille in paſtus armentaque tendit equarum,
Aut adſuetus aquae perfundi flumine noto
Emicat, adrectiſque fremit cervicibus alte
Luxurians: luduntque jubae per colla, per armos.
Obvia cui, Volſcorum acie comitante, Camilla
Occurrit, portiſque ab equo regina ſub ipſis
Deſiluit. Quam tota cohors imitata relictis
Ad terram defluxit equis. Tum talia fatur:

Tur-

SERVII.

492. QUALIS UBI ABRUPTIS FUGIT PRAESEPIA VINCLIS. Etiam haec comparatio Homeri eſt verbum ad verbum tranſlata Iliad. Z. 506.

> [6] [Ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ.
> Δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων,
> Εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο,
> Κυδιόων, ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται
> Ὤμοις ἀΐσσονται, ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθώς·
> Ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων.]

493. POTITUS. Venit ab eo, quod eſt *potior*, [7] *potiris*, [8] [nam IV. 217. *Subnixus rapto potitur*, venit ab eo, quod eſt *potior*, *poteris*:] nam, ut etiam ſupra [9] III. 56. diximus, verbum hoc, modo tertiae, modo quartae conjugationis eſſe invenitur.

495. [AUT ADSUETUS AQUAE. Figurate, *aquae adſuetus*, aquae flumine perfundi adſuetus.]

496. ARRECTISQUE FREMIT CERVICIBUS ALTE. Alte arrectis cervicibus fremit; non *alte fremit*, aut *alte luxurians*. [10] [Quidam ſane *cervicibus*, plurali numero, ſecundum veteres dictum volunt, & Hortenſium primum ſingulari numero *cervicem*: unde Ciceronem III. Verr. 19. *cerviculam illum jactaturum*, tradunt dixiſſe.]

500. [11] [DESILUIT. Hoc ad Turni honorem refertur: quatuor namque erant apud Romanos, quae ad honorificentiam pertinebant: *equo deſilire*; *caput aperire*; *via decedere*; *adſurgere*: hoc etiam praecones praeeuntes magiſtratus clamare dicebantur. COHORS. Pro turma: nam *equitum turmae*, *peditum cohortes*, appellantur.]

501. AD TERRAM DEFLUXIT. Dicendo *defluxit*, [12] [uno verbo abſolvit deſilientem equis multitudinem: & vel celeritatem, vel] artem, & quandam moderationem [13] [ac facilitatem] deſcendendi ſignificavit, quae eſt etiam in aſcendendo apud hujus rei peritos.

VARIORUM.

Caſſidem apud Valer. Flac. lib. V. & apud Silium Italicum *Caſſidem Auruncam*, ut illis locis primi caſtigavimus. HEINS.

491. PRAECIPIT. *Praeripit* Vratiſlavienſis. & ita Interpres Statii II. Theb. 133. vide ſup. lib. X. 277. vid. & ſup. ỳ. 18. *exſultans animis* etiam II. 386.

492. ABRUPTIS. *Adruptis* Regius.

493. CAMPOQUE. *Pratoque* Dorvil. *potitur* Catrocus praetulit.

494. IN PASTUS. *Impaſtus a. t. aquarum* Francianus. *impaſtus* etiam Parrhaſ. & Dorvill.

495. AQUAE. *Equae* Bigotianus. *profundi* Venetus. *toto* Zulichemius a manu prima & Ed. pr. *nando* prior Hamburgicus. *cervicibus altis* ſecundus Rottendorphius. *Luxorians* Gudianus. *luduntque comae* Oudartii.

498. VOL-

6 deſunt L. Voſ. R. 7 deeſt Dan. 8 deſunt L. Voſ. R. Steph. 9 dixi Steph. deeſt L. 10 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 11 deſunt iisdem. 12 deſunt iisdem. 13 deſunt iisdem.

Turne, ſui merito ſi qua eſt fiducia forti,
Audeo, & Aeneadum promitto occurrere turmae,
Solaque Tyrrhenos equites ire obvia contra.
Me ſine prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros ſubſiſte, & moenia ſerva.
Turnus ad haec, oculos horrenda in virgine fixus:
O decus Italiae, virgo, quas dicere grates,
Quaſve referre parem? ſed nunc, eſt omnia quando
Iſte animus ſupra, mecum partire laborem.
Aeneas, ut fama fidem miſſique reportant

Ex-

SERVII.

502. SUI MERITO SI QUA EST FIDUCIA FORTI. Si unuſquiſque [14] fortis habet aliquam confidentiam ex conſcientia fortitudinis ſuae, & ego audere non dubito. FORTI autem bene dixit: nam *fortis*, communis eſt generis. Haec autem hoc vult dicere, non ſexum, ſed robur conſiderandum eſſe: [15] [& eſt ordo: o TURNE, AUDEO] OCCURRERE TURMAE. Equitatui: nam partem pro toto poſuit. [16] [Varro *turmam* triginta ſex equites poſuit.]

506. [17] [TU PEDES AD MUROS SUBSISTE. Bene ex muliere gloria augetur, ut, cum eam faciat adverſum hoſtes cuncta promittere quae faciunt viri fortes, etiam Turno murorum cuſtodiam inducat mandantem. OCULOS HORRENDA IN VIRGINE FIXUS. Figurate, vel oculos figens, vel fixos habens: *horrenda* autem, pro, admirabilis; alioqui hoſtibus horrenda.]

508. QUAS DICERE GRATES. [18] [Pro, quantas, pro pronomine: &] ſecundum rhetoricam diſciplinam dicit, ſe verba invenire non poſſe, quibus ejus exprimat laudes: cum dixerit: *O decus Italiae*, [19] *virgo*. Sic alibi ſup. 125. *Quibus coelo te laudibus aequem?* Cum praemiſerit: *O fama ingens, ingentior armis, Vir Trojane*.

509. SED NUNC. Ordo eſt: *Sed nunc mecum partire laborem:* nam per Parentheſim dictum eſt. QUANDO ISTE ANIMUS EST SUPRA OMNIA. Id eſt, ſiquidem es [20] magnanima, [21] [ut ſupra omnes grates, & ſupra omne praemium.] PARTIRE autem, ideo, quia ille dixerat: *Solaque Tyrrhenos equites ire obvia contra*.

511. [22] [AENEAS UT FAMA FIDEM. Oeconomia: educuntur hinc duces, ut ſervata eorum honeſtate fortitudo virginis poſſit induci; alioqui indecens fuerat praeſentibus Turno & Aenea.]

VARIORUM.

498. VOLSCORUM ACIE. *Grege Volſcorum* Sprotianus.

500. DESILUIT. *Diſſiluit* nonnulli ſcripti, & Ed. pr. mox *deflexit* alter Hamburgicus. *cum talia* Montalbanius.

502. FIDUCIA. *Audacia* Venetus.

503. ET AENEADUM. *Te &* deſideratur in Gudiano, priore Mentelio, & ſecundo Moretano. HEINS.

Ibid. TURMAE. *Turbae* Bigotianus.

506. SUBSISTE. *Obſiſte* Hugenianus.

507. HORRENDA IN VIRGINE FIXUS. *Horrenda virgine fixis* Mediceus a manu prima. in primo Moretano ac Voſſiano priore, *oculos fixos*. ut fortaſſe ſcribendum ſit, *oculis h. in virgine fixis*. nam Pierius *fixit* in nonnullis invenit. HEINS. *Fixit* Sprotianus & prior Hamburgicus pro varia lectione. *fixos* Hugenianus. *Fixus* Francianus & Parrhaſ. vid. lib. XII. 172.

509. QUAS-

14 deeſt L. Dan. Fabr. 15 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 16 deſunt iisdem. 17 deſunt iisdem. 18 deſunt iisdem. legendum puto, quo *quantas*, pronomen pro nomine. ut ſupr. ℣. 257. 19 deeſt iisdem. 20 magna iisdem. 21 deſunt iisdem. 22 deſunt iisdem.

Exploratores, equitum levia inprobus arma
Praemiſit, quaterent campos: ipſe ardua montis
Per deſerta jugo ſuperans adventat ad urbem.
Furta paro belli convexo in tramite ſilvae,
Ut bivias armato obſidam milite fauces.
Tu Tyrrhenum equitem conlatis excipe ſignis:
Tecum acer Meſſapus erit, turmaeque Latinae,
Tiburnique manus: ducis & tu concipe curam.
Sic ait, & paribus Meſſapum in proelia dictis
Hortatur, ſocioſque duces; & pergit in hoſtem.

Eſt

SERVII.

513. QUATERENT CAMPOS. Ad camporum perturbationem.

515. FURTA PARO BELLI. Inſidias. Salluſtius lib. I. Hiſt. *Gens ad furta belli peridonea.*

516. BIVIAS FAUCES. *Fauces*, dicuntur itinera inter duos [23] montes; loca anguſta & pervia: dicta a *faucium* ſimilitudine.

517. CONLATIS EXCIPE SIGNIS. Conjunctis ducibus, quos commematurus eſt. [24] [Sic autem dicebatur a Romanis, quotiens acie dimicatum eſſet.

518. TECUM ACER MESSAPUS ERIT. Ingenti honore *tecum* dixit, hoc eſt, non tu illi adjuncta eris; ſed ille tibi.]

519. TYBURTIQUE MANUS. Catillus & Coras. DUCIS ET TU CONCIPE CURAM. Sicut ego: nam non dicit, ſicut Meſſapus aut alii; ne ei facere videatur injuriam. CONCIPE [25] autem, vel ſimul cum illis ſume; [vel mecum cape: quia ille dixerat: *mecum partire laborem.*] CON enim [26] continua particula eſt: [27] unde & *convocari*, de pluribus dicimus.

VARIORUM.

509. QUASVE. *Quaſque* Venetus.

510. ISTE ANIMUS SUPRA, MECUM. Mediceus a manu prima.

Iſte animus ſuper: at mecum partire laborem.
HEINS. *Iſta* volebat idem Heinſius.

514. PROPERANS. *Superans* agnoſcit Donatus & Mediceus ac Mentelius, ceterique praeſtantiores noſtri. quod loco movendum non fuit. infra v. 905.

Cum pater Aeneas ſaltus ingreſſus opertos
Exſuperatque jugum, ſilvaque evadit opaca.

vide annotata libro Aeneid. II. 207. praeterea *adventat in urbem* in nonnullis Pierii, quod placet. nam τὸ *in* plerumque infeſti animi ſignificationem prae ſe fert. HEINS. *Jugum ſuperans* alter Hamburgicus. *ſuperas* alter Menagii. *advenit* Oudartii. *jugo ſuperans* Francianus. ſive vero *ad* vel *in urbem* legas, ſatis infeſtum animum prodit. vid. ad Phaedr. I. Fab. 21. *ad* praeferrem tamen, quia ad moenia & muros venit. ut ita *ad urbem* eſſe, pro in ſuburbanis paſſim dicitur.

515. BELLI. Hic diſtinguebat Zulichemius. *convexa* Leidenſis.

516. UT BIVIAS. *Armato ut binas* Ed. pr. *ut binas* Vratiſlav. *obſidant* Mediol. & ita Lutat. ad Stat. I. Theb. 609. *obſidem* Leidenſis.

517. EXCIPE. *Accipe* Ed. pr.

519. TIBURTIQUE MANUS. *Tiburnique* vetuſtiores noſtri cum Donato. Montalbanius addit gloſſam *a Caſtro*. Mentelianus *a loco*. nonnulli adſcriptum habent *Catillus & Coras*. diſtinguunt praeterea, *Tiburnique manus duces*, praeter Menagianum. *Tiburni manus* ad Tiburnum fluvium Tibur alluentem refer. HEINS. *Tiburtique* Regius, Dorvil. Ald.

521. PER-

23 montes locata, & L. Voſ. R. loca deeſt Dan. Fabr. al. ſimul c. i. ſume. con &c. Steph. ſume deeſt L. Voſ. R. Baſil. 27 convocatori R. forte convocatos.

24 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 519. 25 autem 26 continuativa Vol. conjunctiva L. Steph. Dan. Fab. al.

Eſt curvo amfractu valles, adcommoda fraudi
Armorumque dolis. Quam denſis frondibus atrum
Urguet utrimque latus; tenuis quo ſemita ducit,
Anguſtaeque ferunt fauces aditusque maligni.
Hanc ſuper in ſpeculis ſummoque in vertice montis
Planities ignota jacet, tutique receptus:
Seu dextra laevaque velis occurrere pugnae:
Sive inſtare jugis, & grandia volvere ſaxa.
Huc juvenis nota fertur regione viarum;

Adri-

SERVII.

522. VALLES. Metri neceſſitate compellimur ut *vallis* dicamus: Statius VI. 265. *Vallis in amplexu* [28] *nemorum ſedet:* nam plenum eſt *valles*, ſicut nunc Virgilius poſuit, quod ita eſſe diminutio indicat: nam [29] *vallecula* dicitur: ut *vulpes*, *vulpecula*, facit. [30] [Horatius: *Moveat vulpecula riſum.*] Ergo in ES vel IS quando [31] uſurpative, quando naturaliter exeant nomina, ſola diminutio indicat; ea autem, quae in ES exeunt, longa ſunt omnia, ſi in genitivo non [32] creſcant, ut *labes*, *valles*, *vulpes:* nam ſi creſcant, brevia ſunt, ut *miles*, *militis*.

523. [33] [DENSIS FRONDIBUS ATRUM. Utrum, denſis frondibus urget; an, denſis frondibus atrum?]

524. QUO SEMITA DUCIT. Legitur & *qua*.

525. ADITUSQUE MALIGNI, Propric *obſcuri*, ut VI. 270. *Sub luce maligna.*

527. IGNOTA. [34] [Vel infrequentata, vel ignota;] ſcilicet Aeneae: nam de Turno dicturus eſt: *Huc juvenis nota fertur regione viarum.* TUTIQUE RECEPTUS. [35] [Male quidam RECESSUS legunt: nam *receptus* dicitur, quo ſe tuto exercitus [36] recepit:] unde & *ſigna receptui canere* dicuntur.

528. SEU DEXTRA, LAEVAQUE VELIS OCCURRERE PUGNAE. Sive per valles, ſive per montis radices: incertum eſt enim, qua ſit venturus Aeneas. [37] [*Velis* autem, pro, ſi quis velit.

529. INSTARE JUGIS. Ut VIII. 693. *Turritis puppibus inſtant.*]

VARIORUM.

521. PERGIT. Vel *tendit* prior Hamburgicus. *in hoſtes* vel *hoſtis* nonnulli. mox *curva* Excerpta noſtra.

522. VALLES. Antique pro *vallis*, propter carmen. FABRIC. *Valles* pro *vallis*, ita in Phaedri fabulis ſaepe. vide Voſſium de Analogia lib. I. cap. 36. p. 551. ſic contra *vulpis* apud Avienum Fab. XL. *vulpes amictu*. MSS. *vulpis*, quod Voſſius carpebat lib. II. Art. Gramm. c. 39. in Lemmatis Fabularum Phaedri *vulpis* pro *vulpes* ſaepe, contra *feles* pro *felis*, & ſimilia. HEINS. *Vallis* Mentelii prior, Gudianus, Zulichemius, & nonnulli alii, Ald. & Ed. pr. vid. ad Phaedr. apud Claudian. IV. Conſ. Honor. ✝. 327. *quae fraudi accommoda vallis*, ut Heinſius volebat. conferendus hic locus cum Stat. II. Theb. 498. & videndus Barthius.

523. ARMORUMQUE. Id eſt bellorum. vid. Barth. ad Stat. III. Theb. 7.

Ibid. ATRUM. *Artum* Excerpta noſtra.

524. UTRIMQUE. *Utrumque* Parrhaſ.

Ibid.

28 *nemorum.* ſed & nam R. Dan. oportet Barth. ad d. l. Statii tantum conſuluiſſe Danielis editionem, quam corrigens dicit legendum *ſodet*, ſine dubio. ſed ita habent Voſ. L. Steph. Fabr. al. ſimile mendum eſt in MSS. apud eundem Poetam lib. II. 387. *ſed & omne paratus in facinus*, ubi in Ed. Ant. & MSS. eſt *ſedes*. vid. ad I. Georg. 461. ſed nam Steph. vitioſus etiam. 29 *vallecula* ut *vulpes* Steph. Baſ. ſicut *vulpes* L. *vallecula* indicat *vulpecula* facit R. vallecula. ſicut *turris* dici debere *turricula* indicat, *vulpes vulpecula* facit Voſ. *vallicula* dicitur, ſicut *turrim* dici debere *turriculam* indicat: at *vulpes* Dan. vide Barthium d. l. 30 deſunt Steph. al. 31 uſurpatione Dan. Fabr. uſurpative, aut quando Baſil. 32 creſcunt utroque loco Steph. creſcant priore, creſcunt ſecundo Dan. 33 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 34 deſunt iiſdem. 35 deſunt L. R. 36 recipit, & unde Steph. recipit unde & Baſil. 37 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Adripuitque locum, & ſilvis inſedit iniquis.
Velocem interea ſuperis in ſedibus Opim,
Unam ex virginibus ſociis ſacraque caterva
Conpellabat, & has triſti Latonia voces
Ore dabat: Graditur bellum ad crudele Camilla,
O virgo, & noſtris nequidquam cingitur armis,

Cara

SERVII.

531. ARRIPUITQUE LOCUM. Raptim tenuit. INSEDIT. Proprie: nam *inſidere*, eſt doloſe aliquem exſpectare: unde & *inſidiae* nominatae ſunt. [38] [INIQUIS. Intelligendum, hoſti, vel inaequalibus.]

532. VELOCEM INTEREA. Licet *interea* particula negotia ſemper praeteritis futura [39] conjungat; tamen [40] abruptus eſt & vituperabilis tranſitus: habet autem tales tranſitus & in ſuperioribus libris, & in ſequenti praecipue, ubi Juppiter appellat Junonem. OPIM. *Opim* quando dicimus, Nympham ſignificamus; ſi autem dicamus *opem*, auxilium intelligimus: Terentius: *Juno Lucina, fer opem:* [41] [*ſerva me, obſecro:*] *Opes* vero, numero plurali, cenſus accipimus: nam [42] OPS, Terra eſt, uxor Saturni, quam Graeci Rheam [43] vocant. [44] [Sane hoc nomen ipſius Dianae fuiſſe ab Epheſiis dedicato templo ei impoſitum, Alexander Aetolus, poëta, in libro, qui inſcribitur Muſae, refert: quod hoc loco periti ſſimus antiquitatis Poëta ſociae ejus impoſuit. [45] [Quidam dicunt *Opim* & [46] *Hecaergon* primos ex Hyperboreis ſacra in inſulam Deli occultata in faſcibus mergitum pertuliſſe. Alii putant *Opim* & *Hecaergon* nutritores Apollinis & Dianae fuiſſe: hinc itaque *Opim* ipſam *Dianam* cognominatam, quod ſupra dictum eſt; *Apollinem* vero *Hecaergon*; vel quod Luna, quae Diana, proxima terris, facile conſpiciat omnia: ita vocatur Hecaergos Sol, ἀπὸ τῦ ἑκὰς εἴργειν τοῖσι μακρόθεν; hoc eſt, e longinquo. Alii dicunt a Latone conceptos, non educatos: & ideo Poëtam Triviae cuſtodem *Opim* induxiſſe.]

534. TRISTES VOCES. Habitum futurae orationis oſtendit.

535. ORE DABAT. Pleonaſmos. BELLUM AD CRUDELE CAMILLA. Uno verbo exitum rei docuit.

536. [47] [O VIRGO. Quidam ad Camillam referunt: quia ineptum putant praeſenti Opi [48] dicere. O *virgo* autem, interjectio eſt.] NOSTRIS NEQUIDQUAM CINGITUR ARMIS. *Noſtris*, quibus utraque gaudemus: [49] vel etiam ut ipſa habeat cauſam doloris & majoris iracundiae. [50] [Et *cingitur*, nolunt quidam eſſe paſſivum: neque enim ab alio cingitur; ſed ita, quemadmodum dictum eſt II. 722. *Fulvique inſternor pelle leonis.*

VARIORUM.

Ibid. QUA SEMITA DUCIT. *Quo* vetuſtiores noſtri cum Pierianis & Servio. ſic Ecl. IX.

Quo te, Moeri, pedes, an, quo via ducit, in urbem?

HEINS. *Quam* Editio Juntina. *qua* Ald.

525. FERUNT. *Premunt* Bigotianus. forte *premunt* Heinſius legendum notaverat. mox verſus *Hanc ſuper* praeponitur praecedenti in Regio.

526. IN

38 deſunt iiſdem. 39 conjungit Dan. 40 abuſus eſt L. V. R. 41 deſunt Dan. 42 *Ops* terra eſt, *Opis* Saturni uxor correxerat Nanſius. 43 appellant Steph. 44 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 45 deſunt Fabr. Maſvicius edidit haec aliter atque in Danielis Ed. quae habet: quidam dicunt opimetica ergea primos ex Hyperboreis ſacra in Inſulam Delbi occultata in faſcibus mergitum * pertuliſſe: alii putant Opimeteca ergo nutritores Apollinis & Dianae fuiſſe. hinc itaque Opim ipſam Dianam cognominatam, quod ſupra dictum eſt. Apollinem vero ecaergo, vel quod proxima Luna quae Dianae terris facile conſpiciat * quoniam inta * i. vocali ecaergos ſola, τὸ τῦ ἑκὰς ἐκτείνειν ἀρίμων. hoc e longinquo. Alii dicunt a Latone coepta non adducatus * & ideo &c. quae corruptiſſima emendavit Salmaſius ad inſcriptionem Herodis Attici pag. 17. & partem primam in Exerc. Plin. pag. 147. in ultimis ipſe haeſit, ſed fere emendavit, ut hic editur: niſi quod Graeca ἀπὸ τῦ ἑκηβόλῦ, hoc eſt de longinquo. reliqua intacta omiſit, quae unde Maſvicius habeat neſcio. 46 Hecaergea Comm. & Emmen. 47 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 48 ducer & * o. Dan. 49 vel etiam ut ipſe Dan. Fabr. at etiam ipſa L. Voſ. Steph. al. 50 deſunt L. Vol. R. Steph. al.

Cara mihi ante alias. Neque enim novus iſte Dianae
Venit amor, ſubitaque animum dulcedine movit.
Pulſus ob invidiam regno vireſque ſuperbas
Priverno antiqua Metabus cum excederet urbe,
Infantem, fugiens media inter proelia belli,
Suſtulit exſilio comitem, matriſque vocavit

No-

SERVII.

537. CHARA MIHI ANTE ALIAS. Ante omnes cara, omnium cariſſima, ut III. 321. O *felix una ante alias.*] NEQUE ENIM NOVUS ISTE DIANAE VENIT AMOR. Firmiores enim ſunt antiquiores amicitiae. Terentius Andr. III. III. 6. *Per amicitiam,* [51] *quae coepta a parvulis cum aetate adcrevit ſimul.* Juvenalis VI. Sat. 214. *Ille excludatur amicus jam ſenior, cujus barbam tua janua vidit.*

539. PULSUS OB INVIDIAM. Scilicet crudelitatis: nam ſequitur 568. *Neque* [52] *enim ipſe manus feritate dediſſet.* [53] [VIRESQUE SUPERBAS. Quibus ſuperbe viribus utebatur.]

540. ANTIQUA. Nobili urbe: nam *hoc Privernum* dicitur. [54] [METABUS. Nomen ſumptum de hiſtoria: Metabus enim fuit dux Graeci agminis, qui juxta Adriaticum mare urbem Metapontum condidit.

VARIORUM.

526. IN SPECULIS. *E ſpeculis* Mentelianus prior & a manu prima Gudianus. HEINS.

527. RECEPTUS. *Receſſus* Mediceus a manu ſecunda. ſed male. *receſſus* etiam in aliis nonnullis. quod Servius merito damnavit. praeterea in Sprotiano *planities inculta*, non *ignota*. HEINS. *Receſſus* Ed. Mediol. *immota* Parrhaſ. vid. ad III. Georg. 416. *ignotam* fuiſſe vix vero ſimile, quia jam venatu & legati & juvenes Trojani excuſſerant loca illa, ut ſupr. VII. 149. 477. *immota* autem eſt a tumultu telicio, qui vicina loca infeſtabat, immunis. ſic Venatores *movere ſilvas* dicuntur Gratio Cyneg. ℣. 9. ſic *movere fora* Juven. II. Sat. 52. ſic de aqua & mari, quod *motum* & *immotum* ſaepe a noſtro etiam dicitur.

528. OCCURRERE. *Concurrere* Venetus & duo Leidenſes, cum Excerptis noſtris. *pugnis* prior Hamburgicus pro varia lectione.

529. VOLVERE. *Evolvere* ſecundus Mentelius. *involvere* Leidenſis. *aut grandia* Dorvill.

530. INSEDIT. *Inſidit* Hugenianus. *ſedit* Montalbanius. ut ſit hiatus & ultima in *locum* non elidatur. ſed vulgata eſt apud Servium ad V. Aen. 203. *arripiuntque* etiam ſecundus Moreti.

532. OPIM. *Opin* apud Macrobium libr. V. Saturn. cap. 22. HEINS. Et ita Excerpta noſtra. in Zulichemio adſcripta gloſſa *Ancillam Junonis vel Dianae*. *Opem* alter Hamburgenſis.

533. SOCIIS SACRAQUE. *Socia ſacriſque* Hugenianus.

534. TRISTES. *Triſti ore* princeps Pierii Vaticanus, aliique nonnulli. quod placet prae vulgato. *triſtis* apud Macrobium lib. V. Saturn. cap. 22. in nonnullis codicibus *triſtes*. ſed *triſtis* non temere mutandum, ſive ad *voces*, ſive ad *Latoniam* referatur, de quo Donatum Serviumque videas dubitare. pro *Latonia* in altero Hamburgico, *Latoida*, pro *Latoia*, vel *Letoia* puto, de quo vocabulo ad Naſonem III. Triſt. II. 3. HEINS. *Triſtes* Parrhaſ. Dorvil. & Ed. Mediol. & Ald. vide virum doctum in Miſcell. Obſerv. Critic. T. V. pag. 120. Donatus bis triſtis intelligit, triſtis Latonia triſtes voces dabat. vid. Brouckh. ad Prop. II. XIII. 27.

535. BELLUM AD. Praepoſitionem ignorat Venetus.

537. NEC ENIM. *Enim* deeſt Mentelio & Moretano primis. *iſta* ſecundus Moreti. ſed vulgata apud Donat. ad Terent. Andr. III. III. 7. *novus* deerat Dorvil.

538. SUBITAQUE. *Subitoque*, a manu prima Mediceus. fruſtra. adeantur notae libr. III. 225. HEINS.

51 *quae coepta a parvulis cum aetate decrevit* L. R. & Voſſ. ſed ille *adcrevit*. *incepta a parvulo* Steph. hi *ſimul* ignorant. coepta a parvulis cum aetate crevit ſimul Baſil. & antiq. Edd. 52 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. & abjiciendam eſt. 53 deſunt iisdem. 54 deſunt iisdem ad ℣. 544.

Digitized by Google

Nomine Caſmillae, mutata parte, Camillam.
Ipſe, ſinu prae ſe portans, juga longa petebat
Solorum nemorum: tela undique ſaeva premebant,
Et circumfuſo volitabant milite Volſci.
Ecce, fugae medio ſummis Amaſenus abundans
Spumabat ripis; tantus ſe nubibus imber
Ruperat. Ille, innare parans, infantis amore
Tardatur, caroque oneri timet. Omnia ſecum

Ver-

SERVII.

543. NOMINE CASMILLAE. Statius Tullianus de Vocabulis rerum libro primo, ait dixiſſe [55] Callimachum apud Tuſcos *Camillum* appellari *Mercurium*, quo vocabulo ſignificant deorum miniſtrum: unde Virgilius bene ait, Metabum *Camillam* appellaſſe filiam, ſcilicet Dianae *miniſtram*: nam & Pacuvius in Medea, cum de Medea loqueretur: *Caelitum Camilla exſpectata advenis, ſalve hoſpita.* Romani quoque *pueros* & *puellas nobiles* & inveſtes *Camillos* & *Camillas* appellabant, Flaminicarum & Flaminum *praeminiſtros.*]

544. JUGA LONGA. Id eſt, longe poſita, remotiora. Salluſtius ex incertis Fragm. *Et Metello procul agente, longa ſpes auxiliorum*, id eſt, longe poſita.

545. SOLORUM NEMORUM. Deſertorum. Terentius Andr. II. IV. 3. *Venit meditatus alicunde ex ſolo loco.* Item ipſe Phorm. V. VII. 87. [56] *Nonne hunc publicitus ſcelus hinc deportarier in ſolas terras?*

547. FUGAE MEDIO. Dum fugit, inter fugam: nam figuratum eſt, [57] [ut VII. 59. *Laurus erat tecti medio.*

549. IMBER RUPERAT. Impetum pluviae oſtendit.]

550. CHAROQUE ONERI TIMET. Anacreon: [58] φορτίον ἔρωτος, id eſt, [59] *onus amoris.* [Et XI. 729. *Pariter comitique onerique timentem.*]

VARIORUM.

HEINS. *Subitique* Montalbanius. *formidine* Francianus.

540. PRIVERNO. *Privernum* Serv. ad VII. 803.

Ibid. URBE. *Urbem* Excerpta noſtra.

542. VOCAVIT. *Locavit* Gudianus. HEINS. *Vocari* Parrhaſianus.

543. MUTILATA PARTE. Id eſt una litera extrita. codices tamen noſtri & omnes Pieriani *mutata.* quomodo & Macrobius prae ſe fert lib. III. Saturn. cap. 8. *Caſmillae* etiam in omnibus ſcriptis, non *Scamillae*, quod editiones nonnullas occupavit. HEINS. *Carmillae* Gudianus a manu prima. *Caſmile* Dorvil. *mutilata* mihi magis placet. ſic apud Stat. IV. Silv. VIII. 24.

Sic fertilis, oro,
Stet domus, & donis numquam mutata ſacratis.

ubi Markl. *nudata.* ſed rectius Heinſius *mutilata.* Varr. I. de R. R. 31. *palma a pariendo parilema, exin mutatis literis, ut in multis dici coepta palma.* ita Victorius. ego malim *mutilatis*, nam nullae literae mutantur, ſed r. i. e. ejiciuntur & mutilantur, unde ex *parilema* fit *palma.*

545. TELA. *Bella* Ed. pr.

546. VOLITABANT. *Pendebant* Sprotianus.

547. FUGAE MEDIO. *Fuga e media* tertius Rottendorphius. *Fugae in medio* alter Mentelianus & Schefferius. HEINS.

Ibid.

[55] Callimadium apud, Camillam Dan. Callimadium, Camillam Fabr. unde illud *apud Tuſcos* petierit Maſvic. neſcio, nam apud Macrobium lib. III. 8. unde haec ſunt ſumta, legitur, *Callimachum Tuſcos Camillum app. Merc.* ut Emmeneſ. correxit, male ex libro I. citans, unde ejus furtum apparet, nam ita & a Voſſio in Etymol. in *Camillus* adducitur, & eadem ibi legitur emendatio, quam ſibi adſcribit Emmeneſſius. BURM. [56] nonne hunc abjici oportet in ſolas terras L. Voſ. R. Baſil. Edd. Ant. nonne hinc deportariér in. ſ. terras Steph. Dan. nonne hunc deportarier ſcelus hinc dep. i. ſ. t. Fabric. interpolatus locus varie. forte illud *hunc* poſſet retineri, ut eſſet ſimile illi in Andr. II. I. 17. *ſcelus, qui me perdidit.* BURM. [57] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [58] forti oneri, onus oneris L. φόρτον ἔρωτος Steph. forton erotis Voſ. R. qui & onos oneris. [59] deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Verſanti ſubito vix haec ſententia ſedit.
Telum inmane, manu valida quod forte gerebat
Bellator, ſolidum nodis & robore cocto;
Huic natam, libro & ſilveſtri ſubere clauſam,
Implicat, atque habilem mediae circumligat haſtae:
Quam dextra ingenti librans ita ad aethera fatur:
Alma, tibi hanc, nemorum cultrix, Latonia virgo,
Ipſe pater famulam voveo: tua prima per auras
Tela tenens ſupplex hoſtem fugit. Accipe, teſtor,

Diva

SERVII.

551. VIX HAEC SENTENTIA SEDIT. Ideo *vix*, quia naturale eſt, ut, quotiens [60] ſimul multa cogitamus, vix aliquid comprobemus: unde vera diſtinctio eſt: Omnia ſecum verſanti ſubito [61] [haec ſententia ſedit.]

552. ET ROBORE COCTO. Aut antiquam haſtam fuiſſe ſignificat: nam multi temporis aliquid *recoctum* vocatur. Horatius II. Sat. V. ℣. 55. *Plerumque recoctus Scriba ex quinquevire corvum deludet hiantem.* Item Perſius I. III. *Ut ramale vetus* [62] *praegrandi ſubere coctum.* Aut re vera *cocto robore:* haſtae enim igni plerumque durari conſueverunt, [63] [ut facilius corticem demittant.] HUIC. *Huic*, ſcilicet, telo.

554. NATAM IMPLICAT. [64] [Probus de hoc loco arpitamplaſma * LIBRO.] *Liber*, dicitur interior corticis pars, quae ligno cohaeret. Alibi Ecl. X. 67. *Alta liber aret in ulmo:* unde & *liber* dicitur, in quo ſcribimus: quia ante uſum chartae vel membranae de libris arborum volumina [fiebant, &] compaginabantur

557. [65] [ALMA TIBI HANC NEMORUM. Antonomaſia: nam tria epitheta ſine nomine poſita ſunt.]

558. IPSE PATER FAMULAM VOVEO. Bene *ipſe pater:* quia [66] auctoramenti poteſtatem niſi patres non habent. VOVEO autem, conſecro in tuum miniſterium: unde & *Camilla* dicta eſt, licet ſupra [67] eam a matre dixerit eſſe nominatam; ſed illud poëtice [68] [dictum eſt:] nam *Camilla*, quaſi miniſtra dicta [69] eſt: [70] [miniſtros enim & miniſtras impubes *Camillos* & *Camillas* in ſacris vocabant: unde & Mercurius Etruſca lingua *Camillus* dicitur, quaſi miniſter Deorum.] [71] [In Sacris tamen legitur, poſſe etiam opera conſecrari ex ſervis, uſque dum ſolvatur caput hominis, id eſt, liberetur ſacrationis nexu: aut enim numen famulae, quam ſervi ſignificatio conditionis *.]

559. [72] [TELA TENENS. Ordo eſt: Tua ſupplex tela tenens, quibus inligata eſt: & ingenioſe *tenens*, cum illigata ſit.]

VARIORUM.

Ibid. ABUNDANS. Ita etiam nonnulli ex ſcriptis. *ab undis* Excerpta noſtra. & Parrhaſ.

549. RUPERAT. *Rupere* Hugenianus. mox *tardatus* Sprotianus.

551. VERSANTI SUBITO. Haec diſtinctio, ut ſequatur: *Vix haec ſententia ſedit.* in ſubitis cogitationibus, animus difficulter conſilium capit, aut rem expedit. FABRIC

552. GEREBAT. *Ferebat* repoſitum in Mediceo. HEINS.

554. HUIC NATAM. *Hic* Hugenianus. *gratam* Sprotianus pro *gnatam.* ut habet Leidenſis.

557. TIBI HANC. *Hanc* deeſt Dorvil.

560. AU-

60 deeſt L. Voſ Steph. al. *quoties ſimulta* R. quod oſtendit rationem qua coaluerint ſyllabae diverſarum vocum. mox, aliquod Dan. 61 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 62 vegrandi Voſ. R. Dan. Fabr. 63 deſunt L. Voſ. R. 64 deſunt iisdem. Cl. Dorvill. malebat [illegible] [illegible] arpitanplaſma Dan. 65 deſunt iisdem. 66 auctorandi Steph. al. 67 & a matre L. Voſ R. Steph. al. 68 deſunt Dan. Fabr. 69 eſt, quod ſuperius expoſitum eſt Dan. Fabr. 70 deſunt Dan. Fabr. 71 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. 72 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Diva tuam, quae nunc dubiis committitur auris.
Dixit, & adducto contortum haſtile lacerto
Inmittit: ſonuere undae. Rapidum ſuper amnem
Infelix fugit in jaculo ſtridente Camilla.
At Metabus, magna propius jam urguente caterva,
Dat ſeſe fluvio, atque haſtam cum virgine victor
Gramineo donum Triviae de ceſpite vellit.
Non illum tectis ullae, non moenibus urbes
Adcepere, neque ipſe manus feritate dediſſet:

Paſto-

SERVII.

562. SONUERE UNDAE. Hic diſtinguendum.

563. INFELIX CAMILLA. [73] [Mira effingit. *Infelix* autem *Camilla*;] non eo tempore, quo evaſit, ſed nunc *infelix*: plerumque enim epitheta praeſentis temporis [74] ſcilicet ſunt, [75] [licet &] peractis negotiis, ut in ſecundo ℣. 455. *Infelix qua ſe, dum regna manebant, Saepius Andromache ferre incomitata ſolebat.*

565. [76] [VICTOR. Propoſiti ſui & intentionis effectu, ut VIII. 61. *Mihi victor* [77] *honore Perſolves.*

566. DONUM TRIVIAE. Mire *Triviae*, cum ipſa loquatur: [78] at bene *donum*, quoniam pater Dianae ſervaverit. CESPITE. *Ceſpite*, pro campo; ſcilicet quod ceſpes gleba ſit.]

567. NON ILLUM TECTIS, NON ULLAE MOENIBUS URBES ACCEPERE. Non mirum, a nulla hunc civitate ſuſceptum: nam licet Privernas eſſet; tamen, quia in Tuſcorum jure pene omnis Italia fuerat, generaliter in Metabum [79] omnium [80] [odia ferebantur: nam pulſus fuerat a gente Volſcorum, quae etiam] ipſa Etruſcorum poteſtate regebatur: quod Cato pleniſſime executus eſt: [81] unde & infra: *Multae illam fruſtra Tyrrhena per oppida matres Optavere nurum:* quod non procederet, niſi inter eos eſſent jura connubii. NON MOENIBUS URBES ACCEPERE. *Non tectis, non moenibus*: [82] hoc eſt, nec in civitatem, nec in privatam admiſſus eſt domum. Et ſic [83] iſta etiam in primo libro ℣. 600. ſeparavit: *Urbe, domo ſocias.* Sciendum autem, *moenia* abuſive dici omnia publica aedificia, ut II. 234. *Dividimus muros, & moenia pandimus urbis:* nam proprie *moenia*, ſunt tantum muri, dicta quaſi *munia*, a [84] munitione civitatis.

568. MANUS DEDISSET. Conſenſiſſet: & hoc dicit: [85] Etiam ſi qui eum voluiſſent ſuſcipere, ille tamen eorum conſortia morum feritate fugiſſet. *Feritate* autem, figurate, pro, *feritati*: an ob feritatem?

VARIORUM.

560. AURIS. *Armis* ſecundus Rottendorphius.

561. CONTORTUM. *Contentum* in priore Menagiano & tertio Mentelio. HEINS. Vid. lib. V. 526. *Abducto* Oudarnii. *contentum* Pariſ.

562. UNDAE. Quî undae ſonuere, cum ſuper amnem volitaverit haſtile? an *aurae*? ſed jam bis praeceſſit illa vox. inf. 863.

564. JAM URGUENTE. Tò *jam* abeſt a Mediceo. HEINS. *Propius magna* ſecundus Moreti, Mentelii prior, Pariſ. & ſex ſeptemve alii.

566. DONUM TRIVIAE. Interpretor ſalvam numine Dianae puellam in Servio lego, *quoniam patri Diana ſervaverat.*

Ibid. VELLIT. *Tollit* in Gudiano. HEINS.

567. MOENIBUS. *Montibus* alter Hamburgicus. vid.

73 deſunt iiſdem. 74 deeſt iiſdem & Fabr. 75 deſunt Dan. Fabr. ſicet peractis L. R. 76 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 567. 77 *honrrem* legendum. 78 ut bene Dan. 79 omnia Dan. 80 deſunt L. R. 81 hinc eſt L. Voſ. R. Dan. al 82 non in civitatem non in priv. Dan. civitates L. Voſ. R. Steph. 83 iſte Steph. 84 munitionis R. an pro, munitionibus. 85 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Paſtorum & ſolis exegit montibus aevum.
Hinc natam, in dumis interque horrentia luſtra,
Armentalis equae mammis & lacte ferino
Nutribat, teneris inmulgens ubera labris.
Utque pedum primis infans veſtigia plantis
Inſtiterat, jaculo palmas oneravit acuto:
Spiculaque ex humero parvae ſuſpendit, & arcum.
Pro crinali auro, pro longae tegmine pallae,
Tigridis exuviae per dorſum a vertice pendent.

Tela

SERVII.

569. Pastorum et solis exegit montibus aevum. Ei paſtorum aevum exegit in montibus ſolis, id eſt, paſtorali uſus eſt vita.

571. Armentalis equae. Indomitae, [86] [ſcilicet, quae in armenta foeturae cauſa [87] paſcatur:] unde ſequitur, *& lacte ferino.* [88] [Veteres enim omnes prope quadrupedes feras vocabant. II. 51. *In latus, inque feri curvam compagibus alvum.* Equae autem mammis et lacte ferino, ἓν διὰ δυοῖν.

572. Nutribat. Quidam nove dictum accipiunt.]

573. Vestigia plantis Institerat. Signa pedum primis plantis expreſſerat: [89] nam *veſtigia*, ſunt imagines pedum, ut III. 244. *Semeſam praedam, & veſtigia* [90] *foeda relinquunt.*

574. Palmas oneravit. Onus enim eſt quidquid teneris imponitur manibus.

576. [91] [Crinali auro. Quo crines inligantur.] Pro longae tegmine pallae. *Palla*, proprie eſt muliebris veſtis. deducta uſque ad veſtigia: unde ait *longae*, ſic ſupra I. 648. *Pallam ſignis auroque rigentem.*

577. [92] [A vertice pendent. Tempora variavit: nam de praeterito dicit.]

VARIORUM.

vid. ad Ovid. IV. Met. 645. *urbis* Venetus. *Excepere* Sprotianus.

568. Ipse. *Ille* Zulichemius. ad fulciendum verſum quidam apud Serv. ſupra ad ℣. 539. *neque enim ipſe* dederunt. mox *paſtorum ſolis* Oudartii. *ſolus* Parrhaſ. *Paſtorum in ſaevis* Ed. pr.

570. Hinc. *Hic* Editio Juntina & aliae. & in Zulichemiano eraſa litera *n* in *hinc* erat. rectius *hinc*, ab hoc tempore.

572. Teneris. In codice Franciano *Teucris*. de quo vide Brouckhuſium ad Propert. IV. VI. 21. *immulcens* prior Hamburgicus.

573. Plantis. Mediceus *plantas*.

574. Institerat. *Inſtiterant* prior Hamburgenſis. vid. ad lib. VI. 563.

Ibid. Oneravit. Hanc lectionem Servius agnoſcit: at ſcripti praeſtantiores noſtri, praeter Moretanum primum, etiam Pieriani cum Donato *armavit*. in Sprotiano *firmavit*. libro tamen XII.

Quos Imbraſus ipſe
Nutrierat Lycia, paribuſque oneraverat armis.

HEINS. *Armavit* omnes fere, cum Excerptis noſtris. *jaculis acutis* prior Hamburgicus & Ed. pr. *oneravit* rectius, quia tenellae adhuc oneri erat jaculum. ſic Valer. Flac. I. 110. de Hyla: *Velit ille quidem. ſed dextera nondum par oneri.* ubi vide. Sil. XI. 588. *Nondum portandis habiles gravioribus armis.*

576. Pallae. *Vittae* Oudartii. *longe* Ald.

577. A vertice. Praepoſitio deeſt Mentelio priori, alteri Menagio & Zulichemio & Parrhaſ. *pendunt* Montalbanius & ſecundus Moreti. *terrent* a manu ſecunda Hamburgenſis alter.

581. It-

86 deſunt iiſdem. 87 parcatur Dan. Fabr. 88 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 573. 89 nam haec ſunt veſtigia, imagines iidem. 90 prima relinquens Steph. 91 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 92 deſunt iiſdem.

Tela manu jam tum tenera puerilia torſit,
Et fundam tereti circum caput egit habena:
Strymoniamque gruem, aut album dejecit olorem.
Multae illam fruſtra Tyrrhena per oppida matres
Optavere nurum. Sola contenta Diana
Aeternum telorum, & virginitatis amorem
Intemerata colit. Vellem haud correpta fuiſſet
Militia tali, conata laceſſere Teucros:
Cara mihi, comitumque foret nunc una mearum.
Verum age, quandoquidem fatis urguetur acerbis,
Labere, Nympha, polo, finiſque inviſe Latinos,
Triſtis ubi infauſto committitur omine pugna.

Haec

SERVII.

580. STRYMONIAMQUE GRUEM. Thraciam, a fluvio Strymone. Sane ſciendum, poſſe dici, & *hic* & *haec* [93] *grus*, [94] [& *hi* & *hae grues*.] OLOREM. Latine ita dicimus: [95] nam Graece *κύκνοι*, *cycni* dicuntur.

581. MULTAE ILLAM FRUSTRA. Antequam rem diceret, [96] [ejus oſtendit eventum; ſic Salluſtius Jug. 1. *Falſo queritur de natura* [97] *ſua genus humanum:* nam antequam diceret] *queritur*, dixit *falſo*. MATRES. Inter *matrem*, & *matremfamilias*, [98] hoc intereſt, quod *mater* eſt [99] propter illam ſignificationem, quae eſt ad aliquid, quae tantum convenit in matrimonium; *materfamilias* vero illa dicitur, quae in matrimonium convenit per coëmtionem: nam per quandam Juris ſolemnitatem in familiam migrat. [1] [Et hic oſtendit dicendo: *Tyrrhena per oppida*, quod etiam Volſci in Tuſcorum fuerint poteſtate.]

583. AETERNUM. Id eſt, [2] aeterno: nam nomen eſt pro adverbio.

584. [3] [INTEMERATA COLIT. Inviolata, incorrupta: *temeratae* enim, quibus vis allata eſt.]

585. CONATA. [4] Dum conaretur, [5] [ut II. 441. *Obſeſſumque acta teſtudine limen:* & VIII. 218. *Caci ſpem cuſtodita fefellit.* [Hac autem ratione oſtendit, quare non ſuccenſa a Trojanis.*]

587. FATIS URGETUR ACERBIS. Oſtendit, etiam deſideria [6] ex fati neceſſitate deſcendere.

589. COMITTITUR OMINE PUGNA. Pro, committetur.

VARIORUM.

581. ILLAM. *Jam* ſecundus Moreti.

583. AMOREM. *Honorem* primus Moretanus. HEINS.

584. CORREPTA. *Corrupta* Vratiſlavienſis.

587. VERUM AGE. *Verum age nunc quamquam* Ed. pr.

Ibid. ACERBIS. Vel *iniquis* Gudianus. *iniquis* etiam in utroque Rottendorphio. HEINS. *Urgentur* Hugenianus & primus Moreti a manu prima. *iniquis* Bigotianus Dorvil. & Parrhaſianus. eadem varietas a Pierio notata lib. 1. 668.

589. OMI-

93 *gruis* R. forte recte. vid. ad Phaedr. 1. 8. 94 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 95 nam Cycnus Graece dicitur L. nam Gr. Κύκνοι c. d. Fabr. 96 deſunt Voſſ. praejudicavit. ſic L. ſic praejudicavit R. 97 deeſt L. R. 98 quid interſit ſuperius pleniſſime narratum eſt. & hic oſtendit Dan. reliquis omiſſis, quae jam dicta ſunt ſup. ✝. 476. 99 praeter L. Voſ. R. Steph. al. 1 deſunt iiſdem. 2 Aeterne iidem & Fabr. melius *Aeterno*. vid. ad Ovid. III. Amor. III. 11. 3 deſunt iiſdem. 4 dum conatur Dan. cum conaretur Voſ. R. Steph. 5 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ✝. 587. Fabr. ab, *Hac autem*. 6 ex fato, non neceſſitate Dan.

Google

Haec cape, & ultricem pharetra deprome ſagittam:
Hac quicumque ſacrum violarit vulnere corpus,
Tros Italuſve, mihi pariter det ſanguine poenas.
Poſt ego nube cava miſerandae corpus & arma
Inſpoliata feram tumulo, patriaeque reponam.
Dixit: at illa levis coeli delapſa per auras
Inſonuit, nigro circumdata turbine corpus.
At manus interea muris Trojana propinquat,

Etru-

SERVII.

590. HAEC CAPE. Generaliter dixit arcum, pharetram, ut ſequentia indicant: nam dicit: *Et ultricem pharetra deprome ſagittam:* [7] [& neotericum putatur *ipſam ſagittam ultricem.*] ULTRICEM. [8] Nomina omnia in x terminata, ablativum ſingularem in E mittunt; genitivum vero pluralem in UM: exceptis his, quae omnis ſunt generis, ut *felix:* nam & *ab hoc felici*, &, *horum felicium*, facit. Lucanus: *Felici non fauſta loco tentoria ponens:* quod receptum eſt ideo, quia genitivus pluralis a nominativo plurali minor eſſe non debet; ſed aut par, aut major una ſyllaba: & quia [9] in neutro facit *felicia*, *felicum* dicere non debemus; ne propter alia genera huic praejudicemus: namque ab eo, quod [10] eſt *felices*, ut *felicium* dicamus, ratio patitur; una enim creſcit ſyllaba: ab eo, quod eſt *felicia*, ut *felicum* dicamus, non procedit; ne minor ſit genitivus [11] a nominativo plurali. Similiter & *ultricium*, & *ultricia*, & *victricium*, dicimus: licet in his neutrum [12] genus in numero ſingulari non inveniatur.

591. VIOLARIT VULNERE CORPUS. [13] [Bene *violarit:*] quia dixerat *ſacrum.* [14] [Et ſuperius ỳ. 558. dictum eſt, operam ſolemni more conſecrari, uſque dum ſolvatur caput hominis, id eſt, liberetur ſacrationis nexu: quod facilius accidet, ſi mors intercedat. Hic ergo totius rei, & praecipue ſacrationis, aliud agens Poëta, mentionem inſeruit, dicens: *Hac quicumque ſacrum violarit vulnere corpus, Tros, Italuſve, mihi pariter det ſanguine poenas.* Bene ergo, ſicut dictum eſt, *violarit:* quia dixerat *ſacrum.*]

592. TROS ITALUSVE MIHI. Si ſimpliciter [15] accipiamus, ſic intelligamus: Sive eam Trojanus interemerit, ſive aliquis de Aeneae auxiliis: namque alii volunt, Aruntem de Turni eſſe partibus, & indignatum, foemineum ſexum plus potuiſſe in bello, quam viros: quam rem hic dicunt perſtrinxiſſe Virgilium: & re vera ſic ubique loquitur, ut incertum ſit, Aruns de cujus partibus fuerit: unde eſt & illud inf. 789. *Da, pater, hoc noſtris aboleri dedecus armis.* PARITER. Similiter, uno modo. [16] [Et eſt antiquum: Plautus in Aulul. *Filium pariter moratum.*]

593. MISERANDAE CORPUS. [17] Haec in oeconomia, praejudicia nominantur; quotiens negotii futuri exitus tollitur: vult enim, nos de Camillae cadavere nihil ulterius expectare, ſicut fecit in primo 683. *Tu faciem illius noctem non amplius unam Falle dolo.* Quod praemiſſum ſuſtulit commemorationem, quando vel Cupido receſſerat, vel Aſcanius ſit reverſus.

594. ARMA INSPOLIATA. Aut indetracta, aut ipſius inſpoliatae [18] [Camillae. PATRIAEQUE REPONAM. Hoc eſt, in patriam.]

596. NIGRO CIRCUMDATA TURBINE CORPUS. [19] Hoc ideo, quoniam ad moerorem luctumque deſcendit. [20] Contra in octavo, ubi ad laetitiam deſcendit Venus, claro eam nimbo circumdatam dicit, ut VIII. 608. *At Venus aetherios inter dea candida nimbos.*

597. [21] [AT MANUS INTEREA. In tota hac deſcri-

7 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. & neutericum putatur Dan. 8 nomina in *ix* Baſil. nomina *ix* term. L. Voſ. R. omnia in *x* litera ter. Dan. in *x* literam Fabr. 9 deeſt praepoſitio R. 10 eſt *felice*, ut *felicium* dicamus L. ab eo quo eſt cedit, ne minor ſit &c. R. omiſſis mediis. 11 deeſt praepoſitio Steph. Fabr. al. 12 deeſt L. Voſ. R. Dan. 13 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 14 deſunt iisdem. 15 accipimus R. Steph. al. ſi ſimiliter accipimus L. R. 16 deſunt Dan. ſed L. Voſ. R. Steph. deſiderant modo Plauti locum. 17 haec oeconomia Dan. 18 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 19 quia ad moer. iidem omiſſis prioribus vocibus. 20 contraque Baſil. contra quem Voſ. R. 21 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Etruſcique duces, equitumque exercitus omnis;
Conpoſiti numero in turmas. Fremit aequore toto
Inſultans ſonipes, & preſſis pugnat habenis
Huc obverſus & huc: tum late ferreus haſtis
Horret ager, campique armis ſublimibus ardent.
Nec non Meſſapus contra, celereſque Latini,

Et

SERVII.

deſcriptione hiſtoricum characterem poëtico miſcet.]

598. HETRUSCIQUE DUCES. *Hetruria* dicta eſt, quod ejus fines [22] tenebantur uſque ad primam ripam Tyberis: [23] [& per Syncopen Ἐτρυρία,] quaſi Ἑτερόρια nam ἕτερος eſt alter, & ὅρος finis vocatur. Roma enim antea unam tantum Tyberis ripam tenebat. Juvenalis VIII. 264. *Et quae imperii fines Tyberinum virgo* [24] *natavit.* [25] [Quidam ſane *Etrurique* legunt, ab *Etrurus*: trans Tyberim enim *Etruriam* dicebant; homines *Etruros*, quos nunc *Etruſcos*.]

599. COMPOSITI NUMERO. Id eſt, [26] [aequati numero] [27] rationabiliter: unde & *ſaepenumero* dicimus, id eſt, frequenter & rationabiliter: hinc eſt VI. Ecl. 27. *Tum vero in numerum*, id eſt, [28] in rationem & rhythmum: unde & *metra*, *numeros* dicimus, ut IX. Ecl. 45. *Numeros memini, ſi verba tenerem.* Sane modo generalis eſt deſcriptio equeſtris certaminis; paulo poſt deſcendit ad ſpecialem, ſicut fecit in quinto & de curſoribus, & de navali certamine.

600. [29] [PRESSIS. Cum habenis premeretur. PUGNAT autem, pro, repugnat.

601. FERREUS HASTIS. Quaeritur, quid ſit *ferreus?* utrum, ferreus ager horret haſtis; an, [30] ferreis haſtis ager horret?] HORRET autem, terribilis [31] eſt: eſt autem verſus Ennianus, vituperatus a Lucilio, dicente per irriſionem debuiſſe eum dicere, *horret & alget*: unde Horatius de Lucilio I. Sat. X. 54. [32] *Non rides verſus Ennii gravitate minoris.*

602. CAMPIQUE ARMIS SUBLIMIBUS ARDENT. Id eſt, reſplendent. [33] [Et Euripides in Phoeniſſis: Καὶ χαλκὸν ἅπαν πεδίον ἀστράπτει.]

603. CELERESQUE LATINI. Adludit ad militiam Romanam: namque & equites habuit Romulus, ut illo diximus loco IX. 370. *Tercentum ſcutati omnes Volſcente magiſtro*: quos *Celeres* appellavit, vel a *celeritate*; vel a duce *Celere*, qui dicitur Remum occidiſſe: in cujus gratiae vicem a Romulo Tribunus equitum fieri meruit, & *Tribunus Celerum* appellatus eſt. [34] [Alii hos *Celeres* ideo appellatos dicunt, quod explorationes obirent, &, quae uſus exigeret, velocius facerent: alii a Graeco dictum putant, quod eſt κέλης.]

VARIORUM.

589. OMINE. *Ordine* alter Hamburgicus a manu prima.

590. ET ULTRICEM. *Victricem* Mentelii prior. *hanc cape* Excerpta noſtra. in primo Moretano *haec*, addita interpretatione, *tela. hoc* Ed. pr.

592. TROS ITALUSVE. *Tros Italuſque* in Mediceo, Gudiano, Schefferio & Leidenſi. HEINS. *Hac q. ſacra* Sprotianus. *violaret* Mentelii primus. *violavit* Parrhaſ. ut inf. 848.

593. MISERANDAE. *Miſerabile* prior Hamburgicus.

594. TUMULO. *Cumulo* Zulichemius. *tumuloque patriſque* Venetus. *intemerata feram* Francianus.

595. DEMISSA PER AURAS. *Delapſa* Mediceus, Mentelianus uterque & Sprotianus, duo

Mo-

22 tendebantur L. Voſ. Dan. Fabr. al. tenduntur R. *uſque* deerat L. *primam* Steph. 23 deſunt L. R. uſque ad *Roma.* Voſ. Dan. Fab. al. ad quaſi. 24 *notavit* L. Fabr. 25 deſunt L. Voſ. R. Steph. Fabr. al. quidam ſane & ruri legunt ab erurie trus * trans Dan. 26 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 27 honorabiliter Dan. 28 in rationem, in Rhythmum L. Voſ. R. Baſil. 29 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *Horret* ℣. 601. 30 ferreus Dan. Fabr. 31 eſt, id eſt verſus En. Dan. eſt. ut Homerus φρίξεν δὲ μάχη. Baſil. credo voluiſſe φρίσσουσιν, ut legitur Iliad. Ψ. 599. 32 *non ridet* (dicens) *verſus Enni gravitate minores* Dan. *minores* etiam Fabr. 33 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 34 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Et cum fratre Coras, & virginis ala Camillae,
Adverſi campo adparent: haſtaſque reductis
Praetendunt longe dextris, & ſpicula vibrant:
Adventuſque virûm fremituſque ardeſcit equorum.
Jamque intra jactum teli progreſſus uterque
Subſtiterat: ſubito erumpunt clamore, frementiſque

Ex-

SERVII.

604. ALA CAMILLAE. Equitatus. *Alae* autem, dicuntur equites, quod alarum vice pedeſtrem exercitum tegunt.

605. [35] [HASTASQUE REDUCTIS. Ante oculos poſita deſcriptio.]

608. INTRA JACTUM TELI. [36] [Homericum eſt: ἴσω βέλος] unde poſſit haſta emiſſa in hoſtem venire. Hinc traxit Statius VI. Theb. 354. [37] [ut diceret:] *Quale quater jaculo ſpacium ter arundine vincas.* Et Enniana eſt [38] iſta omnis ambitioſa deſcriptio.

609. [39] [SUBITO. Adverbium eſt: an, *ſubito clamore:* & eſt verſus hypermetrus.

VARIORUM.

Moretani, Voſſianus prior, & Schefferius. in altero Menagio *dilapſa.* deinde Mediceus *dixit & illa.* HEINS. *Dilapſa* etiam Zulichemius. *delapſa* Leidenſis. Pariſ. & Parrhaſ. *dixit & Venetus.* mox *longo circumdata* Zulichemius a manu prima.

596. INSONUIT, NIGRO. *Advolat & virgo* Francianus. *inſonuitque nigro* prior Hamburgicus.

597. AT MANUS INTEREA MURIS TROJANA PROPINQUAT. *Muris tectiſque propinquant*, citatur a Valerio Probo in Arte Gramm. *τὸ propinquant* impenſe placet, de quo videantur quae diximus lib. X. 238. pro *Etruſcique duces*, in multis veterum *Etruriique*, vel *Etrurique. Etruros* etiam Servius hic agnoſcit, pro diverſa ſcriptura, & ſic *Etruſcos* antiquitus nuncupatos monet. *Etrurii* apud ſcriptores de limitibus. *Etruriani* Catoni in oratione de Macedonia liberanda apud Feſtum in *natinari.* HEINS. *Equitum exercitus* Dorvil.

598. ETRUSCIQUE. *Etrurique* Sprotianus & Montalbanius, Bigotianus & Hugenianus. *Etruriique* Mentelius primus, alter Menagianus & tertius Rottendorphius a manu ſecunda.

599. CONPOSITI. *Compoſito* Zulichemius. *in turmas numero* prior Hamburgicus & ſecundus Moreti. *in turbas* Sprotianus. *in* deeſt Bigotiano & Franciano. *in turmis* Parrhaſ.

600. PUGNAT. Lege *ſpumat.* FABRIC. Sed *pugnat* hic eſt, contra habenas preſſas luctatur. ut Ovid. IV. Ep. 79. *luctantia colla* vocat. ut contra ibid. ℣. 46. *ſequacem equum*, qui frenis paret, dixit. *pugnat* recte Servius pro *repugnat habenis.* ita Ovidius Remed. 514. & II. Met. 87. & *freno repugnat* IV. Triſt. VI. 24. *pugnare* vero ita conſtrui docent multa loca veterum. Ovid. XVII. 189. *caepto potius pugnemus amori.* I. Met. 19. *Frigida pugnabant calidis.* & ita ſimilia verba, *certo, contendo, luctor*, &c. vid. Lambin. ad Horat. II. Od. 6. *premere frena* Ovid. VIII. Met. 37. Claud. II. in Eutrop. 107. *preſſis conſpexit habenis.* contrarium eſt *dare habenas* mox ℣. 623. *pulſat* Ald.

601. OBVERSUS. *Converſus* in Mediceo, Gudiano, Sprotiano, & Leidenſi. non placet. *rure obverſari* apud Symmach. lib. III. Ep. I. HEINS. *Jam late* prior Hamburgenſis. *converſus adhuc* Francianus

605. REDUCTIS. *Reductas & praetendunt*, Mediceus a manu prima. *praetendunt* etiam in altero Menagiano, & tertio Moretano, & Leidenſi. HEINS. *Haſtiſque r. praetendunt* Zulichemius. *haſtaſque reductas* Sprotianus. vid. ad Ovid. VIII. Met. 341.

607. FREMITUSQUE. *Et fremitus* alter Menagius.

608. INTRA. *Intus j. leti* Francianus. *iter* Venetus pro *inter.*

609. SUB-

[35] deſunt iisdem. [36] deſunt iisdem & Dan. [37] deſunt Dan. Fabr. qui diceret L. hinc Statius. ut dicerent, *quale* R. [38] omnis tam brevis Dan. omnis haec L. Voſ. R. Steph. al. Homericum eſt ἴσω βέλος eſt & Enniana Fabr. vid. Barth. ad Statii locum. [39] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 617.

Digitized by Google

Exhortantur equos: fundunt ſimul uudique tela
Crebra nivis ritu, coelumque obtexitur umbra.
Continuo adverſis Tyrrhenus & acer Aconteus
Conixi incurrunt haſtis, primique ruinam
Dant ſonitu ingenti, perfractaque quadrupedantum
Pectora pectoribus rumpunt. Excuſſus Aconteus,
Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti,
Praecipitat longe, & vitam diſpergit in auras.
Extemplo turbatae acies, verſique Latini
Rejiciunt parmas, & equos ad moenia vertunt.

Troës

SERVII.

612. CONTINUO ADVERSIS. Hic ſpecialis pugna eſt.

615. PRAEFRACTAQUE PECTORA PECTORIBUS RUMPUNT. Rumpunt, praefractaque faciunt.]

617. PRAECIPITAT. Pro, praecipitatur.

619. REJICIUNT PARMAS, ET EQUOS AD MOENIA VERTUNT. *Rejiciunt*, retro agunt, [40] [vel retrorſum ferunt, ut cedentium terga munita ſint, ut ipſe mox ỷ. 630. *Bis rejecti armis reſpectant terga tegentes.*] Sane nunc fugiunt, non timore, ſed lege praeliandi. Salluſtius: *More equeſtris praelii ſumptis tergis ac redditis.* [41] [PARMA autem, eſt equeſtre ſcutum.]

VARIORUM.

609. SUBSTITERAT. *Subſtiterant* duo Hamburgenſes, & Schefferius. ſed Mediceus a manu prima *Conſtiterant*, & *furenteſque Exhortantur equos*, non *frementeſque*. atque ita caeteri noſtri. *frementes* tamen equos dici non diſplicet. vide annotata lib. XII. 333. HEINS. *Furentis exhortantur* Zulichemius, Pariſ. & Parrhaſ. & Ed. pr. *furenteſque* Mediol. Ald. *ſubſtiterant* Zulichemius & Leidenſis & Excepta noſtra. *frementes exhortatur* Francianus. *frementes* equos proprie dici docet Lambin. ad Horat. IV. Od. 14. vid. I. Georg. 12. quia tamen praeceſſit ỷ. 599. & 608. hic patior facile *furenteſque*.

610. FUNDUNT. *Fundit* Zulichemius a manu prima. quare Heinſius volebat *fundi*.

612. ADVERSIS. Ita Mediceus, Hugenianus, Gudianus & alter Hamburgicus. *adverſus* Francianus. *verſis* Ed. pr. *Acontheus* Menagius prior. *Acontes* Zulichemius. mox *commixti inc.* prior Hamburgicus. *connexi inc.* primus Moreti & Ed. Mediol. *occurrunt* Bigotianus. tres vero verſus 613. 614. 615. deſunt in Hugeniano, quod accidit quia *Aconteus* finit duos verſus.

613. PRIMIQUE RUINAM. In Moretanis ſecundo & quarto *Primique ruina Dant ſonitum ingenti.* ne id quidem male. cujus & veſtigia in Mediceo apparent, *ſonitum* exhibente. nec Gudianus a manu prima abludit. in quo, *ruina Dant ſonitum ingentem*. HEINS. *Sonitum* etiam Excerpta noſtra. *ruina Dant ſonitum* Parrhaſ. *Dat ſonitu ingenti, perfractaque* Francian. vulgata non movenda. dant ruinam, id eſt cadunt cum magno ſonitu: ut lib. II. 465. *ea lapſa repente ruinam Cum ſonitu trahit.* ſic *ſonitum ruinae* dixit Lucan. VI. 162.

614. PERFRACTAQUE. Mediceus & caeteri noſtri etiam *perfractaque*, non *praefractaque*. & ſic in caeteris noſtris & Pierianis, niſi quod in Gudiano a manu prima *perfectaque*, in tertio Moretano, *perfoſſaque*. HEINS. *Praefractaque* Ed. Mediol.

615. EXCUSSUS. *Expulſus* Bigotianus.

616. ACTI. *Actus* in priore Menagio. etiam in Gudiano a manu prima. HEINS. *Tormenti* Mediceus.

617. DISPERGIT. Gudianus a manu prima *diſperſit*. & ita alter Mentelius. HEINS. *Diſpargit* Leidenſis. *diſparſit* alter Mentelii. *longe & vitam ſpargit* Ed. Mediol.

619. RE-

40 deſunt iisdem. 41 deſunt iisdem.

Troës agunt: princeps turmas inducit Aſylas.
Jamque propinquabant portis, rurſuſque Latini
Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt:
Hi fugiunt, penituſque datis referuntur habenis.
Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, ſcopuloſque ſuperjacit undam
Spumeus, extremamque ſinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atque aeſtu revoluta reſorbens
Saxa fugit, lituſque vado labente relinquit.
Bis Tuſci Rutulos egere ad moenia verſos:

Bis

SERVII.

622. MOLLIA. Domita, ſcilicet domitorum [42] [equorum, qui facile flectuntur.]

625. SUPERJACIT UNDAM. Super ſcopulos undam jacit: nam more ſuo dedit verbo detractam [43] nomini praepoſitionem.

626. SINU. Curvatione & flexu undarum. [44] [EXTREMAMQUE. Quantum ad mare pertinet: nam terrae prima eſt.] *Extremam* autem, ad illud pertinet, quod ait ſupra: *Penituſque datis referuntur habenis.*

627. AESTU REVOLUTA RESORBENS SAXA, FUGIT. *Aeſtus*, proprie eſt maris incerta commotio [45] [creſcentis & decreſcentis: unde *aeſtuaria* dicta. Plautus in Aulularia I. III. 6. [46] *Quo magis te in altum capeſſis, aeſtus te in portum referet.*]

628. VADO LABENTE. Hypallage, pro, labens ipſe per vadum [47] [littus reliquit.]

VARIORUM.

619. REJICIUNT PARMAS &c. Vide Rob. Titium lib. VIII. Locor. Controv. 10.

Ibid. VERTUNT. *Verſant* alter Hamburgicus. *torquent* Ed. Mediol. *dejiciunt* quoque ſecundus Moreti.

620. AGUNT. Non recte de incurſu interpretantur. ſed verſos in fuſam impellunt, & agunt. ut paſtor gregem agit. lib. V. 265.
Demoleus curſu palantes Troas agebat.
& inf. 734. *Femina palantes agit.* lib. X. 540. *quem congreſſus agit campo.* Terent. Adelph. III. II. 21. *Caeteros ruerem, agerem, raperem, funderem, proſternerem.* Suet. Caeſ. LXVIII. *umbone obvios agens.* Juſtin. II. 9. *cum fugientes hoſtes ad naves egiſſet.* antea dixerat, *tanta virtute pugnatum, ut hinc viros, inde pecudes putares.* mox ℣. 629. *Rutulos egere ad moenia verſos.*

Ibid. INDUCIT. Colotianus liber habet *invaſit.* URSIN. *Invaſit* ſolus Menagianus prior. caeteri noſtri *inducit*, cum Pierianis & Donato. HEINS. *Invadit* Leidenſis. *invaſit Aſilas* Excerpta noſtra. *Aſillas*, vel *Aſilas* nonnulli codices. *invaſit Aſillus* Ed. pr. *inducit* non movendum, quod habet Serv. ad I. Aen. 468. ita Plaut. Amphit. I. I. 88. *Illico equites jubet dextera inducere.* ubi male *irruere* Lambinus & *inruvere* Merula ad Enn. p. 163. Livius ſaepe *inducere exercitum, legiones in hoſtes* dicit.

621. RURSUSQUE. *Verſique* Pierius in ora codicis.

624. PROCURRENS. *Procumbens*, uterque Mentelianus, prior Hamburgicus, Voſſianus alter, & alii nonnulli. HEINS. Ita & Vratiſlavienſis. & Leidenſis, Zulichemius, Parrhaſianus, Dorvil. Bigotianus & alii. & Ed. Venet. vid. ad lib. V. 204.

625. TERRAS. Ita & noſtri, praeter Sprotianum. & Ed. pr. & Mediol. Juntina editio *terram.* *unda* Mentelianus primus, Bigotianus, Hugenianus.
&

[42] deſunt L. Voſ. R. Steph. equorum deeſt Baſil. qui facile fl. deſunt Dan. quo f. f. Fabr. [43] nominis Dan. [44] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. [45] deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. [46] *quam magis i. l. a. c. tam ae. r. i. p. refert* hodie legitur. vid. ad III. Georg. 309. [47] deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Bis rejecti armis reſpectant terga tegentes.
Tertia ſed poſtquam congreſſi in proelia, totaſque
Inplicuere inter ſe acies, legitque virum vir;
Tum vero & gemitus morientum, & ſanguine in alto
Armaque, corporaque, & permixti caede virorum
Semanimes volvuntur equi: pugna aſpera ſurgit.
Orſilochus Remuli, quando ipſum horrebat adire,
Haſtam intorſit equo, ferrumque ſub aure reliquit.
Quo ſonipes ictu furit arduus, altaque jactat
Volneris inpatiens adrecto pectore crura.
Volvitur ille excuſſus humi. Catillus Iolan,

In-

SERVII.

633. [48] [GEMITUS MORIENTUM. Aliqui *morientum*, genitivum corruptum pro integro accipiunt: facit enim *morientium*.] ET SANGUINE IN ALTO. 'Εμφατικῶς caedis oſtenditur magnitudo.

634. [49] [ARMAQUE, CORPORAQUE. Verſus πολυσύνδετος & bene belli faciem demonſtravit, multa enumerando, quae in alto ſanguine velut natarent.

636. QUANDO IPSUM HORREBAT ADIRE. Parentheſis: & quaeritur, quid ſit *horrebat*?]

637. HASTAM INTORSIT EQUO. Figurate: nam *intorqueo in equum* dicimus: ut II. 51. [50] *In latus, inque feri curvam compagibus alvum Contorſit*. [*Equo* ergo, pro, in equum.] SUB AURE RELIQUIT. Ex vulneris genere fugientem eum intelligimus eſſe [51] percuſſum.

640. VOLVITUR ILLE EXCUSSUS HUMI. Humi volvitur: nam *excuſſus*, per ſe plenum eſt.

VARIORUM.

& ſecundus & tertius Mentelii. & Mediceus. *ſuperjacet unda* ſecundus Rottendorphius & prior Hamburgicus a manu ſecunda. *ſuperjacit in unda* Francianus. *unda* Regius.

626. PERFUNDIT. *Profundit* Venetus. *ſinus* Mentelii primus.

627. REVOLUTA. *Reſoluta* Gudianus. *reſolvens* Francianus. *nunc trepidus* Zulichemius a manu ſecunda. mox idem ab eadem manu *ſaxa ferit*. *vado lambente* Excerpta noſtra.

629. BIS TUSCI. *Bis Teucri* Mediceus a manu prima. HEINS. Et Zulichemius a manu ſecunda. *verſus* Hugenianus.

631. TOTAS. *Totaſque* duo Rottendorphii, prior Hamburgicus, Mentelius alter. quod admittendum. conſule adnotata ſupra hoc libro ℣. 333. praeterea in priore Voſſiano, *congreſſi praelia*. HEINS. *In* deeſt etiam Oudartii codici. *totaſque* etiam Francianus.

633. IN ALTO. *Ab alto* Menagii prior. deeſt praepoſitio Bigotiano, & Leidenſi. *ſanguine multo* Oudartii pro varia lectione. & ita Parrhaſianus. mox *in caede* Montalbanius. *corporaque permixti*. Ed. pr.

635. SEMANIMES. *Semineces* Gudianus pro diverſa lectione. HEINS. *Sternuntur equi* Bigotianus.

636. ORSILOCHUS. *Orſilocus* nonnulli. *Orſilogus* Leidenſis.

637. RELIQUIT. *Relinquit* Francianus.

638. FURIT. *Ferit* Mediceus a manu prima.

640. CATILLUS IOLAM. *Cathyllus Iolan* Mediceus. *Iollam* Gudianus. *Cathillus* etiam cum aſpiratione in aliis vetuſtioribus. ut hic *Cathillus* diſtinguatur a Tiburis conditore, qui Κάτιλλος

Grae-

48 deſunt iiſdem. 49 deſunt iiſdem ad ℣. 637. aliquanti Dan. 50 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. hic iterum deerat pagina una aut altera in L. ad ℣. 768. 51 preſſum Voſ. R.

Digitized by Google

Ingentemque animis, ingentem corpore & armis
Dejicit Herminium: nudo cui vertice fulva
Caeſaries, nudique humeri. Nec volnera terrent:
Tantus in arma patet. Latos huic haſta per armos
Acta tremit, duplicatque virum transfixa dolore.
Funditur ater ubique cruor: dant funera ferro
Certantes, pulchramque petunt per volnera mortem.
At medias inter caedes exſultat, Amazon,
Unum exſerta latus pugnae, pharetrata Camilla:
Et nunc lenta manu ſpargens haſtilia denſet:

Nunc

SERVII.

642. Dejicit Herminium. Nomen hoc de hiſtoria Romana eſt: nam cum Coclite contra Tuſcos Lartius & Herminius ſteterunt, [52] [& pugnaverunt eo] tempore, quo pons [53] ſublicius rumpebatur: unde & eum plurimum laudat, ac ſi diceret: [53] * Talis hic eſt, qualis ille fuit.

644. Tantus in arma patet. Id eſt, Tantum patebat in vulnere, id eſt, in hoſtilia tela totus patebat. [54] [Alii *in arma*, pro, armis vel ſcutis tradunt.] Per armos. Abuſive: nam proprie *armi* quadrupedum ſunt.

648. Exultat Amazon. Suſpendendum, *exultat*; [55] ut *Amazon* intelligas, quaſi Amazon: nam Camilla Volſca fuerat: ſic in primo 319. *Dederatque comam diffundere ventis*, *Venatrix*, id eſt, quaſi venatrix.

649. [56] [Pharetrata. Participium a foeminino genere derivatum. Unum autem exserta latus, pro, exſertum latus habens.

650. Denset. Id eſt, denſe, ſparſe jacit. Sane denſentur plures res in unum, ut xii. 264. *Vos unanimes denſete catervas*: & declinatur, *denſeo*, *denſes*, *denſet*.]

VARIORUM.

Graecis. HEINS. *Iollan* etiam Hugenianus & Dorvill. *Cathilus* Francianus.

641. Corpore. *Pectore* Gudianus pro variante lectione. ut lib. iv. 11. *Quem ſeſe ore ferens, quam forti pectore & armis.* mox *Hermonium* Mediceus. *Hermionum* Gudianus. in quarto Moretano *Hermonium*. in nonnullis *Hermenium*. HEINS. Sed imitatio Flori lib. i. cap. 13. firmat *corpore*. ille de Gallorum gente, *ad hoc ipſa corporum mole, perinde armis ingentibus terribilis*. Strabo lib. iv. pag. 196. Ὁπλισμὸς σύμμετρος τοῖς τῶν σωμάτων μεγέθεσι. *Hermenium* Parrhaſ.

644. Hinc hasta. *Huic* cum ſcriptis. *hinc* Typographi aberrantis eſt naevus. HEINS.

645. Acta tremit. *Acta premit* Ed. pr.

Ibid. Duplicatque virum transfixa dolorem. Sic Mentelianus prior. caeteri omnes uti & vetuſtiores ex Pierianis *dolore*. Poſſet & legi *duplicatque viro transfixa dolorem*. vulgatam ſcripturam expreſſit Scholiaſtes Statii Theb. vii. 633. HEINS. Imo ille *dolorem* habet. *viri* Catroeus.

646. Funera. *Vulnera* Sprotianus. mox, *inter acies* Oudartii. v. ad Phaedr. lib. ii. fab. vii. 8. & inf. ỳ. 729.

648. Caedes. Huic loco Francianus inſerit verſus ex initio libri a 2. ad 9.

649. Exserta. *Ejecta* Francianus.

650. Lenta. Donatus *laeta* pro *lenta*, quia dixit, *Exultat Amazon*. Servius & Priſcianus *denſet* pro *denſat*. Horum ſententiam probo, illius in medio relinquo. videtur enim Poëta *lenta haſtilia*, & *validam bipennem* poſuiſſe, ad peritiam & laudem Camillae, quae omni telorum genere apte

[52] deſunt Voſ. R. Steph. al. [53] Subicius R. [53] * talis qualis ille fuit Voſ. R. Steph. al. [54] deſunt iiſdem. [55] deeſt Dan. Fabr. [56] deſunt Voſ. R. Steph. al. ad ỳ. 651.

Nunc validam dextra rapit indefeſſa bipennem.
Aureus ex humero ſonat arcus, & arma Dianae.
Illa etiam, ſi quando in tergum pulſa receſſit,
Spicula converſo fugientia dirigit arcu.
At circum lectae comites, Larinaque virgo,
Tullaque, & aeratam quatiens Tarpeja ſecurem,
Italides; quas ipſa decus ſibi dia Camilla
Delegit, paciſque bonas bellique miniſtras.

Qua-

SERVII.

651. INDEFESSA. Infatigabilis. [57] Et omnia ei Amazonum arma tradit, quas Titianus *Unimammas* vocat: nam hoc eſt *Amazon*, quaſi ἄνευ μαζῶ, [58] [ſine mamma. *Bipennis* autem dicitur, quod ex utraque parte habeat aciem, quaſi duas pinnas, quas veteres dicebant.]

654. SPICULA FUGIENTIA. Pro, ipſa fugiens.

655. AT CIRCUM LECTAE COMITES. Subaudis, *dimicant*: quod etiam ſequens Amazonum indicat comparatio, quae inducuntur circa reginam bella tractantes, [59] [ne culpetur Poëta, quod nullam earum pugnantem induxerit.] LARINAQUE VIRGO. Nomina haec nobiliſſimarum ſunt Italiae foeminarum: [60] [& AERATAM, pro ferream, ut VII. 743. *Micat aereus enſis*.]

657. ITALIDES. [61] [Ut *Sicelides*, *Atlantides*:] [62] [atque ſociarum ducem, *Amazonam* dicit, velut *Amazonidas*, ut: *Ducit Amazonidum*: & eſt] pulchra derivatio, non tamen vera: nam verum eſt [63] *Italae*: *Italis* autem, unde eſt *Italides*, magis patronymicum eſt, quam derivativum; ſicut [64] *Belis*, unde *Belides*: [& eſt Graecum.] QUAS IPSA DECUS. Et ad delectas, & ad ipſam poteſt referri. *Decus* autem, ſi ad Camillam, nobilitas, pulchritudo; ſi ad delectas, ornamentum: id eſt, quas ſibi elegit ornamentum, id eſt, ad ornamentum. DIA CAMILLA. Generoſa: εὐγενής· nam Graecum eſt, cujus nominis etymologiam plerique volunt venire ἀπὸ τοῦ Διός· quod ſi ſic eſt, dicemus, diſſentire derivationem a principalitate: nam *dia*, *di* producit, cum Διὸς corripiat: ſicut e contra, cum lux, LU producat, *lucerna*, LU corripit.

658. PACISQUE BONAE, BELLIQUE MINISTRAS. Congruum paci epitheton dedit, ut eam *bonam* diceret, cum bellum e contra ſit peſſimum: nam ſine dubio *& belli ſaevi*, diceret, ſi [65] ratio verſus admitteret. [66] [Quidam *bonum* interdum pro *grandi* accipiunt. BELLIQUE MINISTRAS. Nonnulli *miniſtras*, modo ad bellum tantum referri volunt, ideoque conjunctionem incongrue poſitam, & ordinem eſſe: *decus pacis*, *& miniſtras belli*. Poterit & ita: *quas ſibi decus delegit miniſtras bonae pacis & belli*.]

VARIORUM.

apte & militariter uteretur. FABRIC. *Seu lentum valido torques haſtile lacerto*. Ovid.

Ibid. DENSAT. *Denſet* Mediceus a ſecunda manu. quod & Pierius in ſuis invenit, & confirmat Montalbanius ex noſtris, cum utroque Rottendorphio, priore Hamburgico & quarto Moretano. vide quae notamus libro VII. 794. HEINS. *Manus* Zulichemius, Montalbanius & alter Menagius. *lecta manu* Francianus. *denſa* Parrhaſ.

651. INDEFESSA. *Indefenſa* Francianus. *quatit* Parrhaſ.

653. RECESSIT. *Recedit* alter Hamburgicus.

654. DIRIGIT. *Derigit* in Mediceo. HEINS. Vid. Lamb. ad Lucret. VI. 823.

655. AT CIRCUM. *Et circum* Gudianus, Sprotianus,

57 & omnia arma Amazonum, quas Voſ. 58 deſunt Voſ. R. Steph. al. 59 deſunt iisdem. 60 deſunt iisdem. 61 deſunt iisdem. 62 omiſit haec Fabr. nam in Dan. corruptiſſima. anque ſociarum ducem Amazonem dicit vel Amazonidas *. ut *ducit Amazonidum*. 63 Italiae R. Voſ. Dan. 64 *Belias* unde & *Belides* Steph. al. *Hebelis* unde & *Ebelidis* Voſ. *Bellias* unde eſt *Hebellides* R. *Belis* & eſt *Belides* Dan. reliqua deſunt Voſ. R. Steph. 65 ratio verſu diceret Dan. unde Commel. fecit, ſi ratione verſus liceret, quod ſecutus Emmen. 66 deſunt Voſ. R. Steph. al.

Quales Threïciae cum flumina Thermodontis
Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis:
Seu circum Hippolyten, ſeu quum ſe Martia curru
Pentheſilea refert, magnoque ululante tumultu
Feminea exſultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primum, quem poſtremum aſpera virgo
Dejicis? aut quot humi morientia corpora fundis?

Eu-

SERVII.

659. QUALES THREICIAE. *Tanais*, fluvius eſt, qui ſeparat Aſiam ab Europa, circa quem antea Amazones habitaverunt: unde [67] ſe poſtea ad *Thermodonta*, fluvium [68] *Thraciae*, tranſtulerunt: quod etiam Salluſtius teſtatur, dicens: *Dein campi* [69] *Threiſſi, quos habuere Amazones, ab Tanai flumine, incertum quam ob cauſſam, digreſſae.* [70] [Has quidam dicunt ſtato die ſolitas Sinthiis coire. FLUMINA. Pro, flumine, aut fluenta.] THERMODOONTIS. Plenum eſt *Thermodoon*, ſed per Synaereſim *Thermodon* facit: unde DON circumflexum habebit accentum. Graeca enim nomina neceſſe eſt ut circumflectantur, quotiens fit Synaereſis, exigente metri [71] [ratione vel] neceſſitate. Ergo ſi ſit *Thermodoon*, DO acutum habebit accentum: quod ſi *Thermodon* fecerit, & in finalem transfertur, & mutatur accentus: nam fit circumflexus.

660. PULSANT. Ennius, ad Muſas: [72] *Quae pedibus magnum pulſatis Olympum.* BELLANTUR. Pro bellant: nam ſolent verba pro verbis poni: unde nunc paſſivam declinationem ſub activa poſuit ſignificatione: ſicut in Georgicis II. 425. *Et placidam paci nutritor olivam:* futurum tempus a paſſivo poſuit, pro praeſenti ab activo: [nam *nutritor*, pro, nutri, poſuit. Sic apud Ciceronem in Officiis I. 25. *Neque ad ejus, qui punitur aliquem, aut verbis caſtigat; ſed ad reip. utilitatem referri. Punitur*, pro punit:] unde eſt e contra II. 8. *Nox humida coelo Praecipitat:* pro praecipitatur, [73] [activum pro paſſivo.]

661. HIPPOLYTEN. Haec Amazonum fuit regina, cui victae Hercules baltheum ſuſtulit: [74] [hujus filia Antiopa, quam Theſeus rapuit, unde *Hippolytus.*] MARTIA. Aut bellicoſa, aut Martis filia, [75] [quae ab Achille occiſa ac mortua adamata eſt: ut nonnulli vero adſerunt, cum Achille concubuit, & ex eo Caiſtrum filium edidit, ex quo flumen Lydiae ita appellatur. REFERT autem, aut addita eſt praepoſitio *re*, id eſt, fert, aut mutata, pro, infert.

662. ULULANTE TUMULTU. *Ululare* veteres etiam vocem, quae redditur initio praelii, dicebant, quam Graeci ὀλολυγὴν vocabant.]

664. QUEM TELO PRIMUM DEJICIS? Homericum eſt, interrogationem ad ipſum referre, qui deſcribitur Iliad. Π. 692. [76] *Ἔνθα τίνα πρῶτον, τίνα δ' ὕστατον ἐξενάριξας Πατρόκλεις, ὅτε δή σε θεοὶ θάνατόνδε κάλεσσαν.*] Cum ſemper ſic Muſae interrogari conſueverint, ut IX. 525. *Vos, o Calliope, precor aſpirate canenti.* ASPERA VIRGO. Epitheton ad officium belli reſpiciens; alias incongrue *virginem aſperam* dicimus.

VARIORUM.

tianus, Montalbanius & ſecundus Moretanus. HEINS. Et Francianus. *jactae comites* primus Moreti.

656. TULLAQUE. Apud Priſcianum legitur *Telaque*. male. *ſecurem* etiam hoc loco ſcripſiſſe Maronem vult Priſcianus lib. VII. p. 758. ſubjungens ſic *reſtem* Juvenali, & *puppem* Lucano ſutile dictam. *ſecurem* quoque Gudianus & alter Mentelius exhibent.

67 deeſt Dan. 68 corrupta vox, aut ignorantiae Servii index. Thermodon enim Aſia & in Pontum per Cappadocas & Galatas exit. & tamen ita legendum cenſet Barth. ad Stat. XII. Theb. 164. 69 Themiſcyrei V. in R. erat campi Thrae Treviſcyrei. Tremiſcyrei Voſ. vid. notas Carrionis ad fragmenta Salluſtii p. 516. Ed. Hack. 70 deſunt R. Voſ. Steph. al. 71 deſunt Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 72 deſunt Voſ. R. Steph. Dan. 73 deſunt iisdem. 74 deſunt R. Voſ. Steph. al. 75 deſunt iisdem ad ℣. 664. ſed Baſil. adjicit Amazones enim ſe parente Marte natas eſſe gloriari ſolebant. 76 deſunt R. Voſ. Steph. Dan.

Digitized by Google

Eunaeum Clytio primum patre: cujus apertum
Adverſi longa tranſverberat abiete pectus.
Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam
Mandit humum, morienſque ſuo ſe in volnere verſat.
Tum Lirim, Pagaſumque ſuper: quorum alter habenas
Suffoſſo revolutus equo dum colligit, alter
Dum ſubit, ac dextram labenti tendit inermem,
Praecipites pariterque ruunt. His addit Amaſtrum
Hippotaden: ſequiturque incumbens eminus haſta

Te-

SERVII.

666. EUMENEUM. Quia Latina eſt declinatio, ideo *ne* accipit accentum: nam Statius, quia Graece declinavit, Graecum accentum poſuit dicens lib. VI. 343. [77] *Nunc Eumeneon audit Ante Thoas.*

667. LONGA ABIETE. [78] Haſta abietali: nam arborem pro haſta poſuit.

671. [79] SUFFUSO. Caſuro: nam *ſuffuſi equi* dicuntur, quos vulgo [80] *ceſpitatores* vocant. Alii SUFFOSSO legunt, id eſt, praecipiti & [81] jam cadenti.

672. DUM SUBIT. [82] Scilicet, dum ſe ad ſuſtentationem ruentis inclinat: & vult, utrumque tanta celeritate eſſe percuſſum, ut unum [83] interemptum putares: inde eſt enim: *Praecipites pariterque ruunt.* [84] [INERTEM. Nudam, an, nihil proficientem?]

673. [85] [HIS ADDITA. Adjungit.]

674. [86] [SEQUITUR. Pro, perſequitur.]

VARIORUM.

hibent. ſic & infra v. 697. Gudianus. HEINS. *Securim* Dorvil. Cicer. v. Ver. 47. Liv. IX. XVI. vid. II. Aen. 224.

657. DIA. *Diva* Zulichemius, Mentelii omnes, & plures alii. *dura* Vratiſlavienſis.

658. BELLIQUE. Male nonnulli codices *paciſque bonae.* alterum ab Aruſiano Meſſio agnoſcitur. etiam a Mediceo, Sprotiano & Scheffério. neque aliter a manu prima Gudianus. HEINS. *Belloque* Oudartii. *bonae bellique miniſtrans. bono* Francian. & *miniſtrans. bonae* Parrhaſ. & Regius.

659. THREICIAE. *Threicia* N. Heinſ. editio, neſcio an operarum vitio. nec correxit Maſv. *Treiciae* Dorvil.

Ibid. THERMODOONTIS. Ne peccetur in metrum, ſcribe cum potioribus membranis, *Thermodontis.* quod & Servius praecepit. qui videndus. plura nos ad Naſonem. HEINS. *Tremodoontis* duo Leidenſes. *Threicio* Excerpta noſtra. Statius *Thermodontiacas colere turmas.* v. Erythr.

661. HIPPOLYTEN. *Hippolythem* Dorvill.

663. PELTIS. *Scutis* Mediceus, quod ex gloſſa irrepſit. *Peltae* Amazonum obviae apud Poëtas. HEINS.

665. CORPORA. *Pectora* Sprotianus.

666. EUNAEUM. Sic maxima pars codicum. *Eunedeum* Montalbanius. *Eunereum* Hugenianus. *Eaneum* Excerpta noſtra. *Eneum Elitio* Francianus. *Clythio* Mediceus. *Puminium* Parrhaſ. *Eumenium* Ald.

667. LONGA. *Longo* Mentelii primus. *abiete corpus* ſecundus Moreti, & Parrhaſ. a m. pr.

668. VOMENS. *Vovens* tertius Rottendorphius &

77 *nunc Eunaeum audit, ante Thoas.* Voſ. & R. (ſed ante Tho) Dan. quam vitioſam lectionem emendat Barth. ad Statii d. l. *Eumenium audit ante Thoas.* Fabr. *nunc Eunaeum ante, & nunc ante Thoas* Steph. & Baſil. in antiq. Ed. Venet. *nunc Euneus ante, & nunc ante Thoas* legitur. unde *Eumenion* habuerit Maſvicius ipſe viderit. 78 longa haſta, arborem enim Fabr. longa abiete * arborem enim Dan. abietalia R. haſta abietali. nam Steph. al. 79 SUFFOSSO. & mox *ſuffoſſi* & alii *ſuffuſo* legunt Steph. & al. Mſſ. turbant & Voſſ. habet *ſuffoſo* caſuro. nam *ſuffoſſi.* & deind. alii *ſuffoſſo* legunt. contra Reg. *ſuffoſſo* cal. nam *ſuffuſi.* & dein alii *ſuffuſi* leguor. 80 inceſpitatores R. Voſ. Steph. Dan. 81 deeſt Dan. Fabr. 82 ſcilicet ad ſ. ruentis & vult Voſ. R. 83 ſeptum Voſ. R. Steph. al. 84 deſunt iisdem. 85 deſunt Dan. nec R. Voſ. aliquid habent praeter nudum nomen *Amaſtrum.* 86 deſunt V. R. Steph. al.

Tereaque, Harpalycumque, & Demophoonta, Chromimque:
Quotque emiſſa manu contorſit ſpicula virgo,
Tot Phrygii cecidere viri. Procul Ornytus armis
Ignotis, & equo venator Iapyge fertur:
Cui pellis latos humeros erepta juvenco
Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus,
Et malae texere lupi cum dentibus albis,
Agreſtiſque manus armat ſparus. Ipſe catervis
Vertitur in mediis, & toto vertice ſupra eſt.

Hunc

SERVII.

678. ARMIS IGNOTIS. Novis, inconſuetis. [87] [Vel *ignotis*, id eſt, non conſpicuis.] IAPYGE. [88] Appulo equo.

679. PELLIS EREPTA JUVENCO. Id eſt, lorica: nam proprie *lorica*, eſt [89] tegimen de corio, tanquam de loro, factum: quo majores in bello uti conſueverant.

680. [90] [CAPUT INGENS ORIS HIATUS. Amphibolon, id eſt, hiatus ingens.]

682. AGRESTISQUE MANUS ARMAT SPARUS. Bene *agreſtis*: nam *ſparus*, eſt ruſticum telum, in modum pedi recurvum. Salluſtius Catil. LVI. *Sparos, aut lanceas; alii praeacutas ſudes portare.* [91] [Varro ait, *ſparum, telum miſſile, a piſcibus ducta ſimilitudine, qui ſpari vocantur*: alii, *ſparus*, a *ſpargendo* dici putant.]

683. VERTITUR IN MEDIIS. Id eſt, [92] agitur: nam Graece dixit ἀναστρέφεται. TOTO VERTICE SUPRA EST. Sic Statius de Capaneo IV. 165. [93] *Et tranſcendit corpore bellum.*

VARIORUM.

& Leidenſis. *movens* Mentelii primus.

669. IN VOLNERE VERSAT. *In ſanguine* Macrobius lib. IV. Saturn. 6. ſed *ſanguinis rivi* proxime praeceſſerant. male etiam Iſacius Pontanus ex codice Britannico reponi vult, *in ſanguine merſat*. τὸ *in* abeſt a membranis nonnullis. HEINS. *Se in verbere* prior Hamburgicus. *ſuo in vulnere* Francianus. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. v. 577. idem de τῷ *mordere* quod Donatus obſervat Servius ſupr. ad ✝. 418.

670. LYRIN. *Lirin* Mediceus & alii nonnulli. ut nomen a fluvio ſit mutuatus, quo modo *Ufens* aliaque. HEINS. *Pagaſum* omnes fere. *Phaganim* alter Mentelii. vid. ad Sil. Ital. lib. v. 410.

671. SUFFOSSO. *Suffuſo* a manu ſecunda Mediceus, multique praeterea ex antiquis. male, quamquam Servius utramque ſcripturam agnoſcit. HEINS. *Suffuſo* Parrhaſ.

672. INERTEM. *Inermem* Mediceus & Sprotianus, cum utroque Rottendorphio, Voſſiano priore & duobus Moretanis, quod praeſtat. diximus ad Naſonem lib. v. Met. & ſupra lib. x. 595. HEINS.

673. AMASTRUM. *Amaſtram* prior Hamburgenſis. *Anaſtrum* alter. mox *Hippolatem* idem, *Hippodaten* Mentelii primus, Menagii & Hamburgicus priores. & Leidenſis. deinde *Harpalcem* Dorvil.

675. CHROMINQUE. *Chromimque* Mediceus & caeteri, Gudiano & priore Menagio exceptis. quomodo Maroni ſolitum. ſic paullo ante *Lirim* non *Lirin*, exemplaria praeſtantiora. ſed & *Therea* cum aſpiratione in multis veterum. HEINS. *Chromumque* Montalbanius. *Cromimque* Bigotianus, Zulichemius & Parrhaſ. *Chrominque* Ald.

677. ORNYTUS. *Ornicus* Venetus. *Ornitus* fere omnes ſcripti. vid. Sil. Ital. v. 165. *Jaſpide* prior Hamburgicus. *Japide* alter, & Bigotianus, & Excerpta

87 deſunt iisdem. 88 Apulo R. Voſ. j. abſque equo. 89 tegmen de loro factum, quo R. Steph. 90 deſunt R. Voſ. Steph. al. 91 deſunt iisdem. 92 agit R. Steph. al. & ita ad lib. VII. 784. aitur Voſ. 93 *& totum s. s. b.* Voſ. Steph. al. *& toto* R. Dan. Fab. omnes vitioſe, nam in Statio legitur *toto deſpectans vertice bellum.*

Hunc illa exceptum (neque enim labor agmine verſo)
Trajicit, & ſuper haec inimico pectore fatur:
Silvis te, Tyrrhene, feras agitare putaſti?
Advenit qui veſtra dies muliebribus armis
Verba redargueret. Nomen tamen haud leve patrum
Manibus hoc referes, telo cecidiſſe Camillae.
Protenus Orſilochum, & Buten, duo maxima Teucrum
Corpora: ſed Buten averſum cuſpide fixit

Lori-

SERVII.

684. HUNC ILLA EXCEPTUM. Fraude circumventum, ut VI. 173. *Aemulus exceptum Triton.* [94] [AGMINE VERSO. Aut converſo impetu ſuo: aut adverſariorum conlato agmine.]

685. TRAJICIT. Vis jactus oſtenditur.

686. SYLVIS. Pro, in ſylvis: & eſt Archaïſmos, caſus pro caſu.

687. MULIEBRIBUS ARMIS. Uſus obtinuit, ut innuptas, *virgines*; nuptas, *mulieres* vocemus: nam apud majores indiſcrete *virgo* dicebatur & *mulier*: utrumque enim ſexum tantum ſignificabat, ut ecce hoc loco dicit; *armis muliebribus*; cum Camillam innuptam fuiſſe manifeſtum ſit. Item in Bucolicis legimus VI. Ecl. 53. *Ah virgo infelix*; cum Paſiphaen conſtat ex Minoë ante amorem tauri, filios ſuſcepiſſe. Terentius in Hecyra III. III. 23. etiam mulierem, poſt partum, *virginem* vocat: [95] [*Nam vitium eſt oblatum virgini olim, ab neſcio quo improbo.*]

688. NOMEN TAMEN HAUD LEVE PATRUM MANIBUS HOC REFERES TELO CECIDISSE CAMILLAE. Irriſio eſt amaritudinis plena: nam, ſi voluerimus ſimpliciter accipere, ut ita ſit dictum, quemadmodum ſupra X. 830. *Aeneae magni dextra cadis*, incipit contrarium eſſe ſuperioribus: unde melius eſt, ut perſeveremus in ſenſu: & ita ſit dictum: Magnam re vera gloriam laturus es ad manes parentum, quem foeminea tela ſuperarunt.

VARIORUM.

cerpta noſtra & Oudartii.

678. IGNOTIS. *Ignotus* Gudianus.

680. PUGNATORI. Heinſ. ad Ovidii XV. Metam. 304. *bellatori*.

681. DENTIBUS ALBIS. Vid. ad lib. VII. 667.

682. AGRESTISQUE. *Agreſteſque* prior Moretanus, cum Montalbanio, & altero Hamburgico. tum & Gudiano a manu ſecunda. HEINS. *Agreſtique* Hugenianus.

Ibid. CATERVIS VERTITUR IN MEDIIS. *Catervas in medias* Sprotianus. quod & Pierius in nonnullis ſuorum repererat. HEINS. *Victor in mediis* Bigotianus. *eſt* deeſt Mediceo a manu prima.

684. EXCEPTUM. Quia venatores ſolent venabulo excipere feras. vid. lib. IV. 131.

Ibid. VERSO. *Fuſo* Oudartii pro varia lectione.

685. SUPER HAEC. *Super hoc* Francianus.

687. DIES. *Fides* Bigotianus. *quae veſtra dies* Oudartii. *noſtra* Venetus.

688. REDARGUERET. Apud Priſcianum libr. X. *redarguerit* legitur. ubi *arguo*, *argui* facere monet. & ſic Schefferius cum Menagiano priore. HEINS. *Redarguerat* Bigotianus. *redargueret* Edd. pr. & Mediol. Ald.

Ibid. HAUD LEVE PARTUM. *Haud leve patrum* ſcripti omnes. neque aliter priſcae editiones, ut mirer unde altera ſcriptura profluxerit. Hinc *patriae umbrae* apud Lucanum in optimis membranis. *manibus haec referes* in tribus Moretanis. HEINS. *Manibus hinc referas* Parrhaſ. *unum tamen haud leve partum Manibus hinc referas* Markianus. *bello cecidiſſe* Ed. pr.

690. ORSILOCHUM. *Horſiloam* Leidenſis. *Horſilecum* Leidenſis alter.

691. ADVERSUM. *Averſum* vetuſtiores noſtri, cum Pierianis. omnino rectius. Buten fugientem fugiens Orſilochum obtruncabat Camilla. confirmant Rufinianus Rhetor de Schem. Lex. p. 32. & Macrobius

[94] deſunt R. Voſ. Steph. al. [95] deſunt R. ſed Voſ. habet tantum *nam vitium*.

Loricam galeamque inter, qua colla ſedentis
Lucent, & laevo dependet parma lacerto:
Orſilochum fugiens, magnumque agitata per orbem
Eludit gyro interior, ſequiturque ſequentem.
Tum validam perque arma viro perque oſſa ſecurim,
Altior exſurgens, oranti & multa precanti
Congeminat: vulnus calido rigat ora cerebro.
Incidit huic, ſubitoque adſpectu territus haeſit
Apenninicolae bellator filius Auni,

Haud

SERVII.

692. SEDENTIS. Equitis. Sane eum ex vicino intelligimus eſſe percuſſum.

695. INTERIOR. Siniſterior, breviore ſcilicet circulo.

698. CONGEMINAT. Hic diſtinguendum eſt: nam nemo dicit, *ſecurim vulnus congeminat*, ſed *ſecuris*.

699. INCIDIT HUIC. Figurate, pro, in hanc incidit. Terentius Phor. I. III. 23. *Ego in eum incidi infelix locum, ut* [96] *neque amittendi, neque retinendi ſit copia.*

700. APENNINICOLAE BELLATOR FILIUS AUNI. Quia Liguria majore parte ſui in Apennino eſt conſtituta. *Ligures* autem *omnes fallaces ſunt*, ſicut ait Cato in ſecundo Originum libro. FILIUS AUNI. *Aunus* ſcilicet: nam, ut ſupra diximus, cum, dictis parentibus, filiorum nomina ſupprimuntur, eos patri cognomines intelligimus, ut IX. 360. *Tiburti Remulo ditiſſimus olim.*

VARIORUM.

crobius lib. VI. Saturn. cap. 6. quamquam in priſcis Macrobii editionibus *adverſum*. iidem etiam codices *fixit*, non *figit* agnoſcunt. HEINS. *Butem* Zulichemius. *adverſum* Dorvill. *Buthen* Rufinianus. *adverſa* Leidenſis. *adverſum* Parrhaſ. *adverſum figit* Ald. *a cuſpide* alter Hamburgicus. *jam verſum cuſpide vixit* Francianus. & mox *intus* idem.

697. INSURGENS. *Exſurgens* Mediceus, Gudianus, uterque Mentelianus noſtri & caeteri partem potiſſimam, cum principe Vaticano Pierii atque aliis nonnullis. apud Prudentium tamen in Pſychomachia,

Illa hoſtile caput, phalerataque tempora vittis
Altius inſurgens labefactat.

Plinius vero de cane cum leone ab Alexandro Magno commiſſo, *Ingenti primum latratu inſonuit, mox increvit aſſultans, contraque belluam exſurgens.* praeterea *ſecurem* in Gudiano, quomodo ſupra ℣. 656. HEINS. *Dum validam* Zulichemius & Rottendorpbius ſecundus. *perque ora viri* primus Moretanus. *inſurgens* eſt & lib. XII. 902. Statius VI. Theb. ℣. 863. *grandibus alte Inſurgens humeris.* vid. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. V. 294. ſed Statius X. Theb. 289. *Hoſtemque exſurgere malit.* ut codex optimus Barthii habet.

698. ORA. *Oſſa* alter Hamburgicus. *ore* alter Menagii. *arma* Ed. pr. *cruore* Venetus. *congeminat vulnus: calido* Oudartii.

699. HUIC. *Huc* Bigotianus. *aſpectus* Edit. Dan. Heinſ.

700. AU-

96 neque mihi R. Voſ. Steph. al. in Terentio legitur, *neque mihi ejus ſit amittendi*, &c. ubi quum prima litera librariis excidiſſet in *ejus*, Bentlejus & Gujetus *jus* contenderunt legendum. quam inſolentem explicationem vocis *juris*, pro jure repudiandi, de quo filius in poteſtate patris, & qui eo inſcio & invito duxerat uxorem, hic non poterat loqui. & dubito an probari poſſit aliquem qui damnatus a judicibus duxerat uxorem, non habuiſſe jus repudiandi, ſi dotem reddere vellet, & illa praeſtare quae lex jubebat. ſed errarunt viri docti, quia credebant *ejus amittendi* non poſſe dici de femina, ſed *amittendae* debuiſſe dici, quum tamen ipſe ad eamdem Fabulam V. VI. 40. defendat *ejus habendi*, & adducit Ovidii locum Epiſt. XX. 74. ubi notae noſtrae videndae. nihil ergo aliud dicit Antipho, haerens inter amorem puellae, & metum patris, niſi ſe *lupum auribus tenere*, ut dicebat Tiberius apud Sueton. cap. XXV. nec poſſe amittere, nec retinere. BURM.

Haud Ligurum extremus, dum fallere fata ſinebant.
Iſque ubi ſe nullo jam curſu evadere pugnae
Poſſe, neque inſtantem reginam avertere cernit;
Conſilio verſare dolos ingreſſus & aſtu,
Incipit haec: Quid tam egregium, ſi femina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te comminus aequo
Mecum crede ſolo, pugnaeque adcinge pedeſtri:
Jam noſces, ventoſa ferat cui gloria laudem.

Dixit:

SERVII.

703. [97] [REGINAM AVERTERE. Proprio verbo uſus eſt, ut eſt mos equeſtris, id eſt, non ſperat fore, ut illam averteret.]

704. VERSARE DOLOS INGRESSUS. Tractare, ut II. 62. *Seu verſare dolos, ſeu certae occumbere morti.* ASTU. Malitia: nam proprie *aſtutos*, malitioſos vocamus: unde in Terentio And. I. II. 12. poſtquam de domino dixit ſervus *aſtute:* ille iratus ait: *Carnifex quae loquitur?* Cicero Act. I. in Verr. II. [98] *Ita fit, ut tua iſta ratio exiſtimetur aſtuta, meum hoc conſilium neceſſarium.*

706. DIMITTE FUGAM. Id eſt, equi celeritatem, cui fidis, relinque: [99] [*Fuga*, id eſt, celeritas, ut Juvenalis etiam indicat verſus VIII. 61. *Cujus clara fuga ante alios, & primus in aequore pulvis.*]

708. VENTOSA FERAT CUI GLORIA FRAUDEM. Haec eſt vera & antiqua lectio, ut [1] [FRAUDEM non LAUDEM legas; ut, ſi FRAUDEM legeris,] ſit ſenſus: Pedes congredere; jam [2] cognoſces cui inanis jactantia adferat poenam: nam *fraudem*, veteres poenam vocabant: [3] [ab eo, quod praecedit, id quod ſequitur, ut II. 229. *Et ſcelus expendiſſe merentem Laocoonta ferunt.* Cicero in Cornelianis: *Ne fraudi ſit ei, qui populum ad contentionem vocarit.*] Ut etiam in antiquo cognoſcitur Jure. Salluſtius in Catilinario cap. XXXVI *Diem ſtatuit, ante quam ſine fraude liceret ab armis diſcedere* [4] [Eſt autem Hypallage, pro, cui fraus ferat gloriam.] Si autem LAUDEM legerimus, erit ſenſus; Agnoſces, cui inanis gloria afferat laudem. *Ventoſa* autem *gloria* eſt, quam Graeci *κενοδοξίαν* vocant.

VARIORUM.

700. AUNI. *Anni* Venetus & Francianus. vid. ad Sil. Ital. VI. 109.

702. EVADERE PUGNAE. Manuſcriptum, *evadere pugnae*, τῷ Ἑλληνισμῷ: ut in X. *tempus deſiſtere pugnae*. FABRIC. *Evadere pugnae* non *pugna* ſcripti. in Leidenſi & Veneto tamen *pugnam*. quomodo Hamburgicus uterque a manu prima. vide annotata Aeneidos IX. v. 99. & ſic Giphanius ex ſcriptis ad Lucretium. HEINS. *Pugnam* Leidenſes duo, & Francianus, cum Excerptis noſtris & Ed. pr. *pugna* Mediol. Ald.

703. AVERTERE. *Advertere* Mediceus. HEINS.

705. FORTI. Id eſt celeri. ut, *fortis equi vis* Lucret. III. 8. vid. Nonium in *fortis*.

708. FERAT CUI GLORIA LAUDEM. *Gloria poenam* Gudianus. *poena* ſecundus Rottendorphius. quinque alii pro diverſa lectione *fraudem*. nec aliter in ipſo contextu quartus Moretanus, & Mediceus a manu prima. quam lectionem Servius eſt amplexus, Donato vulgatam praeferente. *Fraudem* ex Servio approbat multum Giphanius Indice Lucretiano in *fraudi eſſe*. & Gronovius ad Livium lib. XXIV. cap. 38. HEINS. *Fraudem* Dorvil. a m. ſec. vid. H. Stephan. Diſſert. de Critic. p. 72. *ventura ferat* Bigotianus & prior Hamburgicus. *feret* Mentelii prior. *jam noſces, ventoſa, ferat* vel *feret c.-g. laudem* Britanni in Miſcell. Obſerv. Vol. I. p. 22. hinc Phaedr. *verbis jactans gloriam.*

709. INCENSA DOLORE. *Accenſa* omnes vetuſtiores. HEINS. *Furore* ſecundus Moreti. & ſecun-

97 deſunt R. Voſ. Steph. al. 98 *ita fiet* in Cicerone legitur. *meum tamen* Steph. al. in R. deerant priora verba. *ita fit, ut tua iſta.* 99 deſunt R. Voſ. Steph. Dan. 1 deſunt R. Voſ. Steph. al. 2 agnoſces Dan. Fabr. 3 deſunt R. Voſ. Steph. al. 4 deſunt R. Voſ. Steph. Dan. al.

Digitized by Google

Dixit: at illa furens, acrique adcenſa dolore,
Tradit equum comiti, paribuſque reſiſtit in armis,
Enſe pedes nudo, puraque interrita parma.
At juvenis, viciſſe dolo ratus, avolat ipſe,
(Haud mora) converſiſque fugax aufertur habenis,
Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat.
Vane Ligus, fruſtraque animis elate ſuperbis,
Nequidquam patrias tentâſti lubricus artis:

Nec

SERVII.

710. PARIBUSQUE [5] ASSISTIT IN ARMIS PEDES. Sicut etiam illum congreſſum putabat.

711. PURA PARMA. Tunc enim primum in bella deſcenderat; [6] [cum tyrones pictas minime geſtarent parmas.]

713. FUGAX. Fugiens: nam nomen eſt pro participio: non enim *fugacem* poſſumus accipere: quem ſupra 700. legimus *bellatorem*.

714. [7] [FERRATA CALCE. *Calcem*, genere foeminino uſurpat.]

715. VANE LIGUS. Aut fallax, aut inaniter jactans: nam *vanos*, ſtultos, poſteriores dicere coeperunt: [8] & vanum eſt etiam in neotericis. Juvenalis III. 159. [9] *Sic libitum vano, qui nos diſtinxit, Othoni.* Quid autem hoc loco *vane* ſignificet, [10] ſequentia demonſtrant, *Fruſtraque animis elate ſuperbis.* [11] [Poſſumus tamen hic & mendacem verius accipere: quia ait: *Dum fallere ſinebant.* Et: *Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.* Nigidius [12] de Sphaera: *Nam & Ligures, qui Apenninum tenuerunt, latrones inſidioſi, fallaces, mendaces.* Cato Originum II. cum de Liguribus loqueretur: *Sed ipſi, unde oriundi ſunt, exacta memoria inlitterati, mendaceſque ſunt, & vera minus meminere.* Sane ſubito, ut ſolet, ad characterem dramaticum tranſit: neque enim oſtendit Camillam loqui coepiſſe.]

716. LUBRICUS. Fallax, mobilis.

VARIORUM.

ſecundus Rottendorphii. *fraudem.* vid. notas ad LIV. XXIV. 38. 8.

710. ABSISTIT. *Reſiſtit* omnes vetuſtiores, excepto uno oblongo Pierii & quatuor ex noſtris. Quid ſi legas, *& paribus ſe ſiſtit in armis?* ut infra hoc ipſo libro,

Hic Dea ſe primum rapido pulcherrima niſu
Siſtit.

ſed lib. IV. Georg. 424.

Ipſa procul nebulis obſcura reſiſtit.

Reſiſtere pro reſtare. apud Naſonem *plauſu trementes equi reſiſtere* dicuntur non uno loco, qui attoniti reſtant. Stat. VII. Theb. 374. *cunctique reſiſtunt.* HEINS. *Inſiſtit* Leidenſis. *ſiſtit* Dorvil.

712. VICISSE. *Vixiſſe* Cerda legit.

Ibid. DOLO. *Dolos* Zulichemius a manu prima. *advolat* idem & alii nonnulli & Edd. primae. *evolat* Leidenſis. mox *converſuſque* Menagii prior. *& juvenis* & *advolat* Francianus.

713. CONVERSISQUE. *Converſuſque* prior Menagii.

714. FERRATA CALCE. Sic ſcripſi, non *ferrato.* & ita e ſcriptis legit Voſſius de Analogia lib. I. cap. 34. apud Silium Italicum etiam lib. VII. 696. vetuſti codices,

Ferrata calce, atque effuſa largus habena,
Cunctantem impellebat equum.

idem lib. XIII. 169.

Et jam ferrata quatiebat calce volantem
Taurea cornipedem.

Chariſius lib. I. *Calx ſive qua calcamus, ſive qua aedificamus foeminini generis eſt. ut & Virgilius ait ferrata calce fatigat. ſed Lucilius maſculino genere*

[5] ASSISTIT Steph. al. STETIT. Voſ. [6] deſunt R. Voſ. Steph. al. Dan. [7] deſunt R. Voſ. Steph. al. uſurpat deeſt Dan. [8] unde tractum eſt etiam Voſ. Steph. al. intractum eſt etiam R. & rarum etiam eſt Dan. [9] libitum eſt. Steph. al. & ita ad lib. II. Aen. 80. [10] conſequentia Steph. al. [11] deſunt Voſ. R. Steph. al. [12] de erra * Dan. Nigidius, tantum habet Fabr. an *de terra.* ſed alibi de ſphaera ejus liber laudatur.

Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
Haec fatur virgo, & pernicibus ignea plantis
Tranſit equum curſu, freniſque adverſa prehenſis
Congreditur, poenaſque inimico ex ſanguine ſumit.
Quam facile accipiter ſaxo ſacer ales ab alto
Conſequitur pennis ſublimem in nube columbam,
Conprenſamque tenet, pedibuſque eviſcerat uncis:

Tum

SERVII.

718. PERNICIBUS IGNEA PLANTIS. Modo velocibus; alias perſeverantibus: nam *pernix*, interdum perſeverans ſignificat, ut ipſe in Georgicis III. 229. *Et inter Dura jacet pernix inſtrato ſaxa cubili.*

719. TRANSIT EQUUM CURSU. Nunc hoc incredibile videretur eſſe, niſi praemiſiſſet in ſeptimo 808. *Illa vel intactae ſegetis per ſumma volaret Gramina, nec teneras curſu laeſiſſet ariſtas.* ADVERSA. Oppoſita. [13] [QUAM. Similitudinis adverbium eſt; & pronomen tam ſubjunctivum, quam praepoſitivum; eſt & conjunctio, ut cum dicimus: *tam hoc, quam illud.*] ACCIPITER SAXO SACER ALES AB ALTO. *Sacer* ideo, quia Marti eſt conſecratus [14] *accipiter:* aut [15] *ſacer*, avibus execrabilis, ut III. 56. *Auri ſacra fames:* aut, quod verius eſt, Graecum nomen expreſſit: nam ἱέραξ dicitur, hoc eſt, *ſacer:* ἱερεὺς [16] [enim Graece, Latine] *ſacerdos* vocatur: cur autem Graece ita dictus ſit, ratione non caret, [17] quae nota eſt ſacrorum peritis.

722. CONSEQUITUR PENNIS. Nova laus Camillae: ſiquidem accipiter columbam ſequitur, [18] ipſa hoſtem praecedit: ipſa etiam avium comparatio ſumpta eſt e contrario: nam aequius vir accipitri; Camilla compararetur columbae.

723. [19] [EVISCERAT. Ne vulgari verbo & Graeco uteretur, dicens *exenterat*, ait, *pedibuſque eviſcerat.*]

VARIORUM.

re dixit. Nonius Marcellus, *calx foeminini generis: Virgil.* XI. *ferrata calce fatigat.* apud Avienum quoque in ſcriptis exemplaribus Fab. XXVIII. *Immeritam vacua calce fatigat humum.* HEINS.

715. VANE LIGUS. Sic iidem ſcripti codices, non *Ligur*. Charilius libro primo: *Maſculina Ligus Liguris, lepus leporis* (ſic lege non *lepos*) *mus muris, vetus veteris.* idem denuo: *Excipiuntur autem haec in maſculinis, Ligus, quod & commune eſt, & epicaenum, lepus, vetus. faciunt enim genitivo Liguris, Leporis, veteris.* Priſcianus ſub finem libri II. *Ligus Liguris Ligurinus.* Salluſtius apud eumdem *Ligus mulio.* His ſimilia paſſim veteres Grammatici. Probus etiam in Grammatica *Ligus* hoc Maronis loco agnoſcit. ſic Perſio *Ligus ora* Satyra VI. & ſic Salluſtius Bello Jugurthino ter quaterve, & lib. II. Hiſtoriar. vide annotata ad Claudianum VI. Conſ. Honor. 363. & Voſſium de Analogia lib. I. cap. 36. p. 549. ſic Aeliorum cognomen in lapidibus Capitolinis LIGUS. HEINS. *Armis* Sprotianus.

717. PERFERET. *Perferat* tertius Mentelii. *Anno* Venetus. *proferet* Ald.

719. ADVERSA. *Averſa* Ed. Mediol.

720. A SANGUINE. *Ex ſanguine* praecipui noſtri cum Pierianis. ſic lib. XII. ſub finem:

Pallas, te hoc vulnere Pallas
Immolat, & poenam ſcelerato ex ſanguine ſumit.

niſi mavis *e ſanguine* cum codice Ovidii Montalbani. HEINS. *Sumpſit* Bigotianus, Sprotianus & a manu prima Hamburgenſis prior. *poenas inimico &* Francianus. *ex ſanguine poſcit* Ed. pr.

721. FACILE. *Facilem* Sprotianus. *ancipiter* alter Hamburgenſis.

722. IN NUBE COLUMBAM. *In nube volantem* Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. I. Od. 37. ut *volantem* pro avi poſuerit. quomodo *latrantem* pro cane poëtae, atque ejuſmodi complura paſſim. HEINS. *Sublimem* deeſt Franciano.

723. CON-

13 deſunt Voſ. R. Steph. al. 14 deeſt iiſdem. 15 deeſt iiſdem. 16 deſunt iiſdem. 17 quia Dan. Fabr. 18 iſta Voſ. R. & Dan. & Fabr. qui poſtea, ipſa autem avium. 19 deſunt R. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

Tum cruor, & volſae labuntur ab aethere plumae.
At non haec nullis hominum ſator atque Deorum
Obſervans oculis ſummo ſedet altus Olympo.
Tyrrhenum genitor Tarchonem in proelia ſaeva
Suſcitat, & ſtimulis haud mollibus injicit iras.
Ergo inter caedes, cedentiaque agmina Tarchon
Fertur equo, variiſque inſtigat vocibus alas,
Nomine quemque vocans: reficitque in proelia pulſos.

Quis

SERVII.

724. TUM CRUOR, ET VULSAE LABUNTUR AB AETHERE PLUMAE. Ecbaſis poëtica, id eſt, [20] excurſus.

725. NON NULLIS. Id eſt, non negligentibus: nam Litotes figura eſt: vult enim dicere: non leviter Juppiter intuebatur iſta certamina, [21] [Ideo & adjecit, *obſervans oculis*, id eſt, intente aſpiciens. Plautus Amph. I. III. 9. [22] *Obſervato, quam blande ſuppalpetur mulieri.*]

730. INSTIGAT VOCIBUS ALAS. [23] Alas incitat, & irritat ad reditum: primum enim eſt, ut fugere deſinant; poſt, ut in hoſtes impetum faciant.

731. NOMINE QUEMQUE VOCANS. Per hoc extrema neceſſitas indicatur. [24] [REFICITQUE. Id eſt, reſtituit.]

VARIORUM.

723. CONPRENSAMQUE. *Compreſſamque* Gudianus, alter Hamburgicus, duo Moretani, Dorvill. ſecundus Rottendorphius, Leidenſis, Zulichemius, Francianus, Pariſ. Parrhaſ. & tertius Mentelii. *convulſamque* Venetus.

724. ET VULSAE LABUNTUR AB AETHERE PLUMAE. *Evulſae labuntur ab aethere pennae* Scholiaſtes Statii Theb. III. 537. HEINS. *Pennae* Menagii prior & Parrhaſ.

725. HAEC. *Hoc* Venetus. *hoc ullis* Vratiſlavienſis. *nullis* hic deerat Dorvil. & migraverat in verſum praecedentem, *cruor, & nullis vulſae.*

727. TARCHONTEM. Montalbanius & Leidenſis *Tarchonta.* in caeteris fere omnibus *Tarchontem*, ut ſit Latina declinatio HEINS. *Tarchonem*, *Tarconem* ſcripſi. Solinus cap. I. *cum a Tarchone Tyrrheno cuſtodiae foret datus.* vid. ad Sil. VIII. 475. *Tarchontem* Dorvil. Ald. *in praelia ſervans* Bigotianus. *carentem in praelia* Parrhaſ.

728. SUSCITAT ET STIMULIS HAUD MOLLIBUS INCITAT IRAS. *Suſcitat* & *incitat* parum concinne uno eodemque verſu conjunguntur. in primo Moretano & Menagiano priore *injicit iras.* omnino recte. niſi *incutit iras* a Marone relictum, ut alibi *Incute vim victis.* *injicere ardorem* pari modo Livius lib. V. *cum perequitaſſet aciem, promiſſa repetens, tantum injecit ardoris, ut non ultra ſuſtinerent impetum.* ſic *injicere ſpem, metum, timorem, terrorem* ſimiliaque apud optimos Latinitatis auctores habes frequentiſſime. *injicere cupiditatem hominibus* Brutus ad Ciceronem Epiſt. XI. *curam injicere* Terentius. plura hanc in rem conferri poſſent, nos alio nunc feſtinamus. *Injicit iras* Pierius quoque in Vaticano veterrimo & oblongo codicibus ſe reperiſſe teſtatur. HEINS. *Injicit* Hugenianus.

729. CAEDENTIAQUE. *Cedentiaque* Mediceus, & caeteri, Menteliano excepto. recte, nam ſequitur, *reficitque in praelia pulſos.* HEINS.

730. VARIISQUE INSTIGAT VOCIBUS ALAS. *Variiſque inſtigat vocibus iras* Gudianus. in primo Moretano, *variiſque inſtigat vocibus alas.* HEINS. Conjecerat & Heinſius *irritat* pro *inſtigat.* *vocibus Halas* Vratiſlavienſis.

731. IN PROELIA. *Ad proelia* Macrobius lib. VI. Saturn. cap. I. ac confirmat ex Furii annalibus illo verſu,

Exſuſcitat acres
Ad bellandum animos, reficitque ad proelia mentes.

HEINS.

20 exceſſus Dan. Fabr. excurſus R. 21 deſunt R. Voſ. Steph. al. 22 obſervatote quam blande mulieri palpabitur legitur in Plauto. 23 deeſt Baſil. 24 deſunt R. Voſ. Steph. al.

Quis metus, o numquam dolituri, o ſemper inertes
Tyrrheni, quae tanta animis ignavia venit?
Femina palantis agit, atque haec agmina vertit?
Quo ferrum, quidve haec gerimus tela inrita dextris?
At non in Venerem ſegnes, nocturnaque bella;
Aut, ubi curva choros indixit tibia Bacchi,
Exſpectare dapes, & plenae pocula menſae.
Hic amor, hoc ſtudium; dum ſacra ſecundus haruſpex
Nuntiet, ac lucos vocet hoſtia pinguis in altos.

Haec

SERVII.

732. QUIS METUS. [25] [Dolentis, interrogantis, id eſt,] qualis, quantus; [26] qui viros etiam foeminam timere compellit? unde paulo poſt: [27] *Quae tanta animis ignavia venit? Foemina palantes agit.* O NUNQUAM DOLITURI. Id eſt, ſtulti. Stultus enim eſt, quiſquis injuria non movetur. Et bene *nunquam:* ſiquidem [28] ante ſaevitiam Mezentii pertulerunt, nec ſo ulti ſunt: nunc praebent terga mulieri; & ne hinc [29] quidem commoventur dolore. [30] [Nonnulli tamen *dolorem*, ſtudii alicujus ardorem & promptam gloriae cupiditatem, veterum more, dictum tradunt, ut Graeci πόνον.]

734. ATQUE HAEC AGMINA VERTIT? Δεικτικῶς, id eſt, multitudinem tantam, [31] [hoc eſt, magnam.]

735. INRITA. Id eſt, inertia, quae nos ulciſci minime valent.

736. AT NON IN VENEREM SEGNES. Latenter hoc dicit: Mulierem fugitis, quia armata eſt; alias primi ad hunc curritis ſexum. NOCTURNAQUE BELLA. [32] Coitum. Alibi: *Et ſi quando ad praelia ventum eſt.*

737. CURVA TIBIA. [33] Symphoniacorum. BACCHI autem ideo, quia apud veteres ludi theatrales non erant, niſi in honorem Liberi patris. [34] [Hanc *tibiam* Graeci πλαγίαυλον vocant; Latini *vaſcam tibiam:* & eſt *Dionyſia* cummaxime; ea Satyri utuntur.]

738. EXSPECTATE. Pro, exſpectatis, modum pro modo poſuit.

739. [35] [HIC AMOR, HOC STUDIUM. Per parentheſim dictum eſt: nam ordo eſt: *Pocula menſae dum ſacra ſecundus aruſpex nuntiet.*] SECUNDUS ARUSPEX. Pro, ſecunda ſacra, id eſt, proſpera: ſicut e contrario Homerus, Iliad. A. 106. μάντι κακῶν, id eſt, *malorum divine.*

740. IN ALTOS LUCOS. Illic enim epulabantur ſacris diebus. [36] [Mire autem VOCET HOSTIA, pro, ut ad hoſtiam conveniatis.]

VARIORUM.

HEINS. *In proelia fuſos* Bigotianus. *reficit in proelia* Dorvill.

734. PALANTES. *Pallentes* Bigotianus, Zulichemius & Sprotianus. *Pallentis* Mentelii prior. *pallantis agitatque haec* Francianus. *agitat atque agmina* Ed. pr.

735. QUIDVE HAEC GERIMUS. *Quidve haec gentis* Editio Florentina Juntarum, nec aliter ex codicibus noſtris alter Mentelius & Montalbanius, cum tribus Moretanis. HEINS. *Quodve* a manu prima Zulichemius & alter Hamburgicus, ſed a ſecunda manu uterque *quove. geritis* Pariſ. & Parrhaſ. *quidve hoc gerimus* Dorvill.

736. IN VENEREM SEGNES. Videtur reſpexiſſe Homerum in Odyſſ. Θ. 248. ubi mores effeminati

25 deſunt iisdem. 26 qui vos etiam R. Voſ. Steph. al. quod viros Dan. Fabr. 27 *quae & quanta* Dan. *quae* deeſt R. 28 antea ſ. M. jam pertulerunt Steph. antea R. Voſ. 29 ſiquidem R. 30 deſunt R. Voſ. Steph. al. 31 deſunt iisdem. 32 quibus coitus Dan. Fabr. voluerunt, credo, quibus coitis. 33 Symphonia, chorum Steph. Dan. Fabr. al. unde facile erat facere Symphoniacorum, ut eſt in Voſ. R. & Salmaſius jam monuit legendum eſſe, ad Vopiſci Carinum xix. 34 deſunt R. Voſ. Steph. al. 35 deſunt iisdem. 36 deſunt iisdem

Digitized by Google

Haec effatus, equum in medios, moriturus & ipſe,
Concitat, & Venulo adverſum ſe turbidus infert,
Dereptumque ab equo dextra conplectitur hoſtem,
Et gremium ante ſuum multa vi concitus aufert.
Tollitur in coelum clamor: cunctique Latini
Convertere oculos. Volat igneus aequore Tarchon,
Arma virumque ferens: tum ſumma ipſius ab haſta
Defringit ferrum; & partis rimatur apertas,

Qua

SERVII.

741. MORITURUS ET IPSE. Moriturus animo: nam moriturus non eſt. Quod autem ait *& ipſe*, aut ad Camillam, aut ad Venulum reſpicit.

742. TURBIDUS. Id eſt, terribilis.

743. DIREPTUMQUE AB EQUO DEXTRA COMPLECTITUR HOSTEM. Hoc de hiſtoria tractum eſt: namque Cajus [37] Julius Caeſar, cum dimicaret in Gallia, & ab hoſte raptus, equo ejus portaretur armatus, occurrit quidam [38] ex hoſtibus, qui [39] eum noſſet, & inſultans ait, [40] *Caeſar*, *Caeſar*: quod Gallorum lingua *dimitte* ſignificat: & ita factum eſt ut dimitteretur. Hoc autem ipſe Caeſar in Ephemeride ſua dicit, ubi propriam commemorat felicitatem. [41] [Eſt & alia hujus rei hiſtoria: Varro enim, cum de ſuo cognomine diſputaret, ait: *eum, qui primus Varro ſit appellatus, in Illyrico hoſtem, Varronem nomine, quod rapuerat, & ad ſuos portaverat, ex inſigni facto meruiſſe nomen.*

745. TOLLITUR IN COELUM CLAMOR. Rei ſcilicet admiratione.

748. RIMATUR. Inquirit, ut VII. 508. *Rimanti telum ira facit.*]

VARIORUM.

minati Phaeacum deſcribuntur. DORVIL.

Ibid. NOCTURNAQUE. *Nocturnave* Leidenſis.

737. CHOROS. Per *choros* τὴν σικιννίδα intelligit, quae ſaltatio fuit Bacchi propria: de qua apud Euripidem in Cyclope, & Lucianum περὶ ὀρχήσεως. FABRIC.

Ibid. INDUXIT. *Indixit* codices vetuſti omnes. adeantur quae notavi ad Eclog. v. 30. HEINS. *Inducit* a manu prima, *indicit* a ſecunda Leidenſis.

738. EXSPECTARE. *Exſpectate* Codices pleriſque pro *Exſpectare*. ſed mendoſe. HEINS. *Aut plenae* Oudartii & Dorvill. Parrhaſ. & Edd. Venet. & Mediol.

739. HARUSPEX. In Mediceo *Haroſpex*. HEINS.

740. VOCET. *Vocat* Mentelii prior, & alter Menagii. & ita Schol. Horat. I. Od. 37.

741. EFFATUS. *Ita fata* Bigotianus. *effatur* Montalbanius. *in medio* Zulichemius. *equum medios* Menagii primus, & Dorvill.

Ibid. IN MEDIOS MORITURUS ET IPSE. *Medios moriturus in hoſtis* Gudianus. HEINS. Vid. lib. IX. 400. & Serv. ad II. Aen. 408. ubi videtur hunc verſum in animo habuiſſe, ſed memoriae vitio quaedam verba mutaſſe. Barth. ad Stat. V. Theb. 623. legit, *moriturus ut ipſe* ex optimo libro.

742. INFERT. *Offert* Gudianus, & duo Moretani ac Voſſianus prior. HEINS. Et Zulichemius. vid. lib. V. 622. & IX. 53. *offert* deſumtum ex VII. 420. 536. ſed ibi non agitur de vi & pugna. BURM.

743. DEREPTUMQUE. Sic meliores, non *direptumque*. adeantur notae lib. X. 475. HEINS.

745. IN COELUM. *Ad coelum* duo Rottendorphii, & Schefferius. HEINS.

746. TARCHON. *Tarcho* Mediceus. quod declinationi

[37] Cajus Caeſar Dan. [38] de hoſtibus Steph. al. [39] cum non eſſet R. [40] *Cecos Caeſar* Steph. Baſ. *Caecos ac Caeſar* Fabr. difficile divinare Celticam hanc vocem, forte *laſſes*, *laſſes*, vel *laiſſes*, *laiſſes* inde exit, qui Caeſarem rapuerat; nam & Germani *laſſen*, & Franci *laiſſer* pro dimittere utuntur. nam *Caiſar* dicebant. BURM. [41] deſunt R. Voſ. Steph. al. ad ℣. 750.

Qua vulnus letale ferat: contra ille repugnans
Suſtinet a jugulo dextram, & vim viribus exit.
Utque volans alte raptum cum fulva draconem
Fert aquila, inplicuitque pedes, atque unguibus haeſit:
Saucius at ſerpens ſinuoſa volumina verſat,
Adrectiſque horret ſquamis, & ſibilat ore,
Arduus inſurgens: illa haud minus urguet obunco
Luctantem roſtro; ſimul aethera verberat alis.
Haud aliter praedam Tiburtum ex agmine Tarchon

Por-

SERVII.

750. EXIT. Evitat, ut v. 438. *Atque oculis vigilantibus exit.*

751. UTQUE VOLANS ALTE RAPTUM. Homerica comparatio Iliad. M. 200. [42] [Ὄρνις γὰρ σφιν ἐπῆλθε περησέμεναι μεμαῶσιν Αἰετὸς ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων, Φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον Ζωὸν ἔτ' ἀσπαίροντα, καὶ οὔπω λήθετο χάρμης. Κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος παρὰ δειρὴν, Ἰδνωθεὶς ὀπίσω, ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμᾶζε Ἀλγήσας ὀδύνῃσι, μέσῳ δ' ἐνὶ κάββαλ' ὁμίλῳ· Αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῇς ἀνέμοιο. Et utrum, *alte volans*; an, *alte raptum*, an, *alte fert?*

756. LUCTANTEM ROSTRO. Magna brevitate rem deſcripſit.]

VARIORUM.

nationi Latinae *Tarchonis*, quam ſupra ỳ. 729. habuimus, melius reſpondet. HEINS. *Ingens* Francianus. male. ſup. 718.

747. TUM. *Cum* Venetus. *te* trajectis literis pro *&* Francianus. *illius* alter Hamburgicus. *defigit ferra* Vratiſlavienſis & Parrhaſ. *diſtrinxit* Ed. pr.

749. FERAT. *Ferit* ſecundus Rottendorphius. *contra illa* alter Hamburgicus.

750. DEXTRAM. *Dextra* Leidenſis. *vis viribus haeſit* Ed. pr.

751. ALTE RAPTUM. *Alte rapidum* Ed. pr.

752. FERT AQUILA. *Fert avis*, ut aquila ſubintelligatur, Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. IV. Od. 4. HEINS. *Pedes ac viribus haeſit* Ed. pr.

753. AT. *Et* Parrhaſ. Dorvill. & nonnulli alii.

Ibid. SINUOSA. *Fumoſa* Bigotianus. vid. Lucan. III. 505.

754. HORRET. *Haeret* ſecundus Moreti & Venetus. *ſcamis* Zulichemius.

755. URGET ADUNCO LUCTANTEM ROSTRO. Praeſtantiſſimi ex noſtris & Pierianis codices *obunco roſtro.* nec aliter hoc loco Macrobius agnoſcit lib. V. Saturn. cap. 13. ex recenſione Iſaaci Pontani. nam editiones vetuſtae Macrobii cum vulgatis Maronis faciunt exemplaribus. quomodo lib. VI. *roſtroque immanis vultur obunco.* apud Naſonem lib. VI. Met. 516. optimi codices,

—— cum pedibus praedatur obuncis,
Depoſuit nido leporem Jovis ales in alto.

Ponticorum lib. I. Eleg. I. ỳ. 39. *cornu Tibicen obunco* in vetuſtis membranis. *cingula obuncula* Titinnius Veliterna. *Falx obunca* apud Arnobium. Claudianus Bello Gildonico,

Dumque reluctantem morſu partitur obunco.

& lib. I. in Rufin. ex optimis membranis,

Non vomere ſulcus obunco Findetur.

roſtrum aquilae *obuncum* Draconius quoque in Hexaemero dixit v. 605. in Catalectis Pithoei carmine de XII. ſignis coeleſtibus,

—— caudaque timendus obunca
Nomentumque ſequens.

ita enim lego, cum in duobus vetuſtis codicibus invenerim *cauda abunca.* nam & hoc Maronis loco codices non pauci *abunco roſtro.* HEINS. *Aſſurgens* Ed. pr. *obunco* Ald.

756. SIMUL. *Summum* Venetus.

757. EX AGMINE. *Ex ſanguine* Zulichemius a manu

[42] deſunt iidem ad ỳ. 756.

Digitized by Google

Portat ovans. Ducis exemplum eventumque ſecuti
Maeonidae incurrunt. Tum fatis debitus Arruns
Velocem jaculo, & multa prior arte Camillam
Circuit, &, quae ſit fortuna facillima, tentat.
Qua ſe cumque furens medio tulit agmine virgo,
Hac Arruns ſubit, & tacitus veſtigia luſtrat:
Qua victrix redit illa, pedemque ex hoſte reportat,
Hac juvenis furtim celeris detorquet habenas.
Hos aditus, jamque hos aditus, omnemque pererrat

Un-

SERVII.

758. Ducis exemplum eventumque. Et virtutem, & felicitatem: [43] [*exemplum*, quod coepit; *eventum*, quod proſpere.]

759. Maeonidae. Lydii, ut VIII. 499. *Maeonidae delecta juventus.*

760. Arte. Fraude, dolo, ut II. 152. *Arte Pelaſga.*

762. Qua se cumque furens medio tulit agmine virgo, Hac Aruns subit. Ut etiam ſupra diximus, ita Poëta loquitur, ut [44] aliquibus locis det ſuſpicionem, quod Aruns de Turni partibus fuerit: namque [45] & in Camillam impetum facit, & cum ea rurſus recedit; quod niſi de ſocio non procedit. Donatus etiam dicit, eſſe manifeſtum ſignum, ſocium [46] ei fuiſſe; quod Apollinem Soractis invocat montis: de quo Turno veniſſe conſtat auxilia: licet poſſit fieri, ut alterius loci [47] [homo alterius loci] invocet numen. Item ad argumentum vocat inf. 793. [48] *Patrias remeabo inglorius urbes:* quod etiam de hoſte [49] procedit. Inglorius autem ideo: quia ſuperare foeminam, nullam conſtat eſſe virtutem: [50] [aut quia nec gloriari poterat, ſi Camillam earundem partium occidiſſet, ut, quod ſupra dictum eſt, videatur eam invidia peremiſſe; quod viris praeripiat gloriam, & ſola nobiliter pugnet Camilla.

763. Tacitus. Hoc eſt, latens.]

VARIORUM.

manu prima. *ex agmine raptam* Serv. ad VIII. 9. ubi quidam *Tiburti.*

758. Exemplum eventumque. *Eventum exemplumque* Florentina Juntarum editio & prior Menagianus, cum ſecundo Moretano. mox in priore Voſſiano, *fatis tum debitus.* HEINS. *Eventum exemplumque* Parrhaſ. & Ed. pr. & Mediol. Ald.

759. Aruns. *Arruns* in optimis codicibus, etiam apud Lucanum. quod nomen Etruſcum: apud Agrimenſores exſtat fragmentum libri a Vegoja ſive Bygoe Etruſca vate, *Arrunti Vertumno* inſcripti: male legitur *Vertymno.* male etiam Rigaltius *Arruntio Eutycho.* Hinc gens *Arruntia* apud Romanos. ita enim in priſcis marmoribus per duplex r conſtanter id nomen exaratum invenitur: ex qua gente *L. Arruntius Stella* Conſul ac Poëta Martiali & Statio tanto opere depraedicatus paſſim, & *Arruntius Celſus* Grammaticus magni nominis. HEINS.

762. Furens. *Ferens* Venetus, Montalbanius, primus Moreti, Francianus, Parrhaſ. Leidenſis, Hugenianus, & a manu ſecunda prior Hamburgicus. in ſecundo Moreti a manu prima videtur fuiſſe *ferox. ſe cuique* Bigotianus. *ferens* & *furens* variat etiam II. Georg. 311. & alibi.

763. Hac. *Huc* ſecundus Moretanus. HEINS. *Hac armis* Ed. Mediol.

765. Furtim celeres. *Celeres furtim* Mentelii prior, alter Menagii, Zulichemius, Regius, duo treſve alii.

766. Jamque hos aditus. *Atque hos aditus* in Gudiano, & priore Menagio. *jamque hos abitus*

43 deſunt iiſdem. 44 in aliquibus Steph. 45 & cum Camilla impetum fecit, & cum ipſa Voſ. R. Steph. al. 46 deeſt iiſdem. 47 deſunt Steph. al. loci homo invocet numen R. 48 *patriam v. l. urbem* Steph. 49 procedit. nam Voſ. R. Steph. al. reliquis omiſſis. 50 deſunt iiſdem ad ℣. 767.

Undique circuitum; & certam quatit inprobus haſtam.
Forte ſacer Cybelae Chloreus, olimque ſacerdos,
Inſignis longe Phrygiis fulgebat in armis,
Spumantemque agitabat equum: quem pellis aënis
In plumam ſquamis auro conſerta tegebat.
Ipſe, peregrina ferrugine clarus & oſtro,
Spicula torquebat Lycio Gortynia cornu.
Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea vati
Caſſida; tum croceam chlamidemque ſinuſque crepantis
Carbaſeos fulvo in nodum collegerat auro,

Pi-

SERVII.

767. CIRCUITUM. Proprie: nam *circumire*, inſidiantium eſt: unde eſt III. Georg. 538. *Nec gregibus nocturnus obambulat.* CERTAM HASTAM. Inevitabilem: [51] [unde eſt e contrario II. 224. *Et incertam excuſſit cervice ſecurim.* Id eſt, infirmam, [52] evitabilem]

768. SACER CYBELAE. [53] Nunc montem pro numine, quod in eo colitur, poſuit. Et bona occaſio ad mortem Camillae, ut ſacerdotem majoris numinis conetur occidere: per quod quaſi exauctoratur Dianae [54] favor, interveniente majoris numinis iracundia. [55] [OLIMQUE SACERDOS. Aut quia vetus ſacerdos: aut cujus etiam majores ſacerdotes fuiſſet, quibus apud veteres in ſacra quoque [56] ſuccedebatur.]

769. [LONGE FULGEBAT. Vel longe fulgebat; vel longe inſignis.]

770. QUEM PELLIS AHENIS IN PLUMAM SQUAMIS, AURO CONSERTA TEGEBAT. Cataphractum eum fuiſſe ſignificat. Cataphracti autem equites dicuntur, qui & ipſi ferro muniti ſunt, & equos ſimiliter munitos habent: de quibus Salluſtius fragm. incert. *Equis paria operimenta erant, quae* [57] *lintea ferreis laminis in modum plumae adnexuerant.* [58] [PLUMA, eſt in armatura, ubi lamina in laminam ſe indit] Nunc autem pro linteo, *pellem* poſuit: & *aeneas ſquamas*, aereas laminas intelligimus. IN PLUMAM vero, in ſimilitudinem plumae, ut VI. 42. *Exciſum Euboicae latus ingens rupis in antrum*: id eſt, in antri ſimilitudinem. Sane ſciendum, quod ipſos equites cataphractos dicimus. Salluſtius: *Et ſequebantur equites cataphracti.*

772. [59] [PEREGRINA FERRUGINE. Ut *Hibera*, id eſt, Hiſpana: nam ipſe hoc alibi expoſuit IX. 582. *Et ferrugine clarus Hibera.* Quidam purpuram accipiunt, quod ejus prima tinctura ferrugineo colore ſit.]

773. SPICULA TORQUEBAT LYCIO CORTYNIA CORNU. Cretenſes ſagittas Lycio arcu dirigebat: quod, ut etiam ſupra diximus, ad ornatum poni conſuevit.

774. [60] [VATI. Hic vatem, ſupra ſacerdotem, ut de Heleno utrumque.]

775. CASSIDA. Pro, caſſis: [61] nam accuſativum poſuit pro nominativo.

VARIORUM.

tus duo Rottendorphii & prior Hamburgicus cum Moretano primo, & Leidenſi, quomodo & codices ex Pierianis nonnulli, & Vlitius noſter ad Gratium ſuum eſt amplexus pag. 197. habemus id ipſum vocabulum lib. IX. Aen. ŷ. 380. in vetuſtis membranis. *Hos aditus, hos jamque aditus* Moreti

ter-

51 unde contra Steph. al. unde eſt e contra R. deſunt vero Voſ. 52 vitabilem R. Steph. al. 53 nam R. 54 favore R. & L. qui hic iterum incipiebat. 55 deſunt Voſſ. R. L. Steph. al. ad ŷ. 770. 56 ſuccendebantur Dan. quod ſideliter ſequuti Comm. & Emmen. 57 *linteo* Dan. & L. qui & *equi paria* habebat. 58 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 59 deſunt iisdem. 60 deſunt iisdem. 61 erraſſe Servium hic putat Munckerus in Diſſertatione de Hygino, ſed non puto, cum revera ex accuſativo a *Caſſis*, ille formatum nominativum dicit, & ita poſitum accuſativum pro nominativo.

Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.
Hunc virgo, ſive ut templis praefigeret arma
Troïa, captivo ſive ut ſe ferret in auro,
Venatrix, unum ex omni certamine pugnae
Caeca ſequebatur; totumque incauta per agmen
Femineo praedae & ſpoliorum ardebat amore:
Telum ex inſidiis quum tandem tempore capto
Concitat, & ſuperos Arruns ſic voce precatur:
Summe Deum, ſancti cuſtos Soractis Apollo,

Quem

SERVII.

777. PICTUS ACU TUNICAS, ET BARBARA TEGMINA CRURUM. Pictus tunicas, pictus crurum barbara tegmina, id eſt, habebat veſtem Phrygionis arte perfectam. Sane armorum longa deſcriptio illuc ſpectat, ut in eorum cupiditatem merito Camilla videatur eſſe ſuccenſa.

782. FOEMINEO. Impatienti, irrationabili, ut VII. 345. *Foemineae ardentem curaeque iraeque coquebant.*

585. SUMME DEUM. Ex affectu colentis dicitur: nam Juppiter ſummus eſt. SANCTI CUSTOS SORACTIS APOLLO *Soractis*, mons eſt Hirpinorum in Flaminia collocatus. In hoc autem monte cum aliquando Diti Patri ſacrum perſolveretur (nam [62] Diis manibus conſecratus eſt) ſubito venientes lupi exta [63] [de igni] rapuerunt: quos cum diu [64] paſtores ſequerentur, delati ſunt ad quandam ſpeluncam, halitum ex ſe peſtiferum emittentem: adeo ut juxta ſtantes necaret: & exinde eſt orta peſtilentia: quia fuerant lupos ſecuti: de qua reſponſum eſt, poſſe eam ſedari, ſi lupos imitarentur, id eſt, rapto viverent. Quod poſtquam factum eſt, dicti ſunt populi Hirpini Sorani: nam lupi Sabinorum lingua Hirpi vocantur: Sorani vero, a Dite: nam Dis Pater Soranus vocatur: quaſi lupi Ditis Patris: unde memor rei Virgilius Aruntem paulo poſt comparat lupo: quaſi Hirpinum Soranum.

VARIORUM.

tertius. *Hos abitus, jamque hos aditus* in altero Voſſiano. HEINS. *Jamque hos habitus* prior Hamburgenſis, tertius Mentelii. v. H. Steph. diſſ. de Criticis p. 68.

768. SACER CYBELAE CHLOREUS. *Sacer Cybelo Choreus* Mediceus. vide Pierium tam hoc loco quam lib. III. III. ubi *Hinc mater cultrix Cybeli* ex ſcriptis & Servio etiam corrigendum voluit. *Cybelae Choreus* Macrobius lib. V. Saturn. I. At cap. 15. hic idem illi eſt *Cloreus.* ut & alter XII. Aen. 363. non *Chloreus*. *Cybelo* etiam uterque Mentelius, duo Rottendorphii & Menagianus alter cum priore Voſſiano, duobus Moretanis ac Leidenſi, praeterea in multis veterum. HEINS. *Chioreus* Regius. *Coreus* Dorvill. *Choreus* Zulichemius, Bigotianus, Leidenſis & Oudartii. & alii. *Cybelo* etiam legit H. Steph. diatriba V. Horatiana p. 23.

771. SQUAMIS. *Squalis* Gudianus a manu prima. *ſcamis* Zulichemius.

Ibid. AURO CONSERTA. *Auroque inſerta* Ald.

773. GORTYNIA. *Cortinia* Dorvill.

774. EX HUMERIS. *Ex humero* Gudianus, alter Mentelius, prior Menagianus, Sprotianus, primus & ſecundus Moretani. ut infra 844. *Humero geſſiſſe pharetras*, non *humeris*. HEINS. *Erat arcus* Leidenſis & Mediceus. vid. ſupr. ℣. 652.

776. IN NODUM. De fibula capit Rhodius de Acia cap. V. pag. 48. *chlamidem ſinuſque c. C. fulvo nodum c. a.* Statii Interpres VII. Theb. 958. & ℣. 682. vitioſe. *ſonatque crepantes* in Parrhaſ. *ſinuſque* erat alia manu adſcriptum.

778. HUNC *Tunc* Menagii prior.

780. VENATRIX. Non eſſe Camillae Epitheton, utpote, quae jam non cum feris, ſed viris vera in pugna congrederetur, ſed explicandum, ut ſe ferret in auro captivo, quoties venaretur, docet H. Steph. Diatribe Horatiana quinta pag. 111.

781. IN-

[62] deeſt Voſ. R. L. Steph. al. [63] deſunt iiſdem. [64] deeſt iiſdem.

Digitized by Google

Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo
Paſcitur; & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus veſtigia pruna;
Da, Pater, hoc noſtris aboleri dedecus armis,
Omnipotens. Non exuvias, pulſaeve tropaeum
Virginis, aut ſpolia ulla peto. Mihi cetera laudem
Facta ferent. Haec dira meo dum volnere peſtis
Pulſa cadat, patrias remeabo inglorius urbis.

Au-

SERVII.

786. PINEUS ARDOR. Ignis περίφρασις. ACERVO. Pyra, coacervatione lignorum.

787. FRETI PIETATE. Iſte quidem hoc dixit; ſed Varro, ubique [65] expugnator religionis, ait, cum quoddam medicamentum deſcriberet: [66] *Eo uti ſolent Hirpini, qui ambulaturi per ignem, [67] medicamento plantas tingunt.*

788. MULTA PRUNA. [68] Inter prunas. *Pruna* autem, quamdiu ardet dicitur. Horatius I. Sat. v. 36. *Praetextam & latum clavum, prunaeque [69] batillum:* cum autem extincta fuerit, *carbo* nominatur. Terentius Adelph. v. III. 63. [70] *Tam excoctam atque atram reddam, quam carbo eſt:* nam *pruna* a perurendo dicta eſt.

790. EXUVIAS, PULSAEVE TROPAEUM. *Exuvias*, occiſae; pulſae, *tropaeum.* Et proprie: nam, ut ſupra diximus x. 775. [71] de occiſis hoſtibus triumphabant, de pulſis figebant tropaea.

VARIORUM.

781. INCENSA PER AGMEN. Legendum, *incauta per agmen* duo tribuit puellae: imprudentiam, quae reddebat incautam, & cupiditatem, quae incenſam. *Foemineus amor* pro vehementiſſimo. ut infr. 878. *foemineus clamor*, in hoc ipſo libro, & *foemineus ululatus*, in ſecundo. FABRIC. Pro *incauta* codices nonnulli *incenſa* vel *accenſa*. HEINS. *Incenſa* Francianus & Ed. Ald. Junt. ubi Pierius *incauta. incenſa* Dorvill. *Certa ſequebatur, totumque incenſa per agmen Fulmineo pede* Parrhaſ.

783. CUM. *Et* Francianus. *tum* Dorvill.

Ibid. TEMPORE CAPTO CONJICIT. Plerique Pieriani, & Mediceus, Gudianus aliique complures ex noſtris *concitat.* quod nervoſius. Silius lib. IX.

Ante oculos cunctas ductoris concitat haſtas.

HEINS. *Tempore rapto* Parrhaſ. vid. ad Liv. XXVI. XII. 15. v. x. Aen. 754. Stat. VII. 642. *Itys inſidiante ſagitta.*

785. SANCTI. *Sacri* prior Hamburgicus. *cuſtos ſci* Zulichemius, unde & *ſacri* & *ſancti* confici poteſt. *ſancti* agnoſcit Crucquianus Commentator ad Horat. I. Od. 9. & ita apud Statium lib. I. Silv. IV. *ſignat Apollineos ſancto cognomine lucos.* ubi vide Barth.

786. PRIMI. *Primum* Oudartii & Excerpta noſtra.

Ibid. PINEUS. *Pruneus* Gudianus a manu prima. male. vid. D. Heinſ. ad Sil. Ital. lib. v. 179.

788. PREMIMUS. Maluerat olim Heinſius *premimur.*

Ibid. PRUNA. Cl. Ryckius ad Steph. de Urbibus in Κασταβάλα remiſerat. ubi Berckelius ex Strabone notaverat in illa urbe, quae & Peraſia vocabatur, ſacerdotes feminas nudis pedibus ambulare per *prunas.* vid. etiam Sil. Ital. v. 178. & ibi Commentatores.

790. OMNIPOTENS. Neſcio an Apollini alius quis hoc Epithetum dederit, & an non *armipotens* praeſtet.

Ibid. TROPAEUM. *Triumphum* alter Hamburgicus.

791. AUT.

65 legionis Voſ. expugnatorem. 66 ut ſolent Hirpini, qui amb. per ignes, m. p. tingunt Voſ. R. L. Steph. al. & ut ſolent Fabr. Dan. vide Salmaſ. Exerc. Plin. p. 50. ubi Hirpos & Hirpinos male confundi docet, & de hoc more per prunas ambulandi agit. 67 *medicantes* R. 68 in pruna L. Voſ. R. Dan. 69 *batilum* L. Voſ. R. 70 quam excuſſam R. Voſ. 71 occiſis h. t. depulſis L. Voſ. R. Steph. occiſis h. t. de fugatis ſ. tr. Bald.

Audiit, & voti Phoebus ſuccedere partem
Mente dedit: partem volucris diſperſit in auras.
Sterneret ut ſubita turbatam morte Camillam,
Adnuit oranti: reducem ut patria alta videret,
Non dedit; inque notos vocem vertere procellae.
Ergo, ut miſſa manu ſonitum dedit haſta per auras,
Convertere animos acris, oculoſque tulere
Cuncti ad reginam Volſci. Nihil ipſa neque aurae,

Nec

SERVII.

795. PARTEM MENTE DEDIT, PARTEM VOLUCRES DISPERSIT IN AURAS. Bona moderatio Apollinis inter ſacerdotis preces, & voluntatem ſororis. [72] [Eſt autem Homeri, orante Patroclo Achille Iliad. Π. 249. Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος, τοῦ δ' ἔκλυε μητίετα Ζεύς. Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε· Νηῶν μέν οἱ ἀπώσασθαι πόλεμόν τε μάχην τε Δῶκε, σόον δ' ἀνένευσε μάχης ἐξαπονέεσθαι.]

801. NIHIL IPSA, NEC AURAS, NEC SONITUS MEMOR. Haec eſt antiqua lectio; [73] namque apud majores trahebatur interdum a Graeco genitivus ſingularis. Hinc eſt & *paterfamilias*, & *materfamilias*: quae duo tantum nomina remanſerunt: nam nec *hujus auras* dicimus, nec *hujus cuſtodias*, ſecundum Salluſtium lib. IV. Hiſtor. qui ait [74] *Caſtella cuſtodias theſaurorum*: pro, *cuſtodiae*: ita enim etiam Aſper intelligit: licet alii *cuſtodias*, accuſativum velint. Sane *paterfamilias*, [75] [& *materfamilias*] quando dicimus, *familias* indeclinabile eſt. Si autem *paterfamiliae* [76] dicere voluerimus, jam non erit nomen; ſed [77] locutio, & *familiae*, erit dativus: nam *pater mihi eſt* dicimus. Terentius Adel. I. II. 46. *Natura tu illi pater es, conſiliis ego.* Multi tamen volunt in numero plurali nomen utrumque declinari, [78] ut dicamus, *hi patresfamiliae, horum patrumfamiliarum.*

VARIORUM.

791. AUT. *Ut* Francianus.

792. FERANT. Ita ex pleriſque ſuis Pierius. Mediceus & Mentelianus noſtri caeterique, exceptis Hamburgico utroque & altero Menagiano, *ferent*. quod malo. HEINS. *Fata ferent* Zulichemius, & Francianus, & Dorvil.

Ibid. MEO. *Modo* Parrhaſ. *dura* Ed. pr.

793. CADAT. *Cadet* Bigotianus.

Ibid. PATRIAM URBEM. *Patrias urbes* libri omnes & noſtri & Pieriani. quibus cur obnitamur? HEINS.

794. ET VOTI PHOEBUS. *Et Phoebus voti* apud Macrobium lib. V. Saturn. cap. 3. *votis Phoebus* Montalbanius & Venetus cum priore Voſſiano. HEINS. *Dextris rebus ſuccedere* Zulichemius.

795. PARTEM. *Partim* Venetus. vide lib. V. Aeneid. 187. HEINS. *Partim* etiam duo Moretani. *diſparſit* Editio Juntae. vulgata eſt apud Servium ad X. 652. *diſperdit* Dorvill.

796. MORTE. *Voce* Oudarti. *in ſubita* alter Hamburgicus.

797. ADNUIT ORANTI. *Adnuit, at reducem ut p. a. videret* Zulichemius. *alta* v. Cerd. non quidem inepte, ſed puto vel in monte ſita, vel nobilis & antiqua.

799. UT MISSA. *Ubi miſſa* Mediceus. HEINS.

800. ANIMOS ACRIS. *Oculos acres, animoſque* Leidenſis. *animos alacres* Vratiſlavienſis. *acies* legere alios ait Cerda.

801. AURAS. Pro *aurae* Aſper & Servius: ut ſit Graecae & antiquae declinationis genitivus, *αὔρα, αὔρας*. FABRIC. In multis veterum *neque*. deinde *neque auras* in priore Moretano, altero Menagio Venetoque. *nihil illa* in priore Menagio. *auras* etiam pro diverſa ſcriptura in eodem, & priore Hamburgico, & tertio Rottendorphio. addunt gloſſam Hamburgicus & Menagianus, *antiqua lectio, ut materfamilias*. in Rottendorphio geni-

72 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 73 ut declinatum ὁ αὔρα, τῆς αὔρας Fabr. 74 ſtella c. th. pro cuſtodia L. pro cuſtodia R. etenim ita Aſper Dan. Fabr. & ita etiam etiam Aſper L. Voſ. R. Steph. al. 75 deſunt L. Voſ. 76 dixerimus Dan. Fabr. 77 elocutio Voſ. 78 ut pater, hi patres f. R.

Digitized by Google

Nec ſonitus memor, aut venientis ab aethere teli;
Haſta ſub exſertam donec perlata papillam
Haeſit, virgineumque alte bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidae comites, dominamque ruentem
Suſcipiunt. Fugit ante omnis exterritus Arruns,
Laetitia mixtoque metu: nec jam amplius haſtae
Credere, nec telis occurrere virginis audet.
Ac velut ille, prius quam tela inimica ſequantur,
Continuo in montis ſeſe avius abdidit altos,
Occiſo paſtore, lupus, magnove juvenco,
Conſcius audacis facti, caudamque remulcens
Subjecit pavitantem utero, ſilvaſque petivit;
Haud ſecus ex oculis ſe turbidus abſtulit Arruns;

Con-

SERVII.

803. PAPILLAM EXERTAM. Nudam. Sane *mamilla* eſt omnis eminentia uberis: *papilla* vero, [79] breve illud, unde lac trahitur.

805. DOMINAM. Reginam, ut VI. 397. *Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.*

808. VIRGINIS AUDET. Sic fuerat conſternatus, ut etiam vulneratam timeret.

811. OCCISO PASTORE LUPUS. Bene paſtori comparat reginam: nam reges ipſi, *paſtores* vocantur. Homerus Iliad. A. 263. ποιμένα λαῶν.

812. CAUDAM PAVITANTEM. Quae timorem indicat: pro, ipſe pavitans.

814. TURBIDUS. Timidus modo, ſupra terribilis, ut ſup. 742. *Venulo adverſum ſe turbidus infert.*

VARIORUM.

genitivus Graecus. quae interpretatio Gudiano quoque codici eſt adſcripta, niſi quod in illo *aura* legebatur. *auras* etiam genuinam eſſe ſcripturam monet Servius. HEINS. *Auris* Mediceus. *auras* Ed. Med. Dorvill. & Maittaire exhibuit, & in indicem retulit *auras memor.* v. Steph. Schediaſm. p. 58. de voce *memor* vid. ad I. Georg. 167.

802. PAPILLAM. *Mamillam* ſecundus Rottendorphius. laevam intelligit Cerda.

805 COMITES. *Comitem* Hugenianus. *cadentem* Leidenſis.

806. FUGIT. *Stetit* Zulichemius. *fuit* Ed. Dan. Heinſii.

808. OCCURRERE. *Concurrere* ſecundus Rottendorphius & Dorvill.

809. SEQUANTUR. *Sequuntur* Gudianus. quomodo I. Georg. 50. *prius ignotum quam ferro ſcinditur aequor.* ſic & II. Aen. 741. IV. 24. VI. 328. *transportare, prius quam ſedibus oſſa quierunt.* aliter III. Georg. 471. I. Aeneid. 196. 476. HEINS. *Turba in. ſequatur* Zulichemius. *prius quem* Ald.

810. AVIUS ABDIDIT. *Abdidit avius* Zulichemius. *abvius* primus Moreti. *adidit* Dorvil.

812. CONSCIUS. Imitatur Statius IV. Theb. 368. in ſimili comparatione. *magnique fugit non inſcius auſi. remulgens* erat in Gudiano & Mentel. priori. BURM.

813. SUBJECIT. *Subjectat* in ſecundo Moretano. HEINS. *Pavitans* Zulichemius. *uterum* Hugenianus. *ſilviſque* alter Menagii.

814. ABSTULIT. *Abdidit* Zulichemius. *Arons* Parrhaſ.

815. CON-

79 deeſt L. R.

Contentuſque fuga mediis ſe inmiſcuit armis.
Illa manu moriens telum trahit: oſſa ſed inter
Ferreus ad coſtas alto ſtat volnere mucro.
Labitur exſanguis: labuntur frigida leto
Lumina. Purpureus quondam color ora reliquit.
Tum ſic exſpirans Accam, ex aequalibus unam,
Adloquitur; fida ante alias quae ſola Camillae,
Quîcum partiri curas; atque haec ita fatur:
Hactenus, Acca ſoror, potui: nunc vulnus acerbum
Conficit, & tenebris nigreſcunt omnia circum.
Effuge, & haec Turno mandata noviſſima perfer:
Succedat pugnae, Trojanoſque arceat urbe.

Jam-

SERVII.

817. MUCRO. Hinc apparet, *mucronem*, eſſe cujuſlibet teli acumen.

818. FRIGIDA LETHO. Alii TELO legunt: & intelligunt *vulnere*. [80] [Et quidam, LABUNTUR LETHO, non *letho frigido*; ſed, *letho labuntur*. Alii *frigida letho* accipiunt: quia ſequitur poſt: *Captum letho poſuit caput:* Nonnulli *frigida lumina* tradunt, ſcilicet ignis calore extincto, ut e contrario II. 405. *Ad coelum tendens ardentia lumina.*]

822. PARTIRI CURAS. Subaudis, conſueverat. HAEC ITA FATUR. Unum abundat: nam ſupra ait: *Adloquitur.*

823. POTUI. Abſolute: vel pugnare vel vivere: [81] [neceſſaria enim Eclipſis in defectione, quae ex arte non ſemel poſita eſt.]

825. SUCCEDAT PUGNAE. Animus bellatricis oſtenditur, quae non ſe dolet lucem, ſed bella [82] deſerere: [83] [in tantum, ut nihil aliud moriens, quam de republica tuenda, & bellum mandaret: & ſolum putaret idoneum Turnum in ejus vicem ſuccedere.]

VARIORUM.

815. CONTENTUSQUE FUGA. Haec tantum dat Zulichemius, reliquis omiſſis. Heinſius malebat *contentuſque fugae*. de quo ad Ovidium v. Met. 169. ubi tamen *fuga* probat.

818. LABITUR EXSANGUIS. *Labitur & ſanguis* apud Donatum legas. ſed aliter codices ſcripti. tum *frigida telo* prior Menagianus pro diverſa lectione, ut & Servius. HEINS. *Exanimus* Vratiſlavienſis. *labitur & ſanguis* Catroeus.

819. COLOR. *Calor* Leidenſis. *oſſa* alius Leidenſis. *relinquit* Montalbanius, Venetus, & Parrhaſ. a manu prima.

Ibid. ORA. *Oſſa* prior Menagianus, & Moretanus ſecundus & alter Hamburgicus. HEINS.

821. FIDA. *Fidam* Mediceus a manu ſecunda.

822. QUICUM. *Quacum* noſtri fere omnes. ſed *quicum* tertius Rottendorphius & Gudianus a manu prima, etiam Mediceus. & hoc Aruſianus Meſſius agnoſcit, *Quicum pro cum quo. Cicero pro Quinctio: quicum tibi ſocietas affinitas erat. Quicum pro cum qua Virgil. Aen.* XI. *Accam ex aequalibus unam Quicum partiri curas.* apud Gellium lib. I. cap. 13. *cum opus eſſet firma atque procera trabe, quicum arietem faceres.* Statius VIII. Theb. 278.

quicum ipſe arcana deorum
Partiri & viſas uni ſociare ſolebat
Amphiaraus aves.

HEINS.

80 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 81 deſunt iisdem. 82 relinquere Steph. exſerere R. ſed deſerere bella dixit Juſtinus II. 8. 12. & alibi. 83 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Jamque vale. Simul his dictis linquebat habenas,
Ad terram non ſponte fluens. Tum frigida toto
Paullatim exſolvit ſe corpore, lentaque colla,
Et captum leto poſuit caput, arma relinquens:
Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub umbras.
Tum vero immenſus ſurgens ferit aurea clamor
Sidera: dejecta crudeſcit pugna Camilla:
Incurrunt denſi ſimul omnis copia Teucrûm,
Tyrrhenûmque duces, Euandrique Arcades alae.

At

SERVII.

828. NON SPONTE FLUENS. *Non ſponte*, ut ſupra ſup. 499. *Portiſque ab equo regina ſub ipſis Deſiluit: quam tota cohors imitata relictis Ad terram defluxit equis.*

829. [84] [PAULLATIM EXSOLVIT SE CORPORE. Sic in quarto 703. *Teque iſto corpore ſolvo.*

830. ET CAPTUM LETHO POSUIT CAPUT. Cum dicit *caput*, oſtendit operam conſecrari, uſque dum ſolvatur caput hominis, id eſt liberetur; quod facilius poteſt morte contingere, ſicut ſupra ỳ. 558. dictum eſt. ARMA RELINQUENS. Alii ARMA RELINQUUNT, legunt. Probus Hypallagen vult, vel contrarium, ut *ipſa relinquit.* Alii *arma* [85] *relinquunt*, laudant dictum: id eſt, illa decidebant e manibus Camillae exanimi.]

831. VITAQUE CUM GEMITU FUGIT INDIGNATA SUB UMBRAS. Servat hoc ubique, ut juvenum animas a corporibus dicat cum dolore diſcedere, quod adhuc eſſe ſuperſtites [86] poterant: quod etiam de Turno dicturus eſt. [87] [Et eſt Homeri. Idem Cicero in Catone Majore cap. xx. *Jam omnis conglutinatio recens, aegre: inveterata,* [88] *facillime divellitur.*]

832. IMMENSUS CLAMOR. Trojanorum ſcilicet, qui exultabant, [89] [& quorum animi aucti ſunt Camilla moriente.]

833. CRUDESCIT. Crudelior fit caede multorum: [90] [nam *crudus* & *crudelis*, a *cruore* dicitur.

834. OMNIS COPIA. Pro, totus exercitus, ut II. 574. *Et quae ſit me circum copia, luſtro.*]

VARIORUM.

HEINS. *Quicum partiri curas ſolita: atque ita fatur.* Ed. Venet. *quacum p. c. ſolet, at.* Dorvil. *Curas ſolet, atque ita fatur* Bigotianus. forte, *atque huic.*

823. POTUI. Vel *valui* alter Hamburgicus.

824. ET TENEBRIS. *Ex ten.* Leidenſis. *increſcunt* Oudartii.

826. URBE. *Urbi* Codd. Pierii. ita III. Georg. 155. *Arcebat gravido pecori.*

827. SIMUL HIS. *Simul haec dicens* Ed. pr.

828. FLUENS. *Ruens* ſecundus Rottendorphius. vid. ſup. 236. & III. Georg. 524. *cum frigida* Zulichemius. mox *ſe pectore* prior Hamburgicus. *ſolvit* etiam Mentelii prior.

Ibid. TUM FRIGIDA. Lege *&* ob verſum 632. FABER.

830. POSUIT. *Ponit* Ed. pr.

831. UMBRAS. *Umbris* ſecundus Rottendorphius. imitatus haec Stat. VI. Theb. 882. ubi Lutatius hunc locum citans *ſub umbras* habet. vid. lib. XII. ỳ. ultimo.

832. TUM VERO IMMENSUS SURGENS. Mallem, ſi per codices liceret, *immenſum ſurgens.* ſic *immane* & *lene ſpirans*, ſimiliaque apud noſtrum. HEINS. *Serpens* Francianus.

834. INCURRUNT. *Concurrunt* Voſſianus prior cum Sprotiano. HEINS. Et Bigotianus. *omnes* Ed. pr.

835. TYRRHENIQUE. *Tyrrhenumque* Mediceus, quod nervoſius videtur. HEINS. *Tyrrhenique d. E. Ar-*

84 deſunt iiſdem ad ỳ. 831. 85 *relinquunt* * laudant dictum eſt illa decidebant e manibus cum ille exanimi Dan. *relinquunt*, illa d. e. m. cum illa exanimi Fabr. 86 potuerunt Dan. Fabr. 87 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. addit Homeri verba ex Iliad. Π. 856. Baſil. Ciceronis locus deſideratur in Baſil. 88 *facile* in Cicerone legitur. 89 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 90 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. ad ỳ. 836.

Digitized by Google

At Triviae cuſtos jam dudum in montibus Opis
Alta ſedet ſummis, ſpectatque interrita pugnas:
Utque procul medio juvenum in clamore furentum
Proſpexit triſti multatam morte Camillam;
Ingemuitque, deditque has imo pectore voces:
Heu nimium, virgo, nimium crudele luiſti
Supplicium, Teucros conata laceſſere bello!
Nec tibi deſertae in dumis coluiſſe Dianam
Profuit, aut noſtras humero geſſiſſe pharetras:
Non tamen indecorem tua te regina reliquit

Ex-

SERVII.

836. AT TRIVIAE CUSTOS. [91] Vel miniſtra, [vel obſervatrix. Poteſt & pro comite accipi: vel *cuſtos* mandatorum Triviae; ne inulta Camilla moriatur.]

839. [92] [MULTATAM. Affectam, debilitatam, damnatam: [93] *Mulcari* enim proprie *verberibus* dicimus.]

842. TEUCROS CONATA LACESSERE. Propter illud ſup. 305. *Bellum importunum gerimus cum gente Deorum.* [HEU autem, doloris exclamatio eſt. CRUDELE LUISTI SUPPLICIUM. Juris verbo uſus eſt. *Luere* enim debere dicitur, qui pecuniam ſolvit; quod hic uſurpatum eſt in capitis poenam. Quidam hujus loci longam expoſitionem tradunt: Volſcos a Volſcatibus Hylinis originem ducere; Exclytas autem, inter quos Amazones ſunt, [93] * regionem Illyricam incolere *. *Luiſſe* ergo *ſupplicium* Camillam dicunt, quae adverſum Trojanos arma tulerit: quibus majores ejus auxilium conſtat tuliſſe, id eſt, Pentheſileam.

843. DESERTAE IN DUMIS. In ſylvis coluiſſe, aut *dumis deſerti*, id eſt, ſoli, & ſine nobis.] [94] COLUISSE DIANAM PROFUIT. Non Deam incuſat; ſed fatorum neceſſitatem: contra quam nec numinis opitulatur auxilium.

VARIORUM.

E. *Arcadis* Ed. Venet. & Mediol.

Ibid. ARCADES ALAE. Non *Arcadis* potiores ſcripti. ſic & lib. XII. 551. HEINS.

838. UTIQUE. *Atque* Leidenſis. *juvenum medio* Menagii prior & Gudianus. *juvenem* Bigotianus. *in* deeſt Juntinae editioni. *juvenem in cl. furentem* Gudianus.

839. MULTATAM. *Mulcatam* Mediceus, & quartus Moretanus & Leidenſis. quod ex ſuis quoque profert Pierius. in primo Menagiano, altero Hamburgico & Schefferio *mulctatam*. HEINS. *In morte* Sprotianus. *mutatam* Francianus. & Parrhaſianus. Guell. v. Arntz. ad Aur. Vict. Vir. Ill. cap. LI. Drak. ad Liv. III. 67.

840. INGEMUIT. *Ingemit & dedit has* Dorvill.

843. NEC TIBI. Donatus *Hoc tibi deſertae* &c. per figurae mutationem: alterum in ſimplicitate magis affectuoſum; ut potius querela ſit, quam accuſatio. FABRIC.

Ibid. DIANAM. *Dianae* Vratiſlavienſis.

844. PHARETRAS. *Sagittas* Mediceus, alter Mentelius, uterque Rottendorphius, & alii quatuor. HEINS. Et Francianus & Pariſ.

845. RELINQUET. *Reliquit* princeps Pierii & Mediceus noſter, prior etiam Mentelianus a manu prima, cum utroque Rottendorphio, altero Menagiano, & priore Voſſiano. & ſic agnoſcit Priſcianus libro VI. *relinquit* in tribus Moretanis. HEINS. *Relinquet* Dorvil.

846. JAM

91 miniſtra & reliqua deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 92 debilitatum damnatam Steph. deſunt L. Voſ. R. debilitatem Baſil. omiſſis reliquis. 93 *multari* Fabr. 93 * deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad *coluiſſe* ℣. 843. 94 religionem Dan.

Digitized by Google

Extrema jam in morte: neque hoc ſine nomine letum
Per gentis erit; aut famam patieris inultae.
Nam quicumque tuum violavit vulnere corpus,
Morte luet merita. Fuit ingens monte ſub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum
Antiqui Laurentis, opacaque ilice tectum:
Hîc Dea ſe primum rapido pulcherrima niſu
Siſtit, & Arruntem tumulo ſpeculatur ab alto.
Ut vidit fulgentem armis, ac vana tumentem;
Cur, inquit, diverſus abis? huc dirige greſſum,
Huc periture veni: capias ut digna Camillae

Prae-

SERVII.

846. SINE NOMINE. Sine gloria, ſine fama, quod fortiter fecit: vel quia Dea vindicat.

847. FAMAM PATIERIS INULTAE. [95] Id eſt, [96] nec invindicatae ignominiam ſuſtinebis: quod etiam Dido dolet, dicens IV. 659. *Et moriemur inultae; Sed moriamur, ait.*

849. MONTE SUB ALTO. Ut VI. 234. *Monte ſub aërio.* Apud majores, nobiles aut [97] ſub montibus altis, aut in ipſis montibus ſepeliebantur: unde natum eſt, ut ſuper cadavera aut pyramides fierent, aut ingentes [98] collocarentur columnae. [99] [Lucanus VIII. 695. *Et regum cineres exſtructo monte quieſcant; Cum Ptolemaeorum [1] matres, ſeriemque pudendam Pyramides claudant.*

850. REGIS DERCENNI. Quidam de [2] Sterce, [*] rege Aboriginum, hoc nomen fictum putant. BUSTUM. Hoc loco, ſepulchrum.

854. VANA TUMENTEM. [3] Plenum [falſae gloriae, quam Graeci κενοδοξίαν dicunt. *Vana* autem *tumentem*, ut VIII. 489. *Infanda furentem.*

855 CUR, INQUIT, DIVERSUS ABIS? Non quaſi audienti dicat: ut IX. 641. *Macte nova virtute, puer.* *Diverſus* autem, a pugna diverſus: vel *diverſus*, quod fugit, quam occidit.]

856. DIGNA CAMILLAE PRAEMIA. Sic in ſecundo II. 537. *Perſolvant grates dignas, & praemia reddant Debita.* Item in decimo X. 881. *Et haec tibi porto Dona prius.*

VARIORUM.

846. JAM IN MORTE. Τὸ *in* abeſt ab utroque Menagiano, Moretanis duobus, altero Voſſiano & Schefferio. HEINS. *Jam* abeſt a Sprotiano.

Ibid. NOMINE. *Numine* Mentelii tres, Hugenianus, & a manu ſecunda Montalbanius. mox volebat Heinſius *per gentes eat.* *inulta* prior Moretanus & a manu ſecunda Hamburgicus. *inulte* Parrhaſ. *patiaris* Montalbanius.

849. LUET. *Luat*, prior Hamburgicus & ſecundus Moreti. *licet* alter. *luit* Excerpta noſtra.

Ibid. ALTO. *Arto* Mediceus a manu prima.

850. DERCENNI. *Dercerni* Mediceus. duo aut tres alii *Dirceuni*. HEINS. *Dirceni* Parrhaſ.

851. TECTUM. *Textum* Excerpta noſtra.

852. NISU. *Nixu* Francianus.

853. TUMULO. *Tumidum* alter Hamburgicus.

854. FULGENTEM. *Laetantem animis* Mediceus

95 deſunt L. Voſ. R. Steph. Baſil. addit ſine fama. 96 non invindicatae Dan. Fabr. nec vindicatae R. 97 ſub montibus, aut in domibus ſep. Steph. ſub montibus aut in montibus L. Voſ. R. Baſil. 98 locarentur Steph. 99 deſunt L. R. Voſ. Steph. Dan. 1 manes hodie legitur in Lucano, ut monuit Oudendorpius. *monte* vero non mutandum in *mole*, hic docet locus. 2 Stercenn regem ab originem h. n. f. putant * Dan. Stercenii rege Aboriginum Fabr. de Stercenii Aboriginum Comm. Emm. de Sterce rege, unde petierit Maſv. neſcio. 3 plenum κενοδοξίας L. R. Voſ. Steph. al. & reliqua deſunt ad ℣. 856.

Praemia. Tunc etiam telis moriere Dianae?
Dixit, & aurata volucrem Threïſſa ſagittam
Depromſit pharetra, cornuque inſenſa tetendit,
Et duxit longe, donec curvata coirent
Inter ſe capita, & manibus jam tangeret aequis,
Laeva aciem ferri, dextra nervoque papillam.
Extemplo teli ſtridorem auraſque ſonantis
Audiit una Arruns, haeſitque in corpore ferrum.
Illum exſpirantem ſocii atque extrema gementem
Obliti ignoto camporum in pulvere linquunt:

Opis

SERVII.

857. TUNE ETIAM TELIS MORIERE DIANAE? Cum ingenti amaritudine dictum eſt: nam ei etiam genus invidet mortis. Quod autem ait, TUNE ETIAM, [4] ad Niobes numeroſam pertinet ſobolem.

858. VOLUCREM SAGITTAM. Proprie: quia ſagittis pennae adglutinantur. THREISSA. Propter Amazonas: & hanc Virgilius non ita finxit, ut Tarpejam & caeteras; ſed proprio nomine videtur induxiſſe: [5] [Graeci enim tradunt, Opin & Hecaërgon, οὐλοφόρους, ex Hyperboreis, qui & ipſi ſunt Threci, in inſulam Delum veniſſe: hunc Hecaërgon Apollinem & Dianam educaſſe, ut etiam ex cognominibus deorum, [6] cum illa Opis, & hic Hecaërgos appellatur, agnoſcitur; quod ſupra ✠. 532. plenius dictum eſt]

859. CORNUQUE INFENSA TETENDIT. *Cornu*, accuſativus ſingularis eſt, ac ſi diceret: *Arcumque infenſa tetendit:* nam horum dubiorum nominum caſus ſimilibus, vel ſynonymis comprobantur.

860. COIRENT INTER SE CAPITA. Homerica eſt iſta deſcriptio, [7] [Pandaro foedera juſſu Palladis confundente Iliad. Δ. 122. Ἕλκε δ' ἐμοῦ γλυφίδας τε λαβὼν, καὶ νεῦρα βόεια. Νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν, τόξῳ δὲ σίδηρον. MANIBUS AEQUIS. Pro aequaliter, vel aequantibus: & licitum Poëtae, nomen pro adverbiis aut participiis ponere.

863. TELI STRIDOREM. Homerus Iliad. Α. 46. [8] [Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' οἰστοὶ ἐπ' ὤμων. Et] Δ. 125. [9] Λίγξε βιὸς, νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχεν.

864. AUDIIT UNA ARUNS, HAESITQUE IN CORPORE FERRUM. Celeritas jaculantis exprimitur. Sic Statius VIII. 440. cum jam percuſſum dixiſſet, *Extinctum* ait: *necdum certi tacet arcus Amyntae.* [Multi nolunt in medio diſtingui, propter exprimendam celeritatem.

866. OBLITI. Nonnulli Virgilium ſecundum vetuſtatem hoc verbo uſum tradunt, ut *obliti*, ἀμελητάδες, hoc eſt, negligentes, & contemnentes putent: viderant enim peremptum, ſed neglexerunt: Ergo ſcientes liquerunt, ut v. 174. *Oblitus decoriſque ſui:* & v. 703. *oblitus fatorum* Alii *obliti*, ubi reliquerant neſcientes: & eſt ſenſus, *obliti illum*. IGNOTO CAMPORUM IN PULVERE LINQUUNT. [10] [Bene Aruns, qui quaſi ſacrilegus peremptus eſt,] [11] faciente numinis iracundia, eſt relictus, ut nec ſepulturam poſſet mereri.

868. [LE-

[4] Brouckhuſius putabat meliori jure ad Oriona poſſe reſpici. ad Jovis L. Voſ. ad Joves R. [5] Graeca * enim tradunt anulɔforos ex Hyperboreis, qui & ipſi ſunt trudi, in Latitonam veniſſe, hanc & Aegon, id eſt Dianam educaſſe Dan. omiſit Fabr. Salmaſius ad inſcript. Herodis Attici p. 19. Graeci enim tradunt Ouinforos ex Hyperboreis, qui & ipſi ſunt Treci, in inſulam Delon veniſſe, hanc & Hecaergo Apollinem & Dianam educaſſe. & Spanh. ad Callim. Hym. in Delum ✠. 283. eum ſequitur, niſi quod mavult qui & ipſi ſunt Thraces, vel Threicii. qui de hac re videndus. [6] & cum illa Opis, & hic & Aergos Dan. [7] deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. [8] deſunt L. Voſ. R. Dan. habent tantum ἔκλαγξαν δ' ἄρ' οἰστοί. contra Steph. Fabr. Baſil. tantum λίγξε δ' ὀιστὸς. ſed Baſil. λίγξαι. [9] deſunt L. Voſ. R. Steph. ai. ed ignoto ✠. 866. [10] deſunt iiſdem. [11] facientis Dan.

Opis ad aetherium pennis aufertur Olympum.
Prima fugit, domina amiſſa, levis ala Camillae:
Turbati fugiunt Rutuli: fugit acer Atinas:
Disjectique duces, deſolatique manipli,
Tuta petunt, & equis averſi ad moenia tendunt.
Nec quiſquam inſtantis Teucros, letumque ferentis
Suſtentare valet telis, aut ſiſtere contra:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus:
Quadrupedumque putrem curſu quatit ungula campum.

Vol-

SERVII.

868. [12] [LEVIS ALA. Levis armatura ſcilicet.]

869. TURBATI FUGIUNT RUTULI. Hoc ad Camillae pertinet laudem: qua amiſſa [13] [turbati fuerunt Rutuli, &] mutantur fata bellorum. ACER ATINAS. Armis ſcilicet: [14] fugit tamen.

870. DESOLATIQUE MANIPLI. Deſerti ſigniferi: quod eſt nimii diſcriminis: namque hoc ubique dux praecipit, ut frequentes [15] circa ſigna ſint milites: ſicut in Salluſtio legimus. *Manipli* autem dicti ſunt ſigniferi: quia ſub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus, [16] haſtis foeni manipulos inligabant; & hos pro ſignis portabant: unde hoc nomen remanſit. [17] [Ovidius in Faſtis III. Fart. 115. *Illa quidem e foeno (ſed erat reverentia foeno, Quantam nunc aquilas cernis habere tuas) Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos: Unde maniplaris nomina miles habet.*

872. LETHUMQUE FERENTES. Pro, inferentes.]

874. LAXOS ARCUS. Non intentos; ſed jam ſolutos.

VARIORUM.

ceus a manu prima. HEINS. *Surgentem* Leidenſis.

855. ABIS. *Ab his* alter Menagii. *derige* Gudianus. *adverſus abis* Zulichemius. *derige* Mediceus.

856. PERITURE. *Moriture* ſecundus Moreti. mox *moriare*, & *at aurata* idem codex.

857. TUNE. *Tunc* Francianus. *teque* primus Rottendorphius.

859. DEPROMSIT. *Depromit* in altero Hamburgico. HEINS. *Incenſa* Hugenianus.

860. ET DUXIT. *Adduxit* Macrobio lib. IV. Saturn. cap. 3. HEINS. *Eduxit l. d. cruenta* Francianus. *eduxit* etiam Dorvil. vid. ad Sil. Ital. II. 127. ubi ſimiles variationes.

861. TANGERET. *Tenderet* Menagii prior & quartus Moretanus.

862. DEXTRA. *Dextram* Ed. pr.

863. SONANTES. *Sequentes* Excerpta noſtra.

864. HAESITQUE. *Exitque* Francianus.

866. OBLITI. Recte Servius pro negligentes, ut contra *memor* pro curam agente. vid. ad I. Georg. 167. & II. 236.

868. AUFERTUR. *Defertur* Oudartii.

869. ATINAS. *Acernas* alter Hamburgicus.

870. DISJECTIQUE DUCES. *Defectique* Mediceus a manu prima. quomodo initio libri ſequentis,

Turnus ut infractos adverſo Marte Latinos
Defeciſſe videt.

apud Claudianum Bell. Gild. v. 247. in duobus optimis codicibus ſcriptum inveni, *defecto ſubmiſſius hoſte dolerem.* non *detecto. defecto hoſte*, ſi a me hoſtiliter

12 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 13 deſunt iidem & immutantur fata. 14 licet acer f. t. Dan. Fabr. armis deeſt Baſil. 15 deeſt L. Voſ. R. Steph. frequenter R. Steph. frequenter circa ſe Baſil. 16 haſtas foeni manipulis Dan. illigabat, & gerebat L. Fabr. illigabat & gerebant Dan. portabant in R. ſolo vidi. recte autem pluralem numerum junxit τῷ *exercitus*. de quo vide Cl. Drakenb. ad Liv. III. 23. VII. 40. IX. 45. & alibi. BURM. 17 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỳ. 874.

Volvitur ad muros caligine turbidus atra
Pulvis, & e ſpeculis percuſſae pectora matres
Femineum clamorem ad coeli ſidera tollunt.
Qui curſu portas primi inrupere patentis,
Hos inimica ſuper mixto premit agmine turba:
Nec miſeram effugiunt mortem, ſed limine in ipſo,
Moenibus in patriis, atque inter tuta domorum,
Confixi exſpirant animas. Pars claudere portas;
Nec ſociis aperire viam, nec moenibus audent

Ad-

SERVII.

877. [18] [PULVIS. Hic corripuit; [19] alibi produxit I. 478. *Verſa pulvis inſcribitur haſta.*]

878. FOEMINEUM CLAMOREM. Impatientem: nam jam dixerat, *matres*, per quod muliebrem clamorem poteramus accipere.

879. [20] [QUI CURSU PORTAS. Portanda elocutio, quia conſequatur *hos*; ſed intelligendum, *eos, qui*.

880. INIMICA. Pro, hoſtilis.]

881. MISERAM MORTEM. Quia ſequitur: *Limine in ipſo*.

882. MOENIBUS IN PATRIIS. Scilicet, ubi ſeſe jam tutos eſſe credebant.

883. [21] [PARS CLAUDERE PORTAS. Pars eorum, qui curſu irrupere portas.]

884. APERIRE VIAM. Id eſt, dare aditum: & bono locutus eſt ambitu: nam cum portis via & aperitur & clauditur.

VARIORUM.

liter defeciſſet. ſic Germanico, *defectum ſignum*. ſic lego. vide illic quae annotamus. quamquam *defecti duces* hic eſſent a ſuis deſerti. *Dejectique* alter Hamburgicus. vid. ad Ovid. III. Faſt. 674. Tertull. lib. II. adverſ. nationes *defecto aetate*, Eccleſiaſtici cap. XLI. ℣. 4. quod LXX. Interpretibus eſt ἰσχαλέῳ. Sueton. Gramm. *greſſu* & *viſu defici*. in Geſtis purgationis Caeciliani, *cum audirem, mente defectus ſum*. Paſſione B. Perpetuae, *inedia defectus*. HEINS. Deinde *tecta petunt* prior Hamburgicus pro varia lectione. eadem varietas mox ℣. 882. in Sprotiano.

871. EQUIS AVERSI. Mentelius prior, Gudianus & alter Menagianus *equos averſi*, ut ſit Graeciſmus Maroni familiaris: aut *tendere equos*, ut *fugam*, *iter*, *greſſum tendere*, ſimiliaque paſſim in ſcriptoribus vetuſtis obvia. HEINS. *Averſa moenia* duo Moretani, omiſſo τῷ *ad. equos ad. ad* Zulichemius. *Equis verſis* Ed. pr. *adverſi* Dorvil. a m. pr. *turbata ad moenia* Venetus.

872. INSTANTIS. *Errantes acies letumque* Rufinian. de Schemat. Lex. p. 32.

873. SISTERE. *Tendere* Parrhaſ.

874. LAXOS. *Lapſos* Vratiſlavienſis. *laſſos* Francianus & Parrhaſ. ſed *laxos* firmat Horat. III. Od. 8. 13. & Scholiaſtes ejus.

875. QUADRUPEDUMQUE PUTREM. *Quadrupedante curſu* Sprotianus. in tertio Rottendorphio *ſonitu*, non *curſu*. ſic lib. VIII. 596.

Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

Quadrupedoque curſu Donatus, quomodo & veterrimus Pierii Vaticanus. *Quadrupedemque* alter Menagianus. HEINS. *Quadrupedoque* Catroeus. *quadrupedum putrem* Ed. pr. *quadripes* apud Sil. Macrob. VI. I. apud Columel. pag. 207. Non. Mar. ut quadrijugi, quadrivium & ſimila. de verbo *quatere* vid. Drakenb. ad Sil. I. 297.

877. PULVIS, ET E SPECULIS. *Pulvis & ſpeculis* Francianus

Ibid. PERCUSSAE. *Percuſſo pectore* ex uno notavit Heinſius. *perculſae* tertius Rottendorphius. *e muris percuſſae* Dorvil.

881. LI-

18 deſunt iiſdem. 19 at ibi Dan. 20 deſunt L. Voſſ. R. Steph. al. ad ℣. 881. 21 deſunt iiſdem.

Digitized by Google

Adcipere orantis: oriturque miſerrima caedes
Defendentum armis aditus, inque arma ruentum.
Excluſi ante oculos lacrimantumque ora parentum
Pars in praecipitis foſſas, urguente ruina,
Volvitur: immiſſis pars caeca & concita frenis
Arietat in portas, & duros objice poſtes.
Ipſae de muris ſummo certamine matres,
(Monſtrat amor verus patriae) ut videre Camillam,

Tela

SERVII.

885. ORITURQUE MISERRIMA CAEDES. [22] [Quoniam defenſores moenium, dum hoſtes petunt, ſuos feriebant.] Sic in ſecundo, ubi intulit 411. *Armorum facie & Grajarum errore jubarum.*

886. DEFENDENTUM. Ideo *defendentum* & *ruentum:* quia ad maſculinum retulit, & *hi defendentes* facit, quod [23] & de foeminino dicimus: ſi autem de neutro loquamur, *defendentium*, dicamus neceſſe eſt: quia *haec defendentia* facit, &c, ut ſupra ỳ. 590. diximus, genitivus pluralis a nominativo plurali minor eſſe non debet. Quod ſi forte minorem eum aliquando invenerimus, metri [24] neceſſitate fit, & incipit jam pathos eſſe, non declinatio. [25] [Nonnulli ergo in his nominibus genitivum corruptum pro integro accipiunt.

887. LACHRYMANTUM. Quidam *lachrymantum*, genitivum corruptum pro integro accipiunt: quia facit *lachrymantium.*]

888. PRAECIPITES FOSSAS. [26] Declives, in quas [27] quid poteſt praecipitari.

889. COECA. Irrationabilis, quae in cluſas portas more arietis ruebat: id eſt, bellici machinamenti.

891. SUMMO CERTAMINE. In extremo diſcrimine, ut ſupra 476. *Vocat labor ultimus omnes.*

892. [28] [MONSTRAT AMOR VERUS. Qui apparet in adverſis. VIDERE CAMILLAM. Scilicet, quae pro aliena patria ceciditſe videtur. Sane, *ut videre*, non relatam ex pugna; ſed ut exemplum virtutis ejus viderunt: & quidam, *ut videre*, quemadmodum videre; *ut*, conjunctio modo, non adverbium temporis eſt: aut, *ut videre*, quemadmodum illam dimicare viderant, quando interiit.]

VARIORUM.

881. LIMINE. *Limite* Zulichemius, & ſecundus Rottendorphius.

882. INTER. *Intra* Mediceus & Voſſianus prior. deinde *& ſpirant* Mediceus. HEINS. *Tecta* alter Hamburgicus a manu ſecunda & Sprotian. *intra* Parrhaſ. *intra tecta* Ed. pr.

883. EXSPIRANT. *Spirant* Zulichemius.

884. AUDENT. *Audet* Venetus & Parrhaſ.

886. INQUE ARMA. *Atque arma* Gudianus. HEINS. *Aditusque inque* Francianus.

887. LACRIMANTUMQUE ORA *Lacrimantum ante ora parentum*, concinna repetitione Moretanus ſecundus. etiam Hamburgicus prior, a manu ſecunda. HEINS.

888. RUINA. Soli *ruentis* & deficentis ſub pedibus. Catroeus.

890. IN PORTAS. *In portis* Mentelii duo priores, Gudianus & Menagii alter.

892. MONSTRAT. *Conſtat* alter Hamburgicus.

Ibid AMOR. *Amos* in Gudiano. ut *odos*, *olos*, *ardos*, *honos* ſimiliaque. ſic *labos*, *clamos*, *vapos*, *colos*, *timos*, *pavos*, apud Nonium Marcell. pag. 487. & hinc *laboſum* pro *laborioſo* apud Lucilium. v. Georg. IV. 49. *olos* pro *olor*. hinc emenda locum inſignem Avieni Deſcript. orbis p. 275. nam vc. *olos*. vide & Voſſium lib. I. de Analog. c. 30.

&

22 deſunt iiſdem. 23 & feminino R. Voſ. L. quod de feminino Baſil. 24 neceſſitas facit, & incipit etiam Steph. al. & Voſ. ſed ille incipit jam. neceſſitate fit & incipit etiam R. neceſſitas fit e. i. etiam L. 25 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ỳ. 888. 26 deeſt L. Voſ. R. Steph. Dan. 27 quis Dan. Fabr. 28 deſunt.

Tela manu trepidae jaciunt; ac robore duro
Stipitibus ferrum ſudibuſque imitantur obuſtis
Praecipites, primaeque mori pro moenibus ardent.
Interea Turnum in ſilvis ſaeviſſimus inplet
Nuntius, & juveni ingentem fert Acca tumultum:
Deletas Volſcorum acies, cecidiſſe Camillam:
Ingruere infenſos hoſtis, & Marte ſecundo
Omnia conripuiſſe: metum jam ad moenia ferri.

Ille

SERVII.

893. Trepidae. Licet trepidae, tamen oblitae ſexus tela jaculabantur.

895. Praecipites. Aut feſtinae, aut in mortem ruentes. Primaeque mori pro moenibus audent. Nimii doloris, ut IX. 494. *Me primam abſumite ferro.*

896. Saevissimus implet Nuntius. Ut etiam ſupra VI. 456. diximus, *nuntius* eſt, qui nuntiat; *nuntium*, quod nuntiatur: ſecundum quod, nunc nec de foemina, nec de re, [29] quae nuntiatur, procedit *nuntius:* unde multi volunt, [30] alium nuntium intelligi; Accam vero poſtea veniſſe; ſed melius eſt, ut *nuntius*, de Acca dictum intelligamus. Novimus enim, poni aliqua in ſubauditione, quae ex aperto dicere non debemus, ut VII. 498. *Nec dextrae erranti Deus abfuit:* cum neceſſe ſit, aut Junonem, aut Alecto intelligamus. Item Salluſtius lib. III. Hiſt. [31] *Prima qui fronte venientes exciperet*, cum de inſidiis loqueretur, quas numeri tantum pluralis eſſe pluſquam manifeſtum eſt.

897. [32] Tumultum. Perite *tumultum:* ita enim dicitur bellum, quod differri non poteſt.]

898. Deletas Volscorum acies. Falſum eſt: tantum enim [33] fugerant; ſed vim exprimit nuntii, cujus mos eſt, plus, quam habet veritas, nuntiare.

899. Ingruere. Impetum facere, ut XII. Aen. 628. *Ingruit Aeneas* [34] *Italis.*

VARIORUM.

& Giphan Indic. Lucret. p. 448. in *vapos*. HEINS.

893. Trepidae. *Trepida* Bigotianus. *manu jaciunt: trepidaeque & robore* Ed. pr.

894. Imitantur. *Mituntur* Dorvil.

895. Audent. *Ardent* Mediceus a manu prima. quod & Pierius ex principe Vaticano profert. recte. confirmant Menagianus prior, & Montalbanius ex noſtris cum Gudiano. apud Claudianum pari modo peccatum lib. I. in Rufin. 309. ubi videantur quae curis ſecundis annotamus. habes illic, *Romanas ardet proſternere vires.* & lib. II. in Stilic. de Leonibus, *ardent qui frangere tauros.* utroque loco *τὸ audent* vulgatum ejecimus. noſter lib. IV. *Ardet abire fuga.* & lib. I. Aen. *jamdudum erumpere nubem Ardebant.* lib. II. *Tum demum ardemus ſcitari*, & *concurrere in arcem cum ſociis ardent animi.* Silius lib. IV. *Marte probare genus, factiſque Lacona parentem Ardebant.* HEINS. Vid. ad Claudianum.

896. In silvis. Praepoſitio deeſt Bigotiano, & *interea ſilvis Turnus* Ed. Venet. & ita paſſim apud noſtrum. vid. ſup. 686. & ita dixit Ennius,

Vulturius ſilvis miſerum mandebat homonem.

quod non recte puto Popmam lib. II. de Antiq. Locut. cap. II. explicare Vulturium ſilveſtrem. ſed *ſilvis* eſt pro *in ſilvis.* vid. III. 583. *denſiſſimus* Moret. ſec. *leniſſimus* Francian.

897. Nuntius. Egimus de hoc loco, & aeſtum Servii explicuimus ad Valer. Flac. II. 142.

Ibid. Ingentem. Vel *caecum* prior Hamburgicus. *&* deeſt Mentelio priori. unde Heinſius *Nuntius*, *ingentem juveni.* mox *dejectas* prior Hamburgenſis a m. ſec. & Ed. pr.

899. In-

29 quod nuntiatur L. 30 aliud n. i. Accam v. pro ea. Dan. 31 *primaque forte* L. Voſ. R. *primeque fonte forte* Dan. *prima qui forte* Baſil. *prima qui forte* Fabr. in Salluſtii fragmentis legitur, *prima, quae fonte ea.* quam lectionem probat Walſius. 32 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 33 fugerant Dan. 34 *armis* L. R. Steph. al.

Ille furens (& ſaeva Jovis ſic numina poſcunt)
Deſerit obſeſſos collis, nemora aſpera linquit.
Vix e conſpectu exierat, campumque tenebat,
Cum pater Aeneas, ſaltus ingreſſus apertos,
Exſuperatque jugum, ſilvaque evadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi totoque feruntur
Agmine; nec longis inter ſe paſſibus abſunt:
Ac ſimul Aeneas fumantis pulvere campos
Proſpexit longe, Laurentiaque agmina vidit;

910 Et

SERVII.

901. ILLE FURENS (NAM SAEVA JOVIS SIC NUMINA POSCUNT.) Duplici ratione inſidias eum reliquiſſe commemorat: dolore nimio, & numinum voluntate: [35] quod utrumque ideo egit, ne capi poſſet Aeneas. [36] [*Saeva* autem *Jovis numina*, per parentheſim dictum eſt.] SAEVA JOVIS SIC NUMINA POSCUNT. Homerus Iliad. A. 5. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

902. OBSESSOS COLLES. Quos ipſe obſederat, ne ad urbem tranſitum haberet Aeneas.

904. APERTOS. [37] [Paulo ante a Turno relictos,] id eſt, vacantes inſidiis.

906. AMBO AD MUROS. Ut tueretur [38] [& repugnaret] Turnus; ut obſideret Aeneas.]

908. FUMANTES PULVERE CAMPOS. Veluti fumantes caligine pulveris. [39] [Ita enim nebulam excitat pulvis, ut fumus.

VARIORUM.

899. INFENSOS. *Infeſtos* Ed. pr. & Ald.

900. METUM. *Metu* Menagii prior. *corripuiſſe metum: jam* ſecundus Moreti.

901. JAM SAEVA. *Et ſaeva* omnes ſcripti. *nam ſaeva* Ed. Mediol. *ſi ſaeva* Dorvil. a m. pr. *nomina* Mediceus.

902. LINQUIT. *Liquit* prior Moretanus. HEINS. *Nemora avia* Bigotianus.

903. CAMPUMQUE. *Campoſque* Mediceus & pro diverſa lectione tertius Rottendorphius. HEINS.

905. SILVAQUE EVADIT OPACA. *Silvaſque opacas* Sprotianus, alter Hamburgicus & Schefferius. vid. lib. IX. 99. HEINS. Ita & Parrhaſianus. *evaſit* Ed. pr.

907. ABSUNT. *Ibant* primus Moreti.

908. AC SIMUL AENEAS. *Tum pater Aeneas* Gudianus & Montalbanius, cum primo & quarto Moretanis. *at ſimul* in Schefferio aliisque quatuor. HEINS. *Tum pater* Parrhaſ.

909. PROSPEXIT LONGE. Hinc in Stat. V. Silv. II. 145. ubi in editis erat, *nitidas ſpeculas caſtellaque longe Aſpicit*, corrigit *proſpicit* Marklandus. quod tolerari poſſet, licet haec verba centies permutentur, & *deſuper adſpectat* dicat noſter lib. I. 420. & lib. X. 4. ubi vid. Cerdam. vid. ad Phaedr. I. Fab. 57. & II 5. & ad Lucan. X. 434. ſed quo *viden' has ſpeculas*, ut Heinſius corrigebat, rejicit, quia *adſpicis* adjicitur, ex hoc ipſo loco doceri poterat, haec duo verba ſaepe jungi, ut pluribus probavi ad Nemeſ. I. Ecl. 34. ubi *vigiles ſpeculas* etiam nullo exemplo dici vidimus, quum *vigiles ignes* ſint obvii. rectius in rem ſuam adduxiſſet locum ex Valer. Flac. III. 738. *incluſaque longo Pervigilant caſtella metu*. ſed ibi caſtella pro incolis ſumi docui, & locus etiam corruptus eſt: immo ſi jam vigiles ſpeculas liceret dicere, non tamen contra omnes editos & ſcriptos pro *nitidas* liceret intrudere, quod epitheton de bene & affabre ſtructis, & ornatu quodam nitentibus poſſet explicari. exemplis parco, ubi domus *nitere* & alia *nitida* vocari ſolent.

910. AD-

35 quae utraque Dan. Fabr. 36 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 37 deſunt L. R. ad ℣. 908. Voſ. Steph. al. ad ℣. 904. 38 deſunt Voſ. Steph. al. 39 deſunt L. R. Voſ. Steph. al.

Et ſaevum Aenean adgnovit Turnus in armis,
Adventumque pedum flatuſque audivit equorum:
Continuoque ineant pugnas, & proelia tentent:
Ni roſeus feſſos jam gurgite Phoebus Hibero
Tinguat equos, noctemque die labente reducat.
Conſidunt caſtris ante urbem, & moenia vallant.

SERVII.

910. SAEVUM. Fortem, ut I. 99. *Saevus ubi Aeacidae telo jacet Hector.* Item XII. 107. *Nec minus interea maternis ſaevus in armis.* [40] [An iratum? ut I. 458. *Et ſaevum ambobus Achillem.*

912. INEANT PUGNAS. Pro, iniſſent, & tentaſſent.]

913. HIBERO. Oceano occiduo, id eſt, Hiſpano. Hiſpaniam autem, *Hiberiam*, ab *Hibero* flumine, conſtat eſſe nominatam.

914. [41] [TINGAT EQUOS. Quidam *tingat*, humiliter dictum accipiunt.]

915. CONSIDUNT CASTRIS. Hoc eſt, in ſua quiſque [42] caſtra digreſſi. [43] [Ergo, aut caſtra poſuerunt: aut ad morem caſtrorum fecerunt. MOENIA VALLANT. Hinc probatur, quia, & qui tuentur, & qui obſident, *vallare* dicuntur.

VARIORUM.

910. ADGNOVIT. *Conſpexit* Gudianus & prior Menagius, cum Moretano primo. HEINS. *Cognovit* Zulichemius.

911. ADVENTUMQUE. *Adventuſque* in Mediceo. *adventumque virum* uterque Rottendorphius. deinde *flatumque* in Montalbanio & priore Voſſiano. HEINS. *Adventuſque virum flatuſque* Ed. pr.

912. CONTINUOQUE. *Continuo pugnas ineant* Editio Dan. Heinſii, & ita Mediceus. *continuoque ineunt p. e. p. tentant.* Ed. pr.

Ibid. PUGNAS INEANT. Scripſi ex manuſcripto. FABRIC. Neſcio unde promanaverit haec lectio, *Continuo pugnas ineant.* codices omnes noſtri uno conſenſu, *Continuoque ineant pugnas*, niſi quod primus Moretanus & Leidenſis, *Continuo ineant pugnas*, hiatu relicto, quod Maroni perquam familiare. HEINS.

40 deſunt iiſdem ad ℣. 913. 41 deſunt iiſdem. 42 deeſt L. R. Steph. 43 deſunt L. Voſ. R. Steph. &c.

FINIS TOMI TERTII.

A01 1464921

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google